DISQVISITIO CLERICALIS
IN DVAS PARTES DISTINCTA

IN PRIMA

CLERICORVM DIGNITAS, CONDITIONES, VIVENDI RATIO, & fauores Vniuersi ipsorum personas, ac etiam bona concernentes, bonorumq; dispositiones accuratè dilucidantur.

Pluribus in hac noua editione additis;
Cum breui Resolutione in fine circà Iurisdictionem Abbatis exempti.

IN SECVNDA

CLERICORVM POENAE, NONNVLLAQ. AD REGVLARIVM correctionem pertinentia expenduntur.

Opus sanè Ecclesiasticis tùm Secularibus, tùm Regularibus valdè necessarium, Episcopis accommodatissimum, Curijsq; Episcopalibus vtilissimum.

AVCTORE IOANNE MARIA BELLETTO EPISCOPO HIERACENSI.

AD SERENISSIMVM PRINCIPEM
CARDINALEM A SABAVDIA.



ROMÆ, Excudebat Ludouicus Grignanus. MDCXXXV.
SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIMO PRINCIPI
MAVRITIO CARDINALI
À SABAVDIA.

ARCHANGELVS BELLETTVS

Clericus Regularis Summam Felicitatem.

NEC postquàm perfunctæ sunt, magnitudinem, & immortalitatem meritorum Celsitudinis Tuæ, Princeps Serenissime, magnæ, & immortales Animæ possunt aut silere, aut dissimulare. Et quidem Poetæ suis fabulis ingeniosè olim prodiderant in ijs, qui è viuis excedunt, haustu lethæi fluminis præteritarum rerum memoriam prorsus obliterari. Cæterùm ijdem si pulcherrimas virtutum formas, quas non auro, aut gemmis, sed tuis ipse Regijs, ac candidissimis moribus exprimis, intuiti fuissent, quidquid homines, cum viuerent, in Tua Celsitudine dilexerunt, admiratiq; sunt, in eorundem animis, etiam postquàm obierint, perpetuò mansurum dubio procul affirmassent. Nescit enim vel apud mortuos obliuia virtus æternitati sacra. Quid porrò æternitati tàm sacrum, quàm Regius, ac magnificentia, integritate, constantia, religione, omniumquè virtutum sublimium splendore optimis simillimus Princeps? Itaquè omnis admirationi locus præcluditur, si Ioannes Maria Bellettus Episcopus Hieracensis, frater meus, qui cum viueret, Principis sui quoddam veluti Diuinitatis vestigium tàm propè aliquot annos suspexit, ac tàm ingentis obsequij gloria veneratus semper est; Nunc etiam vbi à sacrorum infulis ad superna migrauit, vt piè opinari possumus, non modò suis apud Deum precibus memor continuò sit, verùm ad hanc eandem renouandam, augendamq. venerationem faces, ac stimulos mihi noctes, diesque semper admoueat. Vt enim apud Regiam Celsitudinis Tuæ benignitatem fatear humillimè, quod in me experior ingenuè, amicas, & iteratas eiusdem voces audire mihi sæpiùs videor; quibus viuum

perfunctus sic alloquitur: Quid est, frater, quòd vnius mei Operis, licet posthumi dicatione, veteris meæ in Principem Cardinalem obseruantiæ nouam significationem exhibere tandiù cunctaris? An erecti, sublimisq. ingenij Censoriam Maiestatem subuereris? Meminisse debes in eorum Principum ditione, ac sub imperio natos nos esse, quibus Humanitas pro Solio, pro Diademate Benignitas, Clementia pro Sceptro est? qui cum in totius Europæ ambitu in hoc præstent, vt amore præcipuo à subditis diligantur, rursus in eo excellunt, vt è visceribus deprompta charitate, ac beneficentia eosdem subditos complectantur. Neque enim obliuisci potes, quæ de me iudicia fecerit, quæ, & quanta idem Cardinalis congesserit in me beneficia. Ipse enim munificentiæ suæ vi, ingenium vt haberem, iussit; Ipse ad studia grauiorum literarum vires, ac animum suppeditauit. Ipse in causarum suarum Auditorem Generalem ex omnibus me potissimum delegit; Ipse Episcopatum Hieracensem vt adipiscerer, effecit, impleturus mensuram inenarrabilis benignitatis suæ plura adijciendo, si ego superuixissem accipiendo. Et licet hæc omnia eò vsque anteuenerint: vt ne quidem excogitando exolui possint; tamen nihil mihi à te gratius fieri post obitum meum potest, quàm si huius laboris mei consecratione memoriam illius immortalem apud me vel mortuum demonstrabis, qui suis in me immortalibus meritis in obsequium, admirationemq. sui perpetuum viuentem deuinxit.

Non potui, Serenissime Princeps, optimi fratris tàm iustis postulationibus refragari, Opus quamquàm posthumum, atquè adeò numeris omnibus à Parente, Auctoreq. suo nondùm absolutum antè aram firmissimi pectoris tui tantò lubentiùs statuto, quantò illud à Regia Tuæ Celsitudinis humanitate certiùs mihi promitto, dandum hoc serui obsequentissimi iam vita perfuncti pijs manibus, dandum eiusdem fratris adhuc viuentis humillimis votis: Vt quod ex ingenio Celsitudini Tuæ addictissimo in publicum totius Cleri bonum, & decus exit, Serenissimi nominis tui lucem, & munimen præferat. Decet enim, atquè omnibus de causis decet, vt qui non sine ingenti Christianæ Reipublicæ gaudio, & admiratione eiusdem Cleri exemplum ad omnem virtutem, atquè ad omnem casum patrocinium est: Idem Princeps religioso Clericalis Disquisitionis titulo inscriptum Opus in sinum suum confugiens protegendum auctoritate sua, Maiestate decorandum humanissimè suscipiat. Illud accedit, quòd ab eo potissimum offertur, qui natione Pedemontanus, professione Clericus Regularis, naturæ dono Auctoris frater, cælestis gratiæ beneficio eius Congregationis filius,

quæ ſub feliciſſimis Tuæ Celſitudinis auſpicijs Auguſtam Taurinorum inuecta, largitionibus enutrita, donis aucta, honoribus vbiquè cumulata eſt; Qui deniquè pauper cenſu, diues affectu quæcunquè ſiuè in fratrem, ſiuè in Congregationem ſuam ab iſto liberalitatis fonte ampliſſima profluxere beneficia, tanquàm accepiſſet ipſe, quando re alia nec Celſitudo Tua eget, nec ipſe poteſt, gratiſſima proſequitur recordatione. Quòd ſi eiuſdem precibus Cælum indulgens annuat, quemadmodum meliorem vix poſſumus optare: ità Principem feliciorem Celſitudine Tua ſperare vix licebit. Vale Princeps æternitatis Candidate, ac vnius exigui muneris benigna admiſſione, duos fratres humillimos Tuæ Celſitudinis ſeruos, viuentem alterum recrea, alterum iam mortuum in lucem, & vitam reuoca. Romæ.

AD LECTOREM.

PRODIT iterùm in lucem, Humanissime Lector, Disquisitionis Clericalis Pars Prima, quam diù typis ab Auctore mandatam benigno aspexisti vultu; vtpotè quæ tibi antè oculos, quid Clericis de iure conueniat, quid in eorum statu obseruandum, quiduè adnotandum sit, distinctè proponit; Eaquè omnia, quæ singulorum gradum concernunt, in vnum redacta summa cum facilitate pertractat; Quæ præterea in cuiusquè vtilitatem, fauoremquè vertunt, exactè dilucidat; Quæ tandem in huiusmodi materia sparsim Doctores dixerint, aut senserint, magno studio, ac labore in omnium beneficium collecta continet, ità vt quisquis, prout occasio tulerit, tanquam ad fontem confugere, breuiquè temporis spatio euncta faciliter perlustrare valeat. Videbis igitur primùm quid in eo, qui Clericus esse desiderat, ac in eo, qui iam factus est Clericus, requiratur, deindè quis eidem Canonis fauor concedatur, & quis fauor fori, qui cum in triplici genere consideretur, personali, scilicet, reali, & mixto, eodem quoquè seruato ordine primùm de fauore Clericorum Personali, deindè de Reali, demùm de Mixto sermo procedit. Mixtum verò intellige, qui circa exemptiones à muneribus publicis, à Statutis secularium, circà debita, nec non circà testimonium ferendum versatur. De quibus omnibus pro maiori facilitate suo cuiquè proprio apposito titulo sigillatim agitur. Et quia Clerici bona habere, & possidere possunt, ideò titulus de Bonis Clericorum hanc primam Disquisitionis Clericalis Partem concludit. Hæc inquam iterùm in lucem prodit, sed longè locupletior, & cum noua insuper, breuiquè resolutione circà Iurisdictionem Abbatis exempti. Ne verò ex sola rerum fauorabilium consideratione Clericorum animus relaxaretur, Secundam Partem De Pœnis Clericorum adiecimus, nonnullisquè ad Regularium correctionem spectantibus expendendis opus auximus: Vt quisquè tot stimulis excitatus veram sibi viuendi rationem instituat, vel qui eam iam tenet, in eadem semper alacriùs perseueret. Plura alia circà hanc materiam ab Auctore scripta sunt, quæ typis mandari potuissent, si minùs impolita reperissemus, quæ tamen pro aliqua temporis serie iuxtà ordinem ab ipso Auctore præfixum disposita, si Deo placuerit, in tuam quoquè vtilitatem in lucem emittere studebimus. Hæc interim placidis, gratisquè oculis excipe, & pro tua, vt contigerit, commoditate his fruere. Vale.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Pal. Apost.

A. Torniellus Vicesgerens.

EX mandato Reuerendissimi P. Nicolaij Riccardij Magistri Sacri Palatij Apostolici vidi, ac diligenter perlegi Primam, & secundam Partem *Disquisitionis Clericalis* Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Ioannis Mariæ Belletti Episcopi Hieracensis, & nihil in eis reperi, quod sanæ doctrinæ, & bonis moribus sit contrarium, immò vtilissimum opus iudico Ecclesiæ Prælatis, omnibusque Ecclesiasticis, & ideò typis mandari posse censeo. Romæ die 18. Maij 1634.

Ego Thomas de Afflictis Clericus Regularis Sacræ Theologiæ professor affirmo vt suprà manu propria.

Imprimatur

Fr. Hyacinthus Lupus Magister, & Socius Reuerendiss. Patris Magistri Sacri Palatij Apostolici.

DISQVISITIONIS CLERICALIS PRIMAE PARTIS

Titulorum Summa.

SECVNDAE PARTIS

DISQVISITIONIS CLERICALIS PARS PRIMA.

De Disciplina Clericali,

SVMMARIVM.

1 *Dignitate maiori quò quis alios præeminet, eò debet esse præstantior dotibus animi, & corporis.*
2 *Dignitati clericorum nulla secularis est similis.*
3 *Clericatus est dignitas.*
4 *Clericus est maior quouis laico.*
5 *Clerici qualem potestatem habeant, & n.n.seqq.*
6 *Prædicandi potestatem habent clerici.*
7 *Prædicare laicis non licet.*
8 *Prædicare nequeūt clerici sine licētia.*
9 *Regulares prædicare non possunt sine licentia Episcoporum etiam in Ecclesijs suorum Ordinum.*
10 *Processiones facere nequeunt laici.*
11 *Laici non possunt erigere locum sacrū, seu rem spiritualem sine licentia Episcopi.*
12 *Ecclesia sine Episcopi auctoritate adificari non potest. nec aliquis locus fieri religiosus, sufficit tamen consensus, seu licentia tacita Episcopi.*
13 *Baptizandi potestatem habent clerici.*
14 *Baptizare quoque possunt laici in casu necessitatis.*
15 *Baptizare potest mater in casu necessitatis filium, & reddere, seu petere debitum absque dispensatione.*
16 *Baptizant in necessitate filium ex fornicatione non potest matrimonium contrahere cum ipsius matre.*
17 *Beneficium Ecclesiasticum solis clericis, non autem laicis conferendi potestas data est.*
18 *Laicus beneficium acceptare potest nomine Ecclesiasticæ personæ, & illius possessionem capere.*
19 *Benedictionem dare est Sacerdotum.*
20 *Io. Franciscus Leo laudatur.*
21 *Orant clerici pro populo.*
22 *Clericus est mediator inter Deum, & naturam humanam.*
23 *Orationibus clericorū stat Imperium.*
24 *Clerici habent potestatem conficiendi corpus, & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi.*
25 *Sacerdos siue bonus, siue malus conficit corpus, & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, & qualiter.*
26 *Deus principaliter operatur in cōsecratione corporis, & sanguinis Domini.*
27 *Ordinis sacramētum licet collatum ab excōmunicato, schismatico, hæretico, deposito, suspenso, vel interdicto valet, sed promotus est suspensus.*
28 *Baptismus datus etiam per malum ministrum est validus, & quare.*
29 *Baptismus datus à Pagano, seu Iudæo quomodo valeat.*
30 *Baptismus datus per Hæreticum, vel Paganum valet, dummodo seruet formam Ecclesiæ, & facere intendat quod facit Ecclesia.*
31 *Baptismus datus per Schismaticum est validus.*
32 *Sacramenta quamuis collata per malum ministrum sunt valida.*

33 *Oratio mali Sacerdotis non ità exauditur, sicut boni.*

34 *Clerici sunt Iudices fidelium.*

35 *Sigismũdi Poloniæ Regis dictũ de verbo Dei, & de iurisdictione Ecclesiastica.*

36 *Seculares tempore Apostolorum iudicabantur à clericis.*

37 *Clerici à nemine seculari iudicari possunt.*

38 *Sacerdotes habent potestatem ligandi, & soluendi.*

39 *Sacerdos quilibet in articulo mortis potest absoluere à quibusuis peccatis, & à qualibet excommunicatione etiam reseruata in Bulla Cœnæ Domini, & nu. seq. & ratio nu.* 38.

40 *Absoluendi ab excommunicatione in articulo mortis debent præstare cautionem de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo.*

41 *Cautio huiusmodi qualis esse debeat.*

42 *Sacerdos licet excõmunicatus suspensus, degradatus atque schismaticus in articulo mortis absoluere potest, dummodo non sit periculum subuersionis.*

43 *Ratio quare in articulo mortis nulla sit casuum reseruatio.*

44 *Misericordia Dei nulla est mensura.*

45 *Pœnitentiæ sacramentum nemini negari potest.*

46 *Eucharistia sacramentum nemini denegandum est.*

47 *Eucharistia mortis pœna proximè puniendis non debet dari.*

48 *Extrema vnctio proximè puniendis pœna mortis non datur.*

49 *Vltimo supplicio mulctandus non debet ad supplicium duci eadem die, qua sumpsit Eucharistiam, sepultura tamen ei non debet denegari.*

50 *Cadauera punitorũ interdum ob atrocitatem delicti relinquuntur in patibulis, vt cæteris sint exemplo.*

51 *Sepultura Ecclesiastica quibus denegãda.*

52 *Articulus mortis quando dici posit, & numero seq.*

53 *Mulier proxima partui dicitur in periculo mortis.*

54 *Laici non possunt absoluere à peccatis etiam in articulo necessitatis.*

55 *Absolutio à peccatis non potest dari seu per literas, siuè per Internuncium, neque hoc modo confiteri Confessario absenti.*

56 *Absolutio ab excommunicatione potest dari per literas.*

57 *Absolutio ab excommunicatione in foro exteriori dari potest per Procuratorem habentem speciale mandatũ.*

58 *Episcopi seipsos absoluere nequeunt, siue secum dispensare in casibus, in quibus possunt cum alijs, possunt tamen eligere Confessarium qui eos absoluat, siue secum dispenset.*

59 *Excõmunicatus occultus potest ea exercere quæ fiunt ratione publici officij.*

60 *Episcopi possunt sibi eligere Confessarium.*

61 *Episcopus non potest sibi eligere Sacerdotem Confessarium sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit admissus, & approbatus ad confessiones audiendas.*

62 *Prophetiæ spiritum habent Sacerdotes.*

63 *Clerici appellantur Reges, & quare.*

64 *Tonsura clericalis quid designet.*

65 *Clerici sunt maiores Regibus, & Imperatore.*

66 *Clerici sunt super gentes & Regna.*

67 *Valentiniani dictum notabile, & n.* 63

68 *Imperatores obediunt Sacerdotibus.*

69 *Diuus Ambrosius electus Archiepiscopus Mediolanensis.*

70 *Clerici sunt Patres, & Magistri Regũ, & Principum, & omnium fidelium.*

71 *Honorandi sunt clerici ab omnibus.*

72 *Melchiadis Imperatoris notabile dictum de honore clericis præstando.*

73 *Constantini Imperatoris dictum excellens de clericis peccantibus.*

74 *Principis boni est honorare Sacerdotes.*

75 *Alexander Magnus adorauit summum Sacerdotem.*

76 *Diui Francisci dictum de honore Sacerdoti præstando.*

77 *Christus exhibuit reuerentiam Sacerdotibus.*

78 *Animalia & Dracones Sacerdotem venerantur.*

79 *Clerici appellantur Reuerendissimi.*

80 *Apostolorum vices tenent Clerici.*

81 *Familiares Christi dicuntur Clerici.*

82 *Angeli appellantur Clerici, & præferuntur Angelis.*

83 *Vicarij Christi vocantur Clerici.*

84 *Hæredes Dei sunt Clerici.*

85 *Dij vocantur Sacerdotes, & nu. seq.*

86 *Constantini Imperatoris dictum de Clericis verè dignum.*

§. Pri-

§. Primus.

DISCIPLINÆ clericalis titulus post sermonem de dignitate clericali amplectitur ea, quæ requiruntur in eo, qui clericus fieri desiderat, & deinde in eo, qui iam effectus est clericus; Hæc autem alia tangunt interiora, alia in exteriori consistunt; consideratis interioribus exteriora expenduntur, quæ versantur circa habitum, incessum, & conuersationem, & huiusmodi, quibus visis huic capiti finis erit impositus.

1 Neque est mirandum quod in clericis plura requirantur, nam quò maiori quispiam dignitate, & honore præfulget, eò nobilioribus, & excellentioribus animi, & corporis gradibus debet esse cõspicuus, & præstans. *cap. 1. & per totam. 40. dist. cap. vilissimus. 1. q. 1. cap. licet. 8. q. 1.*

2 Ea est autem clericorum præstantia, eaque dignitas, vt nulla secularis illi similis esse possit. *cap. sacerdotibus. 11. q. 1. cap duo sunt. 12. q. 1.*

3 Clericatus enim est dignitas, & honor. *cap. denique. 4. dist. c. admittuntur. 54. dist. cap. reperiuntur. 1. q. 1. l. Officiales. C. de Episc. & cler. l. atrocem. C. de iniur. Tiraq. de Nobilit. cap. 9.*

4 Clerici nanque sunt maiores quibusuis laicis. *cap. 1. in fin. 17. dist. c. quis dubitet. 96. dist. d. cap. duo sunt. & cap. 1. §. quia verò. de sacr. vnct. Bart. cons. 180. Ias. in l generaliter. ff. de in ius vocan. cum adductis à Dionysio Paulo Valentino de Sacerdotum excellentia. par. 2. §. 13.*

5 Habent soli clerici potestatem claudendi, & aperiendi templum Dei, & omnia quæ sunt intus, & extra custodiendi, excommunicatos, & infideles eijciendi, lectiones pronunciãdi, manus super energumenos, & cathecumenos imponendi, cereos ad altare portandi, vasa suggesta pro Eucharistia, calices Subdiaconis præparandi, calicem, & patenam ad altare Christi deferendi, & Leuitis tradendi, eisque ministrandi, Sacerdotibus assistendi, & ministrandi in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi, oblationes quoque inferendi, & disponendi in altari. *cap. perlectis. 25. dist.*

6 Et prædicandi verbũ Dei. *Matth. 28. Marc. 16. d. cap. perlectis. & cap. cum ex iniuncto. & c. sicut, 2. de haretic.*

7 Laicis etenim cuiuscunque qualitatis existentibus prædicare nõ licet. *cap. adijcimus. 16. q. 1. d. cap. cum ex iniuncto. & d. cap. sicut. de haretic. Dec. in c. 2. nu. 148. de iudic.*

8 Neque tamẽ quispiam clericus potest sibi assumere onus prædicandi absque licentia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij loci siue voluerit prædicare publicè, siue priuatim sub pœna excommunicationis ad quam pœnã possunt Ordinarij contra eosdem Regulares procedere. *cap. excommunicamus. §. quia verò. de haretic. clem. dudum. de sepult. & ita statuit Leo X. in sua Constit. qua incipit. Superna. Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. de reform.*

9 Vbi de Regularibus loquendo decreuit, eos cuiuscũque Ordinis sint, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non posse, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur ante quam prædicare incipiant; In Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt vltra licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. *Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 190.*

10 Nec laici possunt sine Episcopi facultate facere processiones, quia sunt eæ res spirituales. *auth sed nouo iure. §. laicis. C. de Episc. & cleric.*

11 Et multò minus sine eiusdem Episc. licentia Ecclesiam, siue alium locum sacrũ, vel rem spiritualẽ ædificare, seu cõstituere. *cap. omnes. 96. dist. cap. omnes basilica. cum tribus seqq. de consecr. dist. 1. c. 2. de Eccles. adifican. cap. ad hac. de relig. dom. cap. 1. eod. in 6. Abb. cons. 89. num. 1. part. 1. Guid. Pap. decis. 187. num. 1. Conc. Trid. sess. 25. c. 3. in fin. de Regular. & Monial. auth. de Eccles. titul. per totam. auth. de Monach. §. illud igitur. & auth. vt nul. fabricet Oratorij dom. prater volunt. Episc.*

12 Nullus etenim locus religiosus fieri aut Ecclesia ædificari potest sine Episcopi auctoritate. *dicto cap. ad hac. gloss. in c. in Ecclesiastico. 13. q. 2. Felin in cap. quanto. num. 6. de iudic. Roman. cons. 477. nu. 3. cap. quidam. 18. q. 2. Ricc. in prax. resol.*

part. 1. *resol* 490. & *part.* 2. *resol.* 11. vbi adducit rationes, Quæ auctoritas accedere debet in principio siue postquam Ecclesia constructa est. *vt post Card. Seluam.* & alios dicit. *Azor. part.* 2. *instit. moral. lib.* 9. *c.* 3. *quæst.* 5. sufficit autem consensus tacitus scilicet si Episcopus sciuerit Ecclesiam construi, & non impediuerit neque contradixerit cum tamen facilè potuisset. *Card. in cap. iura. de iurepatr. Selua de benefic. part.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 21. & de veriori opinione dicit *Azor. dicto cap.* 3. *quæst.* 6.

13 Item, & baptizandi potestatem habent clerici. *Matth.* 28. *cap. propriè. & cap. constat. de consecr. dist.* 4.

14 In casu tamen necessitatis licet etiam laicis baptizare. *dicto cap. constat. & cap. in necessitate. ead. dist.* 4.

15 Nam, & pater, siue mater potest in tali casu proprium filium baptizare, quo casu dummodo non faciant hoc malitiosè possunt petere, & reddere debitum absque dispensatione, licet secus extra casum necessitatis. *cap. ad limina. & cap. de eo.* 30. *q.* 1. *cap si vir. de cognat. spirit. Dec. in d. cap.* 2. *nu.* 159. *de iudic. Nauar. in Manual. c.* 16. *n.* 34. & *c.* 22. *n.* 40. *in fin.*

16 Vbi tamen *in vers. Interrogatus*, subdit quòd Pater baptizans in necessitate filium suum susceptum ex fornicatione non potest matrimonium contrahere cum ipsius matre.

17 Et soli clerici, & non laici beneficia Ecclesiastica conferendi potestatem habent. *cap. si quis deinceps. & cap. si quis clericus.* 16. *q.* 7. *Anchar. in cap. beneficium. n.* 3. *de reg. iur. in* 6. *Abb. cons.* 47. *nu.* 1. *part.* 2. *Rebuff. de pacific. possess ion. num.* 287.

18 Laicus tamen potest acceptare beneficium nomine Ecclesiasticæ personæ, & illius possessionem capere, *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 4. neque tale ius præscriptione siue consuetudine quæritur. *Abb. in cap. dilectus num.* 6. *de praben. Seraphin. decis.* 1382. *nu.* 3. quia ius conferendi est spirituale, & spiritualia non possunt possideri à laicis. *cap. Messana. de elect.* Atque basilicas, & altaria consecrandi, chrisma conficiendi, officia, & ordines Ecclesiasticos distribuendi, sacras Virgines benedicendi. *dicto cap. perlectis.*

19 Benedictionem dandi, Sacerdotum enim est benedictionem dare. *cap. hinc est.* 16. *q.* 1.

20 Latissime Io. Franciscus Leo olim Episcopus Thelesinus vir, & moribus, & doctrina, & muneribus, quibus functus fuerat ornatissimus, à quo multa didicisse profiteor, & cui alijs nominibus plurimum debeo *in suo Thesaur. for. Eccles. cap.* 6. *ferè per totum*, præsente tamen Episcopo non potest Sacerdos benedicere. *glos.* 2. *in cap. ecce.* 95. *dist.*

21 Atque orandi pro populo. *Matth* 6. *d. cap. perlectis. & cap. ipsi Sacerdotes. & cap. dictum est.* 1. *q.* 1.

22 Medius enim stat Sacerdos inter Deum, & naturam humanã illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostrâs petitiones illuc perferens Dominum iratũ reconciliãs vtrique naturæ. *D. Chrysost. Homil.* 4. & 5. *de verbis Isaiæ. cap. fin.* 36. *dist. cap. nulli.* 3. *q.* 1. *cap. quia.* 10. *q.* 1. *cap. multiplex. de pœnit. dist.* 1. *glos. in l. miles. verb. facere. & ibi Rip. nu.* 7. *ff de re iudic.*

23 Nam orationibus clericorum magis, quam officijs, & labore, vel sudore corporis Imperiũ contineri dicebant Imperatores Constantinus, & Constans. *vt in cap. qualibet.* 23. *q.* 8. *Bellarm. de exempt. cler. cap. vlt. in fin.* & ruere, & stare precibus Sacerdotum dicebat Honorius Imperator scribens ad Arcadium fratrem Augustum. *Baron. tom.* 5. *annal.* 407. & clerici diuinis vacantes laborem Principum compensant, qui administrationi Reipublicæ insudant. *D. Thom. super cap.* 13. *ad Roman.*

24 Necnon corpus, & sanguinẽ Domini Nostri Iesu Christi conficiendi. *Luc.* 22. *cap. Ecclesiastica.* 23. *dist. d. cap. perlectis. & cap. si quis presbyter.* 2. *q.* 5. *cap. absit.* 11. *q.* 3.

25 Siue boni, siue mali existant. *c. prater.* 32. *dist. cap. nonne. cap. intra Catholicam. cap. si inimicus. cap. multi. cap. non nocet. cap. Dominus. & cap. dictum.* 1. *q.* 1. *c. fin.* 15. *q.* 8. *c. vero & coscer. dist.* 2. *c. aliud. de consecr. dist.* 4. *Abb. in cap. extirpanda. §. qui verò. nu.* 4. *de praben.* quia per illos purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram, nam lapis ex aqua fructum ferre non potest, & si per lapideos canales transit aqua ad areolas in canali lapideo nihil generatur, sed tamen hortus plurimum fructum affert. *D. August. contrà ba retic. tract.* 5. *cap. si inimicus. cap. nec foris. cap. neque. cap. nonne. cap. remissionem.*

&

& c.dedit. 1.*q.*1. Et si visibilis Solis istius radij cum per loca fœtidissima transeunt nulla contactus inquinatione maculantur, multò magis illius, qui istum visibilem fecit virtus nulla ministri indignitate constringitur, nam & Iudas cum fuerit sacrilegus, atque fur quicquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt. *cap. secundum.* 19.*dist. cap fin.* 15. *q.*8. *c.vestra. de cohabit. cler. & mul.* quoniam mali bona administrãdo se tantùm lædunt ad instar cereæ facis accensæ, quæ sibi quidem detrimentum præstãt, alijs verò lumen in tenebris administrat, & vnde alijs commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. *dicto cap. fin.* 15.*q.* 8.

26 Non enim ipsi clerici, sed Deus principaliter operatur. *Actor.* 5. *D. Chrysost. Homil.*83 *in Matth. & Homil.*66. *ad populũ Antiochenũ. & Homil.*2. *in Epist.* 2. *ad Timoth. cap. secundum.* 19.*dist. cap. dictum, cap. non nocet. & cap. multi.* 1.*q.* 1. *dicto c. fin.* 15. *q* 8. *c panis.* 2. *de conscer. dist.* 2. & non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spiritus sancti. *c. vtrum. de conscer. dist.* 2.

27 Quemadmodum dicimus in sacramento Ordinis, qui confertur ab excommunicato, schismatico, hæretico, deposito, suspenso, vel interdicto, nam taliter promotus recipit ordinem, tales enim conferunt ordinem dummodò quod agunt faciant in forma Ecclesiæ. *cap. secundum.* 19.*dist. cap. Dominus.* §. *memento.* 1.*q.* 1. *cap. ostenditur. & cap. quomodo de conscer. dist.* 4. *glos. in cap.* 1. *verb. executionem. de ordin. ab Episc. qui resign. Episc.* sed ille ità promotus est suspensus. *cap. si qui à simoniacis. & ibi glos. verb. si qui.* 1.*q.* 1. *glos. in d. verb. executionem, & in cap.* 1. *verb. irritas. de schismatic. Abb. in cap.* 2. *nu.* 1. *&* 3. *de ordin. ab Episc. qui resign. Episc. Innoc. in cap. fraternitatis. num.* 4. *de hæretic. Host. in sum. de temp. ordin.* §. *à quo. nu.* 6. Neque si scienter taliter fuit promotus poterit dispensari, nisi à Papa, licet secus sit si ignoranter, quia eo casu poterit dispensari à proprio Episcopo. *Angel. in sum. verb. irregularitas. vers.* 3. §. 7. *quæritur.*

28 Dicimus etiam de baptismate, in quo non merita ministrorum, sed virtus Christi operatur, & ideò non esse timendum adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columba est attendenda, per quam dicitur. hic est, qui baptizat, dicebat *D. August. super Ioan. in part.* 1. *tract.* 5. *ad cap.* 1. *cap. baptismus. cap. cum baptizat. & cap. quomodo. c. cum tantum. & cap. siue hæreticus. de consecr. dist.* 4.

29 Nam & baptismus datus ab eo, qui nescitur vtrum Christianus sit, an verò paganus si in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti fuerit collatus est validus, & non est reiterandus. *c. à quodam. & c solet. de consecrat. dist.* 4. & in casu necessitatis paganus, & hæreticus baptizare potest dũmodo seruet formam Ecclesiæ, & facere intẽdat quod facit Ecclesia. *Eugenius IV. in Constit.* 19. *qua incipit. Exultate.* §. 10.

30 Sicut nequè datus baptismus ab hæreticis est iterandus. *cap. si qui. c. quamuis. cap. si reuera. & cap. siue hæreticus. de conscer. dist.* 4. nam baptismus ab excommunicatis denunciatis, etiam hæreticis vrgente necessitate, licitè peti, & administrari potest. *c. præter.* 32. *dist. D. Thom. in* 4. *dist.* 5. *q.* 2. *art.* 2. *quæstiuncula.* 5. *& in Sum.* 3.*p. q.* 64. *art.* 5. *&* 9. *Syluest. verb. baptis* 3. *q.* 5. 6. *&* 7. *Sot. in* 4.*dist.* 1. *q.* 5. *art.* 6. *ante fin.* & post eos, & alios cumulatos dicit *Sayr. thes. cas. consc lib.* 2. *cap.* 2 *num.* 12.

31 Nequè à schismaticis baptismus datus est iterandus. *cap. ostenditur. c. quomodo. cap. ab antiquo. & dicto cap. siue hæreticus. de conscer. dist.* 4. *glos. in cap.* 1. *verb. irritas. de schismatic.*

32 Quod idem dicitur in conferente alia sacramenta, nam licet conferens malus sit, tamen sacramenta valent, & proficiunt. *dicto c quomodo. D. Thom. d. art.* 5. *&* 9. & de Sacramento Pœnitentiæ quod habet effectum, licet illud administrans sit malus, decreuit *Concil. Trid. sess.* 14. *c.* 6.

33 Verumtamen non ità facilè exaudiuntur preces mali Sacerdotis, sicut boni. *cap. ipsi sacerdotes.* 1.*q.* 1. *cap. in grauibus.* 3. *q.* 7. *Abb. in dicto* §. *qui verò. num.* 4. §. 1. 49. *dist.*

34 Sunt quoque clerici Iudices fideliũ, Dominus etenim in testamento veteri, mandauit quòd si difficile, & ambiguum judicium conspiceretur inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram & lepram, & iudicium inter partes variari videretur, accedendum esset ad Sacerdotes, qui iudicassent iudicij veritatem, & si

quis

quis Sacerdotis imperio obedire recusasset decreto Iudicis moreretur. *Deut.* 17. *cap. absit.* 11. *q.* 3. *cap. per venerabilem. qui fil. sint legit.*

35 Vnde libet recensere, quod legitur de Sigismundo primo Poloniæ Rege, qui petentibus; vt Luterici Euangelij doctrinam, quam puram nebulones illi appellabant, in suo Regno prædicari pateretur; Non est meum, respondit, de puritate verbi Dei cognoscere, munus hoc est Clericorum, & Episcoporum, quorum iudicio etiam ego ipse libens me submitto, quorumque iurisdictionem in omnibus saluam esse volo, *vt refert Laurentius Surius in suis Commentar. rer. in orbe gest. sub an.* 1548.

36 Olim etiam tempore Apostolorum omnes causæ tàm clericorum, quàm laicorum deferebantur ad iudicium Ecclesiasticorum. 1. *Cor.* 6. *cap. relatum. & in cap. placuit. in fin.* 11. *q.* 1. *glos.* 1. *in cap* 1. 6 *q.* 1. *Abb. in cap. qualiter. nu.* 7. *de iudic.*

37 Ipsi autem clerici à nemine seculari iudicari possunt. *cap. submittitur.* 21. *dist. cap.* 1. *& per totam.* 11. *q.* 1. & dicam *in tit. de fauor. clericor. person.* §. 1. *num.* 22. In quibus verò causis possint clerici iudicare laicos dicetur copiosè inferius *in tit. de fauor. clericor. real.*

38 Habent prætereà clerici potestatem ligandi, & soluendi. *Matth.* 18. *Ioan.* 20. *cap. in nouo.* 21. *dist. cap. quodcunque.* 24. *q.* 1. *cap. quem pœnitet. & cap verbum. de pœnit. dist.* 1. *cap.* 1. *de pœnit dist.* 6. *cap nouit. de iudic. & dicto cap per venerabilem. qui fil. sint legit. & cap. omnis. de pœnit. & remiss.*

39 Imò quilibet simplex sacerdos in articulo mortis potest absoluere à quibuscunquè peccatis quantumcunquè ab homine, vel à iure reseruatis, & demum à quacunquè excommunicatione, & à quibuscunquè censuris Ecclesiasticis. *cap. pastoralis.* §. *prætereà. de offic. ordin. cap. fin. de sepult. cap. non dubium. cap. quod de his. cap. à nobis.* 2. *& cap. quamuis. de sent. excommunicationis. cap. noscitur. & c. eos. eodem in* 6. *clem. fœlicis.* §. *præsenti. de pœnit. in* 6. *D. Thom. in* 4. *sent. dist.* 18. *&* 20. *Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 7. *de casu. reseruat.* quoniã in articulo mortis nulla est reseruatio. *Concil. Trid. dicto cap.* 7. *ante fin. Suar. de pœnit. disp.* 36. *sect.* 4. *Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *num.* 4.

40 Etiam à reseruatis in Bulla Cœnæ Domini potest simplex sacerdos absoluere in eodem articulo, si præstita fuerit per absoluẽdos cautio de stando Ecclesię mandatis, & satisfaciendo, vt in Bulla Cœnæ Domini post *num.* 20.

41 Quæ cautio debet esse sufficiẽs cum pignore, vel fideiussore, si ea dari potest, sin minus cautio debet dari iuratoria. *clement.* 1. *& ibi Abb. num.* 26. *de hæret. glos. in d. clem. fœlicis.* §. *cum autem. verb. idoneè. Felin. in dicto cap. pastoralis. nu.* 12. *Nauarr. in Manual. cap.* 27. *nu.* 48. *Thes. For. Eccles. part.* 3. *cap. de excommunicat. num.* 163.

42 Et quamuis Sacerdos sit excommunicatus, & publicè denunciatus suspensus degradatus atque schismaticus in articulo mortis absoluere potest, dummodo non sit periculum subuersionis *D. Thom. in addit. ad* 3. *part. q.* 19. *art.* 6. *Sylu. verb. Confessio.* 1. §. *vlt. Suar. de pœnit. disp.* 36. *sect.* 4. *nu.* 5. *Bonacina, & alij apud ipsum de sacram. disp.* 5. *q.* 7. *proposit.* 2. *num.* 12.

43 Ratio autem est quod cum hoc sacramentum pœnitentiæ sit in remissionem peccatorum institutum, & articulus mortis sit vbi res agitur aut perpetuæ fælicitatis, aut æternæ damnationis, Ecclesia, quæ à Spiritu sancto gubernatur secundum immensam Dei misericordiam si non omni remedio ab hac luce exeunti promptissimè, & benignissimè succurreret non diceretur mater pietatis. *Varges. tract. de auct. Pontif respons.* 5. *num.* 13.

44 Cum tamen misericordiæ Dei nec mensuras possimus ponere, neque tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio. *c. his qui.* 26. *q.* 6. *cap. multiplex. de pœnit. dist.* 1.

45 Præterquamquod sacramẽtum pœnitentiæ nemini si verè pœniteat negari potest. *cap.* 2. *de furt. cap. super eo. de hæret. in* 6. *elem.* 1. *& ibi glos. verb. pœnitentiæ. de pœnit. & remiss.*

46 Et idem censetur de sacramẽto Eucharistiæ. *dicto cap.* 2. *& dicto cap. super eo. cap. quod in te. de pœnit. & remiss.* quod neque his, qui in patibulis suspenduntur denegari potest. *cap. quæsitum.* 13. *q.* 2. *cap.* 2. *de furt. c. super eo. de hæret. in* 6. *& clem.* 1. *de pœnit. & remiss. Sylu. verb. Eucharistia.* 3. *nu.* 7. *vers. octauum. Clar. in* §. *fin. quæst* 99. *nu.* 3. *Nauarr. in Manual. cap.* 25. *nu.* 23. *Franc. Marc.*

deeis. 10.

decis. 10. *part.* 2. tum quia si illa pœna est sufficiens pro delicto prodest, vt in alia vita non puniatur iterum. *d. c. quæsitum.*

47 Tum verò quia postquam crudeli pœna patibuli afficiuntur, esset maxima crudelitas eosdem communione, & sepultura priuare. *auth. vt cum. de appel. cognos. §. meminimus. vers. ideoque pium.*

48 Vsu tamen obtentum est, ne his qui proximè sunt pœna mortis puniendi detur Eucharistia, sicuti nec etiam extrema vnctio, cum ea tantum sit exhibenda his, qui ægritudine laborant, & ob eam in mortis periculo sunt constituti. *D. Thom. in 4. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 1. nu. 11. Simanc. de cathol. Instit. tit. 57. nu. 16. Arebid. in cap. oleo. 95. dist. Pelin. in cap. ad abolendam. nu. 3. de haretic. Surd. decis. 121. num. 1.*

49 Vltimo tamen supplicio mulctãdus non debet ad supplicium duci ea die, qua sumpsit Eucharistiam. *Host. in sum. tit. de immunit. eccles. §. in quantum. num. 11. addit. ad Abb. in cap. sanè. de celebr. miss. Franc. Marc. decis. 10. vol. 2. Rice. in prax. resolut. part. 2. resolut. 455. num. 3.* nihilominus sepultura nõ est furca suspẽso deneganda. *dicto c quæsitum. c. 2. de furt. glos. in d. clem. 1. verb. pœnitentia. Host. in cap. ex parte. 2. num. 6. in fin. de sepult.* vbi subdit non debere deponi de patibulo sine licentia Iudicis, quod etiam dicit *glos. in dicto cap. quæsitum. verb. in patibulis. Couar. dicto nu. 11.* ne contemni videatur bonum iustitiæ, quam tamen petitam Iudex denegare non debet. *l. 1. 2. & 3. ff. de cadauer. punit.*

50 Quamuis cadauera punitorum ob atrocitatem delicti relinquantur interdum in patibulis, vt cæteris sint exemplo. *Clar. in §. fin. quæst. 100. Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 459.*

51 Qui verò seipsum suspenderit, vel in puteum se præcipitauerit, aut aliqua alia ratione se occiderit priuatur Ecclesiastica sepultura. *cap. placuit. 23. quæst. 5. Rom. sing. 264. Couar. dicto num. 11. post med.* nisi indicijs, & coniecturis constaret eum furore, aut aliqua alia mentis alienatione hoc fecisse, sed vbi hoc non constiterit, quod seipsum suspenderit, vel in puteum se præcipitauerit, aut alia ratione se interfecerit non est præsumendum, quod sibi ipsi mortem intulerit, potest enim esse quod ab alio fuerit suspensus, vel in puteum iniectus, aut interfectus. *Soccin. Iun. cons. 51. vol. 2. Couar. loco citato. Dec. in l. 2. nu. 13. & seqq. C. qui test. fac. poss. & cons. 438. num. 4. Plot. inter cons. diuers. cons. 130. vol. 1. Clar. in §. fin. q. 68. nu. 38. vbi etiam Baiard. num. 116. Menoch. de arbitrar. casu. 284. nu. 36. & seq. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 17. nu. 9. in fin. & 10. Nauar. cons. 6. de sepult. Farinac. de homicid. quæst. 128. num. 41. & seq.* & in dubio semper agitur ad exclusionem delicti. *l. merito. ff. pro soc.*

52 In articulo autem mortis non tantum dicuntur, qui decumbunt propter infirmitatem, sed & ij, qui volunt transfretare mare si subsit euidens periculum naufragij, & ità possunt obtinere supradictam absolutionem, & illi qui obsidentur in aliqua arce, quæ cum machinis bellicis oppugnatur, si iustè se defendunt, item & ij qui oppugnant dictam arcem, dummodo sit iustum bellum; Idem dicendum venit de ingredientibus bellum campestre, & exeuntibus ad pugnam, si bellum pariter fuerit iustum, quia in his omnibus immiẽt periculum euidens mortis, secus autem si volẽs transfretare mare nõ sit in periculo euidenti naufragij, & qui obsidentur non expugnantur bombardis, & obsidentes stant à longe, seu obsessi se iniustè defendunt. *glos. in dicto cap. pastoralis. §. præterea. verb. praterquàm. & ibi Host n. 15. 16. 17. & Abb. nu. 3. de offic. ordin. Couar. in cap. alma mater. part. 1. §. 11. num. 8. de sent. excommun. Stephan. Fagundez in quinque precept. eccles. 2. p. lib. 1. num. 7.* Qui verò est iustè obsessus, & iniustè se defendit si pœnitet, sed tutò exire nequit tunc dicitur in articulo mortis, & ideò potest absolui, dummodo tamen faciat quod nõ possit sibi aliquid imputari. *Host. in dicto §. præterea. dicto num. 17.*

53 Mulier autem prægnans proxima partui potest pariter absolui, quia dicitur in periculo mortis, nam fortissimæ, & robustissimæ mulieres deficere solent in partu, & ità post *Host. scribit Abb. in dicto §. pratered. num. 3. vers. dubitat etiam Host. & Couar. dicto nu.* 8. Et mortis articulus non solum dicitur ille, in quo constitutus non euadit à morte, sed etiã ille, in quo probabiliter timetur, aut speratur mors à Medicis, seu ab alijs viris cordatis, etiamsi postea euadat, & conualescat. *Couar. dicto num. 8. Palud. in 4. distin.*

27.q.2.in 3. casu. D. Anton. 3. p. tit. 14. cas. 17. & 47. Syluest. verb. confessio.

54 Nullus tamen laicus in articulo necessitatis, vel in alio quolibet casu quempiam sacramẽtaliter absoluere potest siue à peccatis, siue ab excõmunicatione, quia non habet claues Ecclesiæ. Host. in dicto §. prætereà. num. 15. & Abb. num. 3. Dominic. Sot. lib. 4. sent. dist. 18. q. 4. artic. 1. Tolet. in Instruct. Sacerd. lib. 1. c. 16. nu. 5. Nauar. in Manual. cap. 2. nu. 4. & c. 27. num. 272. quicquid dicant glos. in dicto §. prætereà. verb. præterquàm. & alij, quorum doctrinam falsam esse, & à veritate Euangelij penitus alienã declarauit Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. de minist. sacramen. Pœnitent. quinimò eos anathematizauit, qui dixerint omnes, & singulos Christifideles habere potestatẽ ligandi, & soluẽdi. vt in dicta sess. 14. canon. 10. Franc. Suar. tom. 4. in 3 part. D. Thom. disp. 7. sect. 32. dicit non solum clericum nõ sacerdotem, sed etiam laicum sacramentaliter aliquem absoluentem fieri irregularem.

55 Neque alicui Confessario licet absolutionem à peccatis impertiri absenti, minusq. alicui licèt per literas, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri. cap. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1. & post multos dicit Sayr. thes. cas. consc. lib. 2. cap. 21. nu. 12. & ita in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis die 20. Iunij 1602. Clemens octauus auditis votis Theologorum, & habita re cum Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus illam propositionẽ, quòd liceat per literas, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, ac ab eodem absente absolutionem obtinere damnauit vti falsam, temerariam, & scandalosam, ac prohibuit, præcepitq. ne deinceps huiusmodi propositio publicis, priuatisq. lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, neuè vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur, quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit, nisi forsan impugnando, vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunquè dignitate fulgẽte etiam S.R.E. Maiori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Rom. Pontif. absolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis subiectum illum esse voluit.

56 Ab excommunicatione tamen quis poterit absolui per literas. glos. in cap. de manifesta. verb. iudicaui. 2. q. 1. & in cap. quanto. verb. epistolam. 2. q. 5. Angelic. in verb. absolutio. 3. nu. 5. Syluest. eodem verb. 3. nu. 9. dub. 5. Nauar. in Manual. cap. 26. nu. 14. Sayr. dicto cap. 21. nu. 12.

57 Item poterit quis absolui ab excõmunicatione in foro exteriori per procuratorem, habentem tamen speciale mandatum. Io. Andr. in cap. qui ad agendum. vbi etiam glos. verb. pacisci de procur. in 6. Archid. in cap. eos qui. & ibi Gemin. de sent. excom. Soccin. in cap. super eo. n. 7. 8. & 9. Angelic. eod. verb. absolutio. 3. nu. 6. Vgolin. de censur. Ecclesiastic. tab. 1 c. 19. §. 1. nu. 2. & 3. & de communi. Sayr. dicto cap. 11. nu. 13. & 14. Capell. Tholos. q. 56.

58 Episcopi autem in casibus, in quibus possunt alios absoluere, seu cum alijs dispensare, non possunt ipsi se ipsos absoluere, siue secum dispensare, sed licitum est illis eligere sibi Confessarium inferiorem, qui illos absoluat, siue secum dispenset. Maiol. de irregularit. lib. 2. cap. 2. nu. 12. & lib. 5. cap. 51. nu. 7. Sylu. verb. confessor. 1. §. 2. nu. 9. Angelic. eod. verb. 1. §. sed quã auctoritatẽ. Henriquez lib. 14. de irregularit. c. 18. §. 3. Tolet. in Instruct. Sacerdot. cap. 85. nu. 7. in fin. & ità censuit Sacra Congregatio super Conc. Trid. cap. 6. de reform. sess. 24. § quæsitum fuit. Sãchez de matrim. lib. 8. disp. 3. n 3. Suarez in 3. part. D. Thom. disp. 41. sect. 2. num. 9. ac etiam à censuris absoluat. Duard in comm. Bulla Cœna Domini in §. 2. q. 11. nu. 19. lib. 3. Prax. Archiep. Neapol. c. 67. nu. 20. vers. decimum octauum.

59 Quia excommunicatus occultus potest ea exercere quæ fiunt ratione publici officij. Innoc. cõmuniter receptus in c. cum dilectus. de consuetud.

60 Cum Episcopi, & alij. Superiores Prælati possint sibi eligere Confessarium. cap. fin. de pœnit. & remiss.

61 Nequeunt tamen Episcopi eligere sacerdotem Confessarium sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit admissus, & approbatus ad confessiones audiendas, vt censuit sacra Congregatio

Card.

Card. super Conc.Trid. *cap.15. sess. 23. de reformat. §. Sanctissimus.*

62 Habentetiam clerici spiritum Prophetiæ, vt legitur de Caipha. *Io.11. c.dictum. 1. q. 1.*

63 Appellantur Reges clerici. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium. *1.Petr.2. d. cap. duo sunt. 12. quæst.1. & cap. vnic. §. quia verò. de sacr. vnct. & post Abb.dicit Dec. in cap.cum non ab homine. num.7. de iudic.*

64 Et ideò reges vocantur, quod se, & alios in virtutibus regant, & in Deo Regnum habeant, quod designat corona, quam in capite gerunt,& quam habent ab initio. Romanæ Ecclesiæ in signum Regni, quod in Christo expectatur. *d. c.duo sunt. & d. §. quia verò. Barbat. cons.58. col.5. vers. item ex alio. vol. 2.*

65 Imò præferuntur Regibus, & Imperatori. *cap.certum.10.dist.cap.si Imperator 96. dist. dicto cap. duo sunt. cap.nouit. de iudic. cap. solita. de maior.& obed.glos. fin. in cap.si autem. 11. quæst. 3. Cassan. cons.26. n.1. D. Ambros. de dignit. sacerd. lib. 1. cap. 2. D. Chrysost. Homil. 4. & 5. de verbis Isaia. & in lib. 3. de sacerdotio. D.Gregor. Nazianzen. in orat ad populum timore perculsum, & Principem siuè Præsidem irascentem. D. Chrysost. in Homil. 83. in Matth.* Si Dux, inquiens, quispiam, si Consul, si is, qui diademate ornatur indignè adeat, cohibe, & coerce, maiorem tu illo habes potestatem.

66 Et sunt à Deo constituti super gentes, & Regna, vt euellant, dissipent, & plantent. *Hierem.1.d.c.solita. §.potuisset. & ibi Abb. num. 5.*

67 Hinc Valentinianus Imperator mortuo Auxentio Arriano Episcopo, qui Mediolanen. Ecclesiam vt lupus dilaniauerat, cum vellet eidem Mediolanen. Ecclesiæ Episcopum creari, & præfici ad euocatos Episcopos Suffraganeos per ipsum habito colloquio super huiusmodi Episcopi electione, eum subiunxisse legimus.

68 Talem in Pontificali sede cōstituere procureris, cui & nos, qui gubernamus imperium sincerè nostra capita submittamus, & eius monita, cum tanquam homines deliquerimus, suscipiamus necessariò velut medicamenta curantis. *Histor.Eccles. Tripart. lib.7. cap 8.cap.Valentinianus. 63.dist d.cap duo sunt. in fin.96.dist. & dicto cap. nouit. de iudic.*

69 Nequè ingratum erit, si vniuersum huiusce negotij euentum recēsebo, quamuis extra rem meam hoc subijci videatur. Hæc cum dixisset Imperator ille religiosissimus, petijt Synodus, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens; At ille super vos est, inquit, talis electio, Vos enim gratia diuina poriti, & illo splendore fulgentes melius poteritis eligere. Cum autem tunc Sacerdotes egressi de Episcopali sede tractassent, & dispositione diuina Ambrosius nōdum baptizatus electus fuisset, exultans Imperator, ait, Gratias ago tibi Domine Deus omnipotens, & Saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, erat enim tunc temporis Ambrosius Mediolanensi administrationi factus Præfectus, tu autem animas commisisti, & meam sententiam ostendisti tuæ Iustitiæ conuenire; Cumquè sanctus Ambrosius de hoc contristaretur, quod illi acciderat, confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit semper te adiuuabit, & ego adiuror, & defensor tuus, vt meum ordinem decet semper existam. *Histor. Ecclesiast. Tripart. dicto capitulo 8. & dicto capitulo Valentinianus.* Quare Gelasius Papa in Epistola ad Anastasium Imperatorem nosti itaque, inquit, ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntarem.

70 Et sunt clerici Patres, & Magistri Regum omnium, & Principum, omniumquè fidelium. *cap. nolite. 21.dist. cap. quis dubitet. & cap. in scripturis. 96. distinct. cap. Sacerdotes. 6. quæst. 1. D. Ambros. de dignit. Sacerd. cap. 2.*

71 Quamobrem sunt ab omnibus honorandi. *dicto cap. nolite. & dicto cap. Sacerdotes. cap. Sacerdotibus. 11. quæst. 1. cap. absit. eadem quæst. 3. cap. Ecclesias. 16. quæst. 7. cap.Sacerdotes. & cap. Ecclesias. de consecr. distinct.1. dicto cap. solita. §. hæc autem. & ibi Abb. nu. 6. D. Clemens in suis Constitution. lib. 7. cap. 32. capit. fin. 96.distinct. D. Hieronym. lib.2. Comment. in Matth. cap.15. & D. Chrysostomus Homilia 2. in Epistola 2. ad Timotheum.*

72 Ad exemplū Imperatoris Melchiadis, qui scripsit, se ita velle filium circa spiritualem patrem, & discipulum erga Magistrum deuotum, ac sobrium esse vt

nulla penitus temeritate ad eorum vitam non, vt dicam dijudicandam, sed ne tenuiter quidem reprehendendam prosilire vellet. *dicto cap. nolite*.

73 Imperatorem etiam Constantinum dixisse legimus, quod si proprijs oculis vidisset Sacerdotem Domini, aut aliquem eorũ, qui monachali habitu circumamicti sunt peccantem chlamide sua piaculum illud obtegisset, ne tam fœdum facinus spectatoribus occasionẽ mali præberet. *dicto cap. in scripturis*.

74 Boni etenim Principis est clericos honorare, ac tueri. *cap. boni. 96. dist. c. Maximianus. 23. q. 3. cap. Principes. eadem. quæst. 5. & cap. tributum. eadem. quæst. 8.*

75 Alexander item Magnus dum capta Gaza ad destructionem Hierusalem pergeret, summum Sacerdotem, qui vt illum exciperet, ei Põtificio ornatu indutus occurrit, equo descendit, genibus flexis adorauit, & Parmenoni eius familiari interroganti, quare illi viro ità se humiliauerit, respondit, se non hominem adorasse, sed Deum, cuius ille est Sacerdos. *Ioseph de Antiquit. lib. 11. cap. 18. D. August. de Ciuit. Dei. lib. 18. cap. 45. Benedict. in cap. Rainutius. verb. & Vxorem nomine Adelasiam. nu. 148. de testam. Cassan. in Cathal. part. 4. consid. 2.*

76 Et D. Francisc. dicere solitus erat, si cui sanctorum à Cęlo in terram lapso, & cum illo simul sacerdoti occurrisset, prius se sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reuerentiam facturũ sancto *D. Bonauent. in Vita eiusdem Sancti cap. 4.*

77 Et Dominus noster Iesus Christus vsquè ad passionis suæ diem Pontificibus, & sacerdotibus seruauit honorem, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent, nam cum leprosum emundasset. *Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5.* dixit illi: Vade, & ostende te sacerdoti, & offer donũ ea humilitate, qua nos quoquè esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum; & alia vice cum iret Hierusalem, & transiret per mediam Samariam, & Galilęam, & cum ingrederetur quoddam Castellum occurrissent ei decem leprosi viri, & rogassent eum, vt illis sanitatem præberet, dixit illis: Ite ostendite vos Sacerdotibus. *Luc. 17.* Item sub ictu passionis cũ alapam accepisset, & ei diceretur, Sic respondes Pontifici? nihil ille contumeliosè locutus est in personam Pontificis, sed magis innocentiam suam tutatus est dicens: si malè locutus sum exprobra de malo, si autem benè, cur me cedis? *cap. Dominus noster. 93. dist.*

78 Quinimmo, & animalia, & Dracones Sacerdotem venerantur, nam cum immanis Draco non longè Parisijs delitesceret processione solemni illuc processit Vrbis Episcopus Marcellus, missoq. in collum serpentis orario, vulgò dicto stola triumphum suum ante ciuium oculos extraxit, vt refert *Fortunat. Pictauien. in Vita S. Marcelli Episcopi Parisien.*

79 Quare iure merito clerici dicuntur Reuerendissimi. *c. Constantinus. §. viris autem. 96 dist. cap. de persona. 11. quæst. 1. cap. de crimine. 15. q. 5. auth. de Sanctiss. ac Reuerendiss. Episc. & Cler. in Rubro, & in Nigro. §. sancimus auth. vt determ. sit num. cler. §. sed & si quis inter. auth. de nupt.*

80 Vices Apostolorum tenent clerici, *dicto cap. Dominus noster. cap. si quis presbyter. 2. q. 5. cap. absit. 11. q. 3.* & dicuntur familiares Christi. *Alex. Papa Epist. 2. in princip. cap. nulli. verf. familiares. 3. quæst. 1.* & ministri Christi. *1. Cor. 4.* & amici Dei. *Ioan 15.*

81 Appellantur etiam Angeli. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ab ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. *Malach. 2. cap. Sacerdotibus. 11. q. 1. D. Dionys. de Eccles. Hierarch. cap. 3. & de cœlest. Hierarch. cap. 1. & 2. & D. Bernard. in sermone synod.* alloquens Sacerdotes quantam, inquit, dignitatem contulit vobis Deus? quãta est prærogatiua ordinis vestri? prætulit vos Deus Regibus, & Imperatoribus, prætulit ordinem vestrum omnibus ordinibus, immò vt altiùs loquar, prætulit vos Angelis, & Archangelis, Thronis, & Dominationibus, sicut enim non Angelos, sed semen Abrahæ appræhendit ad faciendam redemptionem, sic non Angelis, sed hominibus, solisq. sacerdotibus Dominici corporis, & sanguinis commisit consecrationem, omnes enim sicut dicit *D. Paul. ad Hebr. 1.* sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, sed longè excellentius est officium vestrum, quod admirabile est non solum oculis vestris, sed etiã Angelorum. *Hæc D. Bernard. Chrysost. d.*

Homil.

Homil. 2. in Epist. 1. ad 1 imoth & lib. 3. de Sacerd. D. Aug. serm. ad fratres in Eremo.

82 Vocantur etiam Vicarij Christi. *cap. inter hæc. 2. de pœnit. dist. 3. & dicto cap. si quis presbyter. 2. q. 5. c. accusatio. 1. in fin. ead. quæst. 7.*

83 Item, & hæredes Dei, cum enim à cleros, quod est sors, vel hæreditas clerici dicantur, iure merito hæredes Dei dici possunt, quia in sui ordinatione, vel assumuntur in hæreditatem Domini, vel assequuntur hæreditatem in ipso, vt verè possint psallere cum Propheta dicente: Dominus pars hæreditatis meæ. *Psalm. 15. cap. cum secundum. de praben. cap. cleros. 21. dist.*

84 Imò, & dicuntur Dij Dijs. hoc est Sacerdotibus, nō detrahes. *Exod. 7. & 22.* Ego dixi Dij estis. *Psalm. 81. cap. Synodum. 17. dist. cap. Sacerdotibus. 11. q. 1. cap. futuram. 12. q. 1. cap cum ex iniuncto. §. licet de hæretic. Dec. in cap. cum non ab homine. num. 6. de iudic.*

85 Deos etiam appellauit Imperator Constantinus, nam cum fuissent illi scripto oblatæ accusationes contra clericos, Libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit, dicens, Vos Dij estis à vero Deo constituti.

86 Ite, & inter vos causas vestras discutite, quia dignum non est, vt iudicemus Deos. *Histor. Eccles. lib. 10. cap. 2. D. August. Epist. 66. c. continua. §. Constantinus. & cap. Sacerdotibus. 11. q. 1. cap. futuram. 12. q. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione veniūt Clerici prima tonsura.*
2 *Constituti in ordinibus minoribus veniunt etiam appellatione clericorum.*
3 *Appellatione clericorum continentur omnes qui in Ecclesia Dei deseruiūt.*
4 *Canonici quoquè veniunt in fauorabilibus, secus in odiosis. num. 28.*
5 *Episcopi item, & Archiepiscopi, Primates, & Patriarcha non tamen in odiosis. num. 36.*
6 *Dignitates pariter Ecclesiastica omnes in fauorabilibus, aliter in odiosis. num. 36.*
7 *Episcoporum appellatione, qui veniāt.*
8 *Cardinales item in fauorabilibus, non in odiosis veniunt appellatione Clericorum. num. 41.*
9 *Monachi quoquè in fauorabilibus, licet secus in odiosis.*
10 *Monachorum appellatione non veniunt Clerici seculares.*
11 *Canonici Regulares non veniunt appellatione Monachorum.*
12 *Populi, seù Ciuium appellatione non veniunt Clerici in materia stricta, secus in fauorabili.*
13 *Clerici in fauorabilibus sunt pars Reipublica, & de districtu secularium.*
14 *Clerici non habent vocem in Concilijs populi.*
15 *Beneficiati in aliqua Ciuitate veniunt appellatione ciuium illius Ciuitatis.*
16 *Parochus reputatur de vniuersitate.*
17 *Capitulum Canonicorum venit appellatione ciuium.*
18 *Episcopus, & eius Vicarius veniunt appellatione Officialium populi.*
19 *Heremita, Conuersi, & Fratres Tertij Ordinis an, & quomodo veniant appellatione Clericorum, & num. 26.*
20 *Heremita non viuentes sub Regula non deberent ab Episcopis tolerari, & quare.*
21 *Habitus noua Religionis est interdicendus ab Ordinarijs locorum.*
22 *Laici non possunt deferre habitum, vel tonsuram clericalem.*
23 *Heremita non viuentes sub Regula subsunt Iurisdictioni Episcoporum.*
24 *Mulieres collegiatim viuentes more Religiosarum, vulgò dicta Tertiaria, siui Virgines S. Vrsula, & huiusmodi licet non sint Regulares subijciuntur Iurisdictioni Episcoporum.*
25 *Heremita an, & quomodo gaudeant priuilegio fori.*
26 *Heremita sub Regula viuentes non veniunt appellatione Clericorum in materia stricta.*
27 *Interdicto Clero non comprehenduntur Regulares tàm mares, quàm fœminæ.*
28 *Canonici in materia stricta non veniunt appellatione Clericorum, nec appellatione Cleri comprehenditur Capitulum in materia praiudiciali.*
29 *Ecclesiarum appellatione non venit Ecclesia Cathedralis.*
30 *Mandatum habens de prouidendo in aliqua Ecclesiarum Ciuitatis, vel*

Diœcesis non potest prouideri in Ecclesia Cathedrali.

31 *Dispensatus ad beneficia obtinenda non potest habere Canonicatum in Cathedrali.*

32 *Diœcesis appellatione an, & quomodo veniat Ciuitas.*

33 *Collegiata quomodo veniant appellatione Ecclesiarum Parochialium.*

34 *Monasteria non veniunt appellatione Ecclesiarum, nequè è contra.*

35 *Clericorum appellatione non veniunt clerici in dignitate Ecclesiastica constituti.*

36 *Episcopi in odiosis non comprehenduntur sub qualibet dispositione generali nisi specificè nominentur, & num.40.*

37 *Personæ notabiles non veniunt in generali sermone.*

38 *Beneficiorum appellatione nō veniunt dignitates.*

39 *Dispensatus ad dignitates non dicitur dispensatus ad maiorem dignitatem.*

40 *Cardinales non veniunt appellatione clericorum in odiosis.*

41 *Regula Cancellaria annullans gratias non exprimentes verum valorem beneficij, non habet locum in gratia Cardinali facta.*

42 *Generalis locutio non comprehendit personas notabiles, & magnas.*

43 *Episcopalis dignitas non venit sub amplissimis verbis quorumcunquè beneficiorum in odiosis.*

44 *Clericorum appellatione veniunt Canonici, Episcopi, & Cardinales quando alioquin resultaret absurdum.*

45 *Cardinales incurrunt in excommunicationem à iure latam.*

46 *Cardinales in generali dispositione tunc comprehenduntur quando id quod prohibetur est per se malum, vel iure communi est interdictum, aut id quod imperatur est per se bonum, vel est alioqui iure cōmuni decretum.*

47 *Episcopi incurrunt in excommunicationem à iure latam.*

48 *Cardinales non incidunt in suspensionem, nequè interdictum, nisi eorum specificè mentio fiat.*

49 *Episcopi non ligantur suspensione, siue interdicto, nisi de illis mentio fiat.*

§. Secundus.

1 ET quamuis multi ex allegatis canonibus in §. præcedēti loquantur de sacerdotibus, nihilominus sciendum est, quod clericorum appellatione veniunt non solum clerici primæ tonsuræ. *cap. cleros. 21 dist. cap. cum contingat. & ibi Host. nu 6 de æta. & qual. Abb. in cap. cum non ab homine. num. 2. de iudic. Parpal in repet. l placet. nu. 21. & 23. circa fin. C. de sacros. Eccles. Corset. sing. 12. circa fin. Rol. cons. 16. num. 14. vol 4. Crau. cons. 616. num. 14. vol. 4.*

2 Et in minoribus, ac in maioribus ordinibus constituti. *dicto c. cleros. & c. clericum. 72. dist. c. de persona in fin. 11. q. 1. glos. 1. in cap. 2. de praeben. Abb. in Rubr. de vit. & honest. cler. nu. 8. Rol. à cons. 16. num. 10. & seqq.*

3 Sed generaliter clerici nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Dei deseruiunt, quorum gradus, & nomina sunt Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter. *d. c. cleros. & d. cap. de persona. cap. duo sunt. 12. q. 1. Host. in dicto cap. cum contingat. num. 6. Dec. in dicto c. cum non ab homine. nu. 8.*

4 Item, & Canonici. *cap. cum tibi. & ibi Abb. num. 1. & 3. & Butr. de verb. sign. cap. per exemptionem. de priuil. in 6. Abb. in cap. bona, nu. 2. de postul. Prael. & post Abb. & alios dicit Felin. in cap. non dubium. num. 1. de sentent. excom. Bero. cons. 3. n. 29. & seq. vol. 1. Federic. cons. 71. Bursat, cons. 287. num. 6. vol. 3.*

5 Et Episcopi, Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, & omnes cuiuscunque ordinis, seu dignitatis Ecclesiasticæ sint. *dicto cap. cleros. Abb. in Rubr de vit. & honest. cler. nu. 8. & 9 & in dicto cap. cum tibi. nu. 4. & ibi Butr. de verb. signific.*

6 Et probatur etiam in Rubro iuncto Nigro. *tit. de vit. & honest. cler. & tit. de cohabit. cler. & mul.* vbi etiam Episcopi, alijq. omnes, qui sunt ordinis clericalis appellatione clericorū continentur. *Bero. cons. 3. nu. 29. 32. 34. & 37. & cons. 153. num. 61. vol. 1.*

7 Episcoporum autem appellatione veniunt etiam Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi. *dicto cap. cleros. §. ordo verò, vers. omnes autem. 21. dist.* siuè simus in materia stricta, siuè fauorabili.

cap. quia periculosum. & ibi glos verb. superioribus. & Praneb.nu. 2. & DD. de senten. excom. in 6. Gemin. in cap. 1. in princ. n.6 de priuil. in 6. vbi pari ratione idem dicit de Primatibus.

8 Necnon & Cardinales in materia fauorabili veniunt appellatione clericorum, cap. 2. iuncta Rubr. & ibi Modern. de cler. non resid. Caid. in cap. in nostra. de rescript. Trot. de perfect. cler. cap. 7. nu. 3.

9 Monachi pariter veniunt in materia fauorabili. Abb in cap. 1. num. 7. ne Cler. vel Monach. & in cap. 1. nu. 9. de iuram. cal. Felin in dicto cap. non dubium. nu. 3. Roman. cons. 259. & cons. 418.

10 Licet Monachorũ appellatione non veniant clerici seculares siue in materia fauorabili, siue stricta. Abb. in d. cap. 1. num. 9. de iuram. cal. & in cap. 1. nu. 3. de instit. Felin. dicto nu. 3. Syluest. verb. clericus. 1. num. 2.

11 Neque appellatione Monachorum veniunt Canonici Regulares in odiosis. Abb. in cap. quod Dei. nu. 2. de statu Mon. Nauar. in cap. statuimus. 19. q. 3. D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 8.

12 Neque in odiosis ciuium, seu populi appellatione veniunt clerici, Abb. in c. 1. num. 1. de vit. & honest. cler. & in cap. 1. num. 2. de preben. Felin. in c. Rodulphus. num. 18. de rescript. Dec. in cap. Ecclesia Sancta Maria. nu. 36. & seqq. vbi dicit de communi, & ibi Felin. nu. 69. de constit. Syluest. verb. clericus. 1. nu. 3. quamquam secus sit in materia priuilegiata, & fauorabili, in qua clerici veniunt appellatione ciuiũ populi, ac distrĩctualium. glos. in cap. si sententia. de sent. excom. in 6. Bart. in l. 1. ff. ad municip. Bald. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. Praf vrb. Abb. in dicto cap. 1. n. 1. de vit. & honest. cler. & in cap. constitutus. nu. 4. in fin. de in integr. restit. Felin. in dicto cap. Rodulphus. n. 17. & seq. & in cap. cam te. n. 16. de rescript. Dec. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria nu. 38. & seqq. Oldrad. cons. 32. per totum. Barbat. cons. 1. nu. 65. vol. 3. Bald. cons. 241. vol. 3. Alexand. cons. 41. vol. 7. Roman. cons. 180. Nat. cons. 157. num. 8. vol. 1. Osasc. decis. 180. num. 8.

13 Et sunt pars Reipubl. & de districtu secularium in fauorabilibus. cap. dilecti. vbi Abb. in 2. not. & Ancbar. & alij de foro comp. Felin. in d. c. Rodulphus. n. 18. & in d. cap. cam te. n. 16. & in d. c. Ecclesia Sancta Maria. num. 74. Bald. in l. 1. §. huius. & ibi Castr. col. 2. vers. item an clerici. ff. de inst. & iur. Io. Andr. in c. fin. de offic. deleg. in 6. Cæphal. cons. 54. nu. 11. & seq. vol. 1. Surd. decis. 129. n. 14.

14 Licet non habeant vocem in concilijs populi. Innoc. in cap. dilecta. propè fin. de excess. Pral. Abb. in cap. non minus. num. 14. de immunit. Eccles.

15 Clerici beneficiati in aliqua ciuitate veniunt etiam appellatione ciuium illius ciuitatis. Bart. in l. 1. ff. ad municipal. & post Card. dicit Felin. in dicto cap. Rodulphus. num. 18. facit cap. 1. de temp. ordin. in 6. Plot. cons. 19. num. 44. licet alibi domicilium habeãr. Bertazzol. cons. 443. nu. 7. vol. 2. Carean. ad Constit. Mediolan. tit. de Collegijs. vers. huic dominio non subditam.

16 Et de Parocho, qui reputetur de Vniuersitate in fauorabilibus dicit Alberic. in l. 1. vers. vidi etiam dubitari. ff. quod cuiusque vniuersit. & post eũ & Oldrad. dicto cons. 32. dicit Felin. in d. cap. cam te. num. 16.

17 Nam etiam appellatione ciuium venit Capitulum Canonicorum. Bart. in l. 1. vers. quaero etiam an Capitulum, ff. ad municip.

18 Et appellatione Officialium populi venit Episcopus, & eius Vicarius. Ancbar. cons. 340. Surd. decis. 129. nu. 7. 11. & 12. Dec. in c. significasti. n. 21. de offic. deleg. quare infertur quod ex quo Episcopus, & eius Vicarius veniant appellatione Officialium Ciuitatis poterit eius familia deferre arma sicut alij Officiales Ciuitatis, Bald. in l. nam salutem. §. ait enim. ff. de offic. Praefect. Vigil.

19 Conuersi quoque, & Deo deuoti Monachi simplices, Heremitæ, & Fratres Tertij Ordinis si ex toto Deo fiot dediti, & translati, vt quia tradiderunt se, & sua renunciando proprijs, & habitum mutauerunt, & viuunt sub Regula, veniunt appellatione clericorum, si verò non sunt ex toto Deo dediti, vel translati, & non viuunt sub Regula, tunc nequaquam veniunt appellatione clericorum. Abb. in cap. tuarum. nu. 4. & in cap. vt priuilegia. num. 3. & in cap. 3. num. 4. de priuil. Lambert. de Iurepatron. lib. 2. part. 1. q. 7. art. 4. num. 1, & 4.

20 Huiusmodi autem Heremitæ, qui non viuunt sub Regula, neque profitentur ali-

aliquem Ordinem Regularé, non deberent ab Episcopis tolerari, quia multoties sunt scelestissimi, & sunt sicut locustæ sine Rege. *glos. in cap. qui verè. verb. verò. 16. q. 1. Abb. in cap. ex parte. 2. nu. 10. de conuers. coniug. Card. in clem. 2. q. 12. de præben.* & sunt sicut acephali, idest sine capite. *cap. nulla ratione. 93. dist.*

21 Quinimò deberent exui illo habitu; prohiberi enim potest per Ordinarios locorũ habitus nouæ Religionis, est namq. interdictum ne aliquis nouum Ordinem, aut Religionem inueniat, vel habitum nouæ Religionis assumat. *cap. vt clerici. de Regular. cap. 1. de relig. domib. in 6. extrauag. sancta. de religios. domib. Abb. in cap. tuarum. in princ. de priuil. & in cap. nullus. ante fin. de for. comp.*

22 Et potest etiam prohiberi laicis ne deferãt habitum, vel tõsuram clericalem. *Gemin. in cap. fin. & ibi Franch. de bigam. in 6.*

23 Et Episcoporum Iurisdictioni subijciuntur huiusmodi Heremitæ. *dicto c. qui verè 16. q. 1. glos. in d. cap. nulla ratione. verb. acephalos. 93. dist. Abb. in d. c. nullus. num. 10.*

24 Quemadmodum etiã mulieres collegiatim viuentes more Religiosarũ, vulgò dictæ Tertiariæ, siue Virgines S. Vrsulæ, & huiusmodi licet non sint regulares, neque faciunt professionem, quibus Episcopi possunt dare formam circa vestes, & subijciuntur ex iurisdictioni Episcopi. *cap. in dignitatibus. § superadicta. & ibi Gemin. & Franc. de elect. in 6. elem. attendentes. § iisdemque; & ibi Card. de statu Monach.* debentq. ab Ordinario seuerè puniri si scandalosè viuant. *Nauar. cons. 8. de statu Monach. part. 1.*

25 Neque tales Heremitæ gaudent priuilegio fori, quando non habent ordinem Ecclesiasticum, neque profitentur aliquam religionem, nec habent superiorem, secus autem si profiteantur vitam regularem habentes superiorem. *Felin in cap. 2. de fon. comp. Card. in dicta clem. 2. q. 12. de præben. D. Hieron. epist. 41. c. 10. Ausner. in tract. de potest. secular. reg 2. num. 37. vers. quartò extende. Ricc. in prax. resol. part. 2. resol. 149. nu. 3. & dicam in tit. de funct. clericor. canon. in § 1.*

26 In materia verò stricta, & odiosa Monachi, & dicti Heremitæ, item & Conuersi sub regula viuentes non veniunt appellatione clericorum. *Abb. in d. cap. 1. nu. 7. ne Cler. vel Monach. & in c. 1. nu. 3. de instit. & in cap. 1. nu. 9. & ibi addit. de iuram. cal. Felin. in dicto c. non dubium. nu. 3. de sent. excommunicat. Roman. dicto cons. 259. & cons. 418.*

27 Et ideò interdicto clero non cõprehenduntur Regulares siue mares, siue fœminæ. *Syluest. verb. interdictum. 2. n. 17. Angel. eodem verb primo. nu. 9. Maiol. lib. 3. de irregularit. cap. 20. num. 6. Sayr. thes. cas. conscient. lib. 5. cap. 4. num. 29.*

28 Neque comprehenduntur Canonici appellatione clericorũ in materia stricta. *cap. sedes. cum ibi not. de rescript. Abb. in dicto cap. bonæ. num. 2. de postul. Præl. Felin. in d. cap. non dubium nu. 1. Dec. in cap. cum non liceat. nu. 18. dicens communem. de præben. Alciat. in l. 2. num. 9. de verb. obligat. Bero. dicto cons. 3. nu. 29. 33. & 37. vol* 1. neque appellatione Cleri cõprehendũtur Capitulũ in materia præiudiciali. *Seraph. decis. 580 num. 1 part. 1.* quia vbicunque species habet aliquam qualitatem plus quàm genus, tunc in materia odiosa appellatione generis non cõprehenditur species. *cap. statutum. & ibi Io. Andr. de elect. in 6. Abb. in d. c. bonæ. d. nu. 2. Felin. in d. c. non dubium. num. 1.*

29 Prout dicimus etiam quod nec appellatione Ecclesiarũ Ciuitatis, aut Diœcesis simpliciter includitur Ecclesia Cathedralis, & è contra in odiosis. *cap. cum clerici. & ibi glos. 1. de verb sign. c. quamuis. § quamquam vbi glos. de præben. in 6. Compostel. in cap. capitulum. vers. idem quæritur. de rescript. Felin. in cap. in nostra. corollar. 39. num. 40. eod. Oldrad. cons. 183. Couar. in cap. alma mater. p. 2. § 1. num. 4. in fin. de sent. excom. in 6.* In fauorabilibus verò appellatione quorumcũquè beneficiorum venit Cathedralis. *Rot. diuers. p. 3. lib. 3 decis. 985. num. 1.*

30 Hinc infertur, quòd habens mandatum de prouidendo in aliqua Ecclesiarum Ciuitatis, vel Diœcesis non poterit prouideri in Ecclesia Cathedreli, quia cum propter ipsius honorem, & præheminentiam sit qualificata Ecclesia Cathedralis, sub generalitate beneficiorum non includuntur beneficia consistentia in Ecclesia Cathedrali. *Gomez. de expectatiu. nu. 94. in fin. & nu. 95 Rot. decis 8. de concess. præben. in nou. & decis. 5. & decis. 35. eodem in antiq.*

31 Quemadmodum dispensatus à Papa ad beneficia obtinenda non potest habere Canonicatum in Cathedrali, nisi aliud exprimatur. *cap. quamuis. de praeben.in 6. Rebuff. in prax. tit. de dispensat. ratio. aetat. vers. in Cathedralibus.*

32 Neque appellatione Dioecesis venit Ciuitas in materia odiosa, vtpotè in rescriptis, seu dispositionibus particularibus. *dicto cap. quamuis. §. quamquam. de praeben. in 6. c. Rodulphus. & ibi glos. verb. Sagien. & Abb. num. 3. 5. & 11. & Felin. num.8. de rescript.* licet secus sit in materia fauorabili. *c. sacrorum. 63. dist. cap. cum clerici. de verb.sign. d. cap. Rodulphus. cum ibi not. cap. cum nullus. de temp. ordin. in 6. Alex. cons. 248. nu. 11. vol. 6. Bellem. decis. 141.* & vbi verbum Dioecesis profertur à lege, vel constitutione generali. *cap. 1. & ibi glos. verb. Dioecesis. & Io. Monach. nu. 2. Prob. n. 2. Gemin. n. 13. Franc num. 4. de rer. permut. in 6. dicto cap. quamuis. §. quamquam.*

33 Neque Ecclesiarum Parochialium nomine veniunt Parochiales Collegiatae in materia stricta, quia hae habent qualitatem Collegij supra curam, licet secus sit in fauorabilibus. *Io. Andr. in c statutum. de elect. in 6. Abb. in Rubr. de vit. & honest. cler. nu. 12. Syluest. verb. clericus. 1. num. 1.*

34 Nec appellatione Monasteriorum veniunt Ecclesiae seculares, neque Ecclesiarum appellatione veniunt Monasteria in stricta significatione, secus in fauorabilibus. *Seraph. decis. 606. nu. 5. & 8. p. 1. Abb. in dicto cap. 1. nu. 9. de iuram. cal. & in cap. 1. nu. 3. de instit.*

35 Minus appellatione clericorum in stricta interpretatione comprehenduntur clerici in dignitate Ecclesiastica cōstituti, vt Abbates, Archidiaconi, & huiusmodi. *Abb. in Rubr. de vit. & honest. cler. nu. 9. & in cap. bona 1. num. 2. de postul. Pral. Dec. in dicto cap. cum non liceat. num. 18.* vbi fatetur communem. *de praeben. Alciat. in l. 2. nu. 9. ff. de verb. oblig. Bero. dicto cons. 153. num. 61.*

36 Multò minus Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchae. *d. c. sedes. & ibi Butr. num 3. & 9. Imol. num. 2. & DD. de rescript. cap. Inquisitores. & ibi glos. pen. de haeretic. in 6. c. quia periculosum. & ibi glos. verb. mandati. de sent. excom. in 6. c. si compromissarius. §. huiusmodi. de elect. in 6. cap. 2. de offic. deleg. in 6. Abb. in Rubr. de vit. & honest. cler. num. 9. Mandos. in Regul. 20. q. 20. de Idiomate. nu. 7.* probatur etiam ex *Rubr. C. de Episc. & Cler.* vbi expressè, & particulariter fit mentio de Episcopis, qui sub generali locutione clericorum non fuerunt inclusi ∴ *facit cap. 2. iuncta glos. verb. dignitatum. & DD. de praeben. in 6. Ruin. cons 143 nu. 18. vers. & per illum. vol. 2. Simonet. de reseruat. q. 11. per totam. Riec. in prax. resol. part. 1. resol. 487.* quia in Episcopis est qualitas supra alios, quae non reperitur in simplicibus clericis. *Abb. in Rubr. de vit. & honest. cler. d. nu. 11. Io. de Selua. in tract. de Benefic. p. 1. q. 3. num. 24. Syluest. verb. clericus. 1. num 1.*

37 Et in generali locutione non veniūt personae notabiles, & magnae. *l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. cap. 2. de offic deleg. in 6. glos in dicto cap. 2. verb. dignitatum. de praeben. in 6. Caephal. cons. 1. num. 57. & cons. 2. num. 8. vol. 1.*

38 Sicut nec beneficiorum appellatione veniunt dignitates, nisi exprimantur. *clem. 1. de sequest. poss. & fruct. & clem. 1. de caus. poss. & propor. cap. ad aures. & ibi DD. de rescript. & cap. fin. de praeben. Gomez. in reg. de annal quaest. 19. nu. 1. & 2. & in reg. de triennal. quaest. 2.*

39 Hinc est quod dispensatus ad dignitates non dicitur dispensatus ad maiorem dignitatem post Pontificalem. *Bellem. decis. 698. post med. Rebuff. in concordat. in forma mandat. Apostol. in glos. verb. aut dignitate.*

40 Longè minus Cardinales clericorum nomine comprehendi possunt in materia odiosa. *Ias. cons. 117. vol. 4. Ruin. cons. 4. nu. 6. vol. 5. Caephal. cons. 1. nn. 40. 41. 42. 52. 54. cum seqq. vol. 1. Azor. p. 1. Instit. moral. lib. 5. cap. 11. quaest. 5.*

41 Quare, & regula Cancellariae gratias annullans, in quibus verus beneficij valor non exprimitur, locum non habet in gratia Cardinali facta. *Anchar. cōs. 296. & cons. 298. Caephal. cons. 2. num. 9. vol. 1.* Hinc emanauit regula 67. Cancel. disponens, quod Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis, nisi illae eorundem Cardinalium fauorem cōcernant. *Cassad. decis. 38. super Regulis*, Et quòd regulariter regulae Cancellariae, siue aliae Constitutiones generales non includant Cardinales, nisi specificè nominētur. dicit

las. dicto cons. 117. *num* 2. *vol* 4. *Roman. cons.* 498. *per totum, & ibi latissime Mandos sub litera C. Ferret. cons.* 315. *nu.* 7. *vol.* 2. *Bellencin in tract. de charit. subsid. q* 66. *per totam. Gomez in Regul. de Idiomate. q.* 3. *num* 6. *Gig. de pension. q.* 9 *nu.* 7.

42 Propter eorum prærogatiuam, & sublimitatem. *cap.* 1. *in fin. de offic. leg. in* 6 *extrauag. Execrabilis Io.* 22. *§. itaque. & ibi glos. verb. sublimitatem. de praben. cap.* 2. *de offic. deleg. in* 6. *cap. quamuis. de praben in* 6. *Cæphal. dicto cons.* 1. *n.* 57. *& cons.* 2. *num.* 8. *vol.* 1.

43 Quemadmodũ etiam dicimus Episcopalem dignitatem non venire sub amplissimis verbis quorumcũque beneficiorum in odiosis, licet secus sit in fauorabilibus. *glos. in dicto cap.* 2. *verb. dignitatum, & ibi communiter DD. de praben. in* 6. *Roman. cons.* 340. *num.* 4. *Mandos. in d. reg.* 20. *num.* 7. 8. *&* 9. *Simonet. de reseruat. q.* 11. *Gambar in tract. de Legat. lib.* 2. *num.* 41. *cum seqq. & lib.* 7. *nu.* 222. *cum seqq. Bursat cons.* 287. *num.* 5. *vol.* 3. *Gonzalez super Reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *in princ. num.* 36.

44 Si autem resultaret absurdum tunc etiam in odiosis Canonici venirent appellatione clericorum, puta si in vna Ecclesia non essent nisi Canonici. *cap per exemptionem. de priuil. in* 6. *Felin in d. cap non dubium. num.* 1. *versic. limita primam. de sent. excom.* nam dicimus etiam, quòd si aliqua dispositione clericis mandatur, vt ab aliquo actu, seu facto sua natura malo abstineant, tunc prohibiti essent Episcopi, & Cardinales, qui in actibus, seu factis sua natura malis comprehenduntur. *Ru. in dicto cons.* 4. *vol.* 5. *Cæphal. dicto cons.* 1. *num.* 43. *facit etiam tit. de vit. & honest. cler. & tit. de cohabit. cler. & mul. & tit. ne Cler. vel Monach.*

45 Quamobrem etiam Cardinales ipsi excommunicationes in iure latas non secus, ac alij incurrunt, vt de communi DD. sententia testatur *Nauar in Comment. de Datis & promissis. notab.* 5. *vers. sexto noto. Sayr thes. cas. consc lib.* 1. *c.* 8. *n.* 23 *& seqq.*

46 Quando etenim id quod prohibetur est per se malum aut iure cõmuni est interdictum, vel id quod imperatur est per se bonum, aut est alioqui iure communi decretum tunc comprehenduntur Cardinales. *Felin. in cap. ad aures. de rescript. Alban. de Cardinal. quast.* 42. *priuileg.* 13. *Azor. part.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 11. *quæst.* 5.

47 Idem dicitur de Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis. *Sayr. d. cap.* 8. *num.* 25.

48 Non tamen Cardinales Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi in suspensionem, aut interdictum incidunt, nisi eorum specificè mentio fiat. *dicto cap. quia periculosum. Sayr. dicto num.* 25.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatus qui non est non potest fieri clericus.*
2 *Character imprimitur in Sacramento Ordinis.*
3 *Baptismus est fundamentum, & ianua omnium Sacramentorum.*
4 *Illegitimi non possunt esse Clerici.*
5 *Illegitimi sunt irregulares.*
6 *Irregulares non possunt esse clerici, & si iam sunt promoti absque legitima Dispensatione in Ordinibus sunt suspensi.*
7 *Fama promouendi ad Ordines non debet vacillare.*
8 *Incontinentia parentum maculat filios.*
9 *Filij quandoq. solent esse similes patri.*
10 *Illegitimi vt plurimum sunt immorigerati, & quare.*
11 *Matris dicto an sit standum, vt quis illegitimus, seu legitimus censeatur.*
12 *Turpitudinem suam allegantı quomodo credatur.*
13 *Socius criminis non facit fidem.*
14 *Socius criminis ad hoc, vt faciat fidem quid requiratur, & nu. seq.*
15 *Accusator, & testis in causa propria nemo esse potest.*
16 *Illegitimi neque ad Ordines, neque ad beneficia assumi possunt absque dispensatione.*
17 *Legitimati à Principe seculari non possunt esse Clerici.*
18 *Legitimati per subsequens matrimonium possunt absque dispensatione promoueri ad Ordines sacros, ad beneficia, & Episcopatum.*
19 *Matrimonij vis illegitimos facit legitimos.*
20 *Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur verè, & propriè legitimus etiam non obstantibus nuptijs intermedijs.*

21 Le-

21 *Legitimantur etiam nati ex matrimonio nuliter contracto propter gradū probibitum, obtenta dispensatione, etiam quòd dispensatio, quoad matrimonium nō potuerit habere effectum propter superuenientiam mortis alicuius ex parentibus.*

22 *Legitimati per subsequens matrimonium neque rescripto Principis possunt esse Cardinales.*

23 *Nati ex matrimonio nullo, contracto tamen bona fide, & in faciem Ecclesiæ antè sententiam separationis possunt fieri Clerici.*

24 *Expositi dicuntur esse legitimi, & possunt esse Clerici.*

25 *Legatum relictū pro maritandis puellis alicuius Ciuitatis potest distribui pro dotandis puellis expositis eiusdem Ciuitatis.*

26 *Illegitimi possunt dispensari per Episcopum ad Ordines tantùm minores, & ad beneficium simplex.*

27 *Illegitimi possunt quoquè dispensari per Episcopum ad dimidiam portionem in Cathedrali.*

28 *Illegitimi possunt item per Episcopum, dispensari ad Canonicatum in Collegiata.*

29 *Illegitimi nō possunt dispēsari per Episcopum ad dignitates, & personatus.*

30 *Illegitimus si est Clericus potest obtinere pensionem absquè dispensatione.*

31 *Pensio nihil spirituale habet.*

32 *Successio patris in filium non admittitur in beneficialibus, licèt secus in pensionibus.*

33 *Illegitimi non possunt habere beneficium in Ecclesijs, in quibus eorum patres fuerūt beneficiati. neque etiam ibidem canere, huiusmodi autem prohibitio non extenditur è conuerso id est de filijs ad patres.*

34 *Nepos illegitimus ex filio etiam illegitimo non prohibetur, quin possit obtinere beneficium quod Auus habuit.*

35 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex, cui est vnita Parochialis.*

36 *Illegitimus non dicitur dispensatus per promotionem ad Ordines, & ad beneficium, nisi in promotione specialiter cum eo dispensetur.*

37 *Dispensatus ad Ordines nō dicitur dispensatus ad beneficia.*

38 *Dispensatus ad beneficium curatum non dicitur dispēsatus ad dignitates.*

39 *Dignitatis appellatione non venit Episcopatus in materia stricta.*

40 *Dispensatus ad Ordines, & ad beneficia non dicitur dispensatus super pluralitate beneficiorum.*

41 *Filius Clerici dispensatus etiam ad Episcopatū, & alias dignitates Ecclesiasticas non dicitur dispensatus ad bona temporalia.*

42 *Clericus non potest disponere in fauorem filiorum illegitimorum de bonis patrimonialibus.*

43 *Dispensatio super Clericatu non indiget alia dispensatione super illegitimitate.*

44 *Illegitimus ad Ordines promotus absq. dispensatione recipit characterem, non Ordinis executionem.*

45 *Papa conferens ex certa scientia Spurio Episcopatum, vel sciens promouens illegitimum ad ordines quamuis nō dispenset illos habilitare videtur.*

46 *Illegitimi non sunt contemnendi, & quare.*

47 *Saluator noster voluit etiam nasci ex progenie aliquorum, qui se per adulterium commiscuerant, & quare.*

48 *Illegitimi plures fuerunt viri grauissimi.*

49 *Illegitimi etiam filij presbyterorum possunt recipi in Religionibus, & in illis ad Ordines promoueri.*

50 *Irregularitas, quæ prouenit ex delicto proprio, non tollitur per ingressum Religionis.*

51 *Constitutiones Syxti V. super illegitimis moderata per Gregorium XIV.*

52 *Illegitimi recepti ad Religionem non possunt assumi ad Prælaturas.*

53 *Monialis illegitima non potest fieri Abbatissa.*

54 *Irregularitas sublata per ingressum Religionis reuiuiscit annullata professione per superiorem.*

55 *Legitimi ex patre spurio possunt assumi ad beneficia, & quoslibet honores.*

56 *Illegitimi dicuntur de familia, & quomodo.*

57 *Illegitimus est capax Iurispatronatus ex fundatione.*

58 *Iurispatronatus concessi ex priuilegio illegitimus non est capax.*

§. Tertius.

Aggredior modò ea requisita, quæ respiciunt clericum in fieri, & deinde ad respicientia clericum iam factum descendam.

1 Et præterquàm quod non baptizatus non potest effici clericus, neque ordinari. *cap. 1. & toto tit. de presbyt. non baptiz. ministr.*

2 Nam cum in sacramento Ordinis imprimatur character. *cap. consultationi. de temp. ordin. Concil. Tridentin. sess. 23. canon. 4.* nisi baptismus præcederet non reciperetur character ordinis. *capitul. primo. & capitulo tertio. de presbyt. non baptiz. ministr.*

3 Cum baptismus sit fundamentum, & ianua omnium sacramentorum. *§. verum. 32. dist. capitulo veniens. de presbyt. non baptiz. gloss. 2. in cap. caue. verb. alienam. 28. quæst. 1.*

4 Illegitimus non potest esse Clericus, sed ad clericatum promouendus debet esse ex legitimo coniugio, legitimisq. natalibus ortus. *Deuter. 23. capitulo presbyterorum. & cap. seq. 56. distinct. cap. cum in cunctis. de elect. cap. per venerabilem. in fin. qui fil. sint legit. cap. 1. & ibi Abb. nu. 1. de fil. presbyt. c. consuluit. de seru. non ordin. Concil. Tridentin. cap. 5. sess. 23. de reformat. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. capitulo 14. vers. prohibensq.*

5 Tùm quia illegitimus est irregularis. *Nauar. in Manual. cap. 27. num. 211.*

6 Irregularis autem nō potest fieri clericus, & si est in ordinibus Ecclesiasticis iā promotus, in ijsdem ministrare prohibetur. *Specul. tit. de dispensat. §. iuxtà. in princip. Nauar. in Manual. dicto cap. 27. nu. 191. Gregor. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 1. num. 16.*

7 Tùm verò quia fama promouendi ad ordines non debet vacillare. *cap. laici. 33. dist. Host. in cap. accepimus. num. 14. de ætat. & qual.*

8 Incontinentia autem parentum quasi maculat, & inhonestat filios, quia solent esse filij imitatores paternæ incontinentiæ iuxtà illud:

9 „ *Sæpè solet similis filius esse patri.*

capit. si gens. 56. distinct. gloss. in cap. final. verb. defectu. de fil. presbyter. in 6. & Horatius.

„ *Fortes creantur fortibus, & bonis.*

„ *Est in iuuencis, est in equis patrum*

„ *Virtus, nec imbellem feroces*

„ *Progenerant Aquilæ columbam.*

Et filius est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris. *capitulo priusquam. in fin. 28. distin. & capitulo proposuisti. circà princ. & ibi gloss. verb. filij. 82. distinct.* quamobrem cum lex non credat illegitimos futuros continentes. *capitulo literas. de fil. presbyt.* aut omninò innoxios. *cap. coniunctiones. 35. quæst. 2.* & debeant clerici imprimis esse continentes. *dicto capitulo proposuisti.* ideo illegitimi ab Ecclesiæ seruitio, atquè ordine reijciuntur.

10 Præterea experientia docet filios illegitimos vt plurimum non esse ita morigeratos, sicut legitimos, eo quod à parentibus non ita solicitè educantur, & instruuntur sicut legitimi. *Richard. in 4. sent. distinct. 25. quæst. 3. Sayr. thes. cas. consc. parte prima. libro sexto. capitulo decimo. numero quarto.* alias etiam rationes adducunt. *gloss. in dicto capitulo fin. verb. defectu. de fil. presbyter. in 6. Præpositus. in capitulo secundo. 36. distinct. Host. in Sum. de fil. presbyt. §. quæ est causa.*

11 An autem quis sit legitimus, vel illegitimus standum est dicto matris. *capitulo per tuas. de probat. capitulo secundo. de præsumpt.* quamuis matri adulteræ quis non teneatur credere si nolit. *l. 1. §. si quis ab aliquo. ff. de carbon. edict. vbi Bart. & alij. gloss. in l. si vicinis verbis. C. de nupt. & in l. si postbumus. ff. de liber. & posthumi. Abb. in capitulo primo. de fil. presbyter. Azor. secunda parte Instit. moral. libro sexto. capitulo tertio. quæst. 24. Boer. decis. 299. numero sexto, septimo, & octauo. Boss. in titulo de coit. dam. num. 51. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 201.* nam licet probetur vxorem commisisse adulterium viro habitante cum ea, tamen filius, qui nascitur præsumitur filius mariti. *l. miles. §. defuncto. ff. de adult. Boss. d. nu. 51.* neque creditur mulieri asserenti se concepisse de aliquo. *dicto §. si*

quis

quis ab aliquo l.1. §. mulier. vbi gloss fin. ff. de probat. Lopez ad Diaz. dicto cap. 14. versic prohibensq. Ricc. in prax. resolut. parte secunda.resolut. 346. numero primo. vt post Host. dicit Abb. in cap. sicut. nu.4. de homicid.

12 Quia allegat suam turpitudinem, quo casu non adhibetur fides. *l. in transactione. C. de transact. Couar. in Epitom. de sponsal. part.2.cap.8. §.3. nu.8. Socein. consf.53. col. 2. vol. 3.* vbi propriè loquitur in presbytero, qui dicebat se cognouisse carnaliter mulierem. Quod tamen procedit, vbi allegatur turpitudo sua ad suum commodum, & vtilitatem, secus si ad sui damnum. *DD. in l. iusiurandum ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiur. Roland. consf. 24. num. 72. vol. 1.*

13 Quemadmodum dicimus, quòd socius criminis propter suam turpitudinem repellitur à testimonio, & non probat. *capitulo significasti. de adult. l. final. vbi DD. C. de accusat. Ias. consil. 22. vol. 1. Paris. consil. 54. num. 50. vol. 4.* neque etiam in criminibus exceptis, in quibus de socijs interrogari potest, facit indicium ad torturam contra alium nominatum. *Cyn. in l final. vbi etiam Salicet. & alij. C. de accus. Ruin. de communi. consf.147. num. 20. & seq. vol. 5. Roland. consil. 73. num. 2. vol. 1.*

14 Nisi sustineat dictum suum cum tortura, quia tortura defectum testis purgare solet. *capitulo illi. 5. quaest. 5. Boss. in prax crimin. tit. de tortur. test. num.3. & in tit. de indic.antè tortur. numer. 151. Clar in pract. crim. § fin quaest 21. nu.13. vers. sciás etiam & quaest. 25. in princip. Osasc. decis. 79 nu 38. Honded. consf.100. nu mero secundo.vol.1.*& de puero patiente dicit *Plot. consf 132. per totum. Marsil. in pract. crim. §. diligenter. nu.61. Boer. decis. 319 num. 3.*

15 Quod tamen non procedit quando huiusmodi socius criminis fuisset etiam querelans, quia nemo potest in causa propria esse accusator, & testis. *Marsil. consf.33 num.3 & seq. Alex.consf.157. in princip. vol. 5. Boer. dicta decis 319. numero septimo. Crauet consf.41. in princip. vol.1. Gratian consil. 57. num. 28. vol. 2. Honded. dicto consil. 100. numer. 7. & 11.* Item tunc socius criminis facit indicium ad torturam, quando cum eius dicto concurrit inculpatum viget alia suspicio, & aliud indicium, seu praesumptio, & ita concurrunt alia adminicula. *Boss. titulo de indic. & considerat. antè tort. num. 149. Osasc.decis.79. nu.38. Plot. dicto consf.132. nu. 23. & seq. Bertazzol. in suis consilijs criminal. consf.71. num.66. vol 1. Honded. dicto consf. 100. numero 3. & 16. Roland. consil. 16. numero 17. vol. 1. Grammat decis. 28. numer 14. Marsil. consil. 28. numer. 16. & seq. vol.1. Vulpel. consf.30. num. 1. 5. & 6. & consil.94. num.3. & 4. Dec. in capitulo quoniam. in fine. de test. Mascard. de probat. lib.3. conclus. 1129. numero quinto.* & de communi testatur. *Farinac. in prax. crimin. tit. de indic. & tortur. quaest. 43. numer. 99.* secus in criminibus occultis in quibus socius criminis probat. *Dec. consf.342.num.3. Seraph. decis. 636. num.1.*

16 Huiusmodi autem illegitimi non solum non possunt ascendere ad ordines, sed multò minus ad beneficia, nisi specialiter dispensentur. *cap. eum in cunctis. in principio. & ibi gloss. verb. matrimonio. capitulo innotuit. & cap. cum V intonien. de elect. dicto capitulo primo. de fil. presbyt. gloss. in capitulo grand.. verb legitimè. de supplen neglig. Pral. in 6. Concil. Trident. sess.7. capit.1. & sess. 24. capit. 1. §. omnes. verò. de reform.*

17 Neque legitimati à Principe seculari possunt ad ordines promoueri. *glos. in cap.1. vbi etiam Archid. 10.dist. Abb. in cap. tua. nu.3. de decim. Couar. in Epitom. de sponsal part.2.cap.8. §.8. nu. 18. & 20. Signorol. consf 127. Maiol. de irregularit. lib.1. cap 8. num.2.*

18 Legitimati verò per subsequens matrimonium eo ipso, absquè aliqua dispensatione, possunt promoueri ad ordines, & beneficia Ecclesiastica, ac quascunquè dignitates, etiam Episcopatus. *gloss. in capitulo tanta. verb. legitimi. & ibi Abb. numero septimo. in fine. & in capitulo ex tenore. verb. legitimum. numero octauo. qui fil. sint legitim. capitulo cum in cunctis. in principio. & ibi Abb. numero quarto. de elect. & capitulo innotuit. vbi gloss. verb. coniugatas. vbi etiam Butr. eodem. Duen. fallent regula 350. ampliat. 5. Couar. in Epitom. de sponsal. parte secunda. capitulo octauo. §. secundo. numer. 24. & 30. Menoch. consilio 16. num.5. & 17. vol.1. Azor. par. 2. Instit. moral. lib. 6. cap. 3. quaest. 21.*

19 Vis etenim matrimonij illegitimos facit letigimos. §. fin. Inst. de nupt. §. si quis igitur. Auth. quib. mod. natur effic. sui. l. eum quis. C. de natur. lib. cap. 1. qui fil. sint legit.

20 Et legitimatus per subsequens matrimonium dicitur verè, & propriè legitimus. dicto §. fin. Inst. de nupt. cap cum in cunctis. de elect. cap. tanta. & ibi glos. verb. legitimi. qui fil. sint legit. DD. in l. quod dicitur. & ibi Bart. num. 5. ff. de verb. obligat. Bart. in tract. de success. ab intest. n. 4. Couar. in dicto §. 2. nu. 1. 2. 4. 5. & ferè per totum. Menoch. dicto cons. 16. nu. 1. & succedit in feudo recepto pro se, & filijs legitimè natis, ac etiam in emphytensi. Duen. d. reg. 350. ampliat. 6. & 7. Couar. in d. §. 2. n. 23. & 27. Clar. in §. feudum. quaest. 82. nu. 5. & 6. & dicitur verè, & propriè legitimus, etiamsi huiusmodi matrimonium contrahatur inter senes, & in mortis extremo tempore constitutos, vt post multos, ab eo allegatos dicit Cou. in d. §. 2. nu. 10. & quod vt illegitimus per subsequens matrimonium parentum fiat legitimus, satis est matrimonium ratum, quamuis non sit consummatum. Maiol de irregularit. lib. 1. cap. 5. num. 9. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 10 nu. 28. Legitimantur etiam filij habiti ex concubina, quamuis alter parentum contrahat matrimonium cum alio, vel cum alia post susceptos filios, si tamen defuncto altero coniuge inter se concubinus, & concubina matrimonium contrahant, non obstantibus nuptijs intermedijs. Host. in sum tit. de fil. presbyt. nu. 6. Abb. in d. cap tanta. nu. 3 vbi etiam Praeposit. nu. 7. qui fil sint legit. Couar. in d. §. 2. nu. 15. Gregor. Tholosan. Syntagm. iuris. part. 2. lib. 10. cap. 4. num. 3. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 10. num. 19. etiam ad Episcopatum. Host. dicto nu. 6. Et legitimantur filij per subsequens matrimonium, etiam sine Instrumentis dotalibus. §. si verò. auth. quib. mod. nat. effic. lib. Bald. in l cum mulier. C. de donat. antè nupt. Ias. cons. 168. col. 2. vers. tertio nota. Paris. cons. 13. num. 49. vol. 2. Rot. diuers. part. 3. lib. 1. decis. 65.

21 Legitimantur etiam ij, qui sunt nati ex matrimonio nulliter contracto inter coniunctos in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis, & posteà obtenta fuit dispensatio ad valitandum huiusmodi matrimonium, & ad legitimandam prolem; quae dispensatio licet quoad matrimoniũ non potuerit habere effectum propter superuenientiam mortis alicuius ex parentibus, valuit tamen, & potuit executioni demandari gratia quoad legitimationem prolis, etiam in praeiudicium venientium ab intestato. Anchar cõs. 409. Put. dec. 483. num. 3 lib. 2. Rot. diuers. part. 1. decis. 207. & pluries resolutum fuisse per Rotam scribit Gonzalez super reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 9. num. 57. Seraphin. decis. 1121. Anchar. cons. 409. num. 4.

22 Verumtamẽ filij legitimati per subsequens matrimonium non possunt ascendere ad celsitudinem Cardinalatus, prout statuit Syxtus Quintus in sua Constit. 50. quae incipit. Postquam. & refert Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 10. nu. 13. & 14. minus legitimati rescripto Principis. Cou. in Epitom. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 10. num. 4.

23 Non excluduntur tamen ab ordinibus sacris filij, qui nascuntur ab vna vxore, quam quis duxit alia viuente, seu existente aliquo impedimento consanguinitatis, siue affinitatis, dummodo vterque, seu alter eorum sit in bona fide, & matrimonium huiusmodi sit contractum bona fide, & celebratum in facie Ecclesiae, nam siue filij sunt nati, siue concepti, & nondum nati antè sententiam separationis dicuntur legitimi. cap. cum inter. & ibi glos. verb. concepti. & Abb. & cap ex tenore. vbi, etiam glos. verb. legitimum & DD. qui fil. sint legit. Couar. in Epitom. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 1. per totum cap. cum inhibitio. de clandest. despons. Legitimi etiam dicuntur filij concepti ex matrimonio lite pendente de matrimonio, quamuis parentes fuerint à Iudice ob cõtumaciam excommunicati. Praeposit. in cap. 2. col. 2. qui fil. sint legit. Item, & concepti appellatione pendente à sententia lata contra matrimonium. Ioan. Andr. Praeposit. & Card. in dicto cap. 2. Couar. dicto §. 1. num. 6.

24 Expositi praesumuntur etiam legitimi, & ideò possunt admitti ad ordines etiam sacros, dignitates Ecclesiasticas, atque alia publica munera, quamuis eorum origo nemini constet, quòd ostendat illos legitimos iure censeri. Felin. in cap. cum deputati. num. 10. de iudic. Anan. in cap. 1. num. 11. de infantibus exposit. Palaot. de noth. & spur. cap. 63. num. 3.

vbi

vbi testatur de cõmuni opinione. *Menoch. de arbitrar. cas. 396. per totum. Sayr. d. cap. 10. num. 39.* vbi dicit de veriori opinione, quicquid aliter dicat *Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 53. num. 3. in fin.* siquidem veterum exemplis patet multos expositos fuisse filios, qui tamẽ ex matrimonio nati erãt, vt de Moyse legitur. *Exod. 2. & Act. 7.* & de Semirami, Paride, Cirico, Oedipo, & alijs historiæ testantur, quos parentes metu alicuius periculi, aut alijs de causis exponebant. *Palaot. de notb. & spur. dicto cap. 63. num. 4.* & huiusmodi expositi sunt etiam capaces successionum quarumcunque. *DD. in dicto cap. cum deputati. Io. de Anan. in d. cap. 1. de infan. exposit.* per expositionem etenim filij ad hospitale non sequitur, quod propterea sit illegitimus. *Seraph. decis. 1300. num. 7.*

25 Quamobrem legatum relictum pro maritandis puellis alicuius Ciuitatis potest etiam distribui pro dotandis puellis expositis eiusdem Ciuitatis, quia expositę præsumuntur eiusdem Patriæ. *Bart in l. 1. in fin. ff. ad Municipal. Io. de Plat. in l. ciues. in fin. C. de incol. lib. 10. Laza. de anniuers. lib. 1. cap. 21. num. 78. & lib. 2. cap. 4. num. 51. licet. Nouar. quæst. forens. part. 1. quæst. 161. per tot.* contrarium renuerit. Possunt tamen illegitimi dispensari per Episcopum ad ordines minores, & ad beneficium simplex, ac ad obtinendam dimidiam portionem in Cathedrali Ecclesia; ad ordines verò maiores, & ad curam animarum, & alia beneficia non per Episcopum, sed per solum Summum Pontificẽ. *cap. 1. & per totam. 56. dist. dicto cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. cap. nisi cum pridem. §. persona. de renunc. cap. 1. & ibi glos. verb. is qui. & verb. beneficium. & Io. Andr. de fil. presbyt. in 6. Gig. de pension. q. 17. num. 1. Paris. cons. 136. num. 1. vol. 4. Ferret. cons. 185. num. 6. Gregor. Tholosan. lib. 16. Syntagm. iur. cap. 10. num. 19. Rebuff. in prax. benef. tit de form. liter. tons. num. 2. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 3. q. 3. Nauar. in man. cap. 27. num. 201.*

26 Et quòd possit Episcopus dispensare cum illegitimo ad dimidiam portionẽ in Cathedrali; cum dimidia portio sit ex inferioribus beneficijs Ecclesię Cathedralis dicit *Gomez. de expectat. nu. 98. Paris. de resignat. benef. lib. 2. q. 1. num. 117.* & ita fuisse decisum per Rotã referr *Gonzalez super Regul. 8. Cancel. glos. 5. n. 99.*

27 Item, & ad Canonicatũ in Collegiata, *vt post Staphil. dicit Rot. iuncta addit. Papazon. decis. 2. num. 15. de fil. presbyt. in nou.* necnon & Hospitalia administrare possunt illegitimi, quæ propterea illis cõmendari possunt. *vt post Petr. de Vbald. tract. de canon. Episc. dicit Palaot. de notb. & spur. cap. 58. num. 8.*

28 Non tamen ad dignitates, & personatus admitti possunt illegitimi. *cap nimis. de fil. presbyt. glos. in dicto cap. 1 verb. beneficium eod. in 6.*

29 Potestquè illegitimus pensionem obtinere absquè alia dispensatione, si alias est clericus, & dispensatus ad clericatum, licet sine dispensatione beneficium obtinere nequeat. *Gomez. in reg. de annal. q. 21. vers. si verò non dantur in titulum.* vbi allegat plures Rotæ resolutiones. *Rot. diuers. part. 1. decis. 425. num. 1. & 2.* & itá seruari per Rotam dicit *Gonzalez super Reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 5. num. 24. Gratian. discept. forens. cap. 218. num. 64. Seraph. decis. 1264. num. 2. Ricc. in prax. resol. part. 2. resol. 445. num. 3.*

30 Quia pensio nihil spirituale habet. *Abb. in cap. ad audientiam. 1. in 1. notab. de rescript.* vnde etiam laicis concedi potest. *Gig. de pension. quæst. 21. Caecialup. eodem tract. quæst. 13.*

31 Imò licet in beneficijs Ecclesiasticis non admittatur successio patris in filium. *cap. 1. de praben. Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. de reform.* itá vt nequè filius etiam legitimus admitti possit ad beneficium per patrem possessum, nisi media intercesserit persona. *cap. ad extirpandas de fil. presbyt. Abb. in dicto cap. 1. num. 5. de praben. Marian. Soccin. in cap. veniens. num. 9. de accusat. Diaz. in pract. crimin. Canon. cap. 30. num. 2. 3. & 4. vbi etiam Lopez. Rebuff. in prax. benef. tit. de dispens. super. defect natal. num. 19. Achil. decis. 1. num. 1. de fil. presbyt Put. decis. 225. lib. 3.* & ita cẽsuit Cõgregatio super Conc. Trid. *sess. 25. cap. 15. de reform. §. Congregatio censuit re maturè.* vbi subdirur patrem legitimum nulla indigere dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium filij, licèt filius quamuis legitimus egeat dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium patris. Pater tamen clericus habens facultatem pensionem, quam possidet, transferendi, illam transferre potest

in

in filium clericum, etiam illegitimum. *Gig. de pension. q.85.n.5. Paris de resign. benef.lib.6.q.4.num.*21. neque in hoc casu intrat prohibitio Concilij Tridentini *sess.* 25. *cap.*15. *de reformat.* quia ibidem Concilium loquitur, quando pensio est reseruata super beneficio, quod habuit pater, quo casu hodie fieri non potest. ita dicit *Paris. d.q.4. num.22. & in eod.lib. 6. q.2. nu.* 108. *& seqq.*

32 Sicut non licet filijs clericorum qui non sunt ex legitimo matrimonio nati in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, neque in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare. *Conc. Trident. dicto cap.*15. sed nequè canere in eadem Ecclesia tanquam Musici, vt declarauit Sacra Congregatio super *d.cap.15.§.non solum filius.* vt arceatur memoria paternæ incontinentiæ à locis Deo consecratis, quos maxime puritas, & sanctitas decet. *Conc.Trid.sess.25.cap.15. de reform.Host. de fil.presbyt.§.qui filij.num.*5. huiusmodi autem prohibitio quæ habetur in prædicto Decreto Tridentini *cap.* 15. non extenditur de filijs ad Patres, non enim prohibitus est pater in Ecclesia, in qua huiusmodi filius beneficium habuit quodcunque etiã dissimile obtinere. *Seraph.dec.*1442.

33 Nepos tamen illegitimus ex filio etiam illegitimo non prohibetur quin beneficium, quod suus auus habuit, obtinere possit. *Marian.Soccin. in disp. quæ incipit. Archidiaconus. vt ead. Congregat. declarauit super eod. cap* 15. *§. Congregatio censuit minimè prohibere. & dicetur in tit. de fil. Clericorum. par.* 2.

34 Et quamuis Episcopus non possit dispensare cum illegitimo, nisi ad beneficium simplex, & ad ea, de quibus dictum fuit, quando tamen Parochialis Ecclesia est vnita beneficio simplici extenditur dispensatio ad Parochialem Ecclesiã. *Gemin. in dicto cap.*1. *num.*12 *de fil. presbyt. in* 6. *Rebuff. in tract. de nominat. q.* 16. *nu.* 27.

35 Verum notandum est, quòd in promotione ad ordines, & ad beneficium debet exprimi illa dispensatio super natalibus, nam promotione ipsa ad ordines, vel beneficia, quæ iustos exigunt natales, non censetur tacitè dispensatum, etiamsi is, qui confert ordines dispensare possit aliàs expressè. *glos. in cap. vnic. verb. dispensare. de ætat. & qual in* 6 *Gregor Tholosan. Sintagm iur. lib.*16 *cap* 10. *num.* 19. *Azor. par.*1. *Instit.moral.lib.6. cap.3. quæst.* 6.

36 Nec dispensatio facta ad ordines extenditur ad beneficia. *Gemin.in dict.c.*1. *vbi Io. Monach. Archid. Io. Andr. Franc. & Anchar.de fil.presbyt. in* 6. *Abb.in cap. litteras num.6. in fin.eod. Angel.de Clauas. verb.beneficium num.22. Rebuff. in prax. benef. de dispens. super defect. nat. nu.*48. *Nauar. cons.3. q. 5. de fil. presbyt.*

37 Extenditur tamen ad beneficia simplicia cõferri solita clericis ordinibus initiatis. *Archid in cap. presbyterorum.* 56. *dist. glos in c.fin.verb. Sedis Apostolicæ. & ibi Abb. n.2. de fil presbyt. Maiol. de irregularit. lib.1. cap.8. num.*8.

38 Nequè dispensatus ad beneficium curatum censetur dispensatus ad obtinendam dignitatem. *Gemin. in dicto cap. fin. de fil.presbyt. in 6. Gregor. Tholos. lib.*17. *Syntagm.iur.cap. 6.num.*36. *Rebuff.tit.de dispens.super defect. natal. nu.*52. *Azor.*2. *par. Instit.moral.cap.3.q.7.lib.*6.

39 Dignitatis autem appellatione non venit Episcopatus in materia stricta, quare illegitimus dispensatus vt possit promoueri ad dignitates, personatus & officia nõ potest eligi in Episcopum. *Io Andr. in cap.* 1. *vbi Geminian. & Franc. de filij presbyt.in 6.Specul.tit.de dispens.§ postremo. vers. quid si. Azor.lib.1.q.8. Rebuff. tit.de dispens. super defect.natal.nu.*86.

40 Minus super natalibus dispensatus ad effectum obtinendi ordines, & beneficium dicitur dispensatus super pluralitate beneficiorum. *dicto cap.* 1. *§ fin. & cap fin. & ibi Gemin.de fil.presbyt. in* 6.

41 Cum nequè filius spurius clerici, quãuis fuisset dispẽsatus à Papa, vt possit promoueri ad Episcopatum, aliasquè dignitates, & beneficia Ecclesiastica non intelligatur dispensatus ad bona temporalia, & per consequens quo ad ius succedendi in bonis, & hæreditate parentum. *Abb in cap. per venerabilem,* *n.* 22. *qui fil. sint legit. Bero.cons.*163.*num.*33. *cum seqq.vol.*2.

42 Nam neque ipse clericus in fauorem filiorum suorum illegitimorum de bonis patrimonialibus disponere potest. *cap. cũ multæ.vers.proles.*15.*q.*8. *Purpur.cons.*17. *ferè per totum. & consil.*134. *per totum. vol.*1. *Rot.diuers.par.* 2. *decis.*214. *num.*1. & ita disposuit Pius Quintus In Bulla reuocatoria facultatũ testandi, & disponendi

ad

ad fauorem illegitimorum, quæ est in Bullar. Constitut. 120. vt dicam in tit. de Bonis clericorum. in §. 13. illegitimi namque à patrũ successione reijciuntur. l fin. C. de natural. lib.

43 Illegitimus tamẽ dispensatus super clericatu non indiget alia dispensatione super illegitimitate. Sarnen in Reg. de annal quæst. 21. in fin. Rot diuers. par. 1. decis. 425. nu. 1.

44 Si autem illegitimus ad ordines etiã sacros absquè dispensatione promoueretur, recipit quidem characterem, non tamen habet ordinis executionem. cap. fin. 56. dist. Diaz. in pract. crim. canon. cap 14. in fin. & si celebraret non contraheret nouam irregularitatem. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 2. nu. 8. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 10. nu. 38. Diaz. loco citato.

45 Nihilominus Papa quando ex certa scientia confert spurio Episcopatum, intelligitur illum legitimare, & restituere natalibus. Angel. in l. quidam consulebant. vbi etiam Alex. ff. de re iudic. Bald. in l. imperialis. § similis. C. de nupt. Item si sciret aliquem illegitimum promouet ad ordines illum habilitare videtur quãuis non dispenset; nam videtur in necessarium antecedens cum eo tacitè dispẽsare. Bart. in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor.

46 Verùm enimuerò non debet quispiam ex eo, quòd sit illegitimus contemni, semen enim hominis ex qualicunquè homine Dei cratura est, & eo malè vtentibus malè erit non ipsum aliquando malũ erit, cap. vndecunquè. 56. dist. quia non est eius culpa, quòd nascatur talis, sed culpa est illius. qui eum generat. c. nunquam c. nasci. & cap. sponsus. 56. dist. c innotuit. de elect.

47 Nam Dominus noster Iesus Christus non solum de alienigenis, sed etiam de illegitimis commixtionibus nasci voluit, nobis magnam fiduciam præstans vt qualicunquè modo nascamur, dum tamen eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. d. c. sponsus. & c. Dominus noster. 56 dist. & a c. innotuit. Abb. in d. c. per venerabilem. nu 5.

48 Præterea multi fuerunt illegitimi qui insignes, præclari, & grauissimi viri euaserunt, de quibus in c. Osius. c. nasci. & d c. Dominus. 56. dist Richard in 4 dist. 25. art 4. quæst. 3. Gabr. in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. concl. 10. Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. concl. 1. & plurimos alios recenset Palæot. de noth. & spur. cap. 55. nu. 10. & 11. & c. 66. in fin. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de fil. presbyter. Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon. c. 14. littera A. & B. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6 c. 10. nu. 4. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 11. cap. 2.

49 Possunt tamen illegitimi recipi in aliqua Religione approbata, & illic ad sacerdotalem ordinem assumi absque aliqua dispensatione, quamuis sint filij presbyterorum. cap. 1. 56. dist. c. 1. & ibi Abb. in fin. de fil. presbyt. c. scriptura. de voto. auth. de Monach. in princ. Host. in cap. 2. nu. 3. de corp vitiat. & post Sot. tenet Graff. decis. aur. p. 1. lib. 4. c. 27. n. 73. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. c. 14. vers. si tamen. quia per ingressum Religionis ista tollitur irregularitas. d. c. 1. de fil. presbyt. gloss. fin. in c. fin. eod. Host. in c. 2. nu. 6. & ibi Abb. n. 5. & Anan de apostat.

50 Qui dicunt per ingressum Religionis non tolli aliam irregularitatem, nisi quæ est in iure expressa, prout est illa, quæ prouenit ex illegitimitate, illa verò irregularitas, quæ prouenit ex proprio delicto, non tollitur per ingressum Religionis. gloss. fin. in d cap. 2. & ibi Host. num. 6. de apostat. Azor. p. 2. Instit moral. lib. 6. cap. 4. num. 10.

51 Nequè obstant Constitutiones Syxti Quinti. prima, quæ incipit. Cum omnibus. & altera, quæ incipit. Ad Romanum. quibus inter alia cauetur, ne illegitimi ex certò inibi expresso damnato thoro, vel complexu ad quamcunquè Religionem, nequè ad habitum, aut professionem Regulares, sed tantùm ad habitum Conuersorum, aut famulorum in Monasterijs, alijsquè locis Regularibus seruientiũ admittantur; Quia easdem Constitutiones ad terminos iuris reduxit, & moderatus est Gregor. XIV. vt in sua Constitutione incipiente. Circumspecta. edita Idibus Martij anno 1590. Quę moderatio fuit etiam approbata in Institutionibus super receptione, & educatione Nouitiorum Religiosorum in Monasterijs, & Conuentibus designatis, vel designandis Clementis Octaui iussu editis sub 2. Maij anno 1601. sub 19. Martij anno 1603.

52 Verùm ad Prælaturas illegitimi Religionem ingressi assumi nequeunt, licet ad ordines assumantur. d. cap. 1. vbi Abb. nu. 6. de fil. presbyt. & glos. fin. in fin. in

cap fin. & ibi Abb. in fin eodem & in cap. 1. verb maiores eod in 6. Holt in dicto cap. 2 nu. 6. de Apollat. Felin. in cap. nemininimus nu. 6. de accusation. Franc. in c. indemnitatibus. super glos in verb. canonicum. & ibi Archidiac. de elect. in 6. Tolet. in Sum. cap. 53. numer. 4. lib. 1. Nequè curam animarum iure ordinario, nec Abbatiam regularem vel secularem, siue per electionem, siue per commissionem habere possunt. cap. legi. 16. q. 1. Abb. in d c. 1. n 6. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. c. 11. n. 3. neque beneficia seu administrationes. Azor. par. 1. Instit moral. lib. 6. cap. 3. quæst. 2. vers. cæterum.

53 Idem dicitur de Moniali, quæ ob defectum natalium non potest eligi in Abbatissam, quia Abbatissa dicitur habere dignitatem. Abb. in cap cum in cunctis. in princ. nu. 6. & Dec nu. 52. de elect.

54 Irregularitas verò sublata per ingressum Religionis reuiuiscit annullata professione per superiorem. Ricc. in prax. resol par 2. resol. 311.

55 Filij tamen legitimi ex patre spurio sunt idonei ad quæcunquè beneficia, & quoslibet honores. cap. nunquam. 56 dist. Nequè patris illegitimitas obstat filijs legitimis, vt non possint obtinere Canonicatum, vt fuit per Rotam decisum in vna Tirasonen. Eleemosyneria 14. Nouembris 1607. coram Lancellotto, vbi fuit resolutum, illegitimitatem patris non obesse filio legitimo, vt præsentari non possit ad Canonicatum, seu Eleemosyneriam Iurispatronatus, ad quem, seù quam testator vocauerat clericum descendētem à quodam Ioanne, & dictus clericus erat filius legitimus patris spurij, & refert Gonzalez super Reg. 8. Cancellar. gloss 5. num. 120. Nequè nepos legitimus ex filio illegitimo comprehenditur decreto Concilij Tridentini sess. 25. d c. 15. de reformat. vt censuit Congregatio ibidem. §. congregatio censuit causa. Seraphin. decis. 1442. num. 11.

56 Huiusmodi autem filij dicuntur de familia ad obtinendam Capellaniam debitam illis, qui sunt de genere, vel familia à fundatore vocatis, vt latè tenuit Gonzalez d. gloss. 5. à nu. 115. vsquè ad fin. & nu. 120. dicit ità fuisse decisum per Rotam in vna Hispalen. illegitimitatis 22. Februarij 1574. coram Rubeis. Nam & bastardi naturales, non tamen ex incæstuoso, nec simili coitu, vbi agitur de filiorum honore, & commodo dicuntur de domo, & de familia nobilium ex quadam humanitate, & benignitate. Abb. in cap. in præsentia nu. 23. vbi etiam Dec. nu. 130. cum seqq de probat. quod tamen non procedit in priuilegijs, & rescriptis, in quibus non veniunt. Dec. ibid. nu. 132. Angel. cons 26. Fulgos. cons. 152. Illegitimi tamen Religionis ingressus operatur legitimationē quoad successionem in bonis parentum. Gulicl. de Cun. in l. 1. vbi etiam Bald. de sacros. Eccles. Ias in l 1. nu. 30. C. quan. non petent part Couar in 4. Decretal p. 2. cap 8 §. 7. in fin. quos, & alios citat Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon. c. 14. vers. nimis tamen. licet ipse cōtrarium sentiat.

57 Filius autem illegitimus etiam non legitimatus est capax Iurispatronatus non existentibus legitimis, nisi in fundatione videatur exclusus. cap. piæ mentis. & c. frigentius 16 q 7. Rot corā Coccino 18 Aprilis 1608. in vna Ianuen. Iurispatronatus. latè Gratian disceptat. forens. c. 218. nu. 1. cum seqq. & nu. 25.

58 Iurispatronatus verò cōcessi ex priuilegio illegitimus non est capax quamuis Imperiali, siue etiam Apostolica auctoritate legitimatus fuerit. Gabr. cōs. 195. n. 5. cum seqq vol. 1. Grat. d. c. 218 n. 11. & 12. neque potest illegitimus prætendere Iuspatronatus competens ex sui natura, & institutione solum illis de parentela, vt post Roch. & alios dicit Gratian. d. c. 218. num. 13. & 14.

SVMMARIVM.

1 Illiterati penitus nō possunt fieri Clerici, & quare. nu. seq.
2 Scientia in Clericis requiritur de Iure Diuino.
3 Episcopus non potest dispensare cum illiteratus, vt fiat Clericus.
4 Illiteratus prorsus quis dicatur.
5 Illiteratus si de facto ordinetur recipit characterem.
6 Baptizatus qui non est si ordinetur non recipit characterem.
7 Infans baptizatus si quis ordinetur etiam in Presbyteratu recipit characterem, non executionem Ordinis.
8 Ecclesia indiget viris literatis.
9 Literati in Ecclesia dicuntur radij solis, & stellæ.

10 Lite-

58 *Necessitatis causa rigor legis infringitur.*

59 *Periculi quando est metus potest fieri transgressio legum, & statutorum.*

60 *Episcopus potest ex causa mutare pœnitentiam iniunctam à Papa.*

61 *Parochus potest ex causa relaxare, seu commutare pœnitentiam impositam ab Episcopo, & de qua Pœnitentia intelligatur.*

62 *Necessitatis causa plura in Ecclesia tolerantur.*

63 *Vtilitatis intuitu multa tolerantur.*

64 *Mali quandoque sustinentur per tolerantiam.*

65 *Scandali euitandi causa multa fiunt, & conceduntur cōtra Regulas iuris, & Iudicibus maioribus licet transgredi leges, & ab ordine Iuris recedere.*

66 *Rigor iustitiæ temperādus est ex multitudine peccatorum, & ex qualitate peccantium.*

67 *Parochus potest cogi ad renunciandum Parochialem, vt scandalum euitetur.*

68 *Laici quomodo compelli possint ad accipiendum Ordines sacros.*

69 *Beneficia secularia conferri possunt Regularibus defectu Clericorum secularium, & è conuerso.*

70 *Clerici seculares possunt constitui pro administratione alicuius Monasterij habentis Monachos incorrigibiles.*

71 *Beneficia secularia nō nisi secularibus, & Regularia Regularibus conferri possunt.*

72 *Necessitas vbi cessat debet etiam cessare quod vrgebat.*

73 *Promouendi ad Episcopatus sunt etiam examinandi.*

§. Quartus.

1 PEnitus illiterati non possunt fieri Clerici. *cap præcipimus. 34.dist. cap. illiteratos. & ibi gloss.1. & Archid. Geminian. Præposit. & alij. 36.dist. cap.1. & toto tit. 38.dist. cap. non confidat. 50.dist. cap. 1. & cap. pænitentes. 55. dist. cap. si quis. 77.dist. cap.1. de pænit. dist.6. cap. fin. de ætat. & qualit. cap. fin. & ibi Archid. num.2. & alij. de temp. ordin. in 6. Rebuff. in prax. benefic. tit. de cleric. & à quib. & quom. creen nu.26. Nauar. in c. si quãdo. except. 11.n.1. de rescrip. Conc. Trid. c.4.7.11.13. sess.23. de reformat. Diaz. in pract. crim. canon. cap.21. vbi etiam Lopez.*

2 Scientia etenim in clericis requiritur de iure Diuino, quamobrē dixit Dominus per Prophetam. Quia tu sciētiam repulisti, & ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi. *Osea. 4. Leuitic. 10. Iosu.1. Agga.2. Matth.7. Actor. 20. D. Paul. ad Tit. 1. & 1. ad Timoth.4. c qui Ecclesiasticis. 36. dist. c. nisi cū pridem. § pro defectu. de renunc. Felin. in c. inquisitioni. n.4. de sent. excom. Turrecr. in c. si in laicis. 38. dist. D. Chrys. Hom.10. in Matth.* præcepitq. Dominus, vt Aaronis sacerdotis Rationali duo hæc verba velut symbolum quoddam inscriberentur, Doctrina, & Veritas & quoties tabernaculū ingrederetur pectori affigeret his verbis, Pones in Rationali iudicij Doctrinam & Veritatem, quę erunt in pectore Aaron quando ingreditur coram Domino, & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo. *Exod.28.*

3 Nequè cum illiterato Episcopus dispensare potest, vt fiat clericus. *c. nullus. & ibi Archid. d. n.2. de temp. ordin. in 6. Innoc. in c. dilectus. de temp. ordin. Turrecr. in d. cap. si in laicis. 48. dist. Rebuff. in tract. de pacif. possess. n.264.* vbi dicit super hoc nūquam vidisse dispensationem. *Rot. decis.13. nu 4. de probat. in antiq. Paris. de resignat. benef. lib.5. quæst.3. num.*100.

4 Penitus autem illiteratus is dicitur, qui nulla habet principia. *Præposit. in c.1. n 2. post med. 36. dist. Rot. diuers. p.2. dec.16. n.3.* vel qui nullas, aut modicas scit literas, vt quia scit tantùm legere, & scribere. *Rebuff. de pacif. poss. n.262.* quo tamen casu posset accipere primam tonsuràm, cum ad primam tonsuram promouendus sufficiat quòd sciat legere, & scribere, vt inferius dicetur. Et quamuis illiteratus nullatenus sit ordinandus, poterit tamen ad ordines promoueri parū sciēs, si est spes quòd possit proficere, aliàs autem nequaquam, nisi sint Monachi, qui contemplationi magis incumbunt, quam scientiæ. *Archid. in d. c illiteratos. nu.2. & in c. fin. n.2. de temp. ordin. in 6. Abb. in c. cū in cunctis. in princ. nu.4. de elect. Syluest. verb. clericus. 2. n.1.*

5 Et licet penitus illiteratus non possit ad ordines promoueri, si tamen de facto ordinetur recipit characterē ordinis, *glo.1. in d. c. illiteratos. & ibi Turrecrem. 36. dist. Innoc in d. cap. cum in cunctis. in princ. & ibi Io. Andr. & Abb. nu.4. Host. nu.13. de*

elect. Gregor Tholoſan. lib. 16. *Syntagm. iur. cap.* 1. *num.* 12.

6 Quia ex quo eſt baptizatus eſt capax omnium ſacramentorum, & conſequenter ſacramenti ordinis, cuius eſt incapax non baptizatus, qui ſi de facto ordinaretur non reciperet characterem. *c veniens. de preſbyt non baptiz. & tetigi in §. præcedent.*

7 Cum tamen infans, ſi eo die, quo eſt baptizatus ordinaretur etiam in presbyteratu reciperet characterem. *gloſ. in c. vnic. verb. diſcretionis. de cler. per ſalt. prom. & in c. pueri. verb. ad ſacros. vbi etiā Archid. & Præpoſ.* 1. *q.* 1. *Ancha. in clem.* 1. *de ætat. & qual. D. Tho. in* 4. *ſent. diſt.* 25. *D. Bonauent. ibid. q.* 2. *art.* 2. *Richard. ibidem ar.* 4. *q.* 2. quamuis ipſo iure ſit ſuſpenſus ab exercitio Ordinis ſuſcepti per Bullam Pij II. prout dicam infra *in §.* 5. *gloſ. in d. cap. vnic. verb. diſcretionis. de cler. per ſalt. prom.* Teneretur tamen continere, vbi veniſſet ad ætatem legitimam, ſi non contradixerit factus adultus. *gloſ. in d. verb. diſcretionis. & in d. cap. pueri. verb. ad ſacros. & ibi Archid. nu.* 1. 1. *q.* 1.

8 Eccleſia namquè indiget viris literatis ad ſui regimen. *authent. habita. C. ne fil. pro patr. cap. cum ex eo. & ibi Ioan. Monach. num.* 1. *& Prob. de elect. in* 6. *Abb. in c. de multa. num.* 5. *&* 7. *de præben. Io Monach. in cap. fin. nu.* 10. *& ibi pariter Prob. de verb. ſignific. Felin. in c. ſi quando. num.* 7. *& Nauar. except.* 16. *n* 5. *de reſcript.* & ad exaltationem fidei, & ipſius Eccleſiæ. *Gemin. conſ.* 37. *num.* 6. *verſ. ſed iſta Concluſio.*

9 Literati erenim in Eccleſia dicuntur radij Solis, & Stellæ. *d. authent. habita. & ibi Bald. num.* 12. *cap. ſuper ſpecula. de magiſtr. Mandoſ. in reg.* 16. *q.* 15 *num.* 3. *Rol. conſ.* 47. *nu.* 77. *cum ſeqq. vol.* 1.

10 Et ratione ſcientiæ, qua ſunt decorati præſumuntur ſe abſtinere à vitijs. *c. cū in iuuētute. §. quis prætereà. de præſumpt.*

11 Et remotis viris literatis Principes nihil aliud poſſident, quam ſaccum, & peram. *Prob. in cap. ſtatutum. num.* 18. *de reſcript. in* 6.

12 Et præterea literatis ſunt conferenda beneficia, ranquam virtutum præmia. *l. vt virtutum. in princ. C. de ſtat. & imagin. l. lege Cornelia. in fin. ff. ad Syllan. §. ſumma itaque in proam. Inſt. cap. graue. & cap. venerabilis. de præben. cap. ex parte. de conſtit. cap. nihil. de elect. extrauagan. Execrabilis. Ioan.* 22. *§. vnde. de præben. gloſ. in c. de multa verb. literatas. de præben.* illum enim gradu cæteros antecellere æquum eſt, quem ſtipendia longiora, & labor prolixior fecerint anteire. *l. nemo. C. de offic. mag. offic. cap. ſtatuimus. de maior. & obed.*

13 Suntquè extollendi ad pluralitatem beneficiorum, & ſuper illis diſpenſandi. *d. cap. de multa & ibi gloſ. d. verb. literatas. & Abb. num.* 5. *&* 7. *& alij. Innocent. in cap iamdudum. in fin. eod. Dec. in cap. cum in cunctis. in princ. num.* 15. *de elect. Rebuff. in prax. benefic. tit. de diſpenſat. ad plur. benef. num.* 43. *cum ſeqq. & de priuileg. ſcholar. priuileg.* 39. *per totum.*

14 Illiteratus autem comparatur cæco. *cap. poſt traslationem. §. item ſi quis. de renunc.* & eſt nullus in Eccleſia Dei. *cap. cōgregato, & ibi Bald. n.* 4. *de elect.* quinimò non venit appellatione hominum, ſed iumentorū. *Gomez. in reg. de annal. q.* 47. *in fin.* & ſublata cognitione & ſcientia tollitur omnis ratio, & vitæ degendæ & rerum gerendarum. *Cic. de fin. lib.* 1.

15 Et quemadmodum ſcientia eſt mater virtutum. *c. præſentium.* 1. *quæſt.* 5. ita ignorantia eſt mater omnium errorum, maximè in clericis. *capit. ignorantia. & cap. ſi in laicis.* 38 *diſt. dicto cap. niſi cum pridem. §. pro defectu. de renunciat.* & tantùm differt ſapientia ab ignorantia, quantùm lux à tenebris; nam ſapientis oculi ſunt in capite eius, ſtultus verò in tenebris ambulat. *Eccleſiaſtes. cap.* 2.

16 Et ſicut ſcientia nobilitat. *l.* 1. *§. eſt quidam. ff. de extraord. cognit. gloſ. in dicto c. de multa. verb. literatas. Felin. in c. cum adeo. col.* 3. *de reſcript.*

17 Et literati æquiparātur Nobilibus. *Abb. in eod. cap. de multa nu.* 5.

18 Quamobrem Doctor dicitur Nobilis. *d. cap de multa. Bart. in l. iudices. C. de dignit. Angel in l. ſed & ſi ſuſceperit. §.* 1. *ff. de iud. Rebuff. in prax. benef. de reſcript. nobilit. mixt. num.* 3.

19 Ità ignorātia facit perſonam vilem. *DD. in cap. nos qui.* 40. *diſt. & in cap. pen. de præben. Tiraquel. in tract. de nobilitat. c.* 4. & non eſt bonum vbi non eſt ſcientia *Prou.* 10. *Iſai.* 5.

20 Sed licet collatio beneficij facta illiterato ſit ipſo iure nulla, *vt poſt Innocent. dicit Abb. in cap. cum in noſtris. num.* 22. *conceſſ. præben. Felin. in c. per tuas.* 1. *nu.* 1.

de Simon. Nauar. in dicto cap. si quando. except. 11. si tamen ille posteà literas addiscat, & eum, qui beneficium contulit non pęniteat pristinæ collationis, tacita quadam collatione reuiuiscit. *Ignat. de Salced. ad Diaz. in pract. crim. canon. c. 21. de illiteratis. sub litera G. & H.* ex his, quę adducit *Felin. in cap. cum ex officij. nu. 36. de præscript.*

21 Quilibet autem clericus debet habere talem scientiam, qua arbitrio Iudicis posit explorare ea, quę incumbunt oneri, beneficio, dignitati, statui, loco, & officio, ad quæ assumitur. *c. 1. & per totā. 23. dist. Innoc. in d. c. cum in cunctis. in princ. n. 1. & ibi Abb. nu. 4. Host. n 15. Io. Andr. nu. 9. Butr. nu. 11. & Dec. n. 16. de elect. Felin. in d. c per tuas n. 1. in fin. de simon. Nauar. in d. cap. si quando. except. 11. nu. 6.* Prima tonsura initiandus scire debet rudimenta fidei, ac legere, & scribere. *c. fin. de temp. ordin. in 6. Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. de reformat.* Ad Minores ordines promouendi debent intelligere saltem linguam Latinam. *c. in singulis. vers. suffragantibus stipendijs. 77. dist. Concil. Trid. d. sess. 23. c. 5. & c. 11.* Ad Subdiaconatum, & Diaconatum assumendi debent esse versati in minoribus ordinibus, ac de literis, & his quæ ad ordinem exercendum pertinent instructi. *Conc. Trid d. sess. 23. cap. 13.*

22 Sacerdoti autem est necessaria sciētia libri sacramentorum, Lectionarij, Antiphonarij, homiliarum per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festis aptarum. *c. nulli & c quæ ipsis. 38. dist. Abb. in d. c. cum in cunctis. num. 4. vbi etiam Host. n. 10. de elect.* Et nullus ad presbyteratum est assumendus, nisi qui posit docere populum ea, quæ ad salutem scire sunt necessaria, ac ministranda sacramenta. *Concil. Trid. d. sess. 23. cap. 14.*

23 In promouendis ad beneficia simplicia non requiritur necessariò eminens scientia. *Abb. in d. c. venerabilis. num. 3. de præben.* sed sufficit vt sciant ij recitare horas Canonicas, ad quas tenentur. *Nauar. de hor. Canonic. c. 7. n. 3. Paris. de resignat. benef. lib. 4. q. 11. nu. 3.*

24 Quilibet enim beneficiatus ad horarum Canonicarum recitationem est obnoxius. *c. 1. & ibi Abb. nu. 4.* vbi dicit de communi. *& n 8. de celebrat. Missar. c. fin. 92. dist.* & ita fuit statutū in Concilio Lateranen. sub Leone X. *sess. 9. §. statuimus.*

25 Et ita etiam decreuit Pius Quintus in sua Constitutione 138. quæ incipit. *Ex proximo Lateranen.* quemadmodum etiā ad hoc tenentur omnes in sacro ordine constituti. *cap presbyter. 91. distinct. dicto cap. 1. & ibi Abb. de communi. n. 4. 5. & 10. de celebr. Miss. & dicam in secunda parte. in §. 35.*

26 Pensionarij verò tenentur ad recitationem Officij Beatissimæ Mariæ Virginis sub pœna priuationis pensionum, fructuumquè amissionis, *vt sanciuit idem Pius V. in d. Constit. 138. §. at quicunquè. Gig. de pension. q. 30. n. 2. Grat. Rot. March. decis. 158. nu. 5.* Debent etiam de beneficijs simplicibus prouidendi scire legere, & construere *glos. in clem. 1. & ibi Card. n. 1. de concess. præben. Rebuff. in prax. benefic. tit. de form. Vicariatus. nu. 87. Mascard. de probat. conclus. 878. nu. 17.* Clericis autem pauperibus vt possint obtinere beneficiū simplex sufficit, vt tantùm sciāt, quantùm simplex laicus, vel aliquantulum plus circa sacramēta. *Innoc in c. 1. n 4. de sum. Trin. & fid. Cathol. Bald. in Rubr. eiusd. tit. n. 9. Host in d c cum in cunctis n 10. & ibi Io. Andr. n. 9. & Butr. n. 7. de elect.* nam parum sciens etiam sine spe plus proficiendi dicitur habilis ad beneficia simplicia, & non requirentia sciētiam, vel magnam curam. *Imol. in clem. 1. nu. 7. de ætat. & qual. Rot. diuers. par. 2. decis. 16. nu. 5.*

27 Licet secus sit in ijs beneficijs, in quibus requiritur industria, & consilium, vt in Canonicatibus, & huiusmodi. *Staphil. de lit. grat. in nona form. expectat. nu. 23. Rot. decis. 12 n. 4. in fin de probat. in antiq. & Rot. diuers. p. 2. d. decis. 16. num. 4. & 5.*

28 Ad dignitates non habentes Iurisdictionem, & ad Canonicatus promouendi cum prouisi de illis teneātur ad industriā, & consilium in Capitulo, debent habere mediocrem scientiam, & eam saltem, quæ sit necessaria ad eorū munus exequendum. *Abb. in d. c. cum in cunctis. in princ. n. 4. de elect. Menoch. de arbitrar. cent. 5. cas. 425. num. 45. Rot d. decis. 12. nu. 4. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat.*

29 In promouendo ad beneficium Curatum maior requiritur scientia, quàm ad Canonicatum, & ad beneficia simplicia, nā ex quo animarum cura dicitur ars artium. *c. pen. de ætat. & qual. Vitalin. in clem. 1. nu. 29. de præben.* & cura animarū sit tantò pretiosior, quantò periculosior, & non

omnis

omnis sacerdos sit ad curam animarum idoneus. *Vitalin.n d.clem.1.nu.30. & 32.* cum enim Parochianorum cōfessiones audire teneatur Parochus, & scire distinguere inter lepram, & lepram peccatum, & peccatum, & Euangelium declarare, & sacramentorum, quæ administrat, virtutem, vt in Catechismo Romano videre licet, maior in illo exigitur scientia. *d. c.pen.& c.eā te.de atat.& qual.Staphil. de lit.grat. §.sexta forma.n.2.Nauar.in.c.1.§.caueāt. nu.19. & seqq.de pœnit. & remiss.Concil. Trid.sess.5.c.2.& sess.24.c.18. de reform.*

30 Ad dignitates inferiores Pontificalibus iurisdictionem habentes promouēdi debent habere scientiam Iuris Canonici, secūdum quod debent visitare, & iudicare. *c.1 de consanguin.& affin. Innoc in d c.cū in cunctis.nu.1.& Abb.n.4.& Host.n.11. de elect. facit etiam.c. nihil est. eod.*

31 Et propterea Archidiaconi debēt esse Doctores, seu Licētiati in sacra Theologia, vel Iure Canonico. *Concil.Trid.d.cap.12.*

32 Vbi etiā hortatur vt in Prouincijs, vbi id cōmodè fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel Iure Canonico. *ibi vers. hortatur etiam.*

33 Episcopi autem, & Archiepiscopi cùm alios docere teneantur. *c. qui Ecclesiasticis. cum c.seq.36.dist.* & cùm sint animarum Iudices, debent habere scientiam noui, & veteris Testamenti, vt per sacram Scripturam, & nos docere, & alios confutare possint. *cap.Episcopus.23 dist c.qui Episcopus. 23. dist d. cap. qui Ecclesiasticis. & cap. fin. 36 dist. cap. omnes. & cap. sequenti.38.dist. Archid in d.cap. illiteratos num.4 36.dist Abb.in d.cap.cum in cunctis. in princ.n.4. & Host.n 9.de elect. c.1.& c.2.62.dist.* Item & scientiam Iuris Ciuilis, & Canonici, cum ius dicere, & iudicare debeant, præsertim in causis matrimonialibus, & in concernentibus sacramenta. *cap.omnes. 38.dist.§.1.39. dist.§.1. auth.vt clerici apud propr.Episcop. Abb.in d.c.cū in cunctis. d.n.4 & Host. in c.super specula.nu.5.ne Cler. vel Mon.* & debent habere plenam cognitionem difficultatum arduarum siue fidei, siue casuum occurrentium, Episcopo etenim est dictum illud. *1. Pet. 3.* Parati reddere rationem omni poscenti nos de ea, quæ in nobis est fide. Hodie autem Episcopi, & Archiepiscopi ea pollere debent scientia, vt muneris sibi iniūcti necessitati satisfacere possint, ideo. que antea in Vniuersitate studiorum Magistri, siue Doctores, aut Licentiati in sacra Theologia, aut Iure Canonico sint promori, aut publico alicuius Academiæ testimonio ad alios docendum ostendantur idonei. *Concil.Trid.sess.22.c.2. & sess.24. c.1.de reformat.* & ita etiam sanciuit Gregorius XIV. in sua Constitutione, incipit. *Onus Apostolicæ seruitutis*. sub datum an.1591. Idibus Maij. *facit c.nihil de elect.*

34 Nam cum in eorum Diœcesi sint Parochi Parochorum. *c. rationis. in fin. 100. dist.c.suggestum.7.q.1.* Et cum Parochi debeant esse scientifici, vt superiùs dictum fuit multò magis Episcopi, & Archiepiscopi; nam totius familiæ status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. *cap.miramur.61.dist.*

35 Neque Episcopi propter opprobriū senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis etiam discere, vel minus eruditis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis erubescere debent. *c. nullus.38 dist.* nam D. Augustinus dicebat se senem esse paratum edoceri à iuuene, & etiam à nondum anniculo, vt scribit ad Auxilium Episcopum. *Epist.75.& refertur in c si habes. vers. en adsum.24.q 3.* & insipiens est dicendus, qui bona, quæ videt, ediscere contemnit. *c.de Constantinopolitana 22.dist.* nā nulla ætas sera est ad discendum, vt dicit Seneca.

36 Non tamen in Episcopis requiritur eminens literatura, quamquam in Ecclesia Dei illa desideranda esset, sed sufficit quod sit illa competens, mediocris, conueniens, & sufficiens. *c fin.de atat. & qualit c.cum nobis. §. his igitur. de elect c.nisi eum pridem. §. pro defectu. & ibi Abb. nu.10. de renunc. cap.venerabilis. de praben. glos.in cap. constitutis. 2.verb. magis vtilem. de appellat. Dec. in d. c. cum in cunctis. in princ. nu.45.& Abb. nu.4. in fin. de elect.*

37 Maximè si adsit perfectio charitatis, quæ multoties supplet imperfectum scientiæ. *c. 1. de renunc. d. §. pro defectu.* Verumtamen non sufficit innocēs vita nisi adsit etiam aliqua doctrina. *c. 1. & c. seq. 43.dist.* competens autem scientia quæ sit remittitur arbitrio Iudicis, & attendenda est scientia respectu loci, quia in maiori loco propter maiorem vtilitatem maior

scien

ſcientia requiritur. *Hoſt in ſum de ætat. & qual præficien. in §. ſcientia.*

38 Eminentem autem ſcientiam appello illam, per quam quis nouit difficillimas quæſtiones explicare. & diffinire in promptu ſine reuolutione librorũ; Mediocrem verò eam, per quam difficiles quæſtiones reſoluuntur, cum reuolutione tamen librorum; Sufficientem autem illam, quæ legitimè requiritur ſecundum qualitatem officij, ſeu beneficij, & dignitatis ſuæ; quamobrem habere ſcientiam ſufficientem dicitur is, quando ſufficiẽter explere poteſt ea, quæ neceſſariò incumbũt officio ſuo, & hæc ſufficientia conſideranda venit arbitrio boni viri, conſideratis circumſtantijs loci, vbi quis habitare debet, ſeu conuerſati, & qualitatibus officij, & muneris. *Hoſt. in d.c. cum in cunctis. in princ. nu.15. vbi etiam Abb.n.4. & Dec.n.31.32. & ſeqq. de elect.*

39 Et quia literatura non præſumitur, niſi probetur. *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.91.num.18. Maſcard. de probat. concluſ. 989. per totam.* nequè in hoc caſu ſufficit præſumptio naturæ, *vt poſt alios dicit Gomez. de expectat. num.79. & 80.* nam literatura eſt quid facti, quod non præſumitur, niſi probetur. *l.1. & ibi gloſſ. verb. probatis. & Bart. num.3. C. quæ ſit. long. conſuetud. l. in bello. §. facti. ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. l. quæcunquè. §. fin. ff. de publican. l. adſeueratio. C. de nõ num. pec. Maſcard de probat. concluſ.332. nu.3. cum ſeqq. Caputaq. decif.11. num.5. par.1.*

40 Ideò non ſolum literatura, & ſufficientia clerici probari poterit per teſtes. *Rot. decif.8. de probat. in nouis.* ſed etiam ad illam cognoſcendam clericus ad ordines promouendus eſt examinandus. *c.1. & per totam. 24. diſt. cap. vnic. de ſerutin. in ordin. facien. Conc. Trid. c.11. ſeſſ.7. & c.3. & c.7 ſeſſ.23. de reformat. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon c.25.* etiam bis, & ter, quia poteſt quis in vno examine apparere magis idoneus, & doctus ex forma puncti aſsignati, vel quæſtionis propoſitæ, cum revera ſit minùs, & è conuerſo. *l. vnic. & ibi Bart. nu.2. & Angel. & Ioan. de Plat. C. de athlet. lib.10. Tiraquel. de pœn. temp. cauſ.51. num.159.* Quod examen eſt adeò neceſſarium, vt quamuis ordinatus ſit dignus poſsit ſuſpendi ab ordine ſuſcepto, ſi ſine examine fuerit promotus. *cap. final. 24. diſt.* niſi talis eſſet notoriè notus, & dignus, quia tunc poteſt etiam abſquè examine ordinari. *cap. qui Epiſcopus. & ibi gloſſ. 2. 23 diſt. c nullus 24. diſt. Felin. poſt alios in c. fin. num.28. de præſumpt. Dec. in d.c conſtitutis. n.7. de appellat.* prout etiam dicitur de graduatis, ex quo ſunt examinati, & approbati ab Vniuerſitatibus. *Rebuff. in prax. benef. tit. de reſcript. in form. paup. pro graduat. num.3. & 4.*

41 Prouidendi etiam de beneficijs Curatis ſunt examinandi. *Conc. Trid. c.1. & c.18. ſeſſ.24. de reform.* & ità ſtatuit Pius V. in ſua Conſtit. quæ incip. *In conferẽdis.32.*

42 Quemadmodum etiam tàm Regulares, quàm ſeculares clerici ſunt examinandi per locorum Ordinarios ad confeſsiones fidelium audiendas niſi alias idonei iudicentur. *Conc. Trid. ſeſſ.23. c.15. de reform.* & ità etiam de Regularibus ſanciuit Pius V. in ſua Conſtit.135. incip. *Romani Pontificis*, ſub datũ octauo Idus Aug.1571. vbi inhibetur omnibus Regularibus, ne vigore deputationis, & approbationis à Magiſtris, Miniſtris, ſeu Prouincialibus Religionum abſquè ſpeciali in poſterum licentia, & approbatione ab Ordinarijs obtinenda ſecularium Confeſsiones audire præſumant.

43 Ad beneficia ſimplicia eſſent etiam examinandi, licet eo ipſo quòd aliquis ſit admiſſus, & ordinatus in Ordinibus ſacris præſumitur habilis, & idoneus ad ſimplicia beneficia, ità vt nouo examine opus non ſit. *c accepimus. & ibi Hoſt. nu.15. Io. Andr. nu.13. Butr. nu.8. & 12. & Abb. n.3. & 6. de æta. & qual. Fel. in c. fin. n.1. in fin. vbi etiã Abb. n.5. & 6. de præſumpt. Rebuff. in prax. benef. tit. de reſcript. in form. com. paup nu.11. Caputaq. decif.367. par.2. Rot. diuerſ p.2. decif 16. n.1.* Niſi aliqua cauſa, propter quam debuiſſet fieri examen, de nouo ſuperueniſſet, vt ſi quis opponat de inſufficientia. *Abb. in cap fin. num.6. & 7. & ibi Felin num.2. de præſumpt Felin. in d. cap accepimus. nu.15.* Vel quòd talis ad Ordines, & etiam ad beneficia promotus fuerit indignè promotus. *Oldrad. conſ.118. num.1. & poſt Io. Andr. Anchar. Butr. & alios dicit Felin. in c. ex literis. num.7. de conſtit.* Siue quando examen ad beneficia fuiſſet aſsignatum pro forma, quia tunc eſt ſeruanda forma. *Dec. in d.c. cõſtitutis.2. nu.7.8. & 9. de appellat. & in conſ.90. n.6. & conſ.262. n.4. Staphil. de lit. grat. in vlt. expectatiua n.5. Rebuff. de priuil. ſcholar.*

priui-

priuileg.86.verſ ego verò.Fuſc.de Viſitat. lib.2. cap.5. nu.10.

44 Nam formæ defectus vitiat actnm. *c.cum dilecta.& ibi Felin.n.6. de reſcript. c venerabili de offic.deleg Roman cōſ.236. n.8.Oſaſc.deciſ.165.n 4.Surd.deciſ.7.n.10. deciſ.75.n.2.deciſ.202.n.8.* & defectus formæ eſt maior quam materiæ. *gloſſ.l.vnus. §. acceptilatio. verb. inutilis. vbi Caſtr. nu.2. de pact.* Vel quando ageretur de adminiſtratione ſacramētorum. *Conc.Trid. ſeſſ. 14. cap.3.de reformat.* & præcipuè vbi agitur de facienda prouiſione alicuius Parochialis. *Conc.Trid ſeſſ.24.cap.18.de reform.* nam nullus excnſatur ab examine, quando agitur de cura animarum, nequè Vicarius generalis, vt cenſuit Sacra Congregatio Concilij Tridentini ſuper *d.c.18. §.Epiſcopus vacante*; Neque Doctor, ſiue Licentiatus in Theologia, ſiue in Iure Canonico, & in publica Vniuerſitate graduatus. *eadem Congregatio ibidem. in §. Doctor.* & examen omiſſum in Parochialibns per concurſum vitiat collationes. *eadem Congregatio ibidem. §.examen. & §. non examinatus.* Et adeò verum eſt, qnòd forma examinis decreta *in d. cap.* 18. nunqnam ſit prætermittenda, vt neque prouiſio facta à Papa, nulla facta mentione dicti Decreti *in eodem cap.* 18. contenti, cui derogandum eſt, alicnius ſit momenti, quia forma adhibenda actui ex Concilij Tridentini decreto etiam Papæ pronisionem comprehendit, niſi derogatum reperiatnr. *Rot. diuerſ.p.1. deciſ.48.per totam.* Cœpti etiam beneficiari in quolibet aſcenſu ſunt de nouo examinandi, & per Ordinarium approbandi, *vt fuit reſolutum in vna Calaguritana beneficij de Ormillos.* 28. *Nouembris.*1587.*coram Pamphilio.& in alia Calaguritana iuris aſcendendi.* 28. *Iunij.* 1599. *Seraphin.deciſ.* 1323.

45 Ad Canonicatus, & ad Dignitates aſſumendi eſſent etiam examinandi. *Lambert.in tract.de Iurepatr.lib.2.par.1.q.10. art.2 verſ.tertio adduco.Menoch.de præſumpt.libro 6.præſumpt.91.n.21.* ſemel tamen examinatus ad Canonicatnm, vel Dignitatem in Collegiata, ſiue ad beneficium ſimplex non debet amplius examinari ad beneficiū ſimile. *Gonzal ad Reg.8.Cancel. gloſſ.4. num. 88. Ricc in prax. reſol. p.1. reſol.592. num.8.* Et ſi examen ſeruaretur ab omnibus Epiſcopis non ſolùm vbi agitur de cura animarnm, ſed etiam in conferendis Canonicatibus, & Dignitatibus, & beneficijs ſimplicibus, maximum Eccleſia Dei perciperet incrementum, & non ita aliquando imperiti Magiſtris, noni antiqnis, & rudes præferrentur emeritis. *c.ſtatuimus.16.diſt.* qnod nō eſt conſulere Populis, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. *cap.miramur.eadem diſt.*

46 Non enim præſumptio ambientium ant tumnltus popularis clericos ad beneficia euehere debet, ſed maturitas ætatis, & examen ſcientiæ, propterea in aliquibus Hiſpaniæ locis vt Caſtellæ, Nauarræ, & Granatæ, Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales, & præbendæ lectionis ſacræ Scriptnræ dantur per concurſum, item & Aragoniæ, & Valentiæ, & cōmuniter in Hiſpania in qnibnſcunque menſibus vacent, vt refert *Gōzalez ſuper reg.8.Cancell.gloſ.9. §. 2. num. 1. 80. & 86.qui in dicto tract. gloſſ.6.n.247.* dicit dari etiam per concurſum beneficia patrimonialia, quamnis ſimplicia in Diœceſibus Burgen. Calaguritanen. Palentin. & Granaten. qnamuis alioqui inſpecto iure communi beneficia ſimplicia per concurſum prouideri non debeant, quia in ijs requiritur tantum idoneitas, & habilitas. *c.conſtitutis. 2. vbi Abb.Franc. & Dec.de appell. Conc.Trid. ſeſſ.7.cap.13. de reformat. Rot.diuerſ. p.2. deciſ.10. per totam faciunt dicta ſuperiùs. nu.43.* nam Clericus ſimplex præſumitur idoneus ad beneficinm ſimplex obtinendum. *Abb.in c fin.num.5.de præſumpt.Rot. deciſ.13.n.4. de probat. in antiq.Seraphin. deciſ 968.n.2.p.1.*

47 Neque requiritur maior habilitas ad beneficium Iuriſpatronatus ex Verbis forſan in fundatione poſitis vt in diuinis officijs alias ſit ſufficienter inſtitutus, quàm exigat ius commune, cum in dubio diſpoſitio hominis ſemper regulari debeat cum diſpoſitione legis, cui cenſetnr ſe conformare voluiſſe. *Seraphin. dicta deciſ.968. num. 3. & 4.*

48 Quare debent Epiſcopi conferre beneficia ijs, quibus & morum honeſtas, & literarum ſcientia ſnffragatur. *c.graue. de præben.clem.1.de ætat.& qual.*

49 Conferens enim beneficium illiterato, & indigno non ſolum peccat mortaliter. *c.miramur. ibi, & quid eſt communicare. 61.diſt.c.quid eſt manus.78.diſtinct. clem.1. & ibi Car. in fin.de ætat. & qual. Dec.in c.cum in cunctis. num.44. de elect.*

Couar.

Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 7. n 8 cũ pluribus ibidem allegatis. Rodriquez in Sum. p. 1. cap. 106. n. 4. & 5. Syluest. verb. restitutio. 3. §. 5. & de communi dicit Tolet. in Instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 4. num. 8. sed etiam tenetur ad restitutionem interesse Ecclesiæ, quam læsit ex prædicta mala collatione resultãtis. *Anchar. in d. clem. 1. n. 5. vbi etiam Card. q 10. n. 10. Felin. in d. c. si quando. n. 7. vers. item dicit Petrus. de rescript. Dec. in d c. cum in cunctis. in princ. n. 16. Rebuff. in prax. benef. tit. de pœn. contra collator. indign. conferen. num. 8. & 9. Sylu. d. §. 5. vers. etsi beneficium. Tolet. d. cap. 4. nu. 8.*

50 Ad similitudinem Magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commisit. *l. 1. & toto tit. de Magistrat. conuenien. l. 1. & 2. C. de peric. nominat. lib. 11. §. fin. Inst. de satisd. tut. Fel in d. c si quando. n. 7. Dec. & in d. c. cum in cunctis. n. 16.* Huiusmodi autẽ restitutio est facienda Ecclesiæ, cuius est beneficinm. *Sylu. d. §. 5. d. vers. etsi beneficium. Tolet. d. c. 4. nu. 8.* quicquid dicat *Caiet.* qui tenet etiam digno eam restitutionem faciendam. Et debent Episcopi ad ordines, & ad beneficia potiùs promonete paneos, & eos quidem literatos, & qui dignè possint Dominica Sacramenra tractare, quam multos, inter qnos reperiantur illiterati, & indigni; melius est enim Sacerdoti Domini paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinanti adducant. *c. tales. 23. dist.*

51 Quando autem contingit, fieri præsentationem à Patronis ad aliquod beneficium patronatum de habili, etiam quód potuerint præsentare habiliorem, tunc valet præsentatio, cum sufficiat illam fieri de habili, licet potuerit fieri de habiliori. *gloss. in d. c. constitutis. & ibi Butr. n. 15. Abb. n. 7. Franc. n. 4. & Dec. n. 12. de appellat. Bero. in cap. quoniam. num. 102. de iurepatr. & Rot. diuers. p. 2. decis. 16. nu. 6. Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 7. nu. 4. de reg iur. in 6.*

52 Quemadmodum dicimus in electione, nam licet eligendus sit qui est doctior, & sanctior, *c. licet ergo. & ibi gloss. verb. qui præstantior. & cap. si ergo. 8. q. 1. c. Metropolitano. 63. dist. c. vilissimus. 1. quæst. 1. c. vnum orarium. §. nunc autem. 25. dist. §. ordinatione. auth. de Monach. Couar. d. nu. 4.* Nihilominus sufficit quòd sit idoneus, quia conueniens scientia toleratur in Prælato. *cap, cum nobis olim. § illius. de elect. c. dudum. de præsumpt c monasterium. 16. q. 7. c. custos. § in his. & ibi gloss. verb. sanctiores. de offic. custod. gloss. in c. constitutis. verb. magis vtilem. de appellat. & in c. quoniam in quibusdam. verb. maioribus. & ibi Abb. nu. 12. de iurepatr. Dec in c. in præsentia. n. 193. de probat. Couar. in reg. peccatum p. 1. §. 7. num. 4. Fernand Vasq. lib. 1. Controuers. illustr. c. 28.*

53 Nam in beneficijs præfertur quandoque minùs doctus, modò idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, doctiori, cnius vita vel ignoratur, vel non ita sanctior est. *Dec. in d. cap. cum in cunctis. n. 45. vbi etiam Abb. nu. 4. in fin. de elect. & ita etiam censuit Congreg. Card. Concilij super dicto cap. 18. sess. 24. de reform. §. præferendus.*

54 Dicimus etiam, eum nõ dici digniorem ad regimen animarum, qui doctior, & sanctior est, sed illum, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior apparet. *Sot. de iust. & iur. lib. 3 q. 6. ar. 2. cõcl. 9. Rodriquez in Sum. p. 1. q. 106. n. 2. Couar. d. n. 4. & ita fuit decisum per Rotam in vna Beneuentana Paroebialis. 13. Iunij 1590. coram Orano. & in alia Rauennaten. Parochialis 2. Decembris. 1592. coram Arigonio, & in alia nullius concursus. 4. Decembris. 1600. coram Ludouisio.*

55 Vt autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis, iuxta Decretum Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 18. de reform.* conferantur Parochiales Ecclesię, illas magis idoneis, post habitis minus habilibus, conferri debere, alias appellationi locum dari statuit Pius V. in sua Constit. 33. quæ incipit. *In conferendis. §. vt autem.* Hæc verò maior dignitas, seu idoneitas, quæ debet præferri in conferendis beneficijs curam animarum habẽtibos non consideratur in se, sed in ordine ad bonum cõmune, interdum igitur fieri potest, vt qui est minus sanctus, & minus sciens sit vtilior, & aptior propter eius potentiam, prudentiã, & industriã ad beneficium, cui præficitur. *ita D Thom. 2. 2. q 63. art. 2. Vasq. in opusc. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 1. nu. 60.* & consistit in ætate legitima, morum grauitate, literarum scientia, & ordine necessario. *cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. Selua de benefic. p. 3. q. 5. nu. 1. Conc. Trid. sess. 7. c. 1. & sess. 22. cap. 2. & 4. de reform.*

56 Vbi verò melior inueniri non poterit sufficit eligere illum, qui malus non sit, nam dicitur aliquis bonus eo ipso, quòd non est malus. *d. cap. monasterium. in fin. 16.q.7.gloss.in d.c.licet ergò.verb.qui præstantior.* 8.q.1. & melius est qualemcunque admittere ad beneficia, dum tamen caueatur peccatum mortale, quàm illa vacantia tenere. *Host.in cap graue.nu 2.de praben.*

57 Quod si nō inueniretur in tota Diœcesi nisi vnus dignus, essent potiùs illi conferenda omnia beneficia. *Host. in d. cap. graue. nu.6.* necessitas nanquè non habet legem. *c.quanto. de consuetud. cap.si quis propter.de furt.c.2.de obs.ieiun.l.1. ff.de off. Consul.*

58 Et necessitatis causa rigor legis infringitur, nam tunc per Iudices fieri potest transgressio legum, *vt post Innoc. dicit Felin.in c.1.n.49.& 50. de constit. Ias. in l. 1. C. de precib. Imperat. offeren. Rol. consil. 56. volum.4. Put.decis.105. lib.1. Menoch.de arbitrar.lib.2. cent.2.cas.182. per totum. Tiraq.de retract. lignag. §. 26. glos.1. nu. 16. cum seqq.*

59 Et propter metū periculi, & ratione casuum emergentium potest Magistratus transgredi leges, & statuta. *l.si quis filio. §. hi autem. & ibi notabiliter Bald. in fin.ff.de iniust.rupt.idem Bald.in l. obseruare.in 10.quæst.ff.de offic. Proconf. & post Innoc.& alios dicit Dec.in c.1. nu.31. propè fin. & Felin.n.49.de constit. Grammat. decis.36.nu.2.& 3. Rot.diuers.par.1. decis.753. num.8.* item, & propter casum horribilem, & atrocem, *vt post Bald. dicit Felin.d.nu.49.*

60 Ex causa namque potest etiam Episcopus pœnitentiam iniunctam à Papa mutare alterando, augendo, vel minuendo. *gloss. in c.tempora.verb.tuo iudicio.26.q.7. & in cap.latorem.verb.post conuersionem. 33.q.2. Dec.in c.at si clerici. §. de adulterijs nu.30.de iudic.Roman.sing.454.incip. Papa imponit pœnitentiam. & cons. 328. num.15. Menoch. sing. 182. Ias.in l.omnes populi.in secunda lect. nu.13. ff.de iust. & iur.Barbat.cons.1.num.72.vol.3. Felin.in c.1.n.49.ante med.de constit.Crau.cons.21. n.3.Menoch. cons.90. n.34.vol.1.* vbi dicit Episcopum posse ex causa disponere contra statuta à Sacris Concilijs. *idem post Bald.dicit Felin.in d. num.49.vers.& pro isto dicto.*

61 Potest etiam Parochus ex causa superuenienti pœnitentiam ab Episcopo impositam relaxare, seu commutare. *glos.fin. in d.cap.latorem.33.q.2.glos.in c.tempora. 26.quæst.7.* iusta enim subsistente causa, & quando facilis aditus non patet ad superiorem, potest inferior sacerdos pœnitentiam commutare, quam superior in foro conscientiæ pro peccatis reseruatis imposuit. *Sylu.verb.Confessio.1.q.27.Nauar.in manu.cap.26.nu.22.Henriq.in sum.lib.5. de pœnit.lib.2 cap.22.Tol.in instit.sacerd. lib.3.c.11.* quod tamen non procedit, vbi pœnitentia publica foret peragenda, quia tunc non liceret eam commutare, vt priuatim fieret. *Butr. in cap. 1. de pœnit. & remiss. Felin. in cap. accusasti. in fin. de accusat.* Insuper non procedit in pœnitentijs præseruantibus quę imponuntur ad instar medicinæ salubris, vtputà si Confessarius præcepisset, ne pœnitens ad domum Concubinæ accederet, & huiusmodi, &c. *Homob.de casib.reseruat.par.1.cap.6.vers. secundo in pœnitentijs.* sine tamen causa non potest inferior mutare pœnitentiam impositam à Superiore. *Card. in clem. fin. de pœnit. & remiss. Turrecrem.in d. cap. tempora.nu.4.Angel.verb.Confessio.6.n.4. Sylu. loco citato. & alij.*

62 Nam dicimus quoquè in Ecclesia multa tolerari necessitatis causa. *cap quoniam c.exigunt.c.maximū.& c & si illa. 1.q.7.cap.quisquis.24.q.1.c.2.& ibi Bald. nu.1. de sent. & re iud.*

63 Item & vtilitatis intuitu. *cap. tali. 1.q.7.*& maxime si vtilitas sit publica, nam publicæ vtilitatis fauore multa fiunt quæ alioqui non concederentur, neque permitterentur, *latè Felin.in c.nonnulli. nu.39. & seqq.de rescript.* quare & multa tolerat Ecclesia in illis, qui nuper ad fidē veniunt, ne à bono, quod cœperunt, metuendo austeriora recederent. *cap. quadam. 35.q.2. & 3.* nam & ex dispensatione quædam pariter tolerantur, quæ Canonum rigor condemnat. *cap. didici. cap. requiritis. §. nisi rigor. cap.dispensationes. & cap.donatum. 1. quæst. 7.*

64 Quemadmodum per tolerantiam sustinentur quoquè multi, quamuis sententia Diuini iudicij, sint condemnati. *c. vnus, 2. quæst. 1.*

65 Et scandali euitandi causa multa fiunt, & conceduntur contra regulas iuris. *c.cum ex iniuncto. §.super. & ibi glos. verb.dimittenda.& verb.scandalo.de nou.*

11 *Irregularis fit præstãs consiliũ, siue directè, siue indirectè, vt aliquis occidatur, vel mutiletur, si sequatur effectus.*

12 *Irregularis est consulens, vel mandans quem verberari, licet nõ animo occidẽdi, si sequatur exinde mors, vel mutilatio, etiãsi præmissa fuisset protestatio, ne occideretur, vel mutilaretur.*

13 *Irregularis fit dans consilium vt aliquis occidatur, si sequatur effectus antequam consulens reuocauerit consilium datum, & quare nu. seq.*

14 *Mandans quomodo fiat irregularis, & irregularitatem euitet.*
Mandatum quomodo intelligatur reuocatũ ad euitandam irregularitatẽ.

15 *Ratificatio non equiparatur mandato quoad incurrẽdam irregularitatem.*

16 *Irregularis quomodo fiat dans consiliũ ei, qui erat alioqui facturus homicidiũ.*

17 *Associans homicidam quomodo fiat irregularis.*

18 *Auctoritatem præstans homicidio, seu mutilationi directè, vel indirectè efficitur irregularis.*

19 *Aduocans an, & quomodo fiat irregularis.*

20 *Aduocans qualiter irregularitatem euitare poterit.*

21 *Literas legens, vel scribens, seu dictãs, vnde posteà sequitur mutilatio, seu homicidiũ quomodo fiat irregularis.*
Clericis est interdictum scribere in causa criminali.

22 *Irregularis fit tenens Canem, Vrsum, vel Leonem, ex quo aliquis fuit occisus, si non tenebat illos ligatos.*

23 *Iudices, siuè Gubernatores non obstantes ex officio suo cum possint homicidio fiunt irregulares.*

24 *Consiliarius Clericus esse potest in genere in criminibus absquè periculo irregularitatis.*

25 *Legum conditores non fiunt irregulares in condendis legibus pœnam mortis imponentibus.*

26 *Irregularis non fit scribens tractatus, commentaria, vel cõsilia criminalia, quibus Iudices criminales instruuntur pro futuris criminibus, vt aliquæ pœnæ corporales inferantur.*

27 *Irregularis an, & quomodo fieri possit exercẽs artẽ Chyrurgiæ seu Medicinæ.*

28 *Medicus si exercuit artem suam cum diligentia, quamuis infirmi tandem mortui fuerint potest fieri clericus.*
Chyrurgus item.

29 *Medicinam, seu potionem præbens absquè Medici consilio fit irregularis, si mors ægroti sequatur.*

30 *Irregularis fit Prælatus mori faciens inedia carceratos.*

31 *Abortionis causam, siue consilium præbens quomodo fit irregularis.*

32 *Fœtus humanus quando dicatur animatus.*

33 *Irregularis nõ efficitur præbẽs aliquid ad potandum homini, vt non possit generare, seu mulieri ne possit cõcipere.*

34 *Constitutio Syxti V. contrà abortum procurantes reducta fuit ad terminos iuris per Gregorium XIV.*

35 *Irregularis est percutiens aliquem, ex qua percussione secuta est mors, quãuis ille nõ habuerit animũ occidendi.*

36 *Irregularis est semetipsũ quolibet corporis sui membro detruncans.*
Castrans item seipsum etiam ad seruandam castitatem.

37 *Irregularis efficitur, qui casu aliquem occidit, si dabat operam rei illicitæ.*

38 *Irregularis dicitur committens homicidium casuale, quamuis daret operã rei licitæ, si non adhibuit diligẽtiam, quam debuit.*

39 *Suffocantes casu infantes, quos tenent in lecto quomodo fiant irregulares.*

40 *Irregularis an, & quando fiat clericus cum aliquo rixans, vndè consanguinei, siue amici ipsius clerici superuenientes alium rixantem occiderunt.*

41 *Irregularis fit clericus comprehensus in adulterio, & ei à marito adulteræ abscinduntur virilia.*

42 *Irregularis fit vulnerans aliquem, qui post paucos, seu etiam post multos dies mortuus fuerit, si constiterit mortem illi contigisse ex tali vulnere.*

43 *Irregularis fit exercens cum solemnitate actum Ordinis, quem non habet.*
Potest tamen ab Episcopo dispensari, vt ministret in susceptis ordinibus nõ autem, vt ascendere possit ad altiores ordines; quo casu requiritur dispensatio Apostolica.

44 *Irregularis non fit laicus fingens se Sacerdotem, & absoluens à peccatis.*

45 *Confessionem sacramentalem audiens, non existens sacerdos est tradẽdus Curiæ seculari.*

46 *Missam celebrans non promotus ad Presbyteratum est tradendus eidem Curiæ.*

Excommunicatus excommunicatione maiori si celebrat, vel aliquod munus sui Ordinis solemniter exercet, vel aliquem Ordinem, etiam minorem suscipit fit irregularis, si scienter id facit, secus si ignoranter.

47 *Suspensus item. ibidem.*

Interdictus itidem. ibidem.

48 *Episcopus aliqua censura innodatus fit irregularis faciens solẽniter aliquem actum Ordinis Episcopalis.*

49 *Episcopus excommunicatus non contrahit irregularitatem exercens actum Iurisdictionis.*

50 *Sacerdos aliqua censura illaqueatus baptizans non solemniter, siue in articulo mortis non fit irregularis.*

Diaconus eadẽ censura ligatus Euangelium sine stola cantans non fit irregularis.

Subdiaconus itidẽ sine manipulo Epistolam cantans non fit irregularis.

51 *Excommunicatus maiori excommunicatione coram se celebrari faciens fit irregularis.*

52 *Concubinarius clericus publicus, & notorius est suspensus a diuinis, & celebrando, vel actum aliquem proprium sui Ordinis exercendo incurrit irregularitatem, nec potest in ordinibus susceptis ministrare, neque ad altiores Ordines promoueri licet Episcopus in hac irregularitate possit dispensare.*

53 *Ignorantia qualiter excuset ab irregularitate illaqueatum censuris.*

54 *Irregularis an fiat celebrans, habens notitiam excommunicationis per solam famam.*

55 *Excõmunicatio si est iniusta, & nulliter lata celebrans non fit irregularis.*

56 *Missam celebrans, si illi subest in mentem excommunicatio, potest missam continuare.*

57 *Parochus excommunicatus qualiter potest sacramenta Parochianis administrare sine periculo irregularitatis.*

58 *Irregularis non fit celebrans post appellationem etiã illegitime interpositã ab excommunicationis sententia contra se lata, licet postea pronuncietur male appellatum.*

59 *Nec titularis si pensionem certo termino constituto sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendam soluendam non soluerit, nisi pensionarius declaret titularem excommunicationem incurrisse velle.*

60 *Suspensus à iure, si ministrat in ordine fit irregularis.*

61 *Suspensus à Canone propter defectum, si promoueatur ad ordines non fit irregularis.*

62 *Excommunicatus excommunicatione minori celebrans non incurrit irregularitatem nec suspensus à beneficio non autem ab officio.*

63 *Ordinatus ante ætatem, siue extra tẽpora absquè dispẽsatione, vel absquè literis dimissorijs est ipso iure suspensus, & ministrans in ordine sic suscepto fit irregularis.*

64 *Constitutio Syxti Quinti contra clericos malè promotos est reducta ad terminos iuris, & Constitutionis Pij Secundi, & Concily Trid. per Clementem VIII.*

65 *Ordinatus ante ætatem non potest dispensari, nisi impleta ætate.*

66 *Infanti si conferatur ordo, etiam presbyteratus tenet collatio.*

67 *Ordinatus antè legitimam ætatem, licet fit suspensus, non tamen efficitur irregularis, concelebrans cum Episcopo in actu ordinationis.*

68 *Irregularis non fit promotus ad presbyteratum antè ætatem, si exercet actus solùm in sacerdotio constitutis competentes, modò non celebret.*

69 *Ministrans in ordine suscepto antè ætatem bona fide non fit irregularis.*

70 *Ignoranter talẽ ordinẽ accipiens antè ætatẽ non incurrit irregularitatem.*

71 *Promotus antè ætatem si exerceat ordines etiam de facto & temerariè poterit super huiusmodi irregularitate ab Episcopo dispensari si delictum fuerit occultum.*

72 *Constitutio Pij Secundi contra promotos antè ætatem intelligitur tantum in promotis ad ordines maiores, non autem in promotis ad minores.*

73 *Ordinatus absquè literis Dimissorijs sui Ordinarij est ipso iure suspensus.*

74 *Et exercens talis actum ordinis minori suscepto deputatum proprium & peculiarem incurrit irregularitatẽ.*

75 Ordi

infra-

in fragrāti crimine repertum quoad Iudici illum tradat eum prædicta protestatione.
144 *Irregularis non fit dans intersignia furis, à quo fuit vulneratus.*
145 *Irregularitas non contrahitur ex homicidio in animo cōmisso, nec per Iudicem, qui iudicauit in causa mortis, siuè mutilationis non secuta morte, vel mutilatione.*
146 *Irregularis non fit truncans caput inimici sui, quem mortuum inuenit, quamuis prius habuisset animum illum occidendi, & ad hunc effectum se præparauisset.*
Cadauer hominis non est homo.
147 *Irregularis fit non liberans eum, quē potest liberare à morte, siue ex charitate, siue iustitia teneatur.*
148 *Cadauer occisi ab Ecclesia exhumandi Iudici laico licentiam Episcopus, siue Vicarius concedens ad effectum, vt capiantur informationes super delicto in genere irregularitatem non cōtrahit, quamuis exindè seqnatur mors, vel mutilatio alicuius. & numero sequenti.*
149 *Irregularitas vt incurratur, quæ inducitur ex defectu perfectæ lenitatis requiritur quòd actus, qui fit sit causa proxima directa in mortem, non causa remota.*
150 *Irregularitatem non incurrit clericus habens Iurisdictionem temporalem, si suus Officialis, siue particulari, siue generali mandato ipsius clerici aliquem puniuit pœna sāguinis. quid si peteretur ab eo consilium? numero sequenti.*
Clericus habens Iurisdictionem temporalem potest vnam particularem, aut alteram, seu omnes causas criminales delegare absquè metu irregularitatis.
151 *Clericus habens Iurisdictionem temporalem non debet esse præsens vindictæ sanguinis, quia incurreret irregularitatem, quia videretur præstare auctoritatem.*
152 *Clericus per se exercens Iurisdictionem potest fustigatione, & funis ictibus punire.*
153 *Clerici habentes Iurisdictionem possunt clericos in exilium mittere, & ad triremes condemnare.*
154 *Clerici absquè metu irregularitatis, si habent Iurisdictionē temporalem, possunt mandare subditis, vt arma capiant, & defendant, licet inde sequantur homicidia, & mutilationes.*
155 *Clerici habentes Iurisdictionem temporalem possunt mouere bellum pro defensione sua, & suorum.*
156 *Clerici in bello iusto siue offensiuo, siue defensiuo possunt hortari, & incitare milites ad pugnandum absquè periculo irregularitatis, quamuis sequantur homicidia, & mutilationes, dummodo tamen specialiter non dicant interfice, aut mutila; secus si bellum fuisset iniustum. numero sequenti.*
157 *Clerici tamen non possunt in propria persona pugnare etiam in iusto bello absquè metu irregularitatis.*
158 *Clerici si vires laicorum non sufficerent possunt pro defensione Reipub. Patriæ, aut Ciuitatis proprijs manibus pugnare, interficere, aut mutilare absquè periculo irregularitatis.*
Item ad consecutionem iustæ victoriæ à qua pax, & commune bonum Ecclesiæ penderet.
Item si in naui periclitaretur vita clericorum, & laicorum simul.
159 *Clericus si interfit in bello iniusto ad confessiones audiendas, quamuis ex hoc augeatur animus militibus non fit irregularis, etiamsi sequatur mors, vel mutilatio.*
160 *Bellum vt dicatur iustum, quæ requirantur.*
161 *Clerici possunt vti armis defensiuis in bello.*
162 *Clerici possunt deputari Commissarij exercitus, & habere officia prouisionis, & consilia præbere circa res bellicas.*
163 *Irregularis ex defectu animi, aut corporis suscipiens, vel exercens Ordines antè obtentam dispensationem non incurrit nouam irregularitatem.*
164 *Baptismus tollit omnem irregularitatem, siue ex licito, siue ex illicito homicidio, seu mutilatione.*
165 *Baptismus nō tollit irregularitatem contractam ex bigamia.*
166 *Irregularitas non venit sub potestate absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis.*

167 Irre-

167 *Irregularitas non est censura, neque pœna, sed inhabilitas.*

168 *Irregularitas vna tãtum incurritur, & non plures, secus in censuris, quæ multiplicantur multiplicatis transgressionibus.*

§. Quintus.

1 Qvi commisit aliquod homicidium, siue mutilationem repellitur à clericatu tanquam irregularis. *Exod.* 21.*c.si quis viduam.*50.*dist.c.si quis omnem.* 1.*q.*7.*c.*1. *& toto tit. de homicid. in Decretal. & in* 6. *Conc.Trid.sess.*14. *cap.*7. *de reform. iuxta illud.* Non ædificabis mihi domum, quia multum sanguinem effudisti. *Paralip.* 1. *cap.*22. *&* 28. *D.Thom.*2.2.*q.*40.*art.*2. *& in addit.*3 *par.q.*39.*art.*4. Et multò magis si iam factus clericus homicidium commiserit efficitur irregularis, ita vt nõ possit ad altiores ordines promoueri.*c.miror. c.clericum.c.studeat. c.si quis homicidium. & c.si quis voluntariè.* 50.*dist.c.de cætero. & c.petitio. de homicid.*

2 Huiusmodi verò irregularitatis ratio est, quia cum ordines omnes referantur ad Eucharistiæ sacramentum, in quo repræsentatur passio Christi, qui fuit mitissimus, & qui sanguinem pro hominibus fudit, & cum percuteretur non comminabatur, propterea ministri altaris Christum repræsentantes potiùs parati esse debent proprium sanguinem fundere, quàm aliorum; sacerdos autem homicida magis repræsentat interfectores Christi, quã ipsum Christum; quæ ratio desumitur ex *D.Tho.* 2.2 *q.*40.*art.*2.*Richard.in* 4 *dist.*25. *art.*5. *quæst.* 3.

3 Estque irregularis incapax beneficij ecclesiastici, & propterea collatio beneficij illi facta est ipso iure nulla. *Felin.de communi. in c.inquisitioni.n.*7.*de accusat. Caputaq.decis.*236 *p.*2. *Nauar.in manual. cap.*27.*num.*299. *Ricc.in prax.resol.par.*2. *resol.* 404. De irregularitate autem liber hic aliqua dicere, quæ tangunt nedum laicos, qui cupiunt fieri clerici, sed etiam clericos effectos.

4 Et non solum homicidium, siue mutilationem committens non potest effici clericus, verùm si clericus iam est factus fit irregularis, si sequatur homicidium vel mutilatio ex facto, vel præcepto, vel consilio suo vel suggestione, adhortatione, aut defensione euitabili, aut aduocatione, & quando datur causa propinqua homicidio, vel mutilationi. *c.si quis viduam. c.si quis homicidium cap.cos verò. & c.si quis voluntariè.* 50. *dist.c fin.*23.*q.vlt. c.perniciosè.de pœnit.dist.*1.*c.sicut dignum. §.qui verò.& §.fin.& ibi gloss.penult.& DD.de homicid.cap.de cætero. & ibi gloss. fin. eod. c.quod in dubijs. de pœn.c.*2. *de cler.pugn. in duel.Abb.in c.clericis.n.*10.*& in c.sententiam. nu.*3. *&* 15.*ne Cler.vel Monach. Bellem.cons.*14.*num.* 1.

5 Neque sufficit ad incurrendam irregularitatem causa remota mortis, aut mutilationis, qualis est qui vendit, aut conficit gladios, enses, funes, sclopos, arma, & huiusmodi ad vsus, ad quos sunt instrumenta. *Angelic. in sum. verb. irregularitas.*1.*§.*20. *vers.quarta. Tabien. verb. eodem.*1.*§.*3. *vers.quarta.* Consilium autem præstatur rogando, impellendo, instruẽdo, vel vtilitatem, aut damnum, ostendendo. *D.Anton.in* 3.*par.tit.*25 *cap.*2. *&* 3.

6 Etiamsi interficeretur, vel mutilaretur hæreticus, seu paganus, bannitus, siue excommunicatus nequit interficiens, vel mutilans fieri clericus. *c.clericum. & c.de his clericis.*1. 50 *dist. d. c. petitio. Syluest. verb. homicidium.* 3.*q.*2. *Sot.in* 4. *dist.*25. *quæst.*1.*art.*3.*concl* 4. *Palud ead.dist. q.*3. *art.*2.*concl.*2. quia contrahunt etiam irregularitatem, qui bono zelo ferunt ligna ad hæreticum comburendum, si ligna cooperentur ad mortem. *Prepposit.in c.*1.*n.*27. 50.*dist.*

7 Item irregularis censetur, qui aliquẽ lethaliter percussit, licet ab alijs fuerit extinctus, idem si apparet non lethaliter ab eo fuisse percussum, si tamen percussus ab alijs obijt, & nõ appareat ex cuius vulnere decesserit, quod etiam dicendum est. si percusserit non lethaliter, sed habens animum illum occidendi, & ex aliorum vulneribus percussus expirauit. *cap. final.* 23.*q.*8.*c.significasti.*2. *& ibi Felin. nu.*10. *Io.Andr. Card. Anan. & Abb. de homicid. gloss.in c. quiescamus. verb.sed quoniam.* 42.*dist.in cap.si quatuor. verb.quicumque.* 23.*q.*8.*& in c.cupientes.§.cæterum. verb. qui culpabiles. de elect.in* 6. *Socin.in c.ad audientiam.num.*46. *de homicid.Couar.in clem.si furiosus.p.*2.*§.*2.*num.*4.*&* 5.*Alex. cons.*15 *vol.*1.

8 Et plures ex proposito animo occidendi

dendi, si aggressum vnico ictu occidat omnes de occiso tenentur. *gloss.* 1. *in d. c. fin.* 23. *q.* 8. *in l. si rixa, vbi etiam Bart. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Salyc. in l. quoniam. nu.* 7. *C. ad leg. Iul. de vi public. Felin. in d. c. significasti.* 2. *n.* 9. *&* 10. *Clar. in § homicidium. n.* 37. *Menoch de arbitr cas.* 362. *n.* 23. *& seq. Boss. tit. de homicid. nu.* 20. *& seqq. Tessau decis* 31. *num.* 3. *& seq. Cabal. resol. crimin cas* 198.

9 Irregularitatem etiam incurrit clericus etiam quod vulneratus decesserit ex culpa Medicorum, vel ex malo regimine, quia sufficit quod clericus vulnerando causã dederit morti. *Farinac. de homicid. quaest.* 127. *num.* 26.

10 Neque effugit irregularitatem qui dedit alicui consilium, vel mandauit vt aliquem occidat, vel mutilet, & ille aggreditur eum vt occidat, sed in congressu mutilatur ipse, nam dedit operam rei illicitæ, quia consulens, vel mandans cogitare debuit hoc euenire posse. *Io. Andr. in c. fin. vbi etiam Gemin. de homicid. in* 6. *& post Io. Andr. dicit Abb. in d. c. ad audientiam. n.* 7. *vbi etiam Butr. Card. Innoc. & Anan. n.* 9. *eod. Felin. in c.* 1. *num.* 23. *de offic. ordin. Sylu. verb. homicidium.* 1. *q.* 7. *vers. quartum. & de communiori, & veriori opinione dicit Sayr. thes. cas. consc. lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 3.

11 Et hoc adeò verum est, quod præstans consilium siue directè, siue indirectè, vt aliquis occidatur, vel mutiletur incurrit irregularitatem, si sequatur effectus. *d. c. ex literis. de excess. Pral. & post Innoc. dicit Abb. in d. c. ad audientiam n.* 6. *c. sicut dignum* § *Clericus. vbi gloss. & DD. de homicid. Farin. de Consultor. q.* 129. *nu.* 56.

12 Vt etiam illam non euitet, qui consuluerit, vel mandauerit aliquem verberari, ex quo verisimiliter non expectabatur mors, quæ tamẽ præter opinionem secuta fuerit; quinimò etiamsi præmissa fuisset protestatio, quòd nõ occideretur, vel mutilaretur, quia consulens, vel mandans dedit operam rei illicitæ, & fuit in culpa mandando verberari, & quia potuit cogitare hoc euenire posse. *cap. fin. de homicid. in* 6. *Abb. in d. c. ad audientiam. nu.* 6. *vbi etiam Innoc. in fin. idem Abb. in d. cap. ex literis nu* 3. *& in c. sententiam. nu.* 20. *ne Cler. vel Mon. vbi post Bart. in l. si quis mihi bona.* §. *iussũ ff. de acqu. hered.* subdit de Nobili, qui ab alio iniuria affectus rediens domum dixit famulo, fac quòd non appareas in conspectu meo, nisi aliquid sentiam; seruus iuit, & interfecit iniuriantem. *Speculat. de dispensat* § *iuxta. vers. sed si aliquis. & Ibi Ioan Andr. in addit. Socein. in d. c. ad audientiam. n* 74 *Couar. in clem. si furiosus. par.* 2. § 1. *nu.* 2. *&* 3. *de homicid. Dec. cons.* 234 *in fin. Carrer. in pract. crim. tit. de homicid.* §. *circa. n.* 37. *qui testatur de communi opinione. Farinac. de Consultor. q.* 135. *num.* 166.

13 Quod idem dicitur de eo, qui consulnit alicui, vt aliquem occidat, quem ille non statim, sed post aliquod tempus interfecit, nisi antè reuocauerit consilium datum, & cum hoc etiam quòd insinuauerit illi, qui erat occidendus, vt sibi caueat. *Innoc. in c. sicut tuis. de simon. & in d. c. ad audientiam. nu.* 2. *& ibi Abb. n.* 8. *& Host. nu.* 6. *Felin. in d. c. sicut dignum. nu.* 12. *de homicid. Bald in l. non ideo. C. de accusat. & in l.* 1. *C. de seruit. fugit. Tabien. verb. irregularitas.* 2. §. 14. *Angelic verb. homicidium.* 1 *num.* 14. *Syluest. eod verb.* 1. *q.* 7. *vers. tertium.* vel reuocauerit consilium, & fecerit quantum in se est vt dissuadeat, etiamsi dissuadere non possit. *Anan. in d. c. ad audientiam. num* 8. *vbi etiam Innoc. Tabien. Angelic. & Sylu. in loc. modò cit.*

14 In mandante autem satis est reuocasse re integra mandatũ, quod manifestet mandatario ad effugiendam irregularitatem, quamuis mandatarius posteà interficiat. *Innoc. in d. c. ad audientiam. Syluest. verb. homicidium.* 1. *quaest.* 7. *vers. tertium. Nauar. in Manual. c.* 27. *nu.* 233. *Tabien. verb. irregularitas.* 2. §. 14. *Tolet. in Sum. lib.* 1. *c.* 80. *nu.* 5. *& c.* 81. *nu.* 3. ratio autem diuersitatis inter mandantem, & consulentem ea est, quia mandans dum mandat videtur imponere obligationem mãdatario, adeò vt quicquid agit mandatarius agere videtur in gratiam ipsius mandantis, quamobrem ad hanc obligationẽ tollendã satis est, quòd mandans reuocet mandatũ, & illud manifestet, & quamuis post reuocationem mandatarius posteà occidat non imputabitur mandanti, cum non occiderit in gratiam mandantis, at verò consilium est in fauorem eius, cui datur, quare consulenti non satis erit reuocare consilium, sed pro viribus conari debet contrario cõsilio, & suasione, & precibus etiam importunis, ne consilium à se datum executioni demandetur. Et in mandante satis est reuocasse mãdatum tacitè, vt si sciente man-

datario parenteiam fecit, aut pacem iniit cum aduersario, cōtra quem dederat mandarum. *Anchar in d.c.ad audientiam. n.8. vbi etiam Anan.nu 9* Mandans autem capere possessionem iniustam Castri, aut beneficij cum strepitu armorum, secuto homicidio vel mutilatione fit irregularis. *Specul. in d. §.iuxtà. vers sed quaritur. Abb.in d.cap.ad audientiam. & ibi Innoc. de homicid.* secùs si mādasset licitè, & iustè capi possessionem supradictam, quia non diceretur irregularis. etiamsi sequeretur mors, vel mutilatio. *Henriquez de irregularit.lib.14.cap 16.§.1. in annot. litera G.* nam si parer, mater, magister, dominus correctionis, & disciplinæ causa mandaret percuti filium, discipulum, aut seruum, & mandatarius excedens mādatum mutilet, aut occidat, non fit mandans irregularis. *gloss.in c.fin. verb.culpa. de homicid. in 6. Tabien.verb.irregularitas.2.§.2. Nauar. in d.c.27.n.233.vbi reÿcit Syluest. contrarium sentientem. Maiol. de irregularit. lib.5.cap.48.§.2.num.5.*

15 Ratificario verò non æquiparatur mandato quoad incurrendam irregularitarem, & propterea Clericus habens ratū eo ignorante factum, non est irregularis. *Marsil.sing.184.num.1. Specul. tit. de dispēsat.§.iuxtà.n 51. Farinac.de Cōsult. quæst.135.num.67.*

16 Neque euitat irregularitatem qui dat consilium ei, qui alioquin erat facturus homicidium, si homicida ex illo consilio motus fuerit, secùs autem si alioquin erat facturus. *Card.in d.c.ad audientiam & ibi Host.nu.6.Felin. in d c.sicut dignum. n.7. & 10. Couar.in d.par.2.§.2. num.1.*

17 Idem dicitur de associante homicidā animo occidendi, feriendi, aut capiendi aliquē, si de illa captione, aut de illo vulnere mors sequatur, erit associans irregularis. *c.sicut.§.illi autem. de homicid.*

18 Necnon de eo, qui auctoritatem directè, vel indirectè præstiterit homicidio, seù mutilationi. *d. cap.ex literis.de excess. Prælat.*

19 Et de Clerico Iurisperito, qui aduocat, & accipit defensionem etiam sui fratris, seù alterius accusati de homicidio, vel alio delicto, ex quo si accusatus deprehenderetur delinquens sequeretur mors, vel murilatio, & illum ità viriliter defendit, adeò quòd accusator fuit condemnatus ad pœnam talionis. *Host.in c.1. n.6.& 7.de postul & in d c.ad aud.etiam. nu.11. cum seqq. & in sum.tit de oblig ad ratiocin § si quis obligatus. vers quid de Curialibus & in tit.de postul. § quod pertinet.vers.illud tamē & in tit de homicid. §.qua pœna. vers. illud autē certū. & post Io.Andr dicit Abb.in c.sententiam. n 15. vbi fatetur communem. ne Cler. vel Mon. idem Abb.in c clericis.n.10.eod.* quia exercendo officium aduocationis in causa, in qua agirur de pœna sanguinis aggreditur rem sibi illicitam, & sacris Canonibus interdictam. *dicto cap.sententiam. & dicam in §.27.*

20 Tunc autem clericus aduocans in isto casu irregularitatem euitabit, etiamsi accusator puniatur morte, siuè murilatione, si laborauerit, & per amicos, & consanguineos accusatoris, & per viros religiosos, offerendo etiam purgarionē, & ostendendo rei innocentiam, & timorem pœnæ talionis, & modis omnibus licitis, quibus poterit accusator desistere; Vel si coram Iudice protestetur, & reprotesterur sæpè, quòd non intendit aliquid facere, dicere, vel proponere, per quod accusator periculum mortis, siuè detrūcationem membrorum incurrat, sed reum tantum innocentem ostendere, ad hoc vt absoluatur. *Host. in d.cap.ad audientiam.num.13.*

21 Et qui ad mandatum Principis secularis legit literas, vel dictat, vel scribit, quibus præcipitur alicui, vt aliquē iubeat capi, & suspendi laqueo, secuta captura, & suspensione ille efficitur irregularis. *Io. Andr.in d.cap.sententiam.col.1. vbi etiam Abb.n.1.2.3.6.11.& 14. ne Cler.vel Mon. Maiol.de irregularit.lib.2.c.6.n.7.* secùs tamen esset si nihilominus Princeps erat facturus. *Felin post alios in d. cap.sicut dignum. num.7. & num. 10. vers. fallit secundo. de homicid.* Item & is, qui scribit literas simpliciter, vt aliquis capiatur, & si nihil fuit scriptum de sanguinis vindicta, tamen ex illa captura fuit secuta mors, vel membri detrūcatio clerico ipso ignorante ipsum factum, & causam capturæ. *vt post Host.dicit Abb.in d.cap.sententiam. n.12.& ibi DD.* quia clericus dedit operam rei illicitæ scribendo huiusmodi literas, non enim spectabar ad officium suum, & fuit sibi mandarum ab eo, cui non tenebatur obedire, nam si clericus scribit in causa criminali, indubitāter sibi imputandum est, quia illud officium est sibi inter-

dictum. *Abb. in d c. sententiam. nu. 12. ubi etiam Innoc. & alij.*

22 Irregularitatem etiam cōtrahit qui tenet Canem, vel Vrsum, vel Leonē, ex quo aliquis peremptus est, si non tenebat illos ligatos cautè, & benè, aut si eos ligatos in via, vel in itinere, aut in alio loco publico custodierit. *Innoc. in d. c. ad audientiam. ubi etiam Abb. n. 8. in fin. per gloss. in l. 2. ff. si quadrup pauper. fecit. dicat. Couar. in d. clem. si furiosus par. 2. §. 4. num. 10. vers. quarto. Syluest. verb. homicidiū. 2. vers. 24.*

23 Iudices quoque, & Gubernatores locorum non obstantes ex officio suo, cum possint homicidio secuto effectu fiunt irregulares. *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. ad tertium. Couar. in d. clem. si furiosus. p. 2. §. 2. n. 7. Syluest. verb. homicidiū. 1. q. 10. vers. primum. & verb homicidium. 3. q. 5. vers. quintum. Sayr. thes. cas. consc. lib. 7. cap. 4. num 3. & 4.*

24 Potest nihilominus clericus absquè periculo irregularitatis dare consilium in genere in criminibus, dicēdo fures taliter puniēdi sunt, dum tamen cōsulentis opera potius fungatur, quam suggerentis. *glos. in d. cap. ex literis. verb. consuluit. de excess. Prał. D. Antonin. 3. par. tit. 28. c. 2. §. 2.* etiamsi erraret quia non sit admodum peritus. *Prapofit. in c. si quis viduam. 50. dist. & dicam infrà in §. 26.* nam neque irregularitas incurritur per Clericos, qui tanquā Consiliarij interueniunt cum Principe legibus condendis, in quibus statuitur pœna mortis malefactoribus. *cap. non est. de voto. Bart. in auth. habita. in primo not. C. ne fil. pro patr. addit. ad Abb. in cap. 1. sub n. 2. de corp vitiat. Anan. in d c. ad audientiā. n. 6. de homicid. Castal. in tractat. de Imperat. q. 107. nu. 7. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 20. n. 10. vers tertio. Diaz. in pract. crim. can. c. 64. n 3. & Lopez ad Diaz. in ead. pract. c. 102. vers. item tunc.*

25 Nam neque conditores legū quamuis sint clerici habentes Iurisdictionem temporalem, qui statuunt pœnam mortis malefactoribus, sunt irregulares, quamuis iudicantes, & pœnam mortis secundum dictas leges infligentes fiant irregulares, tùm quia id est remota causa, tùm verò quia huiusmodi condentes leges non intendunt homines occidere, sed arcere eos à malo timore pœnarum. *Archid. in c. officia. 23. q. 5. Prapos. in c. 1. n. 37. 50. dist. Sylu. verb. homicidiū. 3. q. 7. D. Anton. 3. p. tit. 28. c. 2. §. 1. in fin. Couar. d. vers. tertio.*

26 Eadem ratione non sunt irregulares iudicandi scribentes tractatus, commentaria, vel consilia criminalia, quibus Iudices instruuntur pro futuris criminibus, vt aliquæ pœnæ corporales delinquentibus inferantur. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. c. 102. vers. item tunc.* Neque propterea fit irregularis Princeps qui legē condidit, cuius auctoritate legis aliquis est pœna mortis punitus. *Diaz. in pract. c. 64 n. 3.*

27 Irregularitatē perinde incurrit clericus, si exercendo artem Chyrurgiæ seù medicinæ, quam exercere nequit, vt infeiùs dicam in §. 31. sequatur mors, vel aliqua membri detruncatio, seù adustio, quia dedit operam rei illicitæ, ideò imputatur illi casus indè contingens. *d. c. tua. in princ. de homicid. d. c. sententiam. & ibi Abb. num. 23. ne Cler. vel Monach. facit. d. cap. suscepimus. de homicid.*

28 Chyrurgus tamen, seù Medicus nullam incurrit irregularitatem, qui adhibita diligentia iuxtà ipsius artis peritiam, & traditionem, & factis admonitionibus ægroto, vt præcaueret ab ijs, quæ sibi fuerant nocumento futura, exhibuit medicinas ægrotanti, qui medicinis sumptis mortis periculum incurrit, nam si conscientia eundem Medicum, siuè Chyrurgum non remordet, poterit fieri clericus, & ad ordines maiores ascendere. *c. ad aures. de atat. & qual. c. tua nos. in princ. ubi etiam Innoc & Abb. n. 3. & 4. & idem Abb. ibidē in §. ad vltimum n. 4. de homicid. Couar. in d. clem. si furiosus p. 2. §. 4. n. 2.*

29 Medicinam autem, seù potionem dans alicui absquè Medici consilio si sequatur mors ægroti fit irregularis, quia dedit operam rei sibi prohibitæ, & periculosæ. *Innocent. & DD. in d. cap. tua nos. Soccin. in d. c. ad audientiam. n. 32. Couar. in d. §. 4. n. 3. vers. ex his etiam.*

30 Prælati etiam, qui mancipant suos clericos durissimis carceribus ijs diminuentes cibos, & potum, adeò vt breui tempore deficiant irregularitatem incurrunt. *Abb. in c. cum non ab homine. n. 31. de iudic. & in cap ad audientiam. n. 4. de crim fals. Imol. in clem. 1. in fin. ubi etiam Io. de Lignan. de pœnit. & remiss. Soccin. in d. c. ad audientiam. n. 57 post. Abb. & Anan. de homicid. Bald. in l. de pecoribus. in fin. C. ad leg. Aquil. ubi etiam Bald. quem sequitur Felin. in d. c. cum non ab homine.*

n.13.Couar.in d.clem.si furiosus.p.2. §.5. n.7. Syluest.verb. homicidium 3.q.5.vers. decimum. & q.7. vers. duodecimum. Qui autem secundum statuta Regulæ imponunt pœnitentias non incurrunt irregularitatem, etiamsi mors sequatur. *Tabien. verb. irregularitas. 2. n.29.§.8.*

31 Est etiam irregularis qui dat causam abortioni verberibus, herbis, medicinis, saltibus, choreas ducendo, siuè etiam ludendo, vel alio modo, si fœtus erat animatus, est etenim homicida, secus autem si conceptum nondum erat viuificatum. *c.consuluisti. in fin. & ibi gloss. verb. per abortum. 2. q.5.c.quod verò. c. Moyses. & c.sicuti.32 q.2.c.si aliquis.& ibi gloss. fin. & c.sicut ex literarum.vbi glos.verb. viuificatus. & Abb.n.6. de homicid. Couar. in d clem.si furiosus.p.2 §. 3.n. 1. & §. 4.n.4. & 10. D.Tho.2.2.q.64.art.8.ad secundum. Nauar. conf.24. de homicid.* Qui autem consulit abortū ei, quæ dubitat se esse prægnantem, si non apparet de abortu, non efficitur irregularis. *Nauar. conf. 46. de homicid.*

32 Dicitur autem fœtus animatus secundum communem DD. opinionem in masculo post quadraginta dies à conceptione, in fœmina verò post octuaginta, & si dubitatur an masculus sit, vel fœmina præsumendum est esse animatum post quadraginta dies. *gloss.fin. in cap.1. 5.dist. & in l. Diuus. quam ibi sequuntur Bart. & Angel. ff.de extraord. crim. & in clem. 1. verb. vnitas. de sum. Trin. & fid. Cathol. DD.in l.qui in vtero.ff.de stat.hom. Felin. in c.si aliquis.& in c.sicut.2.n.4.vbi etiam Abb.n.7.& 8. de homicid. Angelic.in verb. abortum. Nauar.in Manual.c.27.n.222. & de cõmuni testatur conf.46. de homicid. Sayr. thes.cas conse. lib.7. c.1.num.3. vbi communem dicit.* Vbi tamen dubitatur an fœtus fuerit animatus, aut an ex illis verberibus, siue medicinis, seu herbis, & huiusmodi secutus sit abortus; ad cautelam erit obtinenda dispensatio. *c. significasti.1. iuncta gloss. verb. ad cautelam. de homicid. Nauar. d. c. 27. n 223. Angelic. verb.homicidiũ.1.n.7, Maiol.de irregular. lib.5.c.48. §.1.num.4.* tutior etenim pars est putare fœtum esse animatum. *Sayr. thes.cas.consc.lib.6.cap,15.n.9.*

33 Quod si aliquis vel libidine, vel odio, siue alia causa ductus aliquid fecerit homini, vel mulieri, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, licet sit puniendus tanquam homicida. *cap. si aliquis. de homicid. l. si quis. §.qui abortionis. ff.de pœn.l. si mulierem. C.de sicar*. non est tamen irregularis,cum irregularitas non contrahatur nisi actu sequatur homicidium, seù detruncatio. *gloss.fin.in dicto cap. si aliquis.de homicid. Tabien.verb. irregularitas.3.§.14. & 15. Sayr. thes.cas.consc.lib.3. cap.35. num.27. & lib.7.cap 2.num.5.*

34 Nequè obstat Bulla Syxti Quinti, edita an.1588. quarto Kal. Nouembr. quæ incipit. *Effrænatam*. contra procurantes abortum, in qua statuit, eos qui per se, aut per interpositas personas abortus, seù fœtus immaturi tàm animati, quàm etiam inanimati, formati, vel informis eiectionem procurauerint percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus,laboribusquè mulieri prægnanti impositis, ac alijs etiam incognitis, vel maximè exquisitis rationibus, ità vt reipsa abortus indè secutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quæ scientes præmissa fecerint pœnas omnes aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & reipsa patrauerint propositas, & inflictas eo ipso incurrere; Quia huiusmodi Syxti V. Constitutio fuit reducta ad terminos Iuris per Gregorium XIV. an.1591. in sua Constitutione,quæ incipit. *Sedes Apostolica*.

35 Dicitur etiam irregularis, qui ira commotus aliquem percusserit, ex qua percussione ille sit mortuus; licet percutiens non habuerit animum occidendi. *c.studeat. 50.dist.*

36 Et qui semetipsum quolibet corporis sui membro, vel parte membri,quæ tamen deformitatem, seu scandalum generat indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto timore superatus truncauerit, aut se ipsum castrauerit, etiam ad seruandam castitatem. *c.maritũ 33.dist.c. illiteratos. 36.dist.c.si quis abscidit.& c.hi qui.55.dist. Host. in cap.ex parte.1.n.4. de corp.vitiat.* quoniam etsi voluntatem occidendi non habuit,furor tamen, & indignatio,ex quibus motio illa mortifera prodijt in omnibus, sed præcipuè in Dei ministris multipliciter damnatur. *d.c.studeat.*

37 Item qui casu aliquẽ occiderit,si dabat operam rei illicitæ, siue adhibuit diligentiam, siue non, vt de clerico iaciente

lapides,

lapides, qui casu puerum interemit. *cap. clerico. & c. voluntariè. 50. distinct. c. continebatur. & c. dilectus. de homicid. gloss. pen. in d. c. sicut dignum. § fin. & ibi communiter DD. de homicid.* Et de proijciente lapidem in aliquem ludendo, aut sclopum explodente, si is in quem lapis conijcitur ne percutiatur, fugiēs cadat, & moriatur, fit proijciens, aut explodens irregularis: si fugiens timebat sibi de graui malo, nisi fugeret, secus autem si fugiens timebat solùm de percussione leui, & percutiens, & proijciens intendebat solùm leniter percutere. *Abb. in cap. exhibita. nu. 4. & 5. vbi etiam. Innoc. & Host. de homicid. Syluest. verb. homicidium. 2. § 21. Tabien. verb. irregularitas. 3. § 4.* Item lapidem in Titium proijciens, si Titius alterū impellat sine dolo, & alter occidatur irregularis efficitur non Titius, sed qui lapidem in Titium proiecit, quia dat operam rei illicitæ. *Angelic. verb. homicidiū. 2. § 9. Sylu. verb. excommunicatio. 6. n. 6. § sciendum. Nauar. in Manual. c. 27. n. 236.* Et de clerico in sacris constituto, qui dum incumbit venationi periculosæ, qualis est ea, quæ fit cum armis, irregularis erit secuto homicidio, etiamsi omnem diligentiam adhibuerit, ne sequatur, quia est illi prohibitū sic venari. *Couar. in d. clem. si furiosus. p. 2. § 4. num. 10. vers. quarto. Soccin. cons. 58. vol. 1. Angelic. verb. homicidium. 2. § 13. Nauar. in Manual. d. c. 27. nu. 235.*

38 Nequè effugit irregularitatem, qui homicidium, seu mutilationem casualem commisit, & dabat operam licitæ rei, si nō adhibuit diligentiam, quam debuit, vt de Magistro, qui intuitu disciplinæ percussit in capite puerum, qui post paucos dies expirauit. *cap. presbyterum. de homicid.* & de eo, qui volens corrigere quendam de sua familia cingulo, quo cingi solebat ipsum verberare tentauit, & contigit quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat elapsus cū vulnerauit, & posteà mortuus est. *d. c. ad audientiam. eod.* & de alijs huiusmodi casibus, quando nō fuit adhibita ea, quæ debebatur diligentia, de quibus in *cap. hi qui arbores. & cap. sæpè. 50 distinct. c. dilectus. c. ex literis. 1. c. ex literis 2. c. significasti. cap. Ioannes. & cap. quidam. de homicid. gloss. pen. in d. c. sicut dignū. § fin. eod.* secus autem si fuit adhibita omnis diligentia debita. *d. c. ex literis. 1. & cap. ex literis. c. lator. c. significasti. 1. & ibi Abb. & alij. cap. dilectus. c. Ioannes. & c. fin. eod. cap. si duo fratres. cap. hi qui. in princ. & c. sæpè. ad fin. 50 dist. Farinac. de homicid. q. 126. n. 17.* nisi scandalum esset graue, vel tanta ille laboraret infamia, quòd esset indicenda purgatio. *d. c. ex literis. 1. glos. pen. in d. c. sicut dignum. § fin. de homicid.*

39 Tenentes in lecto non in cunis infantes: si nocte in somnis, dum dormiunt suffocentur, irregulares fiunt, si sint negligentes in præcauendo, cum hoc eis prohibitum sit propter probabile periculum homicidij, quod indè euenire solet. *c. consuluisti. 2. q. 5. c. quæsitū. vbi Abb. de pœnit. & remiss. cap. fin. vbi Host. in princ. Abb. gloss. 1. & Soccin. num. 1. de infant. exposit. Angel. verb. homicidium. 2. § 15. Sylu. eod. verb. 3. § 23. Tabien. verb. irregularitas. 3. § 6. & § 14. Nauar. in d. c. 27. n. 220. Ricc. in prax. par. 2. resolut. 40.*

40 Nequè excusatur ab irregularitate clericus, qui incipit rixam, & exercuerat illicita, siue dederat causam rixæ, propter quā amici sui, siue consanguinei indignati præter etiam voluntatem clerici occiderunt, siue mutilarunt rixantem cum eo, quia dedit culpam præambulam. *Anchar. in c. Petrus. & ibi Abb. de communi. nu. 1. de homicid. Rim. Iun cōs. 441. n. 31. vol. 4. Osasc. decis. 104. n. 5.* seù alioqui ipse clericus exercens illicita, vtputà committens adulterium occidat inuasorem ad vitam suam defendendam, etiamsi sua culpa se in hanc necessitatem ingesserit. *Rosel verb. homicidium. 4. n. 2. Syluest. eod. verb. 3. q. 4. vers. tertium. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. in princ. num 8. Nauar. cons. 32. de homicid. & in Manual. c. 15. n. 6. cap. 27. n. 228.* vbi dicit hanc opinionem placuisse Pio Quinto, & ita declarasse contrà quendam adulterum, cum in sacra Pœnitentiaria casus ille controuerteretur, licet non desint qui contrarium sentiant; Si autem nullam clericus supradictæ rixæ causam dederit, seù ipsius clerici nulla præcesserit culpa, & tamen eius cōsanguinei aliquem mutilauerunt, seù talibus plagis eum affecerunt, vt exindè post aliquot dies expirauerit, quod tamen fecerunt, quia aliquam molestiam dedit clerico, tunc ille clericus non erit irregularis. *d. c. Petrus. vbi Abb. num. 1.*

41 Quod si ipse clericus comprehensus fuit in adulterio, & ei à marito adulteræ abscindantur virilia, tunc efficitur irregu-

laris, quia propter ipsius culpam talis abscissio facta est. *Host in c.1.n.3.de etat. & qualit. & in cap. ex parte 1. in fin. de corp. vitiat.* quod tamen ego crederem verum, quando crimen esset notorium propter scandalum.

42 Non euitat tamen irregularitatem, qui vulnerauit aliquem, qui post paucos, seu etiam multos dies mortuus fuerit, si constaret vel re ipsa, vel Medicorum iudicio mortem contigisse ex præcedenti vulnere. *Abb. in c. presbyterū n. 3. de homicid. Host. in d.c. ad audientiam. eod. nu. 3.*

43 Irregularis etiam fit actum Ordinis, quem non habet exercens cū solemnitate, & requisitis, vtputà non sacerdos baptizans solemniter, & seriò, audiens cōfessionem, aut Missam celebrans. *cap. 1. de cler. non ordin. minist. Lopez alleg. 2. q. incip. an dispenset. & post Anton. dicit Nauar. in Manual. c. 27. nu. 222. Tolet. in instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 67. nu. 1. Syluest. verb. baptismus. 3. in princ. Sayr. thes. cas. consc. lib. 7. cap. 10. nu. 1. & ferè per totum.* licet cum eo Episcopus dispensare possit, vt ministret in susceptis ordinibus, non autem vt ascēdere possit ad altiores ordines, quo casu requiritur dispensatio Apostolica. *Innoc. in cap. dilectus. n. 3. in fin. vbi etiam Host. de temp. ordin. Sylu. verb. irregularitas. quæst. 12. in fin. Angel. eod. verb. n. 38. Abb. in c. 2. nu. 3. de cler. non ordin. minist. Diaz. in pract. crim. canon. c. 12. n. 4.*

44 Non fit tamen irregularis laicus fingens se Sacerdotem, & seriò absoluens à peccatis, cū hoc non sit in iure expressum. *Abb. in d. cap. 1. de cler. non ordin. minist. Syluest. verb. confessor. 1. in princip. & post Ledesm. Victoriam. Armil. Henriquez. & alios allegatos tenet Sayr d. cap. 10. num. 8.* reprobatis alijs contrarium sentientibus.

45 Repertum tamen sacramentalem Confessionem audiuisse, à Iudicibus sanctæ Inquisitionis, vel locorum Ordinarijs tanquam misericordia indignum à foro Ecclesiastico esse abijciendum, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habet ritè degradatum statim Curiæ sæculari tradendum esse.

46 Quemadmodum etiam non promotum ad sacrum Presbyteratus Ordinem repertum Missarum celebrationem vsurpasse, statuit Clemens VIII. in sua Constitutione edita sub die prima Decēbris anno 1601. quæ incipit. *Et si alias fælicis recordationis.* Prout etiam prius sanciuerat Paulus IV. anno 1557. die 20. Maij. & anno 1559. die 17. Februarij.

47 Efficitur etiam irregularis clericus excōmunicatus excōmunicatione maiori, vel suspensus, vel interdictus, si durante eadem excommunicatione, seu suspensione, vel interdicto audeat celebrare, vel aliquod munus sui Ordinis solemniter exercere. *cap. si quis Episcopus. 1. & cap. si quis Episcopus. 2. 11. q. 3. c. si quis presbyter. & ibi Abb. num. 4. 7. & 10. c. clerici. c. latores. c. Apostolica. vbi etiam Felin. n. 7. & DD. & cap. fin. & ibi Abb. nu. 2. Soccin. nu. 6. & Bobic n. 9. de cler. excom. ministr. cap. 1. & cap. is cui de sent. excom. in 6. c. 1. in fin vbi gloss. verb. irregularitatis. de sent. & re iud. in 6. cap. cum medicinalis. vbi gloss. in verb. irregularitatē. & Innoc. n. 4. Gemm. Franc. & Anchar. de sent. excommun. in 6. Couar. in c. alma mater par. 1. §. 6. n. 9. eod. in 6. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 33. vbi etiam Lopez. in princ. & vers. est tamen. Sayr. thes. cas. consc. lib. 2. c. 15. nu. 1. 2. & 6. & lib. 7. cap. 10. nu. 1. & seqq.* & qui scienter, vel per ignorantiam crassam, aut affectatam ignorans se esse excommunicatum maiori excommunicatione, vel suspensum, vel interdictum ordines, siue maiores, siue minores suscipit, fit etiam irregularis. *cap. 1. & toto tit. de eo qui furt. ord. suscep. & c. cū illorum. de sent. excom. Angelus. verb irregularitas. n. 22. Syluest. eod. verb. q. 2. & q. 13. Tabien. eod. verb. 4. §. 5. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 72. vers. decimo. & cap. 27. nu. 244.*

48 Hinc infertur aliqua censura irretitum Subdiaconum cantantem cum Manipulo solemniter Epistolam, aut calicem cum patena ad altare deferentem, & Diaconum cum stola cantantem Euangelium fore irregulares; Item & Sacerdotem solemniter baptizantem, aut administrātem Extremam vnctionem, siue sacramentum Pœnitentiæ, vel Eucharistiam, seu sacramentum Matrimonij, necnon officiantem Ecclesiam solemniter in Matutinis, & alijs Horis, aut sepelientem mortuos solemniter cū Officio, siue solēniter benedicentē aquam, vestes, fruges, oliuas, cereos, aut mulierem post partum in Ecclesiam introducentem cum precibus adhibitis; quia huiusmodi functiones sunt actus Ordinis sacerdotalis, & pertinent ex officio ad Sacerdotes, nam & Episcopus censura ali-

qua

qua illaqueatus irregularis efficeretur, si chrisma conficeret, aut baptizatos confirmaret, seù ordines conferret etiam minores, Abbates, aut virgines Deo dicatas, siuè altaria, aut Ecclesias consecraret, vel reconciliaret, aut solemnem benedictionē tribueret, excommunicatum absoluéret, quia hæc sūt propria ordinis Episcopalis.

49 Veruntamen non contraheret irregularitatem Episcopus excommunicatus exercens actum iurisdictionis purà instituendo præsentatum ad beneficium, iudicando, eligendo, aut electum cōfirmando, sententiam ferendo, visitando, ac alia faciendo quæ sunt iurisdictionis, nō ordinis. *Sylu. verb interdictum. q. 4. Sayr. thes. cas. consc. de censur. lib. 7. cap 9. nu. 10. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 433.*

50 Non fit tamen irregularis Sacerdos excommunicatus, seù suspensus, vel interdictus baptizans tanquam laicus in articulo mortis, aut etiam alio tempore extra illam necessitatem, dummodò baptismus administretur absquè ceremonijs, precibusquè solemnibus. *Anchar. in d. cap. cum medicinalis n. 2 Specul in tit. de dispensat. §. 4. n 36. vers. quid si excommunicatus, vel suspensus baptizat?* Nequè Diaconus, qui Euangelium sine stola, aut Subdiaconus, qui epistolam sine manipulo cantat, sed eo modo, quo clericus in minoribus cantare posset. *Nauar in Manual cap. 27. nu. 244. Lopez ad Diaz in pract. crim. canon. c. 33. vers. secundo, & quarto.*

51 Excommunicatus tamen maiori excommunicatione, quamuis ipse non celebret, si tamen coram se celebrari faciat fit irregularis. *c. illud. vbi Abb. n. 8. & Soccin. n. 15. de cler. excom. ministr gloss. in clem. Archiepiscopo. verb celebrari vbi etiam Anchar. num. 4. Card. nu. 6. & Bonifac. de priuil. & post multos dicit Sayr. d. c. 15. n. 5. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. c. 33. in princ. & vers. vno tamen casu.*

52 Et clericus quando tenet Concubinam sicut vxorem, & publicè nutrit filios, ità quòd nec ipse audet diffiteri, nec possit hoc aliqua tergiuersatione cœlari, tūc sine aliqua monitione Superioris est suspensus ab officio, & beneficio, cū sit notorius Cōcubinarius, ità quòd si celebret, vel actū aliquem proprium sui Ordinis exerceat incurrit irregularitatem. *Abb. in c. vestra. n. 7. de cohabit. cler. & mul. & in c. vt clericorū. n. 9. de vit. & honest cler Io. Andr. in c. si celebrat. vbi etiam. Host. n. 5. de cler. excom. ministr. gloss. 1. in c. nullus. 32. dist. Diaz in pract. crim. canon. cap. 73. vers. aduerte tamen. Azor. p. 2. Instit. moral. lib. 6. c. 7. q. 5.* & ità etiam declarauit Congregatio Concilij Tridentini super *c. 14. sess. 25. de reform. §. sed clerici.* qualiter autem cōsideretur Concubinatus dicam inferiùs in *§. 15. n 55.* & si fuerit in ordine Subdiaconatus, vel Diaconatus, siuè in ordinibus minoribus institutus nō poterit in ordinibus susceptis ministrare, neque ad altiores ordines promoueri. *Sylu. verb. irregularitas. q. 14. Azor. p. 3. Instit moral. lib. 3. c. 6. vers. si verò quæras.* In hac tamen irregularitate potest Episcopus dispensare. *Sylu & Azor. loc. cit.*

53 Si tamen tempore excommunicationis, vel suspensionis, seù interdicti clericus ignarus celebraret diuina, illum reddit ignorantia probabilis excusatum, nisi forte fuerit ignorantia crassa aut supina, aut erronea, aut iuris, quia tunc non excusaretur ab irregularitate. *c. Apostolicæ. vbi glos. verb. probabilis. de cler excom. minist. Abb. in c. fin. nu. 4. de excess. Pral. Innoc. in d. c. cum medicinalis. nu 4. vbi etiā Gemin. in §. caueant nu 5. & Anchar. n. 2. de sent. excom. in 6. Soccin in cap. per tuas. n. 15. & in c. sacro. num. 107. eod Sot. in 4. dist. 3. q. vnic art. 9. in fin. & dist. 22 q 1. art. 1.*

54 Quemadmodum non excusatur ab irregularitate habens notitiam excōmunicationis per solam famam si celebraret, dummodò fama sit aliquorum, qui sint fide digni. *cap. illud. & ibi Abb. num. 4. de cler. excom ministr.* Quamuis huiusmodi excōmunicatus nondū esset denūtiatus. *Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 2. in fin. de sent. excom in 6.*

55 Si verò constiterit excommunicationem esse iniustè, & nulliter latā, vt quia non est lata à suo Iudice, vel post appellationem, vel quia continet errorem intolerabilem, aut alijs de causis, &c. tunc celebrans est immunis ab irregularitate. *Sot. in 4. sent. dist. 22. quæst. 1. art. 3. Nauar. in cap. cum contingat. in 3. remed. de rescript. Couar. in d. c. alma mater p. 1. §. 7. n. 5. & 7. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 134. nu. 4.*

56 Excusatur tamen ab irregularitate ille, cui dum Missam celebrat subit in mentem excommunicatio, vel impedimentum aliquod, nam potest continuare Missam absquè periculo irregularitatis, si rece-

dendo

dendo sequeretur scandalum, quamuis si esset paulò post principium, neque vllum sequeretur scandalum, debeat recedere. *Angel. verb. Eucharistia 2. §. 6. & 7. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 2. c. 1. n. 11. Nauar. de orat. cap. 16.*

57 Item quoties Parochus petentibus suis onibus sacramenta administrat, dummodò non sit denunciatus, neque notorius percussor clerici excusatur ab irregularitate. *Henriquez lib. 13. de excom. c. 6. §. 3. & c. 10. §. 1. lib. 14 de irregularit. c. 7. §. 1. & post eum dicit Sayr. d. c. 15. n. 4. Sot. in 4. sent. dist. 22. art. 4. c. 4 Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 33. vers. sed vtrum.*

58 Neque fit irregularis celebrans post appellationem etiã illegitimè ab excommunicationis sentẽtia contra se lata, etiãsi postea pronunciatum fuerit malè appellatum fuisse. *gloss. in c. solet. verb. officijs. de sent. excom. in 6. & de cõmuni dicit Lopez ad Diaz. d. cap 33. vers. nec etiam.*

59 Nec Titularis contra quem excommunicatio lata est ipso facto, si certo termino pensionem constitutam nõ solueret, si lapso termino ante solutionẽ celebret, illaqueatur irregularitate, nisi ille cui debetur pensio declaret se velle Titularem excommunicationem incurrisse, quia excommunicatio huiusmodi incurritur creditore volente. *Cassad. decis. 2. num. 3. de locat. & conduct. & dicit Nauar. in Man. c. 23. n. 103.* nam debitor nõ cadit nisi creditore volẽte. *Cassad. d. decis. 2. n. 1. 2. & 3.*

60 Quando autem suspensio ipso iure incurritur siuè à Canone, siuè ab homine lata fuerit ministrans in ordine aut celebrans efficitur irregularis. *cap. 1. §. fin. de sent. excom. in 6. Abb. in d. c. si celebrat. n. 4. de cler. excom. minist. Felin. in c. Apostolica. nu. 16. in fin. vers. & scias. de except.*

61 Suspensus verò à Canone propter defectum, putà quia erat illegitimus, vel quia patitur defectum in corpore, propter quẽ prohibetur promoueri, si promoueatur, ac etiam celebret non fit propterea irregularis. *Abb. in d. cap. si celebrat. nu 4. vers. suspensus verò. vbi etiam Innoc. n. 3. vt dicetur infrà in §. 7.*

62 Neque excommunicatus excommunicatione minori si celebraret incurreret aliquam irregularitatem, licet peccaret. *cap. fin. vbi gloss. verb. irregularitatis & Abb. num. 2. de cler. excom. ministr. Couar. loco citato. §. 8. num. 1. Sayr. thes. cas. consc. lib. 2. c. 22. num. 27.* quia excommunicatus minori excommunicatione non est suspensus ab aliquo actu ordinis Ecclesiastici, cũ perceptio sacramentorum non pertineat ad aliquem ordinem, est enim necessarium, vt quis efficiatur irregularis, quòd sit suspensus ab aliquo actu, qui ad aliquem ordinem pertineat. *Couar. d. n. 1. Sayr. dicto n. 27.* & propterea suspensus à beneficio, & non ab officio celebrans non incurrit irregularitatem. *Diaz. in tract. crim. canon. cap. 33 num. 3. vbi etiam Lopez vers. irregularitatem.*

63 Et licet qui absquè dispensatione canonica, aut legitima licẽtia promouentur antè ætatem legitimã, siue extra tempora à iure statuta, vel absquè dimissorijs literis à suorum ordinum executione ipso iure sint suspensi, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserint eo ipso irregularitatem incurrãt, prout statuit Pius Secundus in sua Constit. 6. incip. *Cum ex sacrorum.* sub datum Romæ anno 1461.

64 Et Clemens Octauus in sua Constit. incip. *Romanum Pontificem.* sub datum Romę pridie Kal. Martij anno 1595. in qua Syxti Quinti Constit. contrà clericos malè promotos reducit ad terminos sacrorum Canonum, & Constitutionis eiusdem Pij Secundi, & ad dispositionem Decretorum sacri Concilij Tridentini, de qua etiam *Sayr in thes. cas. consc. lib. 4. cap. 17. in fin.* in qua quidẽ Syxti Quinti Constitutione dispositum fuerat, quòd si quis primã tonsuram, vel minores ordines habens promotus fuerit ad maiores, cum aliàs fuerit inhabilis ex aliquo vitio, crimine, aut defectu, vel extra tempora à iure statuta, vel absquè veris sui Ordinarij dimissorijs literis, aut per saltum, vel furtiuè, aut sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, aut antè ætatem, aut non seruatis temporum interstitijs sint suspensi, & si in dictis ordinibus ministrare præsumpsissent non solùm efficerentur irregulares, sed etiam beneficia per eos obtenta vacarent ipso iure, & non solùm promoti antè ætatem sint suspensi vsquè ad ætatem legitimam superuenientem, sed perpetuò donec absolutionis beneficium consequantur. *dicta Extrauag. Pij Secundi. Rebuff. in prax. benefic. tit. de cler. ad sacr. ord mal prom. glos. 4. n 3. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 56. n. 2.*

65 Neque possunt nisi impleta ætate

dispen-

dispensari. *Burgas. de irregularit. par. 6. cap. 2. num. 30.*

66 Licet infanti etiã non habenti vsum rationis si conferretur ordo etiam presbyteratus valeret collatio. *D. Thom. in 4. sent. dist. 25. & ibid. D. Bonau. art. 2. q. 2. & Richard. art. 4. q. 2. gloss. in c. sua. de cler. per salt. prom. & in c. pueri. vbi Arcbid. & Præposit. 1. q. 1.* & quòd clericus à non suo Ordinario promotus licet recipiat characterem, non tamen habeat executionem ordinis dicunt *gloss. in cap primatus. verb. obtineat. 71. dist. Paris. cons. 69. num. 21. vol. 4. Caputaq. decis. 126. nu. 2. par. 1.*

67 Tamen si quis presbyteratus ordinẽ antè legitimam ætatem assumeret, non incurrit irregularitatem celebrando, & consecrando eum Episcopo in actu ordinationis, sed quando ipse solus aliàs celebraret. *Medin. in Sum. lib. 1. c. 11. §. 8. & post eum dicit Henriquez in Sum. lib. 14. de irregularit. cap. 3. §. 6 in fin. Sayr. thes. cas. consc lib. 4. cap. 16. nu. 23. & lib 6. c. 12. n. 11. & probabiliorem demõstrat Suarez de censur. disput. 31. sect. 1. n. 70. quicquid aliter sentiant Nauar. consil. 8. de cler. excom. & Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. cap 26.*

68 Neq. efficitur irregularis antè ætatem legitimã promotus, si exerceat actus solùm in sacerdotio constitutis cõuenientes, quamuis præfati actus sint deputati ordini Sacerdotali, modò non celebret, vt de Regulari dicit *Nauar. cons. 9. de cler. excom. ministr. Rodriquez in Sum. par. 1. cap. 166. conclus. 1. & in tom. 3. q. Regular. q. 23. art. 12.*

69 Minùs qui in eo ordine suscepto ministrauit bona fide, sine dolo putans sibi licere. *Nauar. in c. accepta. opposit. 8. n. 35. de rest. spol. Couar. in clem. si furiosus. p. 1. §. 1. nu 4. de homicid. Cordub in tract. cas. consc. q. 144. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. c. 12. num. 8. antè fin.*

70 Neque is, qui ignoranter accepit tales ordines ante ætatem. *Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 56. nu. 2.*

71 Promotus autem antè ætatẽ si exerceat ordines etiam de facto & temerariè, & proindè irregularitatem incurrit, poterit super huiuscemodi irregularitate ab Episcopo dispensari si delictum fuerit occultum. *Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 241. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 9.*

72 Aduertendum tamen est incurrere suspensionis censuram fulminatam in dicta Constitutione Pij Secundi eos tantùm, qui antè ætatẽ promouentur ad ordines maiores, nõ autem eos, qui sunt initiati ad primam tonsurã, & ordines minores. *Rebuff. in prax. benef. tit. de cler. ad sacr ord malè prom. gloss. 3. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 70. vers. dixi ordine sacro. Sayr. dicto cap. c. 12. num. 9.*

73 Secùs tamen est in ordinato ad minores ordines absquè literis dimissorijs sui Prælati, si quidem ille ipso iure est suspensus ab executione Ordinum sic susceptorum, quamdiù proprio Ordinario videbitur expedire. *Conc. Trid. c. 2. sess. 14. & cap. 8. sess. 23. de reformat.*

74 Et si talis exercuerit actum ordini minori suscepto deputatum proprium, & peculiarem incurret irregularitatem. *Nauar. d. cap. 27. num. 163.*

75 Secùs autem si exerceret non solemniter tanquam laicus, cum laici ex consuetudine interdum exerceant officia ordinum minorum. *Nauar. d. c. 27. num. 163. & 242. vers. septimò dico.* Maximè vbi ministerijs quatuor ordinum exercendis non sunt clerici. *Conc. Trid. sess. 23. c. 17. in fin. de reformat.* licet alioquin id fieri prohibeatur. *Conc. Trid. eod. cap. 17.*

76 Religiosi item, seu Canonici, siuè clerici Regulares, seu intrà claustra Monasteriorum, siuè domorum more Regularium in communi viuentes, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, vel dimitti ad seculum liberè, & licitè possunt si prætextu Religionis antè professionem se faciũt promoueri ad ordines sacros absq. titulo beneficij Ecclesiastici, seu patrimonij iuxtà decretum Concil. Trident. sess. 21. c. 2. de reformat. sunt suspensi ipso iure ab executione ordinum supradictorum, & si in illis ministrauerint, eo ipso irregularitatem incurrunt, vt statuit Pius Quintus in sua Constitutione 74. incipit. *Romanus Pontifex*, publicata die 12. Nouembris. anno 1568.

77 Quamuis secus sit in clericis secularibus, qui si promoueantur sine titulo patrimonij, seu beneficij Ecclesiastici non ideò aliquam suspensionem incurrunt. *Henriquez in sum. lib. 13. de excommun. cap. 37. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 49. nu. 18. Paris. lib. 2. de resignat benef. q. 6. num. 18.*

qui refert ita per Congregationem Cardinalium super Concilij Tridentini decla ratum fuisse.

78 Ordines tamen, siue Chrisma bis suscipiens, siue conferens non efficitur irregularis. *Sot. in 4. dist. 5. q. 5. D. Thom. de sacram. disput. 38. lect. 1. & 2. Turrecrem. in cap dictum. de consecr. distin. 4. Couar. in dicta clem. si furiosus. par. 1. in princ num. 8. Tabien. verb. irregularitas. 4. §. 7. in fin. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 65. num. 3.* & de veriori opinione, & quod sit sequenda post multos allegatos dicit *Sayr. thes. cas. consc. lib. 7. cap. 8. num. 27. cum seqq.* licet contrarium scribant *Archid in c. qui bis. de conserat. dist. 4. D. Anton 3 p. tit. 28. cap. 6. Nauar. in Manual. dicto cap 27. num. 246.* qui se fundant super *cap sicut. 68. dist. & d. cap. dictum.*

79 Sed cum talis irregularitas non sit in iure expressa non est inducenda irregularitas, quæ nō est in iure expressa *c. is qui. & ibi DD. de sent. excom. in 6. Card. in d. clem. si furiosus. q. 12. vbi etiam Couar n. 3. Tolet. in Sum. lib. 1. c. 52. nu. 7. & dicto c. 65. n. 3. & lib. 3. c. 12. in fin.* quia cum irregularitas sit iure Pōtificio inducta, consequens est, vt nulla alia irregularitas sit, nisi quę eodem iure exprimitur. *Sayr. thes. cas consc. lib. 6. cap. 2. num 14. in fin.*

80 Neque pęna suspensionis incurritur, nisi in casibus in iure expressis. *dicto cap is qui. gloss. penult. in fin in cap. final. de iurepatr. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 275. per totum.*

81 Rebaptizans verò scienter, & rebaptizatus scienter siue delictum sit publicum, siue occultum efficitur irregularis propter reuerentiam baptismi, & detestationem iniuriantium tale sacramentum. *cap. qui bis vbi Archid. cap. eos quos. cap. non licet. & cap. rebaptizare. de consecr. distinct. 4. cap. qui in qualibet. 1. quæst. 7. cap. 2. & ibi Abb. de apostat. Couar. in dicta clem. si furiosus. par. 1. in princip. num. 8 Syluest. verb. baptismus. 5. quæst. 3. & verb. irregularitas. q. 4. Richard in 4. dist 6. art. 4. q. 2. Henriquez de irregular. lib. 14. cap. 4. §. 5. & cap. 20. §. 3.* non est autem irregularis rebaptizans, neque rebaptizatus, quando adest probabilis ignorantia facti, licet secus, quādo adest ignorantia culpabilis. *Couar. in d. clem. si furiosus. par. 1. in princ. nu. 8.* & post multos ab eo citatos dicit Sayr. attestās de veriori & communiori opinione. *thes. cas. consc. lib. 7. cap. 8. num. 8.*

82 Neque ignorantia iuris in rebaptizante, vel rebaptizato ab irregularitate excusat *gloss in d. c. qui bis. verb. ordinari. Sayr. d. cap 8. num. 13.* quia ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire, non excusat à culpa, maximè eum, qui ex officio baptizare tenetur. Illaqueatur etiam irregularitate ministrans ex officio rebaptizanti, & orationibus respondens, non autem patrinus, vt de Acolytho colligitur in dicto *cap. 2. de apostat. Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 14. num. 5.* Dispensare tamen potest Episcopus ab irregularitate cum eo, qui rebaptizauit, & cum rebaptizato, si delictū fuerit occultum *Sayr. thesaur. cas. consc. de censur lib. 7. cap. 8. num. 6.*

83 Efficitur etiam irregularis clericus in sacris constitutus, siue post emissam professionem in aliqua Religione matrimonium contrahens, adeò vt neque in susceptis ministrare possit, etiam dimissa vxore, neque ad maiores suscipiendos admitti, *c. 1. & ibi Abb. num. 3. & cap. 2. qui cler. vel vouen. gloss. in cap. super eo. verb. in bigamis. de bigam Couar. in Epitom. de sponsal par. 2. cap. 6. §. 3. num 1. Nauar. in Manual cap. 27. num. 195.* & post multos congestos dicit *Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 4. num. 22.*

84 Estquè ipso iure excommunicatus. *clem. vnic de consanguin & affin.* neque tenet huiusmodi matrimonium. *c. si quis. & cap. erubescant. 32. dist.*

85 Item celebrantes scienter, seù celebrari facientes in locis suppositis interdicto, nisi super hoc priuilegiati existant, aut eisdem à iure fuerit concessum irregularitatem incurrunt, à qua nequeunt per aliquem, quam per Summum Pontificem liberari, efficiunturq. adeò ineligibiles quòd nec ad eligendum cum alijs debeant admitti. *d. cap. is qui. § fin. de sent excom. in 6. Abb. in cap. fin. nu. 4. de excess. Pral.*

86 Laicus tamen violando interdictum locale non erit irregularis, quamuis peccet. *Syluest. verb. interdictum. 6. quæst. 7. Nauar. in Manual. d. cap. 27. num. 187. & num. 243.*

87 Non efficiuntur tamen irregulares clerici nulla irretiti censura, qui præsentibus maiori excōmunicatione innodatis, seù interdictis, etiam denunciatis, etiam scienter celebrare præsumunt, quamuis in

hoc agant temerariè. *d.c. is qui. in princ. & ibi gloss.verb.nodatis. Abb.in c.Lateranensi.nu.2.de praeben.Soccin. in cap.sacris. nu.* 128. *de sent.excom. Couar.in cap.alma mater.par.1.§.6.nu.9. Nauar.in Manual. c.25.n.93.Syluest.verb.interdictum.6.q.2.* licet ipso iure incurrant pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ. *d. c.Episcoporum. & Abb.d.num.2.*

88 Nam quando excommunicatus ingreditur Ecclesiam debet Sacerdos desistere à Missa, nisi incępisset communionis officium, siuè canonem. *gloss.in clem. grauis.verb.inexpleta.de sent.excom. Archid. in c.sicut Apostoli.11.q.3.Innoc.in c.nuper. & ibi Felin.num.2. vers.item nota.eod.de sent.excom.* Quod tamen intelligitur, nisi excommunicatus esset talis, quem sacerdos vitare non posset. *Felin. in dicto vers. item nota.*

89 Episcopus, autē siue alius Sacerdos interdictus ab ingressu Ecclesiæ celebrare potest extra Ecclesiā putà sub tentorio, vel in domo cum altari portatili, ac etiam ibi audire Missam, & alia diuina officia, dummodò non celebret in Ecclesia, vel ibi non audiat diuina officia. *gloss.in cap.is cui.& ibi Io.Andr.& alij de sentent.excom.in 6. Felin.in c.2.nu.4.vers vt scias.de except. & in c.sacro.nu.8.vbi etiam Abb.de sent. excom. Couar.in cap. alma mater. par. 2. §.1.n.3.eod.in 6.Nauar.in Manual. c.27. n.170.Lopez ad Diaz.in pract. crim. can. c.33.vers.interdictus. Ricc.in prax. resol. p.1.resol.441.nu.2.* quia limitata causa limitatum producit effectum. *l.in areis.ff.de acquir.rer.dom.* Item licitum est ei in Ecclesia introire, & in ea orare quando diuina officia non celebrantur. *gloss.in cap. qui studet. 1.quaest.1. Innoc.in c.nuper. de sent. excom.*

90 Est etiā interdictus huiusmodi Ecclesiæ ingressus ijs, qui scienter celebrari faciunt diuina in Ciuitatibus, vel locis interdictis, nisi secūdum permissionem Iuris, vel qui eosdem excommunicatos ad sacramenta, vel sepulturam admittunt. *c.Episcoporum. de priuil. in 6.*

91 Imò excōmunicationis pœnam ipso iure incurrunt, qui cogunt metu pœnarum celebrare diuina officia publicè in locis interdictis. *clem.grauis.de sent.excom.*

92 Et quemadmodum excommunicatus non potest sepeliri in loco sacro. *cap.à nobis. vbi Io. Andr. Butr. Anchar.Abb.& Felin.de sent.excom. cap.sacris.vbi Card. Anchar.Butr.& Abb. Ricciul.de iur.person.lib.4.c.60.nu.18.& 19.* Immò Episcopus potest extumulari facere cadauera excommunicatorum sepultorū in Ecclesia, seù Cęmeterio exempto, nō obstāte exemptione. *cap.ad haec vbi Io. Andr. Butr. & Abb.de priuileg.Ricciul.d.cap.60.num.32.* Ita neque suspensus ab ingressu Ecclesiæ sepeliri potest in Ecclesia, nequè in Cęmeterio, quamuis si in Ecclesia sepeliatur non propterea Ecclesia polluta erit. *c.is cui.& ibi Stephan.Costa.n.7. & 8.de sent. excom. in 6.Couar.in c.alma mater.p.2.§.1.nu.3. eod.Henriq.lib.13.de excom.c.32.§.2.Sayr. thes.cas.cōsc.de cēsur.Eccl. lib.4.c.7.n.18.* nisi pœnituerit in articulo mortis, quo casu poterit sepeliri in loco sacro, & sufficit, quod dederit signū pœnitentiæ. *Sayr. loc. cit. & alij apud ipsum.*

93 Clericus verò, cui est interdictus ingressus Ecclesiæ, si in ea celebrauerit, seù officia diuina solemniter exercuerit, fit irregularis. *d.c.is qui.vbi glos. verb nodatis. vbi Io.Andr Franc.& DD.de sent.excom. in 6.gloss.in d.cap.Episcoporum. verb. ingressum.vbi etiam Gemin.Io.Andr.& alij de priuil.in 6. Abb.in c.tuarum nu.5.eod.* non fit tamen irregularis, si in ea Missam audiat, quia audire missam non spectat ad ordinem. *Gemin. in d.c.is qui.num.4.*

94 Nā dicimus quoquè, quòd suspensus à diuinis, vel interdictus non efficitur irregularis, si intersit cū alijs in choro ad recitandū officiū, nisi exerceat aliquem actū ordini suo deputatū, tamquā officium suū, quia tunc esset irregularis; at verò si intrat chorum, & psallit cum alijs non esset locus irregularitati, & ità intelligendam esse. *gloss.in c.1.§.caueant.de sent.excom. dicit Nauar.in Manual.c.27.n.163. & cons.4. n.2.de sortileg. & in c.2. §.sacerdos. n.13. de pœnit. dub.6. Angel. verb. suspensio.3. n.3.Sylu.eod.verb.n.5. Summa Corona de suspens.nu.4.Sayr.de censuris.lib.4.cap.5. nu.26. Ricc.in prax.resol.par.2.resol.204.*

95 Et propterea nequè fit irregularis benedicendo mensam, seù exercendo, quæ sunt Iurisdictionis, & alia, quæ nō sunt ordinis, quando ea possunt fieri etiam à laicis, nequè inseruiens aliqua censura innodato fit irregularis, nisi ille ministret in ordine sacro, vt cantando Euangelium solemniter. *Innoc.in c.fin.n.5.de excess.Prael. Vgol.de censuris.tab.1.cap.14. §.1.nu.25.*

96 Neque incurrit laqueum irregularitatis qui celebrauit in Ecclesia sanguinis, aut seminis effusione polluta, quamuis temerarij sit hoc facere. *d.c.is qui. in princ. de sent.excom Abb in d.cap.tuarnm.nu.5. vbi etiam. Butr.de priuileg. Nauar. in Manual cap.25.num.83.*

97 Minus celebrans tempore cessationis à diuinis irregularis iudicandus est. *gloss.in c. si canonici. vbi DD.de off ordin. in 6. Sylu. verb.cessatio.§ fin.& verb.interdictum.1.§.1. Lopez ad Diaz in pract. crim.canon. c.33. vers.sed quaestionis.* vbi dicit de communiori,& veriori opinione.

98 Nequè is, qui solùm alicuius membrum debilitauerit,sed qui absciderit, aut mutilauerit. *Abb.in c clericis. n.3.ne Cler. vel Mon. & in c.1.n.9.vbi etiam Card & alij. qui cler.vel vou. & in d.clem si furiosus.n.7. de homicid. Felin.in c.petitio n.1. de homicid.& in c.cum illorum.num.12.de sentent excom Aufrer. in addit. ad Capel. Tholos.decis.208.n.34.& 35. Rot. diuers. p.3. lib 3 decis.115.n.2.* & de veriori opinione dicit *Sayr.thes.cas.consc. lib.6.c.15. nu.6.Thesau.for.Eccles.p.3.cap 40.nu.24.*

99 Nam membrum debilitatum non definit esse membrum. *c.sicut vrgeri. 1.q 1.*

100 Nec reperitur in iure cautũ, quòd debilitatio inducat irregularitatem, & in pœnis mitior, & strictior interpretatio est facienda. *cap.odia.de regul.iur.in 6.*

101 Et in dubio est facienda interpretatio, vt euitetur irregularitas. *Innoc. in d.cap ad audientiam.& ibi Abb num.3 de homicid. idem Abb.in d.clem. si furiosus. num.9. in fin.* & vt excludatur delictum. *l.meritò ff.pro soc Bart in l non solùm. §.sed vt probari ff de oper. nou. nunciat. Crau.cons.122.num.11.*

102 Nam & Iurisconsulti in re dubia solent sequi opinionem benigniorem, & æquiorẽ. *l.in his.ff.de condit.& demonstr. Soccin.Sen cons.159.col.7.in fin volum.2. Crau.cons.70. nu.13. Paris.cons.6. nn 24. vol.1. Menoch cons.96.nu 26.vol.1.*

103 Membri autem appellatione venit illud, quod certum, atque peculiare habet officium distinctum, vt pes, manus, lingua, auris, nares, oculus, mammilla in muliere, & similia. *cap.singula 89.dist. Abb.in dicto c.clericis. nu.3. ne Cler. vel Monach.& in cap.Ego N. nu 2.vbi etiam Felin nu 1.de iureiur.Bart in l.2. ff.de public.iudic. & in l. non sunt liberi. vbi etiam Bald. & alij. ff.de stat. homin. Bald. in l data opera. n.75.C.qui.accus.non poss.Lopez ad Diaz. in pract.crim.canon.cap.102.vers.dicatur membrum.*

104 Digitus autem non est membrum, sed officium, siuè pars membri, nempè manus, siuè pedis. *d.l.non sunt liberi.vbi glos. Bart.Bald.& alij. Abb.in d.cap. .n.10.qui clerıc.vel vouen.& in d.cap. Ego N.nu.1. vbi etiam Felin.col.2. idem Felin. in dicto c.cum illorum.nu 10.& 11.l. Hermaphroditus. ff.de stat. hom Lopez ad Diaz dicto c.102.vers.ex quo sequitur.* Quare si quis mutilaret digitũ alicui non esset irregularis. *gloss. in c.3. in princ.de homicid. in 6. Abb.in cap.de Diacono nu. 10.qui cler.vel vouen & in d.c cum illorũ nu 8.Couar.in d.clem.si furiosus.p.3. in princ.num.8.vbi etiam Card. de homicid. Angelic. verb.homiridium 5.n 7. Bald.in l reos.col.3.C.de accusat. & in d. l.data opera. vers.in corpore. C. qui accus. non poss.* Nequè si quis amputaret auriculã alteri, quamuis enim auris propriè sit membrum, auricula tamen, idest cartilago illa, quæ est circà aurem non est membrum, cum non sit necessaria auditui, sed est potiùs tutela, & ornamentum auris. *Couar in d clem si furiosus.par.3 initio relect nu.8. Nauar.dicto cap.27.num.223.*

105 Si verò mutilaretur alicui artifici, vt pictori pollex, siue alius digitus, quo principaliter ille vtitur, diceretur absciſsum membrum, si non posset artifex amplius exercere suum officium propter defectum illius digiti, vt post *Soccin. dicit Felin. in d.c Ego N n.1.de iureiur. & in d.c cũ illorum.n 5.de sent.excom. vbi post Bart.& Anan.* dicit ita fuisse iudicatum Bononiæ, cũ casus huiusmodi contigisset.

106 Associans autem ad confortãdum illum, qui debet mori nullam incurrit irregularitatem. *Abb.in d.c. sententiam.n.7. ne Cler.vel Mon* Nequè is qui interest, quando per iustitiam fit executio sanguinis, dummodò eius interessentia non præstet auctoritatem, seũ auxilium, nam eo casu fieret irregularis. *Abb in eod. c. sententiam.n.6.& 7. & in c.ex literis. nu.2. de exress.Pral.* Si quis tamen hortetur cõdemnatum, vt caput offerat carnifici, aut in furcarum scalas ascendat, aut carnifici dicat, vt ita aptet gladium vindicem, vt vno ictu reum iuguler, ne pluribus ictibus reus feriatur, aut his similia faciat, vel

dicat,

dicat, seù persuadeat, vndè celeriùs mors sequatur, quamuis subsecuta fuisset, etsi hæc facta, vel dicta non intercessissent planè irregularitatē contrahet. *Tabien.verb. irregularitas.3.§.13.Syluest.verb.homicidium.3.q.2.vers.tertiū similiter. Nauar. in d.c.27.num.217.vers.13.*

107 Quod idem dicimus de pulsante, vel pulsari iubente campanam ad arengā, vt connocetur populus quando reus ducitur ad suppliciū, si pulset vt reus securiùs ducatur ad mortē, secùs verò si pulset tātum ad signum, & publicum exemplum. *vt post Io.Andr.Card. & Butr.dicit Alex. de Neuo in addit.ad Abb.in c.Ioannes.n 4. vbi etiam Anan.de homicid.Maiol.de irregularit. lib. 2. c.10.nu.5.* vbi etiam dicit irregularitatē incurrere eum, qui pulsat, vel pulsari iubet campanam ad arma sumenda pro captione alicuius rebellis latronis, vel malefactoris, si ob illum sonum ille reus fuerit captus, & deindè morte, vel mutilatione damnatus; quod etiam dicit *Felin in d.cap. Ioannes, circà fin.& ibi DD. Couar. in dicta clem.si furiosus. p.2. §.4.num 5.Tabien. verb.irregularitas.2. §.19.* secùs verò in Episcopo, siue clerico, aut sacrista, qui nihil dicit, seù facit, sed laicorum arbitrio remittens tolerat quod laici pulsēt campanas Ecclesiæ ad conuocandas gentes pro capiendis banniitis, aut alijs malefactoribus, cum campana sit signum horarum, exeundi ad bellum, extinguendi ignem, congregandi Capitulum, conuocandi parlamentum, & aliorum huiusmodi. *Abb.in c.1. de offic.custod.* Nequè ij excusantur, ex eo quòd dicant se dare operam licitæ rei, & coadiuuare vt malefactores puniantur, aut quòd dicant, quòd quamuis ipse hortans condemnatū, vt supra dixi, vt caput offerat carnifici, aut in furcarum scalas ascendat, &c. hoc non dixisset, vel fecisset, nihilominus ipse reus erat moriturus, quia his non obstantibus irregularitatē incurrit. *Tabien.loco citato. & verb. irregularitas. primo. §. 4.*

108 Nam & Iudex, qui sine culpa etiam ex merito condemnat iustè reum ad mortem, seù mutilationem fit irregularis. *c.1. 51.distin.gloss pen.in clem.vnic.vbi etiam Abb.n.4. de homicid. idem Abb.in c dilectus. n.3. eod. Tolet. in Sum. lib. 1. c.74. num.1. & seqq.*

109 Nam & testes in causa mortis, siuè mutilationis deponentes contrahunt irregularitatem, si sequatur mors, siuè mutilatio. *Hostien.in d.c.ad audientiam.n.11. de homicid.*

110 Et ij, qui patiuntur se scribi pro testibus in sententiam mortis, dum dicitur lecta lata, &c. *cap sententiā. vbi gloss.Abb. & alij. ne Cler.vel Mon.gloss. in d.cap.ex litteris. de excess.Prel.Syluest.verb. homicidium.3.q.2. & ità fuit resolutū per Rotam in vna Iacen. Vicaria coram Plata. Maiol. d. tract. lib.2. cap.8.num.4.*

111 Et multò magis clerici testes in huiusmodi efficientur irregulares. *Specul. in tit.de dispensat. §.4. num.9.vers.item litigiosus.Crauet cons.2. num.1.volum.1.* Quibus est prohibitū testificari in huiusmodi causis. *c testimonium, & ibi gloss.11. quæst 1. Abb.in cap.de cætero.nu.1. & ibi Felin.num.1. vers.sed considera. de testib Clar. de communi in pract. crimin. § fin. q.24.vers.vlterius quaero.& vers.sed quid si clericus?*

112 Nam neque etiam potest clericus testimoniū perhibere in causa ciuili contrà laicum coram Iudice seculari sine licētia sui Prælati. *c.sicut.cū seqq 2.q.7.c.testimoniū.& ibi Archid.11.q.1.c.quamquā. 14.q 2.Abb.in cap.cum nuncius.nu.3. vbi etiam Felin.n.3. de testib. & dicam in tit. de Clerico teste.§.2.*

113 Nequè consulēs alteri, vt pro Christi fide subeat mortem, etiamsi sciret mortem esse illi infligendam, fit irregularis. *Prapposit in cap.1.num.3. 50.dist. Innoc.in d.cap.ad audientiam. n.6. vbi etiam Abb. nu.5 & Anan.nu.6. de homicid.Couar.in d.clem.si furiosus par.2.§.5.nu.6.Angelic. verb.homicidium.1.nu.15.Sylu.eod.verb. 1.q 8.* quia qui consulit alteri, vt exponat se periculo vitæ pro Christo, non consulit mortem directè, nō enim sunt ipsi, qui occidunt, sed Tiranni, & persecutores, nec etiam consulit aliquid, vndè per se sequitur mors. *Anan.d.num.6.*

114 Furiosus autem, vel infans septennio minor, vel dormiens hominem mutilans, vel occidens nō efficitur irregularis, *d.clem.si furiosus.& ibi Abb. & DD.* nec incidit in irregularitatem maior infante, si tempore, quo deliquit, non erat doli capax. *gloss. in dicta clem. si furiosus. verb. infans, & ibi Anchar.nu.7. & Imol.nu.6. Ricc.in prax.resol.p.1.resol.451.* Nequè fit irregularis clericus occidēs furiosum, aut dormientem, qui quandoq. arrepto gladio offen-

offendere nititur, licet in furore aut somnio sit, si clericus non potuerit fugere. *Farinac. de homicid. q. 124. num. 36. & 37.*

115 Neque ebrius, dummodò non ea intentione se inebriauerit, vt aliquem percuteret, si occidat, vel mutilet, licet secùs dicatur, si fuerit solitus se inebriare, & in ebrietate in alios furere, quia debet ab ebrietate cauere. *Abb. in d. clem. si furiosus. n. 3. & post Couar. dicit Tolet. in Sum. lib. 1. c. 73. n. 10. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 17. num. 34.*

116 Neque aliquam irregularitatem contrahet, qui vbicunque non potest verisimiliter euitare mortem, siue mutilationem, nisi alium occidat, vel mutilet, si arma alij præpararet pro sui defensione, seu proprijs manibus occideret. *cap. quia te quasi obnoxium. 50. distinct. cap. 2. de homicid. d. clem. si furiosus. & ibi gloss. verb. non valens. & ibi etiam Couar. p. 3. §. vnic. n. 1. & 2. gloss. in c. si quis viduam. verb. defensione. 50. dist. Abb. in c. 2. n. 2. de vit. & honest. cler. & in c. sententiam. n. 19. ne Cler. vel Mon. Syluest. verb. homicidiū. 3. q. 4. & verb. bellū. 2. q. 6. Nauar. in dicto c. 27. nu. 211.* Quinimò potest in tali casu vocare socium, & clamare, succurrite, & licet succurrentes aggressorem occidant, non esset aggressus irregularis, quia non intendit mortem alterius, sed suam liberationem. *Host. in c. significasti. 2. n. 5. de homicid. D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 2. §. 2. Nauar. cons. 12. num. 3. de homicid. & in Manual. cap. 27. nu. 212.*

117 Defensio etenim est omni iure permissa, cum vim vi repellere liceat. *c. 3. de sent. excom. d. cap. significasti. 2. circa fin. l. 1. & toto tit. ff. de vi, & vi arm. l. is qui aggressorem. & l. si quis percussorem. C. de sicar. Dec. in l. vt vim. n. 6. 7. & 8. ff. de iust. & iur. Marsil. in l. 1. num. 32. ff. de sicar. Card. consil. 19 vbi subiungit ex doctrina Io. de Lignano, in tract. de iusto bello. c. 84. vers. tertio quaro.* quòd clericus si celebrans inuaditur, iustè dimittit celebrationem, & si se defendendo aggressorem occidit, potest incontinenti redire ad altare, & Missam perficere, quod etiam refert, & sequitur *Abb. in d. c. 2. n. 2. de vit. & honest. cleric. & Dec. in d. l. vt vim. num. 8. Syluest. verb. bellū. 2. n. 5. q. 3. Farinac. de homicid. q. 124. n. 29. vbi plures citat.* & ius naturale dictat, quòd vnusquisque potiùs vitam propriam, quàm vitam proximi tueatur quando vitam suam tutari non possit, quā proximum occidendo. Sed quamuis vim vi repellere liceat, tamen vt clericus excusetur ab irregularitate debet, id facere cū defensione licito modo facta, & cū moderamine inculpatæ tutelę, nō ad sumendā vindictam, sed ad iniuriam propulsandam. *d. cap. significasti. 2. in fin. & ibi gloss. fin. & Abb. n. 5. & 9. de homicid. dicta clem. si furiosus. & ibi gloss. verb. non valens. & Couar. n. 1. Abb. in c. olim. 1. n. 19. vbi etiā Innoc. de rest. spol. Nauar. d. c. 27. n. 211.* & de communi omnium recentiorum opinione post multos, quos cumulat dicit *Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. cap. 17. num. 1. Farinac. de homicid. q. 125. n. 24. & 27.*

118 Tunc autem intelligitur tutela, seu defensio inculpata secūdum leges humanas, quando illud fit, sine quo violentia repelli non potest. *gloss. Abb. & DD. communiter in d. c. significasti.* & dicitur clericus facere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & esse in necessitate ineuitabili, quando est constitutus in tali necessitate, quam neque fuga, neque clamore, neque alio modo, nisi interficiendo, aut mutilando aggressorem euitare nequit. *gloss. in dicta clem. si furiosus. verb. non valens. & c. suscepimus. de homicid. eadem gloss. penult. in c. sicut dignū. §. fin. cod. Nauar. in d. nu. 211. Alexand. consil. 109. vol. 1. Aret. cons. 80.* & quòd huiusmodi defensio non excedat fines meræ defensionis, nec accedat ad vindictam, licet admisceatur odium. *gloss. fin. in d. cap. significasti. 2. vbi etiā Abb. n. 5.* & quòd fiat occisio, aut mutilatio aggressoris in ipso actu aggressionis, & defensionis, non post internallum postquam cessauit aggresio. *d. c. significasti. 2. Alex. cons. 76. vol. 1.* præterea considerandus est animus aggressoris, & sunt attendendæ circumstantiæ; nam si vnus aggreditur pugno, siue baculo, non debet aggressus resistere cum sclopo, aut ense, siue gladio. *Sayr. d. cap. 17. num. 7.*

119 Cum autem fuga non est tuta, non tenetur quis fugere, quia periculum est in dando terga. *Felin. in d. c. suscepimus. de homicid. Zēzelin. in d. clem. si furiosus. vbi etiam Card. q. 26. Imol. super gloss. incip. non valens. & Couar. p. 3. §. vnic. num. 4. Bald. in l. 1. C. vnde vi. & cons. 211. vol. 4. Alex de Neuo. cōs. 92. n. 4. Farinac. q. 124. de homicid. n. 130.* & tutiùs est antè tempus occurrere, quàm post causam vulneratam

remedium quærere. *l. vlt. in fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt non eſt neceſſ. l.* 1. *C. quand lic. vnicuiq. ſin. iud. ſe vindic. gloſſ. in d. cap. ſuſceptmus. verb. interimeretur.* ſecùs autem quando fuga poſſet euadere periculum occiſionis, vel mutilationis, quia clericis fuga non eſt ignominioſa. *gloſſ. in d c. ſuſcepimus. verb. ligauerunt. & d. verb. intertmeretur. vbi etiam Abb. n.4. de homicid idem Abb. in d. c. ſignificaſti.* 2. *n.* 9. *eodem. Card. in d. clem. ſi furioſus q.* 25. *&* 26. *vbi etiam Couar. par.* 3. *§. vnic. num.* 4. *Farinac. de homicid. q.* 124. *num.* 129.

120 Cauſa autem ſuæ defenſionis in foro fori præſumitur quis aliquem interfeciſſe, ſi fuit ab illo primum inſultatus. *l.* 1. *§. cum arietes. ff. ſi quadrup pauper. feciſ. dicat l. itaq. ff. ad leg. Aquil gloſſ. in l. ſi ex plagijs. §. tabernarius ff eod. & in d. c. ſignificaſti.* 2. *verb. repellere. & ibi etiã Abb. num* 9. *& Butr de homicid. Alex. de Neuo d. conſ.* 9. *num.* 3. *&* 7.

121 Et ad hoc vt quis ab homicidio excuſetur in foro fori ſufficit, quòd probabiliter dubitet, ne aduerſarius eum repercutiat. *Innoc. in c. ſi vero.* 1. *verſ ladat. & ibi Ioan. Andr. & Card. de ſenten excommunicat. Alex. de Neuo dicto conſ.* 92. *nu.* 6. nam vbi agitur in foro contentioſo ſuper homicidio, ſiuè mutilatione commiſſa non debet in dubio quis reputari irregularis, ſed per circũſtantias apparẽtes oportet iudicare, in foro autem pœnitentiali credererur hoc aſſerenti. *d. c ſignificaſti.* 2. *& ibi Abb n.* 7. *&* 9 *c. tua iunctã gloſſ. in verb. qualiter de ſponſal gloſſ. in d. clem ſi furioſus. verb. non valens & ibi Abb n* 8. *idem Abb. in d c. ad audientiam. nu.* 3. *de homicid.* An autem quis teneatur aggreſſorem præuenire, aut expectare primum ictum, ad hoc ne excedat aggreſſus ſuum, tunc quoties veriſimilia præcedunt indicia, & actus manifeſti, quod ille intendit offendere, & alter niſi præueniendo ſe defendere poſteà probabiliter non poſſe putat, tunc poſſet aggreſſus præuenire abſq. periculo irreg. *Abb. in c. olim.* 1. *in fin de reſt ſpol. gloſſ in d. l. ſi ex plagijs. §. tabernarius, & ibi etiam Bart. ff. ad leg. Aquil. Sayr. d c.* 17. *n* 8. Idem dicendũ erit in eo, qui occidit parantem ſibi inſidias, vt eum interficeret, nam ſi tale ſit periculum, quod ex inſidijs imminebat, vt niſi occidat, ipſe poſteà occidatur, tunc ſi occidat non erit irregularis. *Couar. in d. clem ſi furioſus p.* 3. *§. vnic. n.* 3. *gloſſ. in c.* 3. *verb legibus de homicid. Sot. lib.* 5. *de Iuſt. & iure. q.* 1. *art.* 8. & de communiori opinione dicit *Sayr. d c* 17. *num.* 13.

122 Quod ſi fuga non importat periculum perſonę. ſed rerum ſuarum, tunc ſi ſuis manibus clericus aliquem occiderit, vel mutilauerit, vel alij præparauerit arma etiam non in mortẽ principaliter, ſi exindè ſequatur mors, vel membri mutilatio efficitur irregularis, quia clericus non debet pro defenſione rerum ſuarum ad ſæua, vt ad ſanguinis effuſionem, procedere. *c. ſuſcepimus. & ibi Abb. de homicid. idem Abb in c.* 2. *n.* 2. *&* 3. *de vit. & honeſt. cler. & in c ſententiam. n.* 19. *&* 20. *ne Cler. vel Mon. & in c. ſicut dignum. n* 14. *de homicid. Syluest. verb bellum* 2. *§* 7. *n.* 12. *& verb. excommunicatio* 6. *§.* 4. *caſ* 9. *in fin.* & de communi dicit *Sayr d. c.* 17. *num.* 22. *Farinac. de homicid q.* 125. *n.* 21. *&* 230. Neque etiam pro defenſione rerum Eccleſiæ, licet pro illis ſaluandis poſſit arma mouere, & percutere, non tamen ad occiſionem, ſiue mutilationem. *Abb. in d c. ſignificaſti.* 2. *num.* 2. minùs pro defenſione aliorum etiam propinquorum. *Farinac. de homicid. q.* 125. *nu.* 180. vbi teſtatur de communiori opinione.

123 Nequè obſtat *Conc. Trid. ſeſſ* 14 *c.* 7. *de reform.* dum diſponit, quòd ſi homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuerit commiſſum, tunc ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcunquè, ac dignitates iure quodammodo diſpenſationẽ deberi, nam ſi debetur diſpenſatio, ergo ſi quis occidit, vel mutilauit caſu, vel vim vi repellendo, etiam vt ſe à morte defenderet, contrahitur irregularitas. Quia Concilium loquitur in eo, qui fuiſſet in aliqua culpa, & egeret diſpenſatione; neque d. cap. 7. inducit nouam irregularitatem, & ideò eum, qui dabat operam rei licitæ, & omnem adhibuit diligentiam, ne ſequeretur homicidium, ſi deindè ſequetur, non incurrere irregularitatem, & ita declarauit Congregatio Card. ſuper eod. *cap.* 7. *§. an is quis omni. & §. fuit dictum. Farinac. de homicid q.* 125. *nu.* 126.

124 Diſpenſare tamẽ poteſt Epiſcopus in irregularitatibus ex homicidio cauſali pro venientibus ad ordines minores, & bene-

neficium simplex. *Abb. in cap Henricus. n. 3.4.& 7. vbi etiam Host. de cler. pugn. in duel. Sayr. thes. cas. consc. de censur. lib. 7. cap. 7. n. 20.* & in publico casuali. *Henriq. de irregularit. lib. 14. cap. 9. §. 3. & cap. 17. §. 5. Sayr. d. nu. 20.* Minùs obstat quod dici possit quotiescunquè violētia infertur circà res ad earum occupationem, vel destructionem Dominum, vel ipsarum possessorem non teneri fugere, quia fugiendo videtur incurrere earum amissionem. *l. 3. § si quis autē. ff. de vi & vi arm. l. 1. C. quand. lic. fine iud. Bald. in l. 1. col. 6. vers. sed pone quidam. C. vnde vi.* & non solùm pro defensione personæ, sed etiam pro conseruatione rerum licitum esse se opponere etiā percutiendo nō solùm de iure Ciuili. *l. fu rem. ff. de sicar. d. l. 3. §. cum igitur.* verum etiam de iure Canonico. *d. c. suscepimus. de homicid & dicto cap olim. 1. de rest. spol.* Quia hoc fieri debet citrà occisionem, vel mutilationē membrorū, licet possit cleri cus in his casibus verberare, seù resistere. *Farinac. de homicid. quæst. 125. num. 126.* quoniam expedit potiùs post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere iacturam, quam pro conseruādis vilibus rebus, & transitorijs occidendo, vel mutilando in alios exardescere. *d. c. suscepimus. l iubemus. C. de sacros. Eccles. Abb. in d c. 2 nu. 3. de vit. & honest. cler.* res etiam sunt viliores, quam personæ. *c. præcipimus. 12. q. 1. Host. in c. 1. n. 38. de homicid.* Quinimò clericus videns furem etiam cum rebus suis fugientem, si ex suo clamore ab alijs accurrentibus occidatur latro, etiamsi pro testationem præmiserit irregularitatem contrahit. *Abb. in d. c. significasti. 2. nu. 12. vbi etiam Anan nu. 7. Host. n. 4. & seqq & Innoc. de homicid Couar. in d. §. 5. num. 3. Angelic. verb. homicidium. 2. nu. 4. Syluest. eodem verb. 2. §. 17. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 236.*

125 Efficitur etiam irregularis si suis manibus aliquem occiderit, vel mutilauerit, vel alteri arma præparauerit, vndè secuta est mors, vel mutilatio in casu, vbi fuga importaret tantum periculum sui honoris, seù quando aliter mortem euitare poterat, putà fugiendo, seù instabat pro defensione suæ Patriæ, seù proximi, seù etiā Patris, aut filij, aut alterius consanguinei. *cap. petitio de homicid. gloss. pen. in d. clem. si furiosus. & ibi Abb. nu. 9. & Card. q. 28. idem Abb. in d. cap. sententiam. num. 19. in c. olim. 1. n. 18. de rest. spol. in c sicut dignū. nu. 14. de homicid. & in cap. 2. nu. 3. de vit. & honest. cler. Pelin. in cap. si vero. 1 nu. 2. vers. vtrum pro defensione. vbi etiā Innoc. & Abb. n. 11. de sent excom. Caiet. 2. 2. q. 40. art 2. Nauar. in Manual. cap. 27 nu. 215. Sayr.* multos cumulans, & dicens de communi. *thes. cas. consc. lib. 6. cap. 17. num. 21.* Licet alioquin dicatur quemlibet pro Patria teneri ponere vitā. *Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 1. art. 6. & 7.*

126 Cum clericatus reddat clericos inhabiles ad pugnandum, etiam contrà Saracenos. *cap. ex multa §. fin. vbi Abb. n. 8. de vot. idem Abb. in c. quod in dubijs. nu. 2. de pœn. & in d. cap. sententiam. nu. 19.*

127 Concessum tamen est clericis in casu iusto in conflictu esse ad defensionem suarum rerum, & proximi, & consanguineorum, insequendo raptores, vel prædones, & pugnare cū alijs, & lapides iacere, vel percutere, dummodò ipsi neminem occidant, vel nullus eorum ictibus mortuus sit, vel mutilatus remanserit, licet aliqui mortui sint. *c præsentium. & ibi Abb. nu. 2. cap continentia. de cleric. percuss. cap pen. de homicid. Archid. in c. si quis nu. 10. 57. dist. Innoc. in c. olim causam. vbi etiam Host. nu. 26. de rest. spol. Abb. in c peruenit. nu. 7. de immun. Eccles.*

128 Clerici etenim dū possunt sine scandalo, & periculo irregularitatis tenentur proximum defendere. *cap. non inferenda. c. qui potest. & c. ab Imperatoribus. 23. q. 3. c. dilecto. §. & quidem. de sent. excom. in 6.*

129 Sed non possunt pro alia defensione, quā suæ propriæ personæ occidere, siuè mutilare. *gloss. pen. in d. clem. si furiosus. Io. Lup. in tract. de liberat. Eccles. q. 4. n. 6.*

130 Potest item absque metu irregularitatis in bello iusto antè conflictum dare hastam, siuè ensem, seù aliud genus armorum militi pugnāti, secùs verò in conflictu. *Archid. in d. c. si quis. nu. 12. Tabien. verb. irregularitas. 3. §. 21. conclus. 14. Specul. in tit. de dispensat. in §. 4. num. 54.*

131 Nequè imputatur clerico ad irregularitatem iustitiā petenti ciuiliter contra aliquē, siue pro rebus ablatis, seù pro iniuria, modò agat cum protestatione, quod ad vindictam, seù pœnam sanguinis non intendit agere, quamuis aliàs in tali casu de iure debeat pœna sanguinis irrogari, si mortem iudex illi inferat iustitia exigente, nam licitè possunt clerici querelam

relam Iudicibus deferre ciuiliter de furibus, & de iniurijs sibi, seu eorum bonis illatis. *c.postulasti. cũ ibi notat.per Goffred. Host. & Boyeb. de homicid.c.Prælatis.cod. in 6.Host.in c.significasti.2.nu.8.cod.gloss. in c.litteris. verb. consuluit.de excess. Prel. Bellem.cons.14.num.5.Specul.in tit. de dispensat §.4.nu.49. Diaz.in pract.crimin. canon. c.101.n.2.& seq.Ricc.in prax.resol. par.1.resol.454.n.1.*alioquin si clerici propter huiusmodi metum irregularitatis taliter conqueri non auderent, daretur plerisq. materia eosdem trucidãdi, & ipsorum bona liberè depredandi. *d.c.Prælatis. Abb. in d. cap. postulasti. num. 3. Nauar. in d.cap.27. num.226. & cons.3. de iniur.*

132 Quod procedit etiãsi clericus certò sciat Iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, dummodò querelam suam porrigat cum dicta protestatione. *Io. Andr.in d.c.Prælatis. & Abb.in d.c.postulasti.n.3.vbi etiã post Io.Andr.dicit Felin. vers. nota non imputari. Couar. in d.clem. si furiosus.par.2.§.5.n.1.Soccin.in d. c. ad audientiam n.54.de homicid. Ricc. in prax. resol.par 1.resol.454.num.1. licet Host.in d.c.postulasti. n.2.* dicat quòd clericus criminaliter, seu ciuiliter agere non posfit sine periculo irregularitatis,vbi scit quod Iudex in tali modò agendi consueuit infligere pœnam sanguinis de cõsuetudine, vel de iure,& quòd talis clericus veritate cõsiderata potest dici homicida, saltem tacita exhorratione, quia dat causam propinquam homicidio, nam Hostien. opinio, & aliorum idem tenentium est intelligenda, vbi non fuerit facta supradicta protestatio, quæ satis est, vt Iudici proponatur,antequàm sententiam proferat,cum non sit necessarium quòd præmittatur, seu simul fiat quando fit accusatio. *Couar.in d.§.5 n.1.vers.quarto. Henriquez lib.14. c.11.§ 5.* Hæc autem protestatio esse debet expressa neque sufficit tacita, vt colligitur *in c.Prælatis. de hominid. in 6. vbi gloss. verb. protestando expressè. Diaz in pract.crim.can. c.101.n.9.* namneq. fit irregularis talis clericus, etiãsi postmodũ ei placeat quòd fur,qui surripuerat res suas, siuè ille, qui iniuriam aliã clerico fecisset sit propter hoc suspensus, vel mutilatus. *Specul.in tit.de dispensat.§.4.nu.51.vers. sed quid si agenti.*

133 Nam nequè contrahitur irregularitas ex sola ratihabitione homicidij ab alio commissi suo tamen nomine. *gloss.in c.si quis viduam.verb. aut consilio.50.dist. Archid. in c.omnes.17.q.4.Couar.in dicta clem si furiosus.p.2.§.1,n.4. Host.in Sum. tit.de homicid.§.qua pœna feriatur. vers. sed & propter ratihabitionẽ.* & de veriori opinione dicit *Sayr.thesau.cas.consc.lib.7. c.4. Tabien. verb.irregular.2.§ 7.Armil. eodem verb.§.22. & post eos dicit Tolet.in Sum lib.1.c.83.n.1.* vbi refellit cõtrarium tenentes, quia in iure non habetur ratihabitione irregularitatem incurri, cum irregularitas non incurratur nisi in casibus in iure expressis. *d.cap.is qui de sent.excom.*

134 Supradicta tamen protestatio non suffragatur agentibus causas alienas,& nõ suas. *Felin.in d.c.postulasti. vers. nota non imputari.ibi.vnde si clericus.vbi etiã DD. de homicid.DD.in d.cap.Prælatis. Card. in dicto cap.tua nos.§.fin. vbi etiam Anan.de homicid. Nauar.d.cap.27. nu.213. quia in d.c.Prælatis.* dicitur contrà malefactores suos, & nõ dicit suorum. *Couar.in d.clem. si furiosus.par.2.§.5.num.4.*

135 Quamuis dicatur iniuriam factam vni de domo censeri factam omnibus de familia. *Bart.in l.lex Cornelia.ff.de iniur. Bald.in l. 1. in 5. notabil. C. de rapt. virg. Felin.in cap.cum oporteat.n.3. de accusat.*

136 Et metus illatus clerico censeatur illatus consanguineis clerici. *cap.sciant.de elect in 6.c.Petrus.de homicid glos.in clem. grauis. verb quomodolibet. de sent.excom. l.item apud Labeonẽ. §.pen. ff.de iniur.& dicam in tit.de fauor.Cleric.canon. in §.2.*

137 Et dicatur tractari de proprio interesse, quando iniuria est communis, ex quo est illata vni de familia. *Dec.cons.133. n.4.Couar.in d.§.5.n.4. Grãmat.decis 23. num.2. & 3 Nauar.cons.3 de iniur.*

138 Neq. est necessaria huiusmodi protestatio quando clericus defert crimen ad Iudicem Ecclesiasticum, quia Iudex Ecclesiasticus non imponit pœnam sanguinis, etiamsi causa inciperet coram Iudice Ecclesiastico,& absolueretur in iudicio seculari. *Felin.in d.cap.postulasti. Maiol.de irregularit.lib.2.cap.7.num. 4.*

139 Hinc infertur,quòd Iudex Ecclesiasticus non fit irregularis tradẽdo aliquem brachio seculari cũ prędicta protestatione. *c.nouimus.de verb.sign. Felin.in c.ad abolendam.de hæretic. Couar.in d.§.5.num.6.*

140 Minùs Inquisitores hæreticæ prauitatis,qui possunt damnare hæreticos, &

per sententiã declarare eos incurrisse pœnas illis à sacris Summorũ Pontificũ Constitutionibus,& legibus inflictas, & tradere eos brachio seculari cum illa protestatione. *Couar.d.§.5.n.6.vers.decimoquarto. Maiol. de irregular.lib.2.c.9.n.8.& c.10. nu.5. Tabien. verb.irregularitas.2.§.9 & §.15. Angelic. verb.homicidium.1.nu.24.* Neq. fierēt irregulares Inquisitores, etiãsi absquè protestatione prædicta hæreticos comburendos Iudici seculari traderent. *Henriquez lib.14. cap.12. §.5. Sayr.thes. cas.consc.lib.6.cap.19 num.15.*

141 Minùs efficitur irregularis, si cum prædicta protestatione denunciet aliquod delictum tendens in perniciem, & nocumentum publicum,quod non posset aliter impediri,quam per denunciationem,tunc enim liceret clerico facta protestatione prædicta absquè periculo irregularitatis, etiam quod exindè subsequatur mors alicuius,quod etiam fieri potest ad euitãdum periculum imminens contrà priuatum. *Couar.d.§.5.num.4. Nauar. in cap.inter verba.corollar.57.& 58.11.q.3. D.Thom. 2.2.q.33.ar.7. Caiet.2.2.q.33.art.7. Sot.de Iust.& iur. lib. 5.q.5. art.1. ad quartum. Maiol. de irregularit. lib.2. c.3.n.4. Sayr. thes.cas.consc.lib.6.c.18.nu.12.* quia nimis durum esset quòd clerici sic accusãtes,aut deferētes præmissa protestatione incurrerēt irregularitatem, cũ hoc faciant & iure naturali,& lege charitatis,& ob opus vndè pax, & quies Reipublicæ consequi potest.

142 Si autem huiusmodi clericus agēs cum dicta protestatione ciuiliter pro iniuria sibi illata habeat in animo, quòd reus moriatur, secuta morte, vel mutilatione efficitur irregularis,quia verba non saluãt eum in foro cõscientiæ, *vt post Butr.Imol & Io.Andr.dicit Felin.in d c.postulasti.in fin.vbi etiam Anan. de homicid. Io.Andr. Gemin. Archid.& Franch.in d.c.Prælatis. eod. D.Anton.3.p.tit.28.cap.2.§.4.Nauar. in d.c.27.n.226.Specul. in tit. de dispensat. § 4.n.49.* quicquid dicãt alij,quos refellit *Tolet in Instructio.Sacerd. lib.1.c.82.n.4. vers.quinto.* nam cum voluntate cõcurrit querimonia, & accusatio exterior, & dicta protestatio mendax, & fallax est. *Lopez ad Diaz.in pract.crim.canon.cap.98.Nauar. d.num.226.*

143 Neque efficitur irregularis clericus, qui ad recuperandam rem suam detinet furem in fragranti crimine repertum, quoad Iudex veniat, aut eidem illum consignet,aut tradat cum supradicta tamen protestatione. *Franch. in d. cap.Prælatis. Socein. in d.c.ad audientiam.nu.52.& 53. de homicid. Angel.verb.homicidium.2.n.6. Couar. in d.§.5.num.3. Nauar.d.nu.226. Specul in d.§.4. num.49.*

144 Nec ille, qui Iudici seculari dedit intersignia furis, à quo fuit vulneratus,vt si dedit cultrum,quem ipsi furi abstulerat, seù sotulares dimissos ab eodem, siuè pallium modò ad præsentiam Iudicis ad hũc effectum nõ accedat,licet postmodum ille fur suspendatur.*cap.tua.§.ad vltimum.& ibi gloss.pen.& Abb.nu.8.de homicid.Sylu. verb.homicidiũ.3 q.5.Specul.d.§.4.nu.49.* si tamen clericus huiusmodi testificaretur in causa criminali non euitaret irregularitatem,si in eadem causa ex huiusmodi testificatione sequitur mors, vel mutilatio, etiamsi clericus in actu testificandi protestetur, quòd non intendit testimonium perhibere ad hoc, vt reus afficiatur pœna sanguinis, *vt post Couar.dicit Clar. in §.fin quæst.24.num.9.*

145 Minùs fit irregularis, qui commisit homicidium sola intentione, vt si habuit intentionem,& propositum occidendi aliquem, nam ex hoc quòd habuit illam intentionem malam cum proposito firmo non efficitur irregularis, quia non contrahitur irregularitas, nisi actu homo interficiatur, seù mutiletur. *gloss.fin.in cap.si aliquis.vbi Abb.n.3.& communiter DD. de homicid.* Quare Iudex, qui iudicauit in causa mortis siuè mutilationis non secuta morte,vel mutilatione non fit irregularis. *Abb.in c.sententiam.q.34.35.& 101. ne Cler.vel Monach Sylu.verb.homicidium. 3.q.2.Nauar.in Manual.c.17.n.191.cum seqq. Rtec. in prax.resol.par. 2. resol.298.* Neque obstat *c.homicidiorum. de pœnit. dist.1.& gloss.fin.in c.periculosè. eadẽ dist.* vbi habetur quòd talis dicitur verus homicida, & quòd non minùs committit delictum, nec minùs dicitur reus, nec minori pœna puniendus, quàm si re vera occideret, quia ista procedunt in irregularitate latè sumpta pro illa, quæ contrahitur ex quolibet peccato mortali, non autem in illa, quæ sumitur strictè, quæ non contrahitur ex sola voluntate,sed ex facto. Quinimò si ille veniret ad actum propinquum, vt si duceret ictum animo occidendi in caput alicui non incurrit irregularitatem,

tatẽ, si caput non incidit, nequè ex illo ictu mutilauit aliquod membrũ corporis. *gloss. fin. in d. c. si aliquis. & ibi DD. de homicid.*

146 Addatur, quòd si clericus haberet firmum propositum occidendi aliquem, & iuisset causa illum occidendi, quem iam occisum reperisset volẽs suæ iniquitati satisfacere truncauerit illi caput sic iã mortuo, propter hoc non commisit homicidiũ, ex quo dici possit factus irregularis, quia ille iam erat mortuus. *Archid. in cap quia periculosè. de pœnit. dist. 1. Felin. in cap. à nobis. 2. nu. 3. de sent. excom. & in cap. sicut dignum. de homicid. Aret. in cap. si quis iratus. vbi etiam Archid. nu. 2. 15. quæst. 1. Boer. decis. 316. nu. 11. Palud. in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. conclus. 1. Nauar. d. c. 27. nu. 210. & 217. Farinac. de delict. & pœn. q. 20. n. 121. Marsil. sing. 184. n. 2.* nam cadauer non est homo, cùm ad esse hominis duo principaliter exigantur, videlicet corpus, & anima, ex quorum coniunctione homo subsistit. *cap. in quadam. vers. nam ad esse. de celebr. miss.*

147 Efficitur tamen irregularis non liberans eum, quem potest liberare à morte siuè ex charitate, siuè iustitia teneatur, siuè illa sit mors licita, siuè illicita ex oppressione. *Innoc. in c. Petrus. de homicid. Pisanel. verb. homicidium. 4. Tabien. verb. irregularitas. 1. §. 2. Rosel. verb. homicidiũ. 4. §. 12. Astens. lib. 6. tit. 9. cap. 14. art. 8. q. 8. D. Anton. 3. p. tit. 28. c. 2.* quicquid alij aliter sentiant.

148 Verùm absquè periculo irregularitatis potest Episcopus, seù eius Vicarius concedere licentiã Iudici laico exhumãdi ab Ecclesia corpus occisi, ad effectũ vt capiãtur informationes super delicto in genere. *Auctor Prax. Archiep. Neap. cap. 41. n. 10. Ricc. in prax resol. p. 1. resol. 453. in fin.*

149 Quia ad incurrendam irregularitatem hanc, quæ inducitur ex defectu perfectæ lænitatis requiritur, quod actus qui fit sit causa proxima directa in mortem, vel mutilationem, non causa remota. *Nauar. d. c. 27. n. 211. Sot. de Iust. & iur. lib. 5. q. 1. art. 7. Couar. d. §. 5. num. 4. Henriquez de irregularit. c. 12. §. 8.* actus autem ostendendi cadauer occisi est remotissimus, & suaptè natura non directus in mortem, vel mutilationem, eò magis quòd Episcopus nihil operatur, sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationem, & non omnis causa sine qua non dicitur principalis. *Nauar. cons. 19. de homicid. & cons. 16 nu. 3. de simon.* Quinimò si Episcopus, seù eius Vicarius in danda hac licentia esset renitens, existimarem quòd posset Iudex secularis illud cadauer exhumari facere ad hoc, vt illud visitare, & cognoscere possit; ex traditis per *Maran. tit. de Inquisitione. nu. 18. Conrad. in pract. eod. tit. n. 24. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 55. vers. quomodo autem. Scaccia in tract. de iudic. caus. ciuil. & crim. cap. 83. n. 11. cum seqq.*

150 Nequè irregularitatẽ incurrit clericus, si suus Officialis puniuit aliquẽ pœna sanguinis ex generali, seù particulari mandato Ipsius clerici, habentis Iurisdictionem tẽporalem, licet ipse clericus per se non possit; nam quamuis clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen, & quascunquè causa criminales, quando Iurisdictionem habent temporalem, debent, & possunt absquè metu irregularitatis delegare, aut vnam, aut alteram, etiã in casu, qui particulariter acciderit. *cap. de occidendis. 23. q. 5. c. fin. & ibi gloss. verb. super hoc. ne Cler. vel Mon. in 6. c. clerici. & ibi Abb. nu. 12. eod. idẽ Abb. & gloss. in cap. his quib. verb. præcipiãt. 23. q. 8. Host. in sum. ne Cler. vel Monach. nu. 7. Abb. in d. c. sententiam. n. 10. eod. Archid. in cap. si quis viduam. 50. dist. Rip. in cap. 2. n. 46. & seq. de iudic. Couar. in d. §. 5. nu. 8. Syluest. verb. Episcopus. n. 10. vers. quintum. & verb. homicidium. 1. §. 11. Angelic. eodem verb. homicidiũ. 1. n. 10. Cæphal. cons. 1. n. 64. vol. 1.*

151 Sanguinis tamen vindictæ non debet esse præsens, ex eo quia videretur præstare opem, & auctoritatem, quamobrem incurreret irregularitatem. *c. ex literis. & ibi gloss. verb. consuluit. in fin. & Abb. n. 2. de excess. Præl. d. cap. sententiam. verb. sanguinis. vbi Innoc. & Abb. n. 6. ne Cler. vel Mon. Syluest. d. n. 10. vers. quintum. & verb. homicidium. 3. q. 5. vers. tertium.* neque potest dicere malum esse, si fur sic euadat. *d. c. ex literis. & ibi gloss. d. verb. consuluit.* Si autem peteretur ab eo consilium, an propter tale delictum siuè in generali, siuè in particulari quis mereatur mortem, & non immineret tunc casus in præsenti, respondere potest veritatem sine periculo irregularitatis, si verò tunc immineret casus, debet respondere, quod consulat peritos, & faciat secundum ea, quæ disponunt iura. *Abb. in d. c. ex literis, n. 5. Tabien. verb. irregularitas. 2. §. 4.*

152 Poteſt tamen clericus exercens per ſe Iuriſdictionem flagellis, ſiuè fuſtigationibus, & etiam ictibus funis reos punire. *c.fin.vbi gloſſ. verb.aut corporali. 35.diſt. c.1.& ibi gloſſ.fin.23.quaeſt.5.gloſſ.pen.in d.c.his quibus.23.q.8.c.1.& ibi gloſ.verb. flagellator.5.q.1.c.1.de calumn. c.1. & ibi gloſſ.pen.depoſit.c.2.& ibi gloſſ.1.de cleric. percuſ. cap. in Archiepiſcopatu. de raptor. d. c.clericis.& ibi Abb.nu.5. ne Cler. vel Mon.gloſſ.in c.illi. verb. religioſus. 5.q.5. Abb.in d.c.ſentẽtiã.n.10.ne Cler.vel Mon. & Diaz.in pract.crim.canon.cap.136.n.4.*

153 Et reos exilio mulctare.*cap.ad audientiam. & ibi Abb.num.3. de crim.falſ.* ac etiam clericos in exilium mittere. *cap. in Synodo.in fin.63.diſt.cap.in primis. in princ. 2.q.1.cap.hi qui.3.q.4.cap.attendendum.17 quaeſt.4. Bald. in cap.cum non ab homine.n.2.vbi etiã Dec.n.67.de iudic. Diaz.c.137.nu.1.* & de pœnam damnationis ad carceres infligere. *c. excommunicamus.2.de haeretic. c.quamuis. de pœn.in 6.* Ex quibus poteſt etiam colligi, quòd poſſit reos mittere ad triremes iuxta qualitatem delicti.*Diaz.in pract.crim.can.c.146. nu.3.*Huiuſmodi autem facere debet quòd non videantur tendere ad vindictam ſanguinis, quia his à quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, iudicium ſanguinis agitare non licet. *cap.his à quibus.23.q.8.*

154 Poteſtquè Clericus habens Iuriſdictionem tẽporalem abſquè eodẽ periculo irregularitatis mandare ſubditis, vt arma capiant,& defendant caſtrum,quod habet, licet homicidia indè ſequantur.*Anchar.in d c.fin.not.3.de homicid.in 6.Card.conſ.19. Ferret.conſ.257.num.9. & 10.*

155 Item poteſt ex iuſta cauſa mouere bellum tàm contrà ſubditos,quàm contrà alios,& incitare ad pugnam, ſeù conflictũ, omnia enim iura permittunt clericos habentes Iuriſdictionem temporalem indiſtinctè poſſe arma mouere pro defenſione ſua, & ſuorum. *cap.Maximianus. 23.q.3. Hoſt.in c.olim.cauſam.nu.22. de reſt.ſpol. Abb in c.2.nu.3.de vit.& honeſt.cleric.& in c.quod in dubijs.n.3.de pœn. Sylu. verb. Bellum.3.q.1.Azor.Inſtit.moral.p.3.lib.2. cap.16. quaeſt.6.*

156 Poſſunt etiam clerici in bello iuſto ſiuè offenſiuo,ſiuè defenſiuo pro defenſione Eccleſiae, vel Reipub. vel fidei abſquè periculo irregularitatis hortari, conſulere, & incitare milites ad pugnãdum quamuis ſequantur ex vtraquè parte homicidia, & mutilationes;modò ſpecialiter non dicant interfice,aut mutila.*cap.Dominus.23.q.2. cap.igitur. cap. omni timore. cap.hortatu. & cap. vt pridem. eadem q.8. cap petitio. & ibi gloſſ.1. & Abb.num.3. de homicid. & gloſſ.1.in cap.clericum. 50.diſt. Abb.in cap.ſententiam.n.16.ne Cler.vel Monach. & in d. cap quod in dubijs.nu.3. Archid in cap. ſi quis.num.11. 36.diſt. D.Thom.2.2. quaeſt.40. art.2. ad tertium. Specul. in tit. de diſpenſat. in §.4. num. 55.* nam cum irregularitas ſit de iure poſitiuo,potuerũt Summi Pontifices decernere ſupradicta in fauorẽ belli iuſti, in quo Eccleſia Dei defenditur, oppreſsi liberantur, & hoſtes ſuperantur. *D.Thom. 2.2.q.40. art.2. ad ſecundum. Couar. in d,clem. ſi furioſus.p.2. §. 3. num.2.*

157 In propria tamen perſona per ſe pugnare nequeunt, etiam in iuſto bello abſquè periculo irregularitatis. *d. c.clericum.& c.de his. 50.diſt. c.clerici. & c qui cunquè. 23.quaeſt.8. d.c.petitio.& ibi Abb. d.num.16.*

158 Vbi tamen laicorum vires non ſufficerent, poſſunt tunc clerici pro defenſione Reipublicae,Patriae,aut Ciuitatis obſeſſae ab exercitu, ſiue à bannitis, proprijs manibus pugnare, interficere, & mutilare abſquè periculo irregularitatis, item ad conſecutionem iuſtae victoriae, à qua pax, & cõmune bonum Eccleſiae penderet, necnon ſi in naui periclitaretur vita clericorum cũ vita aliorum.*Caiet.ſuper 2.2.q.40. ar.2. Mol.de Iuſt. & iur.tract 2.diſp.108.* qui teſtatur de opinione communi. *Prax. Archiepiſc. Neapol. in addit.ad caput 42. nu.16.Sylu.verb.homicidium.3.q.6.Azor. Inſtit.moral.p.3.lib.2.c.16.q 8.* dummodò hoc ſit ſimpliciter neceſſarium ad huiuſmodi fines obtinendos. Secùs autẽ ſi bellum fuiſſet iniuſtum, quia tũc clericus fieret irregularis pugnans, aut praeſtans fauorem, vel auxilium,vel conſilium, ſiuè timorem incutiat aduerſarijs, ſiuè non, ſiuè interficiat,ſiuè non,dummodò indè ſecuta fuerit mors hoſtis, aut membri mutilatio etiam per alios.*d.c.ſicut dignum.§.fin.& ibi DD.de homicid Soccin. in d.cap.ad audientiam.n.90.eod. Couar.in d.clem.ſi furioſus.p.2.§.3.nu.2. Nauar.in Manual. cap.27.n 224.*quia dat operam rei illicitae. *Specul.in d.§.4.n.55.Maiol.de irregular. lib.5.cap.49.num.5.*

159 Si

159 Si tamen clericus interfit in bello iniusto ad pacem cõponendam, seu ad confessiones audiendas, quamuis ex hoc per accidens augeatur animus militibus, non fit tamen irregularis, etiãsi sequatur mors, vel mutilatio, quia dat operam rei licitæ. *Nauar. d. n. 224. Henriquez de irregular. lib. 14. c. 13. §. 3. Sylueſt. verb. homicidium. 3. q. 6. verſ. quartum.*

160 Vt autem bellum dicatur iustum fieri debet ab habente auctoritatem illud inducendi, & non recognoscente superiorem, & cum causa iusta, & proportionata fini, & recta intentione, & denique adhibita moderatione in damno hostibus inferendo. *Bald. conſ. 439. volum. 5. Innoc. in cap. olim. 1. num. 8. de reſtit. ſpol. Aret. in l. 1. ff. de acquir poſſ. & in l. qui latronibus. ff. de teſtam. DD. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* & de communi dicit *Sayr. theſ. caſ. conſc. de cenſur. Eccleſ. lib. 6. cap. 19. n. 1. Sylueſt. verb. bellum. §. 1. n. 1. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 100. & ſeqq.* vbi fusè tractat de supradictis conditionibus insti belli, aliásq. particulares addens.

161 Possunt item clerici cum armis defensiuis, vt thorace, clypeo, & galea przesse exercitui in bello iusto, & præire cum vexillo crucis exemplo Iosue. *Henriquez d. cap. 13. §. 1.*

162 Et deputari Cõmissarij exercitus, & habere officium prouisionis, vt ministrent sumptus, & annonam militibus, & consilia præbere circa res bellicas. *Maiol. de irregularit. lib. 6. cap. 49. num. 2. Specul. d. §. 4. num. 57.*

163 Notandum est irregularem ex defectu animæ, aut corporis suscipientem, vel exercentem ordines antè obtentam dispensationem, quamuis mortaliter peccet, nouam tamen irregularitatem non incurrere. *Innoc. in cap. ſi celebrat. nu. 3. vbi etiam Abb. num. 4. de cler. excom. miniſtr. Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuxtà. in ſuſpenſis à canone. circà fin. Nauar. dicto cap. 27. nu. 294. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 2. num. 8. verſ. duodecima. & lib. 3. cap. 19. nu. 17. Sayr. theſ. caſ. conſc. lib. 1. cap. 1. n. 7. lib. 4. cap. 16. n. 5. & 6. & lib. 6. cap. 2. n. 26.* quia irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica, & proindè celebrans illa irretitus nullam violat cẽsuram. *Nauar. d. num. 194.*

164 Tollitur antè per baptismum omnis irregularitas siuè ex licito, siuè ex illicito homicidio, siuè mutilatione, quia iura quæ occidentibus siuè mutilantibus irregularitatem imponunt, loquuntur de iis, qui occidunt, vel mutilãt post baptismum. *gloſſ. in c. ſi quis viduã. verb. poſt baptiſmũ. vbi etiam Archid. 50. diſt. & in cap. deindè. verb. inter. 26. diſt. Innoc. in cap. presbyterum. de homicid. Præpoſit. in c. gaudemus. & ibi Abb. n. 17. de diuort. Couar. in dicta clem ſi furioſus. par. 1. §. 2. nu. 5. Sayr theſ. caſ conſc. lib. 6. cap. 3. n. 27. & cap. 15. n. 10. & lib. 7. cap. 1. num. 5. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 88. num. 2.* qui reijcit contrarium sentientes. *Sylueſt. verb. baptiſmus. 6. quæſt. 1. & 2. & verb. homicidium 3. q. 8.* quia irregularitas oritur solum ex illo horrore occisionis, qui horror tollitur per baptismum: dum homo, qui prius erat quasi lupus, per regenerationẽ baptismi deposita feritate fit ouis mansueta, & mutatur in alterum virum, & planè homo nouus efficitur. *arg. cap. primi. 26. diſt.*

165 Non tollit tamen baptismus irregularitatem ex bigamia contractam, cum per baptismum non recuperetur diuisio carnis, neque virginitas; Prætereà enim fit prærogatiua sacerdotij, quod ad illud vnius vxoris viri assumantur, infideles bigami carnem suam in plures diuidendo se hac prærogatiua priuarunt. *Sayr. d. cap. 3. num. 26.*

166 Neque venit irregularitas sub potestate absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis. *Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 6. nu. 6. Nauar. in Manual cap 27. nu. 254. & conſ. 4. de fil. presbyt. Sot. ſibi cõtrarius de Iuſt. & iur. lib. 5. q 1. art. 4. Henriquez lib. 7. de Indulgent. cap. 13. num. 7. & de excommunicat. lib. 13. cap. 2. Ricc. in prax. reſol. par. 1. reſol. 457.*

167 Tùm quia irregularitas tollitur dispensatione non autem absolutione; tùm verò quia irregularitas non fit censura, neque pœna, sed potiùs quædam inhabilitas ad sacros ordines, idem etiam sentiunt *Graff. de pœn. conſ. 2. nu. 13. Conrad. par. 1. q. 193. & Sayr. theſ. caſ. conſc. lib. 7. cap. 13. nu. 2.* Aduertendum autem est vnam tantum incurri irregularitatem, & non plures non solùm ob celebrationem in excõmunicatione seu alia cẽsura iteratam, verum etiam ob homicidium, rebaptizationem, siuè aliquod aliud delictum iteratum, *vt poſt Rodriq. tenet Garz. de beneſ. par. 8. c. 2. n. 8. & ſeqq.* quamuis secùs fit in censuris

quę multiplicantur multiplicatis trāsgressionibus. *Garz. d. cap. 2. num. 86. post Suar. Molin. & Vgolin.* Ratio est quia irregularitas est quędam inhabilitas per modum habitus & permanentis, & ità non multiplicatur multiplicatis actibus eiusdem rationis seù generis, censura verò est quędā pœna per modum transeuntis cum sit de se absolubilis, *vt post Vgol. & Suar. dicit Garz. d. cap. 2. num. 87.*

SVMMARIVM.

1 *Bigamus non potest fieri Clericus. & nu. 12. 13. & 14. & quare. d. nu. 1. & nu. 2. 3. & 11.*
2 *Filios habens nō potest habere frontem alios redarguendi de incontinentia.*
3 *Incontinens præsumitur qui plura coniugia contraxit.*
4 *Nuptiæ plures permittuntur successiuè non eodem tempore, & nu. 5. & 8.*
5 *Vxores duas, seù plures eodem tempore ducens sit infamis.*
6 *Vxores plures dicens simul licere habere est excommunicatus, & est suspectus de hæresi.*
7 *Iudex Ecclesiasticus procedit contrà habentes eodem tēpore plures vxores.*
8 *Patres veteris testamenti plures vxores eodem tempore habebāt, & quare.*
9 *Exemplum cuiusdam, qui eodem tempore plures vxores habuit.*
10 *Virginitas in vxore significat Ecclesiam triumphantem.*
11 *Bigamus si ordinetur recipit characterem, sed est suspensus.*
12 *Bigamus olim poterat promoueri vsquè ad Subdiaconatum.*
13 *Bigamus neque ad ordines minores, nec ad primam tonsuram promoueri potest.*
14 *Episcopus non potest dispensare cum bigamo, etiam ad primam tonsuram. & nu. 41.*
15 *Bigamus verè vel interpretatiuè etiā si Religionem intret à solo Papa dispensari potest quo ad ordines.*
16 *Bigamus dicitur, qui habuit duas, seù plures vxores.*
17 *Baptismus delet omnem maculam, & omne peccatum.*
18 *Baptismus non delet bigamiam antea contractam.*
19 *Mulier corrupta antè baptismum non potest post baptismum consecrari inter moniales.*
20 *Mulier corrupta non potest velari inter virgines, & quare. nu. 21.*
21 *Monialis corrupta non potest eligi in Abbatissam, nisi ex dispensatione Apostolica, potest tamen huiusmodi dispēsatio dari ab Episcopo licet eo casu non possit esse Abbatissa, consecrari, neque benedici.*
22 *Episcopus fieri potest non solum qui vxorem habuit, sed qui post mortem vxoris habuerit Concubinam.*
23 *Virgo sacra significat Ecclesiam triumphantem.*
24 *Episcopus significat Ecclesiam militantem.*
25 *Bigamus etiam dicitur qui duxit corruptam, quam virginem credebat, si illam cognouit.*
26 *Bigamus non dicitur, qui contraxit cū Virgine, quæ nondum ab eo cognita est mortua, & posteà contrahit cum alia virgine, nec is qui duxit vxorem ab alio viro ductam, sed non cognitā.*
27 *Bigamus non dicitur, qui duxit viduam cognitam, quam tamen ipse non cognouit, quia fortè illa obijt priusquam cognosceretur.*
28 *Bigamia vt inducatur requiritur quòd mulier fuerit cognita.*
29 *Bigamus non dicitur qui duxit vxorem illam, quam prius fornicariè violauerat.*
30 *Eques militiæ, in qua datur facultas contrahendi semel matrimonium, potest contrahere cum illa, quam anteà fornicariè corruperat.*
31 *Bigamus dicitur, qui contraxit cum vnica, & Virgine, qua cognita se absentauit per tempus, vndè mulier contraxit cū alio, à quo fuit cognita.*
32 *Bigamus est, qui duxit viduam ab altero marito cognitam.*
33 *Meretricem ducens in vxorem Indulgentiam peccatorum consequitur.*
34 *Bigamus dicitur, qui duxit meretricem in vxorem.*
35 *Clericus fieri nequit, qui duxit aliquā ex illis, quæ publicis spectaculis mancipantur.*
36 *Bigamus non potest dici, qui plures habuit Concubinas.*
37 *Episcopi fieri possunt, qui habent filios.*
38 *Bigamiæ inductio quare magis consi-*

dere-

deretur propter incontinentiam mulieris, quàm viri.
39 Honestas maior requiritur in fœminis, quàm in masculis.
40 Bigamus dicitur, qui post adulterium ab vxore commissum cum eadem se carnaliter commiscuit.
41 Bigamia interpretatiua quomodo contrahatur.
42 Episcopus non potest dispensare super bigamia, nisi in illa, quæ ex peccato procedit si est occulta.
43 Episcopus potest dispensare cum eo, qui existens in ordine sacro matrimoniũ contraxit.
44 Bigamia impedimentum non tollitur per Religionis professionem.

§. Sextus.

1 Bigamus excluditur à clericatu, c.1 & per totam.26.dist.cap.1.& c.maritum.33.dist.c.præcipimus. & c cognoscamus. 34. dist. c. quicunquè.2. & c.non confidat. 50.dist.c.1. & 2. 55.dist. c si quis.77.dist.c.à multis.de ata. & qual. c.sanè. de cler coniug.c.1.& toto tit.& ibi DD.de bigam.c.1.eodem in 6.Concil.Trid. sess.23.cap.17.in fin.de reform. Diaz. in pract.crim.can c.16.vbi etiam Lopez. tùm propter defectum sacramenti, bis enim coniugatus nõ potest aptè significare vnionem Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa, quia non esset vnitus, ex quo diuisit carnem suam in plures. c.acutius.26.dist.c.debitum. & ibi gloss.verb. sacramentum. & Abb. latissimè & DD.de bigam. tùm verò propter dignitatem ordinum. cap. vna. 26.dist.vt ad tantùm officiũ nemo accederet, qui imperfectione aliqua esset notatus; nam quomodo poterit esse hortator viduitatis, castitatis, & continentiæ, qui coniugia frequentauerit? d.cap.vna.& cap fin. 26.dist.

2 Cum dicamus, quòd habens filios nõ potest habere frontem alios de incontinentia redarguendi.c.sicut.vers.vndè cum Paulus. 47.dist.

3 Præterea qnia præsumitur continens qui plura coniugia contraxit. cap. proposuisti.82.dist.

4 Quamuis nuptias non solùm secundas solutis primis. cap. cum secundum. de secund.nupt D. Aug.in lib.de bono viduit. c.12. vbi damnat hæresim dicentium contrarium. idem etiã dicit.Couar.in Epitom. de sponsal. p.2.c.3. §.9. n 4. sed etiam tertias, & octauas & plures permittat lex communis. c.aperiant.& c fin.31.q.1.Imò quidam, qui viginti vxores sepelierat, duxit posteà in vxorem quandam mulierem, quæ viginti duos viros pariter habuerat, & eã sepeliuit, vt scribit D.Hieron lib.3. Epist.tract.7. Epist. 26. & recenset Boer. decis.186.in fin. Plures enim vxores; siuè mariti permittuntur successiuè, nõ autem eodem tempore.c.de benedicto.32.quæst.1. c.quomodo. & c fin.31.q.1.c.christiano. & c.is qui.34.dist.c.nuper.de bigam.c.gaudemus.& ibi Abb. n.13.de diuort.l.2. & ibi Salyc. in fin. C. de incest. nupt.l. cum qui duas.vbi etiam Salyc.n.2.de adult. Abb.in c.cũ haberet.n.3. de eo qui dux.in matrim. quam pol.& in d c.gaudemus. n.5.Couar. in Epitom.de sponsal.par.2.c.7.§.3 num.1. & 2. Roman. singular 533.Clar.in § fornicatio.n 26 & 31.& in §.fin. q.84.nu.6. Menoch.consil.4.n.40.vol.1. & de arbitrar. cas.420.n.1.&seqq.Grãmat.voto crim.17. n.5.& seq. si quidem barbarorum etiam mors ille est plures eodẽ tempore vxores habere. Cicer.in Verr.

5 Et qui duas, seù plures duxerit eodem tẽpore vxores efficitur infamis. dicto c.nuper. & d.l eum qui duas.l.1.in fin. & l.quid ergo ff.de his qui not.infam.Palaot. de noth.& spur.c.6.n.1.

6 Quinimò eũ, qui dixerit licere Christianis plures simul habere vxore, & hoc nulla lege esse prohibitum, excommunicatum pronunciauit Concilium Tridentinum. sess.24.canon.2. de sacram. matrim. & est ille puniendus grauiter. Abb.in dicto c.cũ haberet.n.3. Boer. decis.318. Tessaur. decis.100.Clar.in §.fornicatio n.27.& seq. Boss.in pract.crim. tit. de coitu damnabili. numer.78. Couar. d. §.3.num.6. Roman. singul.534.incip.tu scis. Menoch.de arbitr. lib. 2. centur.5. cas. 420. per totum.

7 Et est suspectus de hæresi, qui duas vxores eodem tempore habuerit, quasi non rectè sentiens de sacramentis, & consequenter Iudex Ecclesiasticus non autem secularis, contra illum procedere debet. Gemin.in c.accusatus. §.sanè. vbi etiam Lap.de Hæretic.in 6.Couar.d.§.3.n.6.Sot. in 4. dist.33.q.1.art. 2. Arnald. Alberic.in tract.de agnoscen.assert.Catholic q.23. per totam. Pegn.in 2.p.Director.q.56.com.81. vers.De eo qui viuente. Maiol de irregul.

lib. 1.

lib.1.c.33.num.11. Farinac.in prax.crim. tom.1. p.1.q 8. n.127. verf.amplia.& p.3. quaſt.de delictis carnis. & dicam in tit.de fauor.clericor.real.in §.2.

8 Neque obstant exempla sanctorum virorum Iacob, Abraham, Lamech, & aliorum, qui plures vxores eodem tempore leguntur habuisse, nam cum illis ita Diuino afflatu suadẽte licuerit. *c.gaudemus. verf.nec vlli.de diuort.Conar.d.§.3.nu.2. Clar.in §.fornicatio.n.26.Azor.p.1. Instit. moral.lib.6. c.13.q.1.* non est nostrum rem tàm arcanam communibus regulis, aut exemplis conferre. *c.duae sunt.19.quaſt.2. Couar.d.§.3.num.2.*

9 Libear hic recensere lepidum, sed re vera impium casum, qui contigit in Gallia. Damnatus quidam ex eo quod quatuor haberet vxores viuentes, dum duceretur ad locum supplicij incidit in Regem Carolum, qui iussit illum ad se vocari percunctans ab eo causam condemnationis, qua Regi exposita, tunc Rex ad eum; Ità ne ru quatuor vxores accepisti, cum ego qui Rex sum vnicam habeam, neque plures reperierem? cui reus illico respondens Decreueram, inquit, ego quoque vnicam habere, bonam tamen, sed cum primam duxissem, & eam nequam fuerim expertus, alteram propterea duxi, quam cum primae non dissimilem inuenissem, tertiam pariter accepi scelestam, & eadem ratione quartam duxi caeteris longè peiorem, quamobrem omninò statueram à ducendis vxoribus me non abstinere, donec vnam inuenissem bonam; ad quod lepidum responsum Rex illum iussit impunè dimitti, vt recensent *Boss. in tit. de coit. damnat. n.78.& Menoch.de arbitrar.lib.2.cent.2. caſ. 420.num.100.*

10 Tandem requiritur virginitas in vxore, quia significat Ecclesiam triumphantem, in qua non est macula, neque ruga, quae semper virgo permansit; quamobrem dicit Apostolus. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. *D.Paul.2.Cor.11. cap.nuptiarum. §.deindè. & ibi gloſſ. verb.virgo.27.q.1.& gloſſ. pen.in d.c.debitum.*

11 Veruntamen bigamus si ordinatur recipit characterem, sed non habet ordinis suscepti executionem. *c.quicunque. 2. 50.distin. gloſſ.in cap.2. verb. diſpenſare. in fin de bigam.Butr.in d.cap.debitum. q.antepen. Hoſt.in ſum.de bigam. §.fin.*

12 In casu tamen necessitatis olim poterat bigamus promoueri vsque ad Subdiaconatum inclusiuè, non autem ad alios ordines maiores. *c.lector.34.diſt.Sot.in 4. ſent.diſtin.27.q.2. art.3. Sayr. qui plures citat theſ.caſ.conſc.lib.6.c.5.nu.7.& ſeqq.*

13 Nunc verò neque si ministerijs quatuor ordinum exercendis clerici caelibes praesto non erunt, poterunt suffici bigami ad ea munia obeunda, neque superindè per Episcopos dispensari. *Concil. Trid. d. ſeſſ.23.c.17. in fin. de reform cap.2.vbi Innoc.n.1.Hoſt n.2.Io.Andr n.19. Anchar. nn.2.& alij de bigam. Praepoſit.in c.lector 50.diſt.& de cõmuni dicit Lopez ad Diaz in pract.crim.canon.c.16.verf.diſpenſare. & verf ſummus.Ricc.in prax.reſol.par.1. reſolut. 463. numer. 2. vbi fatetur comm.*

14 Et ità etiam super eodem. *cap. 17.* censuit Congregatio Concilij ex sententia Syxti Quinti, qui iudicauit suspensum ab ordinum collatione Episcopum, qui dispensauerat cum verò bigamo ad primam tonsuram, & beneficium simplex, quod eidem contulerat, dispensatum autem ab exercitio suspensum, & beneficij nullam fuisse collationem, nec fructus suos fecisse, vt referr. *Tolet.in Sum.lib.1.cap.63.*

15 Quia etiam cum intrãtibus religionem si sunt bigami verè, vel interpretatiuè solus Papa dispẽsat quoad ordines. *Franc. in c.1 n.2.de bigam. in 6.*

16 Bigamus autem dicitur ille, qui habuit duas, seu plures vxores legitimas. *c. acutius. c. deindè. & c qui ſine.26.diſt. c.nuper.de bigam.Capel.Tholoſ.q.235.n.2.*

17 Etiamsi antequam fuisset baptizatus ipsas habuisset, vel alteram tantùm, quia licet per sacramentum baptismi dimittatur omnis macula, & omne peccatũ. *d.c acutius.& c.vna.& c.qui ſine.26.diſt. c.acutius.28.q.3.gloſſ.in c.deindè. 26.diſt. Innoc.in c presbyterum. de homicid. Abb. in d.cap.gaudemus.nu.6. & 16.de diuort. Nauar.in Manual. cap.27.nu.219. verf. tertio.*

18 Non tamen deletur bigamia, quae contracta antè baptismũ perseuerat etiã post baptismum. *d. c.acutius.c.vna.c. qui ſine.26. diſtinct. & c.acutius.28. q.3. c.1. & c. maritum. 33.diſt. gloſſ. in c.2. verb. diſpenſare. verf. ſed defectus ſacramenti. de bigam.Sot.in 4.ſenten.diſt.27.q.3.art.2. Capel.Tholoſ.dicta q.235. nu.2. D.Ang.in gloſſ.ordin.ſuper Epiſt.D.Paul.ad Titum.*

& in

& in lib. De bono coniugals. c. 18. Innocen. Ruffo, & Eusebio, & caeteris Episcopis Macedon. Epist. 22. cap. 2. vt dictum fuit in *§. 5. nu. 165.* quicquid scribat *D. Hieron. ad Oceanum Epist. 83. & in Epist. ad Tit. cap. 1. relatus in cap. 1. 26. dist. & in cap. 1. 28. q. 3.* dicens, non esse bigamum, qui antè baptismum vnam, & post baptismum alteram in vxorem habuerit.

19 Dicimus etiam mulierem antè baptismum vitiatam nō posse post baptismū inter Moniales consecrari. *d. cap. acutius. 26. dist. & d. cap. acutius. 28. q. 3.*

20 Corrupta etenim non potest velari inter virgines, quamuis sit deflorata dormiendo, vel in furore, vel in frenesi existens. *Bald. in cap. sacris. n. 3. de his quae vi vel met. caus.*

21 Neq. Monialis corrupta potest eligi in Abbatissam. *c. si quis omnē. §. nouimus. 1. q. 7. c. iuuenculas. & ibi gloss. fin. 20. q. 1. gloss. in clem. fin. §. statuimus. verb. rationabilis. vbi etiam Card. quaest. 10. de stat. Monach.* per dispensationem tamen Apostolicam corrupta potest eligi Abbatissa. *Capel. Tholos. q. 296. nu. 2.* huiuscemodi dispensatio potest etiam dari ab Episcopo, licet eo casu non possit illa Abbatissa consecrari, neq. benedici. *Capel. Tholos. d. n. 2.*

22 Quare autem corrupta, vel antè baptismum, vel posteà non possit inter sacras virgines cōsecrari cum tamen possit consecrari in Episcopum, qui non solùm vxorem habuit, sed etiam post mortem vxoris habuit concubinam, vt inferiùs dicetur.

23 Ratio ea est, quia virgo sacra significat Ecclesiam triumphantem, vbi non est macula, neque ruga.

24 Sed Episcopus significat Ecclesiam militantem, vbi sunt boni, & mali. *gloss. in d. cap. acutius. verb. consecrari. 26. distinct. Goffred. in Sum. tit. de bigam. num. 4.*

25 Bigamus quoque dicitur, qui duxit illam, quam credebat virginem, & tēpore consumationis matrimonij ab alio corruptam, siuè scienter, siuè ignorāter inuenit. *cap. seriatim. & c. nemo ad sacrum. 32. dist. cap. curandum. vbi DD. & c. praecipimus. 34. dist. cap. fin. 51. dist. Abb. in cap. super. n. 8. de bigam. addit. ad Capel. Tholos. super q. 255. Sayr.* qui plures citat *in thes. cas. consc. lib. 6. cap. 4. num. 11.* neque illum excusat error, vel ignorantia, seù etiam violentia. *Abb. in d. cap. super. num. 8. & post Host. subdit eadem addit. ad Capel. Tholos. Goffred. in Sum. de bigam. num. 6.* Quod tamen intelligi debet, si cognouit eam mulierem, aliter non diceretur bigamus. *idem dicit Abb. d. num. 8.*

26 Si verò postquam quis contraxerit cum virgine, quæ nondum ab eo cognita mortua est, contrahat cum alia virgine, non est dicendus bigamus, quia non diuisit carnem suam in plures, & è contrà neque bigamus, dicitur is, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam duxit vxorem, quia nec ipse carnem suam diuisit in plures. *cap. fin. 34. dist. cap. debitum. & ibi gloss. verb. viduae. & DD. de bigam. Capel. Tholos. q. 253. in fin.*

27 Nec is qui duxit viduam cognitam, quam tamen ipse non cognouit, quia fortè obijt priusquam cognosceretur. *d. cap. debitum. & ibi gloss. d. verb. viduae. Abb. in d. cap. super. nu. 8. Turrecrem. in c. si quis viduam. 34. dist.*

28 Nam ad inducendam bigamiam requiritur, quòd mulier fuerit cognita. *dicto cap. debitum. Sayr. thes. cas. conscient. lib. 6. cap. 4. num. 2. & 3.* & de communi dicit. *num. 23.*

29 Minùs est dicendus bigamus, qui contraxit matrimonium cum ea, quam priùs fornicariè violauerat, & corruperat, quia nec ille, nec illa diuiserunt suas carnes in plures. *gloss. in cap. qualis. verb. desponsata. 30. quaest. 5. & in cap. nemo. 32. dist. & in d. cap. debitum. verb. diuisit. & ibi Abb. num. 2. & Barbat. de bigam. & in cap. 2. verb. virginem.* vbi dicit de veriori. *& ibi etiam Abb. numer. 4. Imol. & Barbat. de cler. coniug. Boye. in cap. 1.* vbi dicit de communi. *de bigam. Capel. Tholos. quaest. 220. & 254. Goffred. in d. Sum. tit. de bigam. num. 5.* qui dicit celebriorem esse opinionem *D. Thom. in 4. distinct. 27. quaest. 3. art. 1. quaest. 13. ad secundum.* quæ opinio est æquior. *addit. ad Capel. Tholos. dicta quaest. 220.* & de communiori, & veriori opinione dicit *Sayr. thesau. cas. consc. lib. 6. cap. 4. n. 17.* quicquid dixerint *Collectar. in d. cap. debitum. Io. Andr. & Host. in dicto cap. 2. de cler. coniug. & alij;* contrà quorum opinionē iudicauit eadem *Capel. Tholos. d. quaest. 220.*

30 Ex qua opinione inferri potest Equitem militiarum, in quibus datur facultas contrahendi semel matrimonium, posse contrahere cum illa, quam anteà fornicariè corruperat.

31 Bigamus tamen dicitur ille, qui cõtraxit cum vnica, & virgine, qua cognita se absentauit per longum tẽpus, vndè mulier cum iudicio Ecclesiæ cum alio contraxit, à quo fuit cognita, deindè maritus rediens compellitur ipsam recipere, quia illa iam carnem suam diuisit. *gloss.fin.in cap.si cuius. 34. distinct. Host. in d.Sum.de bigam.in q.9.* & de communiori opinione dicit *Barbat.in cap.si vir.de adult.Capel. Tholos.quæst.256.* & ibi etiam addit.

32 Item & ille qui duxit viduam ab altero marito cognitam. *Leuitic.21. cap.seriatim.32. dist. cap.maritum. 33.dist. c lector.34.dist.cap.fin. 51.dist.c.2. 55.dist.c.si quis. 77.dist. cap.quisquis. 84.dist. cap tam literis. & ibi gloss. verb. vidua. de testib.* siuè antè baptismum, siuè post. *cap.si quis viduam.1. 34.dist.* secùs tamen si contraxit cum illa, quæ fuit vidua, nunquam tamen cognita, vt dictum fuit. *Capel.Tholos. d.quæst.253. in fin.*

33 Et quamuis meretricem ducens in vxorẽ maximam peccatorum indulgentiã consequatur. *c. non est culpandus. 32.q.1. & c.inter opera. vbi Card. & Præposit.de sponsal Couar.in Epitom de sponsal.par.2. cap.8. §.11.nu.3.* siquidem maximum misericordiæ opus est peccantem corripere, eumquè à peccato conuertere, est enim opus misericordiæ. *Couar.d.nu.3.*

34 Nihilominus eam in matrimonium assumens etiam bigamus dicitur. *cap.1.& cap. maritum. 33.dist. cap.si quis de laicis, & cap.si quis viduam.2. 34.dist. cap.fin. 51.dist. Leuitic.21.*

35 Cum neque fieri possit clericus, qui aliquam duxit ioculatricem, vel Comediarum, aut fabularum actricem, siuè ex illis, quæ publicis spectaculis mancipantur, licet illa fuerit virgo. *d.c.si quis viduam.2. 34.dist.* non quòd aliqua proindè incurratur irregularitas, sed propter vilitatem, & infamiam personæ, quæ in vxorẽ ducitur. *Nauar.in Manual.cap 27.num.197.*

36 Qui autem plures Concubinas habuit, ex eo non potest dici bigamus. *c.quia circà. de bigam.* etiamsi habuerit dictas Concubinas post vxorem, siuè etiam antè *cap fraternitatis.34.dist. gloss.in d.c.debitum verb.cognitam circà princ.* & idcò nõ solùm potest fieri clericus, sed etiam Episcopus. *cap habuisse.33.dist. & d. cap fraternitatis. 34.dist.*

37 Nam & qui habent filios fieri possunt Episcopi. *Host.in cap.1.n.4.vbi etiam Abb.nu.2.qui dicit de communi.de testam.* dicerem tamen habentem filios illegitimos non esse promouendum ad Episcopatum, nisi dispensatiuè, & nisi præcesserit longa continentia, ex notatis per *Host. d.num.4.& Abb.d num.2.*

38 Quare autem ad inducendam bigamiam plus consideretur incontinẽtia mulieris, quam viri, nam si mulierem ab aliò corruptam vir in vxorem ducat fit bigabus, & tamen si vir antequam duceret vxorem, & etiam post ipsius mortem tenuit Concubinam, seù aliam fœminam cognouit, non dicitur bigamus; ratio est, quia vir significat Ecclesiam militantem, quæ in parte à Christo recessit, recedendo à fide, & si in parte virgo fit, & idcò nõ deest significatio sacramenti in viro, quamuis non sit virgo; Vxor verò significat Christum, qui nunquam Ecclesiam dimisit, quoniam ipse est fons viuus, cui non communicat alienus. Seù vt alij dicunt, quòd vir significat Christum, qui primò copulauit sibi Synagogam, & posteà copulauit sibi Ecclesiam de gentibus scilicet militãtem, in qua sunt boni, & mali, & ideò non obest si vir non fuerit virgo; Vxor verò significat Ecclesiam triomphantem, in qua non est macula, neque ruga, quæ semper virgo permansit, vt supra dictum fuit, & ideò exigitur, quòd vxor carnem suam in plures non diuiserit; quas rationes allegat *gloss.in d.cap.debitum. verb. cognitam.vbi etiam Abb. num.1. vers. quæro. cum gloss. Goffred.in Sum.tit.de bigam.num.3 Sayr. d.cap.4.num.12.*

39 Nam dicimus etiam requiri maiorẽ honestatem in fœminis, quàm in masculis. *l palàm.§.qua in adulterio.& ibi glos. de rit nupt.Dec.in cap. in præsentia.n 121.de probat. Angel.in l.si filiam.vbi etiam Cyn. & Gulielm.de Cun.C.de inof.test.*

40 Ille pariter dicitur bigamus, qui virginem duxit, & post adulteriũ ab ea vxore commissum cum eadem scienter se carnaliter immiscuit. *c.si enims & ibi gloss.1. & Archid.latè, & c si laici.34.dist.gloss in c.2. verb.bigamus.de bigam. Abb. in d.c.super. nu.8.cod Turrecrem. in d c si quis viduã. 34.dist.* Idem dicendum est, etiamsi ignoranter vxorem adulterã cognouerit, si ipse posteà sciuerit vxorem fuisse adulteram, *gloss.in d.c.si cuius.verb. admitti. 34. dist. Abb. in c super eo. n.8.de bigam. Couar.in*

clem. si furiosus. §. 2. num. 3. de homicid. & post multos ab eos cumulatos tenet *Sayr. in d. cap. 4. num. 19.*

41 Bigamia interpretatiua, siuè similitudinaria etiam contrahitur ex matrimonijs nulliter contractis, vel propter consanguinitatem, vel affinitatem, vel propter votum solemne, quo quis est adstrictus, vel quacunquè alia causa, etiamsi contraheret cũ vnica, & virgine, & sequeretur copula. *c. quotquot. & ibi Archid. 27. q. 1. c. nuper. & ibi Abb. n. 4. de bigam. Nauar. in Man. c. 27 n. 38. Rot. decis. vnic. n. 9. de Bigam. in nou. Crauet. cons. 191. nu. 7. Abb. in c. super eo. n. 4. de bigam. Host. in Sum. eod. tit. n. 3. Couar. in d. clem. si furiosus. §. 2. num. 2. Angelis. verb. bigamia. in princ. Syluest. eod. verb. n. 1. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 33. nu. 3. Sayr.* qui testatur de communiori, & veriori opinione *thesau. cas. consc. lib. 6. cap. 4. num. 7.* quicquid dicant *Capra cons. 97. num. 38. & seq. Scaccia in tract. de iudic. caus. criminal. lib. 1. par. 1. quæst. 8. num. 8. in fin.*

42 In quibus tamen casibus non possunt Episcopi dispensare. *D. Thom. in 4. dist. 27. q. 3. art. 3. Tolet. in Sum. lib. 1. c. 63. nu. 3. vers. tertius.* Nequè in alijs superiùs allegatis. *Abb. in d. cap. super eo. num. 5. de bigam. Præposit. & Gemin.* qui dicunt de communi *in cap. lector. 34. dist.*

43 Cum constituto tamen in ordine sacro, qui contraxit matrimonium in eo ordine, possunt Episcopi dispensare, vt ministret in susceptis, & si sit laudabilis vitæ, dispensare in suscipiendis, dimissa tamen vxore, & peracta pœnitentia, & modò dum esset ille secularis aliam non duxisset. *cap. sanè. 2. & ibi gloss. fin. communiter recepta. de cler. coniug. c. 1. & ibi gloss. pariter communiter recepta. in verb. dispensatiuè. & cap. 2. qui cler. vel vouen. gloss. communis in d. cap. quotquot. 27. q. 1.*

44 Bigamiæ autem impedimentum nõ tollitur per Religionis professionẽ. *Azor. par. 2. Instit. moral. lib. 6. cap. 4. quæst. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Vitiatus corpore non potest esse Clericus.*

2 *Corporis deformitas denotat deformitatem mentis.*

3 *Facies sæpè indicat quale est cor.*

4 *Interiora cognoscuntur per exteriora.*

5 *Accidentia conferunt ad cognoscendum quod quid est.*

6 *Oculus impudicus est nuncius impudici cordis.*

7 *Antiqui sacerdotes eos admittebant, qui sine macula corporis existebant.*

8 *Vitiatus corpore si vitium sit modicum potest fieri Clericus.*

9 *Abscindens semetipsum ex indignatione non potest fieri Clericus.*

10 *Sæuire in corpus suum nemini licet. Membrorum suorum nemo est Dominus.*

11 *Clericus, qui ex indignatione abscidit semetipsum est suspendendus à Diuinis.*

12 *Castrantes se, seù permittentes se castrari non possunt fieri Clerici.*

13 *Eunuchis Deus prohibuit ingressum templi.*

14 *Origenes deceptus fuit, quando se castrauit.*

15 *Sanctus Marcus sibi præcidit pollicem, faciens se indignum sacerdotio.*

16 *Castratus, siue sectus propter infirmitatem, siuè à barbaris excisus, vel per insidias hominum, siuè dominorum, vel si ità natus sit, potest fieri Clericus.*

17 *Castratus non cogitur deferre secum in puluerem virilia abscissa.*

18 *Digitum casu, qui sibi abscidit, potest fieri clericus, dummodò possit sine scandalo, & absquè deformitate celebrare.*

19 *Vngula pollicis carens potest promoueri ad Sacerdotium, si poterit frangere hostiam.*

20 *Mutilatus manu non potest esse Clericus.*

21 *Monoculus excluditur à clericatu.*

22 *Cæcus non potest fieri clericus.*

23 *Claudus potest fieri clericus, nisi cogatur accedere ad altare cum baculo.*

24 *Oculum habens offensum non inducentem deformitatem magnam, nequè scandalũ non excluditur à clericatu.*

25 *Corporis defectus patientes, qui non generent magnam deformitatem, neque scandalum pariant in populo, aut horrorem in personis, siuè inhabilitatem, possunt esse clerici. Gigantes, & Pigmei an possint fieri clerici.*

26 *Vitium quod dicatur modicum, siuè*

notabile remittitur ad arbitrium Episcopi.

27 *Episcopus potest dispẽsare eum corpore vitiato in leuibus vitijs eum causa cognitione secùs verò Papa.*

28 *Episcopus non potest dispensare super irregularitate prouemente ex vitio corporis notabili, sed hoc spectat ad Papam.*

29 *Corporis defectus quando superuenit ordinato, tunc est solum illi interdicendum illud officiũ ad quod ille redditur inhabilis, sed ad alia officia ad quæ remanet habilis est retinendus.*

30 *Afflictio non debet addi afflicto.*

Beda fuit cæcus, & egregius Concionator.

31 *Oculo Canonis carens visiua virtute, & in alio oculo tanta sit virtutis visiua. ut possit sine deformi faciei conuersione legere Canonem non est irregularis.*

32 *Suspensus à Canone ob aliquem defectum corporis, propter quem prohibetur promoueri, nõ efficitur irregularis, si promoueatur, & celebret.*

33 *Dispensatio non fit super irregularitate cum eo, qui promotus fuit ad ordines, & celebrauit, cum tamen propter defectum corporis non posset promoueri, sed fit tantum dispensatio super defectu.*

34 *Leprosus non debet fieri clericus, nequè si est promotus celebrare debet, si sit magna deformitas, aut abominatio.*

35 *Membra habens superflua an, & quomodo admittatur ad ordines.*

36 *Vitia corporis habens occulta, & nulla est deformitas, nequè debilitas, nec scandalum non excluditur ab ordinibus.*

37 *Abstemij excludũtur à Sacerdotio licet ad minores ordines promoueri possint.*

38 *Furiosi, & ij qui in furorem sunt aliquando versi non possunt fieri clerici.*

39 *Morbo caduco laborantes excluduntur à clericatu.*

40 *Beneficij collatio facta morbo caduco laboranti est nulla.*

41 *Obsessi à Demone quamuis liberati nõ admittuntur ad clericatum.*

42 *Ordinatus iam, & cognitus obsessus à Demone, seu in furiam versus, aut caduco morbo vexatus est suspendendus à diuinis ad arbitrium Episcopi.*

43 *Constituti in ordinibus minoribus, qui aliquando fuerunt vexati à Dæmone, seu morbo caduco, non permittuntur ascendere ad ordines maiores.*

§. Septimus

1 QVi vult esse clericus non debet esse corpore vitiatus, aut diminutus. *cap. illiteratos. 36 dist. cap. 1. 49. dist. c. non confidat. vbi Præpos. Gemin. & Turrecr. 50. distin. c. 1. & c. pœnitentes. & c. præcepta. 55. dist. cap. si quis. 77. dist. c. infames. 6. q. 1. c. 1. & per totum. de corp vitiat. Couar. in clem. si furiosus. p. 1. in princ. n. 5. de homicid. Sot. in 4. dist. quæst. 1. art. 3. conclus. 2. Diaz. in pract. crim. canon. c. 17. Seraph. decis. 625. nu. 1. 2. & 3.* proindè loquebatur Dominus ad Moysem dicẽs, Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias suas, qui habuerit maculam non offeret Deo suo, nec accedet ad ministerium eius si cœcus fuerit, si claudus, si vel patuo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippüs, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus, omnis enim qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. *Leuitic. 21. dicto cap. 1. 49. dist.*

2 Corporis enim incompositio, & deformitas denotat incompositionem, & deformitatem mentis. *D. August Epist. 109. ad Monachos. c. fin 41. dist. Abb. in c. quia diuersitatem. in 1. notab. de conceß. præben.*

3 Facies namquè sæpè indicat quale est cor. *l. obseruandum. ff. de offic. Præsid. l. 3. ff. de testib. Diaz. d. c. 17. num. 4.*

4 Et per exteriora cognoscuntur interiora. *§. Ceruos. Inst. de rer. diuis. l. naturalem. §. in his. ff. de acquiren. rer. dom. l. Fulcinius. §. illud sciendum. ff. ex quib. caus. in possess. eat. c. fin. de renunc. in 6.* & per signa corporis nobis nota, inquiũt Logici, syllogizamus dispositiones animę nobis ignotas. *Arist. 2. Prior. quare Propert.*

» *Ex operum specie clarescunt intima cordis.*

5 Et accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quidquid est. *Arist. 4. Metaphys.*

6 Et impudicus oculus impudici cordis est nuncius. *cap. nec solo.32.q.5.*

7 Romanis quoque ab ætate Romuli mos erat eos solos sacerdotes eligendi, qui & genere excellentes, & virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco fuissent, vt refert *Dionys. lib. 2. Roman. antiquit.* Apud Persas vsu pariter receptum fuit, sacrorum ministros corpore integros admittendi, nullam maculam habētes, neq. aliqua corporis fœditate notatos. *Alex. ab Alexandr. lib. 6. dier. genial. cap. 14.* & alium casum recenset. *Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 17. num. 3.*

8 Si tamen vitium sit modicum, tunc corpore vitiatus potest fieri clericus. *c. 2. vbi gloss. verb. visum fuerit. de corp. vitiat.*

9 Non potest tamen fieri clericus qui semetipsum abscidit ex indignatione. *c. illiteratos. & ibi gloss. fin. 36. dist. c. si quis abscidit. e. hi qui. c. qui partem. c. si quis à Medicis. & cap. si quis pro ægritudine. 55. dist. cap. ex parte Bartholomæi. & c. significauit. de corpor. vitiat.* quia sui est homicida, & Dei conditionis est inimicus, *d. cap. si quis abscidit.*

10 Cum nemini liceat sæuire in corpus suum, & nemo sit Dominus suorum membrorum. *l. liber homo. in fin. ff. ad leg. Aquil. gloss. fin. in d. c. significauit. Host. in d. c. ex parte. num. 6.*

11 Quòd si iam antè fuerit promotus ad aliquem ordinem, est suspendendus ab exercitio eiusdem ordinis. *d. c. si quis in infirmitate. 55. dist.*

12 Neque ij, qui se castrauerunt, seù permiserunt spontè se castrari possunt esse clerici. *d. c. si. quis abscidit. & d. c. si quis pro ægritudine. 55. dist. & c. ex parte. 1. de corp. vitiat.* etiam quòd hoc fecerint, vt castè viuerent. *d. c. significauit. & d. cap. si quis pro ægritudine. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 3. num. 8. & lib. 3. cap. 1. num. 11.*

13 Et Deus prohibuit ne Eunuchus ingrederetur templum suum. *Deut. 23.* cum istis tamen Episcopus dispensare potest. *glos. fin. in d. c. significauit.* Et quamuis dicatur *Matth. 19.* Esse Eunuchos qui se castrauerūt propter Regnū Cęlorū, & *Isa. 56.* Hæc dicit Dominus. Eunuchis, qui custodierint sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, Nihilominus hæc sunt intelligenda non simpliciter ad literam, sed de Eunuchis spiritualiter, idest de his, qui se abstinent perpetuò à concubitu fœminarū. *D. Hier. & gloss. ordin. in d. c. Isai. 56. Host. in d. c. ex parte. 1. num. 6. de corp. vitiat.*

14 Hinc fuit deceptus Origenes qui ad literam intelligens illa verba, *Matth. 19.* esse Eunuchos, qui se castrauerunt propter Regnū Cęlorū, seipsū castrauit, vt liberiùs in occulto posset prædicare mulieribus tempore persecutionis Ecclesiæ, & tamen posteà apud Cæsaream fuit promotus ad Sacerdotium, vt narrat *Nicephor. Calist. lib. 1. Histor. Eccles. cap. 8. Diaz in pract. crim. canon. c. 17. n. 9. & refert gloss. in c. si quis abscidit. verb. clericus. 55. dist.*

15 Vbi subditur Marcum sibi præscidisse pollicē, vt sic fieret indignus Sacerdotio. Et S. Ammonius aures sibi auulsit, ne Episcopatum suscipere cogeretur, quæ tamen exempla non sunt trahenda ad consequentiam. *gloss. in d. verb. clericus. Abb. in dicto. cap. ex parte. 1. num. 5. in fin. de corp. vitiat.*

16 Si autem propter infirmitatem, seù languorem quis fuerit secus, seù castratus, seù à Barbaris excisus, seù per insidias hominum, siuè Dominorum Eunuchus factus, vel si in persecutiōue eius sūt amputata virilia, vel si ità natus sit, vel sectus in cunabulis potest fieri clericus, & si iam sit, potest in susceptis ordinibus ministrare. *c. si quis à Medicis. c. Eunuchus. c. si quis pro ægritudine. c. si quis in infirmitate. c. lator. c. præcepta. 55. dist. c. ex parte Bartholomæi. & cap. ex parte M. de corp. vitiat.*

17 Neque opus est ei, cui virilia abscissa sunt secum in puluerem redacta, aut sicca portare, vt vulgares putant. *gloss. 1. in d. cap. Eunuchus. & post Io. Andr. dicit Anchar. in d. cap. ex parte. 1. vbi etiam Abb. num. 6. Diaz. d. c. 17. num. 13.*

18 Quòd si quis sibi casu digitum abscidit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, potest nihilominus fieri clericus. *c. qui partē. & c. lator. 55. dist.* siuè sit digitus manus sinistræ, siuè dexteræ, siuè ab aliquo illi fuerit sectus. *d. c. lator.* modò possit sine scandalo celebrare, & absquè deformitate. *c. 1. de corp. vitiat. gloss. fin. in d. cap. lator.*

19 Quemadmodum licitè promoueri potest ad Sacerdotium, qui caret vngula pollicis, dummodo ad frangēdam hostiam

sit in pollice ipso potens. *c.fin. de corp. vit.*

20 Mutilatus manu nec potest ad ordines promoueri. *c. expofuisti. de corp. vit. Syluest. verb. corpore vitiatus nu.* 3. nequè is, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa. *cap. 2. de cler. agrot.*

21 Neque monoculus potest fieri clericus etiam primæ tonsuræ. *c. si Euangelica. 55. dist.* neque carens pupilla oculi, vt de vtroque fuit decisum per Rotam. *Seraph. decis. 625. nu. 1. 2. & 3. par. 1. Nauar. in d. c. 27. nu. 199.* quia ista inducunt magnam deformitatem, & scandalum generant.

22 Multò minùs cœcus potest fieri clericus. *cap. h. ne est. 49. dist. cap. fin. 55. dist.*

23 Verùm claudus potest ad ordines promoueri. *c. si quis in infirmitate. 55. dist.* nisi sit talis, quem oporteat cum baculo accedere ad altare. *c. nullus Episcopus. vbi gloss. verb. cum baculo. de consecr. distin. 1. gloss. in d. cap. si quis in infirmitate. Abb. in cap. 2. n. 3. de cler. agrot. Syluest. d. verb. corpore vitiatus. num. 5.*

24 Habens tamen maculam in oculo, quæ non inducat magnam deformitatem, neque scandalum pariat in populo, non excluditur à clericatu, neque etiam ab Episcopatu. *c. cum de tua. cum ibi not. de corp. vitiat. Seraphin. d. decis. 625. nu. 3. Syluest. d. verb. corpore vitiatus. n. 5.* qui subdit facilius eum in Religione, quàm extrà promouendum. *Innoc. in d. cap. cum de tua.* hoc tamen casu requiritur dispensatio per Episcopum. *Seraphin. d. decis. 625. num. 3.*

25 Per quam rationem idem arbitror dici posse de gibboso. *Syluest. d. n. 5. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. c. 8. nu. 4.* & de alijs inhabilitatibus, & defectibus corporis, vt de tremulo manibus, de bleso, surdo, & huiusmodi, qui si non generant magnam deformitatem, seu scandalum non pariant in populo, aut horrorem in personis, aut inhabilitatem, non excludunt aliquem ab ordinibus. *c. lator. 55. dist. c. ex parte. 1. & c. ex parte. 2. & cap. significauit. de corp. vitiat. Syluest. d. verb. corpore vitiatus. n. 3. Thes. for. Eccles. p. 3. c. 40. n. 7. & 8. Sayr. thes. cas. consc. lib. 6. c. 7. nu. 14.* vbi testatur de communi opinione; secùs si esset deformitas notabilis. *Abb. in cap. 2. nu. 4. de cler. agrot.* Gigantes quoque & Pigmei excluduntur à clericatu, si talis sit defectus, qui pariat deformitatem, itaut ridiculi sint. *Maiol. lib. 1. de irregularit. c. 13. n. 9. Henriquez lib. 14. de irregularit. cap. 8. §. 3.*

26 Quod autem dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, remittitur considerandа arbitrio Episcopi. *c. 2. & ibi gloss. penult. & fin. & Abb. nu. 1. Butr. & Card. de corp. vit. gloss. in d. c. 1. vbi etiam Innoc. eod. Seraphin. d. decis. 625. num. 4. Menoch. cons. 96. n. 30. & 31. vol. 1. Nauar. in d. cap. 27. nu. 200. Angelic. verb corpore vitiatus. num. 5. Syluest. eodem verb. nu. 2. q. 1. Diaz. in d cap. 17 nu. 16. Ricc. in prax. resol par. 2. resol. 271. num. 2.*

27 Episcopus autem dispensando cum corpore vitiato hoc facere debet in leuibus vitijs cū causæ cognitione, secùs vero in Papa. *Seraphin. decis. 625. num. 7. & 8. Ricc. d. resol. 271. num. 2. & 3.*

28 Non potest tamē Episcopus dispensare super irregularitate proueniente ex vitio corporis notabili, sed hoc spectat ad Papam. *Innoc. in cap. significauit nu 3. vbi etiam Host. circà fin. Io Andr. nu. 9. Butr. num. 9. Abb. num. 2. Card. & Anan. de corp. vitiat. Ricc. in prax. resol par. 2. resol. 271.*

29 Quòd si alicui iam ordinato superuenerit aliquis ex supra narratis defectibus notabilibus absque culpa sua, vtputà quia abscissa est illi manus, seu medietas palmæ cum duobus digitis, vel priuatus oculis, tunc est solùm interdicendum illud officium, ad quod ille redditur inhabilis, sed ad alia officia, ad quæ remanet adhuc habilis, est retinendus. *cap. presbyterum. de cler. agrot. Rosel. verb. vitiatus. in princ. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 20. nu. 2. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil.*

30 Quia non debet addi afflictio afflicto. *cap. cum percussio. 7. q. 1. Sylu. d. verb. corpore vitiatus. n. 5. Nauar. d. c. 27. n. 199. Suarez de censur. disput. 51. nu. 13. sect. 2.* & legitur de Beda, qui licet cœcus factus esset mirabilem tamen in concionando se præbuit.

31 Quinimò addit *Nauar. d. num. 199.* quòd si quis carens visiua virtute in oculo sinistro, siue Canonis tanta polleat virtute in dextero, vt sine deformi faciei conuersione possit legere Canonem non sit irregularis, quia cessat fundamentum irregularitatis. *Sayr. d. cap. 8. nu. 8.*

32 Nam à Canone suspēsus propter aliquem defectum corporis, propter quem prohibetur promoueri, si talis promoueatur, & celebret non efficitur irregularis, *Specul. in tit. de dispensat. §. iuxtà. nu. 23.* vt dictum fuit superiùs *in §. 5. num. 136.*

33 Quam-

33 Quamobrem quando cum illis dispensatur, non fit dispensatio super irregularitate ob celebrationem, vel ordinationem antè dispensationem obtẽtam, neque de illa fit mentio, sed super defectu. *Host. in d.c.si celebrat.col.2.vers.& hoc apparet. vbi etiam Innoc.n.3. Specul in d.§.iuxtà. num.23.Nauar.d.cap.27.num 194.*

34 Neque leprosus promoueri debet, neque si est promotus ad celebrãdum permitti propter scandalum, quòd si non esset magna deformitas, seu abominatio posset admitti ad celebrandum. *cap.3.de corp vitiat cap.de rectoribus.& cap.tua.de eler.agrot.Syluest.d.verb.corpore vitiatus. num.5.& verb.lepra.num.6.*

35 Non excluditur tamẽ ab ordinibus, qui habet membra superflua, vt si haberet sex digitos in pede, seu in manu, dũmodò non sit impedimentum ad vsum membri, seu non inducat nimiam deformitatem. *Syluest.d.verb corpore vitiatus.num.4.*

36 Neque quando huiusmodi vitia sunt occulta, & nulla est deformitas, neque debilitas, nec scandalum *Tolet.in Sum.lib.1. cap.58 num.2. § ex has regula.*

37 Excluduntur nihilominus abstemij à sacerdotio. *Cassan. conf.1 .p.3.nu.7 gloss. & DD. in cap.ipsi Apostoli.2.q 7.Abb in cap ex parte.de celebr.miss Syluest.d verb. corpore vitiatus.n.5.vers.septimo Nauar. d.c.27.nu.204.* quia celebrantem oportet bibere sanguinem sub vini specie. *cap.comperimus.de consecr. dist.2. cap ex parte. de celebr.miss Syluest.d.n.5.vers.7.* ad minores tamen ordines abstemius promoueri potest. *Nauar.d.num.204.*

38 Item neque furiosi, neque ij, qui in furorem aliquando versi insanierunt possunt fieri clerici. *c.communiter.& c vsque adeò.33.dist.c.infames antè fin. 6.q.1. c.si quis in fin. 15.q.1.* nam si corpore sauciatum, aut debilem nequaquam sancta contingere lex Diuina permisit. *Leuitic. 21.* vt superiùs dictum fuit, multò minùs doni cælestis dispensatores esse conuenit, quod est deterius, mente percussos. *d.cap. vsque adeò. 33.dist.* quia præsumuntur in eodem furore perseuerare. *gloss in e fin de success. ab intest. Anchar conf.5.num.5. Alexand. conf.141.nu.3.vol.1. & conf.86.n.6.& 7. vol.2.Parif.de cõmuni.conf.87.n.22.& 23. vol.3.Couar.in Epit.de sponsal.p.2.c.2.n.6.* Clericus tamen furiosus, & factus sanæ mentis præsentari potest ad beneficium simplex. *Ricc.in prax.resol.p.1. resol.588.*

39 Necnon morbo caduco cadẽtes excluduntur ab ordinibus. *d. c. communiter. & ibi Archid. 33.dist. c.in tuis.7.quæst.2. Maiol de irregularit. lib.2.cap.16.*

40 Qui multò magis redduntur inhabiles ad obtinenda beneficia; quinimò & collatio beneficij illis facta est ipso iure nulla. *Host.in cap. cum inter Canonicos & ibi quoque Bellem.nu.13. & alij. de elect.* si illud beneficiũ requirat ordinem, secùs si beneficium sit simplex, quia tunc collatio beneficij non redditur ipso iure nulla. *Butr.in cap.pen. in 3. not. de corp. vitiat. Caputaq.decis.236.nu.5.& 6. p.2. Ricc. in prax. resol.par.1.resol.590.*

41 Minùs possunt fieri clerici obsessi à Dæmonibus, quamuis liberati. *c maritum. c communiter.& ibi gloss.1.c.clerici & ibi Gemin.Præposit.& Turrecr.& d.c.vsque adeò.33.dist.Nauar.conf.35. num.1. & 2. de temp ordin.*

42 Qui autem in aliquo ordine iam est constitutus, & cognoscitur à Dæmone obsessus, in furiam versus, aut eodem morbo caduco vexatus tandiù erit ab officij sui ordine, & loco suspensus, quousque vnius anni spacio per discretionem Episcopi inueniatur ab huiusmodi calamitate liberatus, & alienus. *dicto cap. communiter. & ibi glos.1.& Turrecrem cap.in tuis.7.q.2. cap.penult. in fin.15.quæst.1.Syluest. dicto verb. corpor. vitiat. num. 5. vers. octauo. Tolet. in Sum. lib.1. cap.59. num. 3. & 5.* quod tamen est remittẽdum arbitrio Episcopi, pensatis conditionibus morbi, & personæ. *D.Anton. 3.p.tit.28.cap 5.Syluest. d.vers.octauo. Sayr. thesau.cas.consc.lib.6. cap.9.num.12.*

43 In minoribus tamen ordinibus constituti à Dæmone vexati, nunquam ascendere debent ad maiores. *glos in d.c.clerici. 33.dist.Tolet.in d.cap.59.nu.2.vers.tertio.* neque ij, qui morbo caduco semel ceciderunt. *d.cap maritum. 33.dist. & gloss.qua dicit de communi in d. cap. communiter. verb. de ijs.*

SVMMARIVM.

1 *Hermaphroditus in quo magis viget sexus fœmineus, vel est in eo paritas in vtroque sexu non potest fieri clericus, & quare. num.4.*

2 *Hermaphroditi qui dicantur.*

3 *Hermaphroditus, in quo magis viget sexus virilis, potest esse clericus, nisi vitium sit notorium.*
4 *Hermaphrodito standum est, in quo sexu magis incalescat.*
5 *Fœmina est incapax Ordinum, & characteris, & quare, & num. 23.*
6 *Fœminis est prohibitum accedere ad altare, ut ministrent Sacerdoti, etiam nullo viro existente.*
7 *Moniales non possunt tangere sacra vasa.*
8 *Moniales non possunt deferre incensum circà altaria.*
9 *Moniales quamuis Abbatissæ non possunt alias Moniales benedicere, neque earum Confessiones audire, minùs publicè prædicare. num. seq.*
10 *Virgo Maria fuit dignior, & excellentior Apostolis.*
11 *Moniales possunt legere Euangelium in Matutinis.*
12 *Mulieres apud Ethnicos fungebantur officio Sacerdotum.*
13 *Mulieres in testamento veteri populos iudicabant.*
14 *Mulieribus hodiè est prohibitum iudicare, & an sit perpetuò illis interdictum. num. 16.*
15 *Mulieres non possunt fideiubere pro aliquo.*
Mulieres non possunt quenquam accusare, nisi pro sua, seù suorum iniuria.
16 *Mulieres non possunt esse Arbitra, nisi vbi ipsa possunt exercere Iurisdictionem, & iudicare.*
Ioanna Regina sedebat pro Tribunali, & iudicabat.
Mathilda Comitissa item.
17 *Mulieres possunt habere ius conferendi, & instituendi ad beneficia Ecclesiastica.*
18 *Mulieres sunt capaces Iurispatronatus.*
19 *Abbatissa est capax Iurisdictionis Episcopalis.*
20 *Fœmina ex Papa commissione potest excommunicare, & prædicare.*
21 *Fœminæ possunt conferre Capellanias fundatas sine Episcopi auctoritate, quando à fundatore aliter non fuit dispositum.*
22 *Laici possunt conferre Capellanias quæ fuerunt fundatæ sine Episcopi auctoritate, quando testator aliter non disposuit.*
23 *Fœmina quare ordines suscipere nequeat.*
24 *Clericus nemini subijci debet.*
25 *Mulieres sunt subditæ viris.*
26 *Vir est caput mulieris.*
27 *Mulieres quare incedant in Ecclesia capite velato. & num. 29.*
28 *Mulieribus quare Dominus comam dederit, & capillos longos.*
29 *Mulieres in Ecclesia debent habere caput velatum propter reuerentiam Sacerdotum.*

§. Octauus.

1 HErmaphroditus si in eo magis viget sexus fœmineus, vel est in eo parilitas in vtroque sexu non potest esse clericus, neque est susceptiuus caracteris, sed reputatur pro fœmina. *gloss. in c. si testes. §. hermaphroditus. verb. testimonium. vbi Card. Præposit. & Turrecr. 4. q. 3. Archid. in c. Diaconissam. nu. 2. 17. q. 1. Syluest. verb. hermaphroditus. Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 58. num. 5.*

2 Hermaphroditi autem sunt, qui vtrũque sexũm habent. *Galen. in Isagog. lib. de definit. Medic. & tom. 1 lib. 2. de semin. c. 3. Archid. in d. §. hermaphroditus.* Neque mirandum est, quod inueniantur hermaphroditi, cum & sexus mutatio quandoq. contigerit, ita vt mulieres fœmineam naturã in virilem legamus cõmutasse, neque hoc sit fabulosum. *Plin. lib. 7. cap. 4.* cuius rei multa exempla commemorat *Franciscus Turreblanca in Epitom. delict. lib. 2. c. 17. nu. 1. cum seqq.* vbi inter alia recenset *n. 5.* suo tempore in Hispania in Ciuitate de Vbeda quandam Magdalenam Mainoz de oppido Sabiote monialem tepente in marem euasisse, dum onus viriliter attiperet.

3 Si verò magis viget in eo sexus virilis, tunc potest effici clericus. *Turrecrem. in dicto §. hermaphroditus. Burgas. de irregularit. p. 5. tit. de corp. vitiat. num. 22. Tolet. dicens communem in d. c. 58. num. 5.* nisi vitium esset notorium, quia tunc propter scandalum populi non esset promouendus. *Archid. in d. c. Diaconissam. nu. 2. 27. q. 1. Tolet. d. nu. 5.*

4 In quo autem huiusmodi hermaphroditus magis incalescat, est standũ suo dicto.

Bald.in l. quaeritur.ff.de stat.hom. Syluest. in d.verb. hermaphroditus. Illa autem est ratio quare hermaphroditus, in quo magis viget sexus fœmineus, seu in quo est parilitas in vtroquè sexu, non possit esse clericus, quia reputatur tanquam fœmina. *Praeposit.Turrecr.Syluest. & Tolet.loc.cit.*

5 Fœmina autem non potest suscipere ordines, nequè est receptiua characteris. *§.1. circà princ. 15.q.1.c.vxoratus.in fin. de conuers.coniug. gloss fin in d.c.Diaconissam.27.q.1.Felin.in c.dilecta.n.4. & 5. de maior. & obed. D.Bonauent. in 4.sent. dist.25.art.2.q.1.D.Tho.in 4. sent. dist.25. q.2.art.1.& 2. Suarez de censur. disp.51. sect.2. in princ.* vbi testatur de communi Theologorum sententia.

6 Est etiam fœminis prohibitum accedere ad altare, aut sacerdoti ministrare ad altare. *cap.ministri. 81.d.st. cap. peruenit.de consecr.dist.2.c.1.de cohabit.cler. & mul. Archid.in cap.hoc quoque. de consecr. dist.1.* etiam nullo viro existente. *Rebuff. de congr.port. q.8.nu.66.* nequè intrà cancellos stare. *cap.1. de vit.& honest.Cleric.*

7 Etiam Monialibus prohibitū est sacra vasa, vel sacratas pallas tangere. *c.sacratas.23.dist.*

8 Et incensum circà altaria deferre. *d. cap. sacratas.*

9 Et Moniales proprias etiāsi sint Abbatissae benedicere, earumquè confessiones audire, & publicè praedicare. *c.mulierem. 33.q.5.c.noua.de poenit. & remiss. Dec. in cap.2.num.149. & seqq. de iudic.*

10 Quia licet Beatissima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, nō tamen illi, sed istis Dominus claues Regni Caelorū commisit. *d. c.noua.*

11 Possunt nihilominus Moniales in Matutinis legere Euāgelium, vndè & Diaconissae appellantur. *cap nemo.78.dist. c.de persona.11.q.1.d.cap.Diaconissam.Host.in c.dilecti.n.5. de arbitr.* non tamen possunt praedicare, vt dictum fuit. *d.c. noua. c.mulierem.23.q.5.c.mulier.23.dist.* nequè publicè docere. *Armil.verb. Abbatissa.nu.6.*

12 Apud Ethnicos autem mulieres fungebantur officio Sacerdotum, vt refert *Plato lib.6.de legib.* Sacerdotes tàm viri, quàm mulieres aeditui, inquit Plato, constituendi sunt partim electione, partim sorte. *& Dionys.Halicarnas.in 2. Antiq. Rom.* morem Romuli lege inductum referens in haec verba dicit. Quoniam autem quaedam sacra fieri per mulieres oportebat, quaedam etiam per pueros patrimos matrimosquè, vt ijs quoque quantum posset consuleret, voluit vxores cum suis maritis fungi Sacerdotio, & si qua sacra viros obire vetaret mos, patrius ea relinqui fœminis, in eiusquè ministerij partem debitam venire.

13 Olim in veteri testamento permittebatur mulieribus populos iudicare. *Iudic.4.§.1.verf. è contra.15.q.3,*

14 Licet hodiè sit illis prohibitum. *d.§.1.verf. his ita respondetur. cap. dilecti. de arbitr.*

15 Quemadmodum legibus etiam cautum est, vt ob verecundiam sui sexus mulier apud Praetorem pro alio non intercedat, nequè alium accuset, nisi fortè suas, vel suorum iniurias prosequi voluerit. *l.qui accusare.ff.de accusat.l.fœmina ff de reg.iur.d.§.1 verf.legibus. 15.q.3.Speeul. tit.de accusat.§. 1.n.14.& 16.Angel.tract. malefiorū. verf.ad querelam Titij.n.16. & seq. Franeb. decis.100.num.8. & seqq.*

16 Nequè possunt fœminae arbitrium suscipere, licet summae existant opinionis. *d.c.dilecti.* quamuis secus fit in partibus, in quibus succedūt in Regnis, & in feudis, nam possunt exercere Iurisdictionem, & statuere, & iudicare, & potest in eas validè compromitti. *d.c. dilecti. & ibi Host. n.8. Abb.n.11.& DD.de arbitr.Ias.in l.1.n.14. ff.de legib.Paris à Put. in tract.de Sindicatu.verb.Officialis.c.3.nu.6.& 7.Molin. de primogen.lib 1.cap.13. num. 14. & 15. Angel.in l cum Praetor.ff.de iudic.& in l.eam quam. C.de fideicom.* vbi dicit se vidisse Ioannam Reginam Neapolis sedētem in solio regali, & ferentem sententiam capitalem, & exemplificat in Comitissa Mathilda. *& refert Felin.in d.c.dilecta nu.1. de maior. & obed.*

17 Possunt nihilominus mulieres habere ius conferendi, & instituendi ad beneficia Ecclesiastica ratione dignitatis, quam habent, *gloss. in d.cap.dilecta.verb. Iurisdictioni.vbi Abb.nu.5. & Felin. n.1. de maior.& obed.Tiraq.de primogen.q.10. n.13. cū seqq.* & ex priuilegio Apostolico. *c.dilecto. vbi Abb.nu.1.& ibi post Innoc. Host.Io.Andr. & Butr. dicit Felin. nu.1. de testib.Boer. decis.32.n.10. Rot. decis.3. de concess. praeben. in antiqu.*

18 Nam & mulieres sunt etiam capaces Iurispatronatus, & in eo succedunt.

Abb. in d. c. dilecto. num 2. de testib. Cassad. decis. 1. per totam. de Iurepatr. Rebuff. in tract. nominat. q. 17. nu. 55.

19 Quinimò Abbatissa est capax Iurisdictionis Episcopalis, licet excõmunicare non possit. *d. c. dilecta. vbi gloss. verb. Iurisdictioni, & Abb. num. 5. de maior. & obed. c. nova. de pœnit. & remiss. Ludou. Miran. in tract. de sacris Monial. q. 6. art. 5. cócl. 4.*

20 Poterit tamen fœmina ex Papæ cõmissione, siuè priuilegio excommunicare, & prædicare. *Palud. in 4. dist. 19. q. 1. art. 2. Nauar. cons. 73. in fin. de sent. excom. Sayr. thes. cas. consc. lib. 1. cap. 5. nu. 16. & 17.*

21 Possunt item fœminę conferre, itẽ & obtinere, ac administrare, sicut & laici Capellanias fundatas sine Episcopi auctoritate, quando fundator aliud non disposuit. *Rot. diuers. par. 1. decis. 182. nu. 2. & par. 2. decis. 264. num. 1. & decis. 265.*

22 Nam huiusmodi Capellanias potest patronus laicus conferre, vel eius heres, si non fuerit à testatore aliter dispositum. *Guid. Pap. quæst. 187. nu. 2. Gregor. Tholos. in Instit. rei benef. cap. 11. nu. 10. ad fin.*

23 Quare autem fœmina ordines suscipere nequeat ea est ratio, quia susceptio ordinũ tacitè coniungit clericum Ecclesiæ, tanquam sponsum sponsę. *c. seriatim. in fin. ibi*, vt fiat de carnali. 32. *dist. cap. 2. iuncta gloss. fin. de pœn. Abb. in cap. inter corporalia. num. 31. & ibi Butr. in 2. not. col. 3. & DD. de translat. Episc.* & dicam infrà in *§. 15.* quod mysticum cadere non potest in fœmina.

24 Præterea clerici nemini debẽt subijci. *cap. 1. 54. dist.*

25 Mulieres autem sunt subditæ viris. *Genes. 3. D. Paul. prima ad Timoth. 2. c. manifestum. cap. sit ordo. cap. hec imago. & ibi Archid. num. 3. cap. satis. cap. cum caput. cap. noluit. cap. mulierem. cum alijs sqq. 33. q. 5. gloss. in § fin. Inst. ad Tertul.*

26 Et vir est caput mulieris. *d. cap. cum caput. & cap. duo pueri. §. cum verò. de despons. impub. cap. 1. §. illa. de frigid. & malef. D. Paul. 1. Cor. 11.*

27 Et ideò in signum subiectionis introductum est, vt incedant mulieres in Ecclesia capite velato ob verecundiam. *d. §. 1. vers. bis ità. 15. q. 3. cap. fœmina. & cap. nec illud. 30. q. 5. cap. mulier. 2. 33. q. 5.* quare si mulier orat in Ecclesia non velato capite deturpat caput suum. *D. Paul. 1. Cor. 11. cap. Episcopi. 21. q. 4.*

28 Et in signum eiusdem subiectionis Deus dedit illis comam, & capillos longos. *cap. quæcunque. 30. dist.*

29 Quamuis etiam dicatur mulierem debere habere caput velatum in Ecclesia propter reuerentiam Sacerdotum, quia præuaricatio per illam incępta est. *d. c. mulier. 2. & ibi glos. 33. q. 5. Archid. in d. c. hec imago. nu. 3.* & propter Angelos. *D. Paul. 1. Cor. 11.* & ne Sacerdotes in eiusdem mulieris faciem intuentes inuitentur ad præuaricationem. *gloss. in dicto cap. mulier. 2. verb. reuerentiam.*

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus non potest fieri clericus, & quare, num. 2. & 3.*
2 *Subdiaconi voueant castitatem.*
3 *Laici diebus solemnioribus debeant abstinere ab vxoribus.*
4 *Coniugatus potest effici clericus in Ecclesia Orientali, & quomodò.*
5 *Constitutus in minoribus ordinibus vxorem ducere potest, & ea mortua potest ad ordines sacros prouehi, modò non sit bigamus.*
6 *Subdiacono antiquitus licebat matrimonium contrahere.*
7 *Subdiaconus hodie non potest matrimonium contrahere.*
8 *Subdiaconatus habet annexum votum continentiæ.*
9 *Continentia non est de essentia ordinis Subdiaconatus, sed tantum accidens ex statuto Ecclesiæ.*
10 *Castitas in clericis non est de Iure Diuino.*
11 *Papa dispensare potest, vt promoti ad Ordines sacros vxorem ducãt ex maxima causa.*
12 *Papa ex magna causa potest dispensare cum Religioso professo, & cum Moniali super voto castitatis, vt matrimonium contrahat, quod intelligendum est de filijs Regum aut Principum tantum.*
13 *Dispensandi quæ sit magna, & vrgens causa, vt Regularis professus vxorem ducat.*
14 *Remigius Monachus, & Sacerdos fuit dispensatus, vt matrimonium contraheret.*
15 *Papa potest facere de Monacho non Monachum.*

16 Con-

16 *Constantia filia Rogerij Regis monialis fuit dispensata, vt matrimonio coniungeretur.*
17 *Casimirus filius Regis Poloniæ monachus, & iam Diaconus fuit dispensatus, vt vxorem duceret.*
18 *Coniugatus fieri potest Clericus, dummodò eius vxor profiteatur continentiam in aliqua Religione.*
19 *Vxor ingredi potest Religionem de consensu mariti in sæculo remanentis, & quando. Vir potest ingredi Religionem de consensu vxoris in seculo remanentis, & quomodo.*
20 *Coniugatus modò non bigamus potest exercere ministeria Ordinum minorum, quando nequeunt haberi Clerici cælibes.*
21 *Ordines exerceri non possunt, nisi per constitutos in eisdem.*

§. Nonus.

1 Debet esse solutus ab vxore, qui vult fieri Clericus. *Gratian. in* 31.32.33. *&* 34. *dist. cap. coniugatus. de cõuers. coniug. c. fin. de temp. ordin. in* 6. *DD. in c. quod à te. de cler. coniug.*

2 Nã Subdiaconi castitatẽ promittũt, & vouẽr. *c. pen.* 27. *dist. c.* 1. *& c. de ijs.* 28. *dist. c.* 1. *& per totam.* 31. *dist. c. si quis. & c. lectores.* 32. *dist. Conc. Trid. c.* 3. *sess.* 23. *de reform.* qui enim perpetuò debent altari assistere, perpetuò ab vxoribus abstinere debent. *c. Sacerdotibus. c. Episcopos. c. nã sicut. & c. si laicus.* 31. *dist. c. proposuisti. & c. plurimos.* 82. *dist.* vt liberè cunctis diebus orationi vacare possint. *c. antè. & dicto c. nam sicut. & d. c. si laicus.* 31. *dist.* si enim, vt ait D. Paul. 1. Cor. 7. laico ab vxoribus est cessãdum, vt expeditiùs orationi vacet, ministris vtique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi, & sacrificandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur. *d. c. si laicus. c. antè. in fin. c. Sacerdotibus. & d. c. nam sicut. & per totam.* 31. *distinct. dicto c. proposuisti.* 82. *dist. cap. quod à te. & c. diuersis. de cler. coniug.*

3 Quinimò si laici vt possint vacare orationi diebus solemnioribus, vt ieiuni deberẽt ab vxoribus abstinere. *c.* 1. *cũ seqq.* 33. *q.* 4. *c. omnis. de consec. distinct.* 2. quantò magis clericis est seruanda continentia?

4 Hoc tamen non procedit in Ecclesia Orientali, in qua Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri seculares vtuntur matrimonio, quod in Ecclesia Occidentali vetitum est. *c. aliter.* 31. *dist. c. presbyteri.* 34. *d. c. fin. de Bigam. c. cum olim. de cler. coniug c.* 1. *& c.* 2. *qui cleric. vel vouen. c. quæsitum. de pœnit. & remiss. clem. vnic. de consanguin. & affin. extrauag. antiqua. de voto. Farin. de delict. carn. q.* 138. *nu* 90. Verumtamen animaduertendum est Ecclesiæ Orientalis matrimonio iam contracto Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos vti posse, eos autẽ, qui iam sunt in sacris ordinibus matrimoniũ contrahere nõ valere. *c. si quis eorũ. & ibi gloss.* 1.32. *dist. d. c. cũ olim gloss. in d. c. aliter. verb. copulantur. & in d. c. quæsitũ. verb. matrimonio. Maior. in* 4. *dist.* 24. *q.* 2. *& dist.* 27. *q.* 1. *Couar. in Epitom. de sponsal. par.* 2. *cap.* 6. *§.* 3. *n.* 1. *Alphons. à Castr. de hæresib. verb. Sacerdotium. Farin. d. n.* 90. possunt etiam clerici Orientalis Ecclesiæ in minoribus ordinibus constituti matrimonium contrahere, & ad superiores ordines posteà promoti vti matrimonio iam contracto. *d. c. eum olim. gloss. in d. verb. matrimonio.* Sacerdotes verò Græci Orientalis Ecclesiæ habentes vxores ijs mortuis non possunt sacra obire, vel sacrificare, nisi fortè monasterium ingressi iuxta Regulam viuant, neque licitum est illis accedere ad secũdas nuptias, prout refert *Laurent. Sur. in suis Commentar. rer. in Orbe gestarum sub anno* 1501. in ea parte, in qua tractat de Moscouirorum ritibus; Quod tamen non obseruatur in omnibus Orientalis Ecclesiæ locis, nam licet defuncta vxore aliam ducere non possint, nihilominus admittuntur ad celebrãdum, & non proindè compelluntur ad ingressum Religionis, vt in Russia, & in partibus Lituaniæ, neq. etiã apud Græcos Sedi Apostolicæ vnitos, prout ego intellexi à Græcis Sacerdotibus Ruthenis in vnione Sedis Apostolicæ viuentibus, dum inseruirem Sanctæ Sedi Apostolicæ in Regno Poloniæ.

5 In minoribus autem Ordinibus constitutus vxorem ducere potest antè Subdiaconatum. *cap. si quis eorum. c. lectores. & c. seriatim.* 32. *dist. c. à multis. de ætat. & qual. cap.* 1. *vbi DD. de cler. coniug Abb. in cap. clericus. num.* 1. *de vit. & honest. cler.* qui posteà mortua eadem vxore, modò illam non duxerit viduam, aut repudiatam, seu talem, quę reddidisset illum bigamum, iuxtà ea, quæ dicta fuerũt superiùs in §. 6.

ad ordines sacros poterit prouehi. *d. cap. seriatim. Abb. in d. c. clericus, num. 1. & 14.* etiamsi post mortem vxoris habuerit de ancillis filios. *d. cap. fraternitatis.*

6 Olim licebat etiam Subdiacono cõtrahere matrimonium. *cap. 1. 31. dist. c. placuit. 32. dist. Rot. diuersor. par. 1. decis. 561. num. 11.*

7 Sed hodiè prohibetur, *c. cum in praeterito. iũcta gloss. verb. inseruiunt. 84 dist. cap. à multis. §. verum. de atat. & qualit. cap. erubescant. cap. nemo. & cap placuit. 32. dist.*

8 Quia omnes ordines sacri, de quorũ numero est Subdiaconatus. *d. cap à multis.* habent annexum votum continentię. *dicto c. cum in praeterito. Rot. d. decis. 561. nu. 12. & decis. 560. num. 4. & 10.*

9 Licèt continentia non sit de substantia, & essentia ordinis Subdiaconatus, sed tantùm accidens ex statuto Ecclesiæ. *D Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. Turrecrem. in c. Diaconus. 27. dist. Rot. d. decis. 560. n. 10. & d. decis. 561. num. 11.*

10 Neque castitas in clericis sit de iure diuino, vt dicetur inferiùs in §. 15.

11 Et ideò Papa dispensare potest, vt promoti ad ordines sacros, ex maxima tamen causa vxorem ducere possint. *Abb. in cap. cum olim. num. 5. de cler. coniug.* etiam cum Sacerdote. *Archid. in c. cum in praeterito. nu. 3. 83. dist. Abb. in c. cum ad Monasteriũ. nu. 21. & ibi Innoc. de stat. Monach.* Et quòd Papa dispensare possit cum constituto in sacris, quod matrimonium contrahat, scribit *Alex. cons. 2. num. 22. vol. 1. Ias. cons. 11. vol. 3.* quos refert, & sequitur *Osasc. decis. 119. nu. 16. Nauar. cons. 3. n. 6. de ijs qua vi. Dec. in c. qua in Ecclesiarum. num. 47. de constit. Roderic. quaest. Regul. tom. 3. q. 1. art. 5.*

12 Potest itidem Papa ex magna causa dispensare cum Religioso professo, & cum Moniali super voto castitatis, & continentiæ, vt matrimonium contrahat. *Bald. in c. inter corporalia. nu. 5. de translat. Episc. Host. in cap. cum ad Monasterium. nu. 31. & 32. & ibi post Innoc. dicit Abb. num. 21.* vbi testatur de cõmuni opinione Canonist. *de stat. Monach. Abb. in c. cum olim. nu. 5. de conuers. coniug. Felin. in cap. si quando. num. 5.* vbi multos allegat, & testatur de opinione communiori. *de rescript. D. Tho. in 4. dist. 38. q. 1. art. 4. circà med.* licet ipse contrarium posteà tenuerit *in Sum. 2. 2. q. 88. art. penult Henric. quolibet. 5. q. 28. Richar. d. dist. 38. art. 9. q. 1. vbi etiam Scot. q. vnic. Durand. q. 2. & Palud. q. 4. art. 4. concl. 11. & 12. Caiet. d. q. 88 art. 11. Angel. verb. votum. 4. q. 5. D. Anton. 2. p. tit 11. c. 2. §. 2. Couar. de test am. cap. 2. n. 11. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 29.* quod intelligendum est de filijs Regum, & Principum tantum. *Tiraquel. de nobilit. c. 20. n. 180. Azor. Iustit. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 7. q. 1. 2. & 3.*

13 Magna autem, & vrgẽs causa dispensandi est, si aliquis Rex infidelis vellet venire ad fidem cum toto suo Regno, si posset ducere Monialem in vxorem. *Host. in d. c. cum ad Monasterium. nu. 31. & 32. & ibi Abb. de communi. num. 21. Archid. in cap. sunt quidam. nu. 5. 25. q. 1.* Vel si tota Christianitas, siuè aliqua eius pars esset in periculo, nisi Monachus fieret Rex. *Host. d. nu. 32.* Seu pro magno bello sopiendo, aut pro vitanda strage animarum, aut pro cultu Dei ampliando, quibus casibus Papa dispensare potest, vt contraherent etiam Monialis, & Clericus simul. *Archid. in d. c. sunt quidam. nu. 5.* Aut ne stirps nobilis deficiat sine hærede. *Bald. in l. si tibi filius. in fin. de adopt. Io. Andr. in cap. actus legitimi. de reg. iur in 6. Anchar. cons. 333. incip. pro maiori diligentia.*

14 Quemadmodum ob defectum filiorum masculorum familiæ Regum Aragoniæ fuit per Cœlestinum Tertium dispensatus Remigius Monachus, & Sacerdos filius legitimus Santij Regis Aragonum, & frater Alphonsi sine filijs præmortui, qui duxit in vxorem filiam Raimundi Comitis Pictauien. ex qua suscepit Petronillam, quæ successit in regno, prout testatur *Io. And. in reg. semel. de reg. iu. in Mercurial. & Anchar. d. cons. 333.* quos allegat *Felin. in d c. si quando. n. 5. de rescript.* idem affirmat *Matth de Michouia in Chronicis Regni Poloniæ. lib. 2. cap. 14.*

15 Potest etenim Papa facere de Monacho non Monachum. *c. quorundam. 74. dist. Innoc. in c. presbyter. in fin. de sacram. non iterau. Soccin. cons. 92. vol. 1*

16 Constantia filia Rogerij Regis Siciliæ Quinti Monialis in Monasterio Panormitano fuit dispensata pariter à Cœlestino Tertio, quæ nupsit Henrico Sexto filio Federici Barbarossæ, licet ageret annũ quinquagesimũ quintũ, & peperit Federicũ II. in publico cunctis cernentibus, ne de partu

sup-

ſuppoſito quiſpiam ſuſpicaretur. *Platin. de Vitis Pontific. in vita Cœleſtini III. D. Anton. Archiepiſc. Florent. in Hiſtor. in 3. par. lib. 19. cap. 6.* & refert *Graff. deciſ. aur. lib. 2. cap. 30. n. 29. Roman. ſingul. 596. Mart. de iuriſdict. p. 4. caſ. 79.* vbi plures alios caſus recenſet, in quibus fuit ſimiliter diſpenſatum per Summum Pontificem.

17 Caſimirus itidem primus Mieziſlai Regis Poloniæ vnicus filius ſuperſtes, qui Sancto Romualdo Abbate Clnniaci monaſticam vitã Ordinis Sancti Benedicti profeſſus, & ad ordinem Diaconatus iam promotus magna diligentia, & importunitate Polonis efflagitantibus fuit diſpenſatus à Benedicto Nono, ſiuè vt alij volunt, à Clemente Secundo, vt profeſsionis, & Ordinis religione ſolutus ad Regnum Poloniæ in ſtatu tnmultuoſiſsimo, turbatiſsimoquè ipſius Caſimiri, & Rixæ Reginæ eiuſdem Caſimiri matris diſceſſu furibunda exagitatione commoto exiſtente rediret, vxorẽ duceret, & liberos procrearet, prout fecit, nam ex Maria Dobrogneua poſtmodnm appellata Iaroſlai Ruſſorum Principis ſorore in vxorem ducta mares quatuor, quibus Boleſlaus natu maior poſt obitum patris in Regno ſucceſsit, fœminã verò vnã. Pro cuius diſpenſationis beneficio iniunctum Polonis fuit primum, vt de ſingulis capitibus, exceptis Nobilibus, ſiuè Eqnitibus, & Eccleſiaſticis quotãnis obolus vnus in lucernam perpetuò in Eccleſia D. Petri Romæ arſuram penderetur, qui etiam nũc S. Petri Nũmus dicitur, deindè præſcriptũ fuit, vt omnes Poloni rotunda in morem Monachorum tonſura capillorum vterentur, nec vltrà auriculas ritu barbarico qniſquam omninò comam promitteret; Tùm feſtis ſolemnibus dum ſacra peragũtur, vt ſingnli Eqnites faſciam lineam cãdidam in modum ſtolæ, qua in ſacris vtuntur Sacerdotes, atquè Diaconi, è collo ſuſpenſam geſtarent, quæ præcepta non granatim ſuſcepta, & obſeruara fuere, vt de his omnibus teſtatur, & refert *Cromer. in Chronica de Rebus Polonorum. lib. 4. in princ. & Matthias de Michouia in ijſdem Chronicis Polonorum. lib. 2. cap. 13. & cap. 14.*

18 Poterunt item coniugati effici clerici, modò earum vxores profiteãtur continentiam in aliqna Religione. *cap. coniugatus. & ibi gloſſ. fin. & c. ſanè. de conuerſ. coniug.*

19 Nam vxor ingredi poteſt Religionẽ de conſenſu mariti in ſeculo remanentis, & è contrà, vbi non eſt timor de incontinentia, putà quia eſt vxor multorum annorum, & honeſtæ vitæ, remanens tamen in ſeculo nequit cum alio contrahere; Verũm ſi eſt timor de incontinentia remanentis in ſeculo, alter ſine altero nõ debet intrare Religionem, ſiuè in illam recipi, etiamſi ſuſpectus continẽtiam promittat, ſeu etiã voueat. *c. multorum. c. Agathoſa. cap. ſi quis coniugatus. cap. ſi vir. cap. ſi tu abſtines. cum ſeqq. 27. quæſt. 2. c. notificaſti. 33. q. 5. c. 1. c. cum ſit. & ibi Abb. n. 1. 3. & 4. c. coniugatus. & ibi gloſ. fin. c. vxoratus. & ibi Abb. num. 3. & cap. ad Apoſtolicam. de conuerſ. coniug. Syluest. verb. diuortium. §. 13. antè fin. & §. 16. antè fin. & in verb. matrimonium. 8. §. 12. verſ. quartum ſi ordo. Conar. in Epitom. de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 3. num. 3. Burſat. conſ. 207. nu. 45. vol. 2.* Quod tamen fieri non poteſt, niſi interueniat conſenſus, & licentia Epiſcopi Diœceſani. *cap. ſi vir, & vxor. & ibi Archid. num. 1. 27. q. 2. cap. ſignificauit. de conuerſ. coniug.* licet hoc non eſſe de neceſsitate, ſed tantũ de honeſtate cõſuluerit. *Federic. conſ. 37. num. 2. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 39. num. 7.*

20 Poſſunt item coniugati, dnmmodò non ſint bigami, ſe exercere in miniſterijs quatnor Ordinum minorum, quando haberi nequeunt clerici cęlibes. *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 17. de reform.*

21 Quamuis alioquin Ordinum miniſteria exerceri non poſsint, niſi per cõſtitutos in eiſdem Ordinibus. *cap. Acolytus. cap. Exorciſta. cap. Lector. cap. Oſtiarius. & cap. Pſalmiſta. 23. diſt. cap. 1. cap. in ſingulis. & cap. quicunquè. 77. diſt. Concil. Trident. dicto cap. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Infames non poſſunt fieri Clerici, & quomodò intelligatur. num. 36.*
2 *Ordo clericalis eſt dignitas.*
3 *Infames qui dicantur. & num. 10. 11. 12. 17. 20. 21. & 23.*
4 *Excommunicatus eſt inhabilis ad beneficia obtinenda.*
5 *Excommunicatus non admittitur ad agendum per ſe, nequè per procuratorem.*

6 *Epi-*

6 Episcopus, quando est excommunicatus nequè ipse procedere potest, nequè eius Vicarius.
7 Excommunicatus potest excipere, appellare, & omnem defensionem facere.
8 Rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione appellationis valet, licet de excommunicatione non fuerit facta mentio quamuis secus sit, quando super alia re impetratum fuisset.
9 Cessionarius excommunicati ex causa lucratiua agere non potest, secus ex causa onerosa.
10 Excommunicatus si fuerit beneficio, vel alijs bonis spoliatus, non restituitur antè absolutionem.
11 Fures dicuntur infames.
12 Raptores puellarum dicütur infames. Raptores puellarum sunt excommunicati. Item duellum committentes.
13 Calumniatores proximis nõ probantes, quæ obiecerunt sunt infames.
14 Calumniatores proximi nõ probantes, quæ obiecerunt, incurrunt pœnam talionis.
15 Talionis pœna abijt in desuetudinem.
16 Infamia non deletur, quamuis remittatur pœna.
Papa solus calumniatoris infamiam abolere potest.
17 Infames debent priuari omni officio, & dignitate.
18 Infames dicuntur etiam histriones ludentes in scenis, buffones, & huiusmodi.
19 Histriones, buffones, & huiusmodi non possunt fieri clerici, & quare, & quomodo hoc intelligatur. num. 20.
20 Corrumpentes vitam, moresquè bonorum sunt peiores his, qui substãtias, prædiaquè aliorum diripiunt.
21 Eucharistia denegatur histrionibus, & buffonibus.
22 Mulier dicitur quæstum fecisse, si admisit duos causa quæstus.
23 Verbale nomen verificatur in duabus vicibus.
24 Seditionarij excluduntur à clericatu. Vltores iniuriarum suarum item. Apostata itidem. Simoniaci quoquè.
25 Hæresi tacti seù qui in hæresi sunt baptizati, siuè conuersi de hæresi non possunt esse clerici.
26 Conuersus de hæresi non potest esse clericus. & si tamen fuerit clericus non potest promoueri ad altiores ordines.
27 Hæreticorum fautores, defensores, & illis credentes nõ possunt fieri clerici.
28 Filij hæreticorum, eorundemquè fautorum, & defensorum vsquè ad secundam generationem linea paterna nequeunt esse clerici.
29 Filij matris hæreticæ, siuè fautricis hæreticorum non autem nepotes excluduntur a clericatu, & sunt inhabiles ad obtinenda beneficia Ecclesiastica.
30 Filij patris hæretici amittüt ipso iure beneficia, & pensiones, etiam antè hæresim patris obtenta.
31 Filij & nepotes eorum, qui hostiliter prosecuti fuerint, seù cœperint Cardinales perdunt ipso iure beneficia.
32 Filij hæreticorũ, & eorum fautorum, si antè parentum crimen ordines susceperunt, nõ suspenduntur in susceptis, sed excluduntur à suscipiendis.
33 Posteri per lineam directam patroni, qui per se, vel per alios fecerit occidere, vel mutilare Rectorem beneficij sui Iurispatronatus excluduntur à clericatu, & etiam ab ingressu Religionis.
Patronus faciens occidi, seù mutilari Rectorem beneficij sui Iurispatronatus amittit Iurispatronatus.
34 Rebaptizati non possunt esse clerici, nequè præbentes ministerium rebaptizanti.
35 Baptizati in adulta ætate ab hæreticis non possunt esse clerici, secus si in infantili ætate antè vsum rationis.
36 Confirmationis sacramentum bis suscipiens, vel conferens non fit irregularis.
37 Vsuram, qui exercuerunt, excluduntur à clericatu.
38 Infames, & criminosi manifesti, non autem occulti non possunt esse clerici.
39 Accusatus de aliquo crimine non admittitur ad ordines, nisi prius se probauerit innocentem.
40 Accusatus, seù publicè infamatus de aliquo crimine pendente accusatione prohibetur ab administratione diuinorum, donec se purgauerit.
41 Baptismus tollit omnem infamiam.

§. X.

§. X.

1 INfames non possunt ad clericatum prouehi. *cap. infames. 6. q. 1. cap. fin. & ibi DD. 51. dist. c. accusatum. de simon. DD. in c. accedens. de accusat.* quia infamibus portæ dignitatum patere non debent. *c. infamibus. de reg. iur. in 6.*

2 Ordo autem clericalis est dignitas, & honor. *c. admittuntur. 54. dist. cap. 1. de obligat. ad ratiocin. l. Officiales. C. de Episc. & cler.* prout dictũ fuit in *§. 1.* circà princ. nam iure quoque ciuili infames repelluntur à dignitatibus temporalibus. *c. inter dilectos. de excess. Prael. l. 2. C. de dignit. lib. 12.*

3 Infames autem hi dicuntur, qui pro aliqua culpa notantur infamia, idest qui christianæ legis normam abijciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt, sacrilegi, & omnes capitalibus criminibus irretiti, sepulchrorum violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumq. Patrum statuta violantes, incæstuosi, periuri, malefici, venefici, adulteri, Ecclesiæ facultates iniustè abstrahentes, anathematizati, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsi. *d. cap infames.*

4 Nam excommunicati sunt etiam inhabiles ad beneficia obtinenda. *c. postulastis. in princ. de cler. excom. ministr. Abb. in c. fin. n. 3. eod. Paris. cons. 29. n. 4. vol. 4.*

5 Et non admittuntur ad agendum. *c. intelleximus. iuncta gloss. fin. & ibi Abb. n. 1. & 2. de iudic. c. 1. de except. in 6.* & vbi in iudicio agere non possunt, neque per procuratorem admittuntur. *c. intelleximus. vbi Abb. nu. 9. Dec. nu. 32. & alij. de iudic. cap fin. de procur.*

6 Nam & Episcopus excommunicatus nõ potest procedere, neque eius Vicarius. *Maran in prax. iudic. par. 4. dist. 5. nu. 70. Guttierez in Quæst. Canon. 1. num. 83. & seq. lib. 1.*

7 Potest tamen excommunicatus excipere, appellare & omnem defensionem facere. *cap. cum inter. & c. significauerunt. de except.*

8 Et valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione appellationis, licet de excommunicatione non fecerit mentionẽ. *c. fin. de excep.* quamuis si illud impetrasset super alia re non valeret. *cap 1. de rescript. in 6.*

9 Neque cessionarius excommunicati ex causa lucratiua agere potest. *Din. in l. apud Celsum. §. si causa. ff. de dol. except. Anchar. in c. intelleximus. n. 6. vbi etiam Bal. nu. 8. de iud. Nouar. in quæst. forens. par. 1. q. 118. n. 3. & 4.* licet secus esset vbi cessio facta fuisset ex causa onerosa. *gloss. in cap. vnic. §. verum. verb. semestre. vbi etiam Io. Andr. num. 8. Gemin. num. 8. & Franc. num. 7. de iurepatron. in 6. Felin. in d. cap. intelleximus. num. 4. Nouar. dicto quæst. 118. num. 4.*

10 Et si fuerint beneficio, vel alijs bonis spoliati, antè absolutionem non restituuntur excommunicati. *Bart. in l. de pupillo. §. fin. n. 2. ff. de nou. oper. nunc. Innoc. in cap. cum nostris. num. 3. circà fin. de concess. praben. Abb. in d. cap. intelleximus. num. 8. Felin. in c. dilectis. 1. num. 11. de rescript. Rot. decis. 26. de sent. & re iudic. in antiqu.*

11 Infames etiam dicuntur fures. *dicto c. infames. & cap fin. de furt.*

12 Item & raptores puellarum. *eod. c. infames. c. 1. & c. de puellis. 36. q. 2. Conc. Trid. cap. 6. sess. 24. de reform. matrim.* vbi non solùm declarantur excommunicati, & infames ipsimet raptores, sed omnes illis consilium, auxilium, & fauorem præbentes; appellantur etiã infames duellũ committentes. *Conc. Trid. sess. 25. c. 19 de reform. Clemens VIII. in sua constit. 11. quæ incip. Illius.*

13 Neque euitant infamiam proximi accusatores, qui non probanda proximo obiecerunt. *d. c. infames. & c. accusatores. 46. dist. c. qua autem. & ibi Turrecrem. & per totã. 2. q. 3. c. omnis. 5. q. 6. ide Turrecr. in cap. qui non. circà fin. 2. q. 3. D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 4. ad tertium. Brun. de hæretic. cap. 20. num. 37. Alciat. de singul. certam. cap. 20.*

14 Præter pœnam talionis, quàm incurrunt. *d. c. qua autem. & ibi Turrecrem. Archid. in c. calumniator. 2. q. 3. D. Thom. in d. q. 68. art. 4. ad tertium, quem sequitur Turrecrem. in d. c. qui non. circà fin.* Et dicetur in Par. 2. in tit. de pœnis Clericor.

15 Quæ pœna talionis iam in desuetudinem abijt. *§. pœna. Instit. de iniur. Clar. in §. fin. q. 81. vers. sed quæro.*

16 Et ideò quando Iudex remittit pœnam, vel excusat à pœna, non tamen delet infamiam, quia solus Papa calumniatoris infamiam abolere potest. *c. Euphemium*

& ibi

& ibi Archid. nu.4. 2.q.3. Turrecrem. in d.c.qui non. Sot. de Iust.& iur. lib.5.q.5. art.4.circà fin. Salon.de iust. & iur.q.68. conclus.fin.

17 Et non solùm infames non possunt fieri clerici, sed debent priuari omni officio, & deponi ab omni honore,& dignitate. *l.infames. iuncta gloss.& l.Decurio.C. ex quib.caus.infam.irrog.c.inter dilectos. de excess.Prael.c.infamibus.de reg.iur.in 6. Abb.in c.querelam.de iureiur.& in c.at si clerici.n.31. de iudic.* & post multos ab eo allegatos dicit *Monald. cons.43. nu.4. & cons.96. num.14.*

18 Infames item à legibus pronunciantur histriones, seù ioculatores ludentes in scenis, seù ij, qui voluptates, & editiones populo celebrant, & buffones. *c.1. & c.2. 4.q.1. cap.pro dilectione. de consecr. dist.2. l.2.§.ait Prætor. ff.de his qui not. infam.*

19 Et ideò non possunt promoueri ad clericatum *c maritum.33.dist.c.1.51.dist. d c pro dilectione.Innoc.in c.cum decorem. vbi Abb.nu.2.Io.Andr. & Card.de vit.& honest.cleric.*

20 Huiusmodi enim hominum genus vitam, moresquè bonorum corrumpit, & ideò deteriores sunt,qui vitam, moresquè corrumpunt, ijs, qui substantias aliorum, prædiaquè diripiunt. *c.ex merito. & c.deteriores. 6.q.1.* nam nec Maiestati Diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruit, vt pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur. *d.cap pro dilectione.*

21 Cum etiam eidem hominum generi, dum existit in tali vita, non sit concedenda Eucharistia. *d.c.pro dilectione & ibi gloss.verb.pudor. & c scenicis.de consecr. dist.2.not.in d c.1.4.q.1.gloss.1.in c.donare. 86.dist.* Quæ tamen intelligenda sunt de his, qui publicè coram populo faciunt gesticulationes sui corporis, & se in illis assuefaciunt causa quæstus, secùs autem de illis, qui in occulto etiam coram pluribus saltarent, vel choreas ducerent, & si semel tantùm,vel etiam pluries fecissent coram populo,modò nō se assuefecissent causa quæstus, nam tunc non prohiberentur à promotione, nō enim dicerentur infames; infamia namquè, & personarum vilitas est causa, quare promoueri prohibentur. *Innoc.in d.c.cum decorē.& ibi Abb.d.n.2.*

22 Infamis etiam efficitur, qui bis saltem in publico exercuit illam artem causa quæstus. *Abb. in d cap.cum decorem.nu.2. arg.l.palam. ff.de rit.nupt. vbi text.* Notabiliter innuit mulierem dici quęstum fecisse si duos ad se causa quæstus admisit,& ideò subdit *Abb. d. num. 2.*

23 Idem dicendum, vt quis dicatur histrio, buffonus, seù ioculator,si causa quæstus bis illam exercuerit artem. Quinimò cum ioculator sit nomen verbale, quod verificatur in duabus vicibus. *Bart.in l.1. §.illud.ff.de tribut.Corset.in c accedentes. de præscript.* Per duplex factum cum quęstu dicetur ioculator.

24 Excluduntur etiam à clericatu seditionarij *cap seditionarios.46.distinct.* item iniuriarum suarum vltores. *dicto cap.seditionarios.* necnon apostatæ. *c.fin.50.distin. c.1. & per totam.1.q.7.* ac simoniaci. *c.maritum. 33.dist.*

25 Multò magis excluduntur à clericatu, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati esse noscuntur. *c.fin.51.dist. c.ventum in fin. 1.q.1. cap.1.& per totam. 1.q.7. d.c.infames. Pegn.in 3.p. Director. com. 163. vers.ob has rationes.*

26 Item & conuersus de hæresi nequit fieri clericus. *d.cap.1. & per totam.1.q.7.* & si priùs erat ordinatus, fit inhabilis ad alios ordines suscipiendos *c.si quis omnē. eadem.quæst. 1.Felin.in cap eam te.nu.12. de rescript.*

27 Hæreticorum item fautores, credentes, & defensores clericatu habentur indigni. *c.statutum.2.de hæretic.in 6.*

28 Nequè hæreticorum, eorundemquè fautorum, & defensorum filij possunt fieri clerici vsquè ad secundam generationem lineæ paternæ, etiamsi crimina parentum non fuerint imitati. *c.quicunquè. §.hæretici.& d cap.statutum.2.& ibi gloss. verb. inane. de hæretic.in 6.Felin. in c.vergentis. num.4. eod.Pegn. in d.com.163. vers. rursus textus.*

29 Quando autem mater est hæretica, vel fautrix hæreticorū,excluduntur tantū filij à clericatu, non autem nepotes. *gloss. in d.c.statutum.verb.inane.& verb.volumus. Pegn. d.vers.rursus textus.Tolet. in Sum.lib.1.c.64.n.4.* & nō solū hæreticorū filij à clericatu excluduntur, sed etiā sunt inhabiles ad obtinēda beneficia Ecclesiastica. *d.§.hæretici. vbi gloss.verb. secundū. & verb. beneficium. Farinac. de hæresi. q.191.n.48.Garz de benef p.11.c.10.n.72. Ricciul.de iur. person. lib.5. cap.29.nu.2.*

30 Verùm propter hæreſim patris vacant ipſo iure beneficia,& penſiones filiorum,etiam antè hæreſim patris obtenta. *Ioan.Lup. de Regno Nauarræ.par.5.§.8. Couar.lib.2.var.reſol.cap.8.n.4. Ignat.de Salcedo in addit. ad Diaz. c.114. verſ. cæterum, quòd filij hæreticorum. Hoied.de incompatibil.beneſ.c.23.n.11. Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.33.n.16.& hanc ſententiã ſecuta fuit Rota in vna Cõchen. penſionis 6. Martij 1598. corã Peregrino, vt refert Gonzalez ſuper Reg.8. Cancell. gloſſ.15.n 67.Farinac.d.q.191.n.44.& 45. Garz.d.cap.10.n.72.Riccsul.d.cap.29 n.4.* quicquid dicant *Clar. in §.hæreſis. nu.14. Rebuff. in prax. benefic. tit. de mod.amit. beneſ. num.25. Simancas de Catbol.Inſtit. cap.29.num.20.& alij, quos refert Couar. d.cap.8.num.4.*

31 Quemadmodum vacãt quoquè ipſo iure beneficia filiorum, & nepotum, quorum parentes hoſtiliter perſecuti fuerint, ſeù cęperint S.R.E. Cardinales.*cap.felicis. §.quod ſi quis.de pœnit.in 6.*

32 Notandum tamen eſt filios hæreticorum, & eorum fautorum, ſi antè parentum crimen ordines aliquos ſuſceperint, non ſuſpendi in ſuſceptis,ſed in illis miniſtrare poſſe, verùm à ſuſcipiendis excludi. *gloſſ communiter recepta.in cap. ſatis peruerſum.56.diſt.*

33 Excluduntur etiam à clericatu, & ab ingreſſu Religionis poſteri per lineam directam patroni, qui per ſe, vel per alios fecerit occidere, vel mutilare Rectorem beneficij ſui Iuriſpatronatus, & patronus ille amittit illud Iuſpatronatus. *cap.in quibuſdam.§.ſacri.& ibi gloſſ. verb.prorſus.& Abb.num.2.de pœn.Gonzalez ſuper Reg.8.Cancel.gloſſ.15. num.77.*

34 Item & ſcienter rebaptizati excluduntur à clericatu. *c.confirmãdum.iuncta gloſſ.fin.50.diſt.c.fin.51.diſt. c.qui qualibet.1.q.7. c.eos quos.de cõſecr.diſt.4. Diaz. in pract. crim.canon. c.15. vbi etiã Lopez.* etiã quòd fuerint rebaptizati ignoranter. *cap.qui bis. & ibi gloſſ. verb. ordinati. & Archid.de conſecr. diſt.4.* quod tamen intelligendum eſt de ignorantia iuris, non autem de ignorantia facti; ſeù eſt intelligendum de rigore iuris. *gloſſ. in d. verb. ordinati.& ibi Archid.*nam & clericus iam factus ſi præbuit miniſterium rebaptizãti, non poterit ad altiorem gradum promoueri, ſi crimen eſt publicum, niſi cum eo diſpenſetur, vt poſsit intrare Religionem, ſecùs autem ſi delictum eſt occultum. *c. ex literarum de apoſtat.* à fortiori hoc etiam dicetur de eo, qui bis alicui confert baptiſmum.

35 Idem dicendum eſt de his,qui ab hæreticis in adulta ætate baptizati fuerint. *d.c.qui in qualibet.* ſecùs ſi in ætate infantili antè vſum rationis. *c.placuit. & c.qui apud.1.q.4.*

36 Et quamuis aliqui exiſtiment eum qui bis confirmationis ſacramẽtum ſuſceperit, vel contulerit irregularitatis nota illaqueari. *gloſſ.in cap. dictum. de conſecr. diſt.5. Archid.in c.1. 68.diſt.* nihilominus contrarium tenuere *Scot.in 4.ſent. diſt.7. Bertach.de Epiſcop.c.fin.n.8.* & de cõmuni *Sylu. verb.irregularitas. in fin. Lopez.ad Diaz.in pract.crim.canon.c 15.verſ.quæſtionis.Couar.in clem.ſi furioſus.in p.1. in princ.nu.8.de homicid.*

37 Similiter à clericatu reijciũtur, qui vſuras fecerint. *c.maritum.33.diſt.c.ſeditionarios.46 diſt.c.de Petro. 47.diſt.* nam mens potentiæ auida nec abſtinere nouit à vetitis,nec gaudere conceſsis, nec pietati adhibere conſenſum.*c.virum.47.diſt.* & ſi iam clericus factus vſuras exegerit,eſt deponendus. *cap.1.c.quoniam. c.de Petro. cap.ſi quis clericorum. 47.diſt. c.quoniam. 14.q.4.c.1.de vſu.c.inter. de exceſſ.Prel.*

38 Aduertendum tamẽ eſt criminoſos, & infames non poſſe fieri clericos, ſi fuerint criminoſi manifeſti, & publici, ſecùs autem ſi occulti, qui ſi promoneri voluerint,non debent aliqua ratione prohiberi. *cap.ex tenore. de temp. ordin. cap.fin. de ſurt.*

39 Nequè accuſatus de aliquo crimine admittitur ad ſuſceptionem ordinum, niſi priùs ſe purgauerit.*c.fin.de teſtib. c.omnipotent. de accuſat.*

40 Quinimò ſi quis accuſatus, ſiuè publicè infamatus eſt de ſimonia,pendente accuſatione prohibetur ab adminiſtratione diuinorum, donec ſe purgauerit. *c. accuſatum.& ibi gloſſ fin.& Abb. num.1.& c.quoties.de ſimon.* quod idem dicitur de accuſato, ſeù infamato de alijs delictis pendente infamia, ſeù accuſatione. *Hoſt. in d cap.accuſatum.num.2.*

41 Infamia autem omnis tollitur per baptiſmum. *gloſſ.in cap.fine pœnitentia. verb.in baptiſmate.de conſecr.diſt.4. Sylu verb.baptiſmus.6.q.2.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad reddendam rationem alicuius administrationis siuè publicæ, siuè priuatæ non potest fieri clericus, nisi deposito onere, & ratione reddita. & num. 3.*
2 *Decoctores falsi puniri debent ea pœna, qua fures.*
3 *Obligati ad reddendam rationem administrationis alicuius officij priuati non possunt esse clerici.*
4 *Debitor Reip. alia via, quàm administrationis potest fieri clericus.*
5 *Administrationem habens personæ Ecclesiasticæ, vel etiã secularis, sed miserabilis non prohibetur fieri clericus.*
6 *Curiales non admittũtur ad clericatũ, & de quibus Curialibus intelligatur.*
7 *Militiæ operam qui dederunt, excluduntur a clericatu.*

§. XI.

1 Obligatus ad reddendam rationem alicuius administrationis publicæ per ipsum gestæ non potest fieri clericus, nisi priùs deposito onere, & ratione reddita. *cap. non confidat, 50. dist. c. designata. & c. seq. & ibi gloss. 1. 51. dist. c. legem, 53. dist. c magnus. 54. dist. c. 1. & ibi Host. n. 1. & 6. & DD. de oblig. ad ratiocin. l. officiales. C. de Episc. & cler. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 20.*

2 Præsertim falsi decoctores, qui vltimi supplicij, & ea pœna, qua fures ipsi de iure, vel consuetudine, aut particulari, vel municipali statuto plecti solent, puniri debent, prout sancinit Pius Quintus in sua Constitut. 136. quæ incipit. *Postquam.*

3 Neque fieri possunt clerici, qui sunt obligati ad reddendam rationem administrationis, quam gesserunt ex aliquo officio priuato, vt si procuratores, actores, executores, seu curatores, aut tutores pupillorum, si illis fuerit mota actio. *d. c. magnus. 54. dist. & d. c. 1. & ibi Abb. & Host. n. 6. & DD. de oblig ad ratiocin. facit. c. 1. & c. 2. 21. q. 3. & c. 1. 2. & c. sed nec procurationes. ne Cler. vel Monach.* in quibus disponitur non debere clericos se ingerere in negotijs secularibus, vt inferiùs dicetur *in §. 21. 26. 27. 28. & seqq.*

4 Si autem quis alia ratione, quam administrationis esset Reipublicæ debitor, tunc non impediretur quominus clericus fieri posset. *l. quisquis. C. de Episc. & cler. Hostien. in Sum. tit. de obligat ad ratiocin. §. quis obligatus,*

5 Quemadmodum neque impediretur, si teneret administrationem personæ Ecclesiasticæ, vel etiam secularis, sed miserabilis, putà pupillorum, viduarum, vel similium causa pietatis, & eleemsynæ, si nullũ aliud Canonicũ impedimentũ obest. *Host. in d. cap. 1, num. 6. de obligat ad ratiocin.*

6 Neque Curiales ad officium clericale admittuntur. *cap. 1 cap. 2. & per totã. 51. dist. §. 1. 53. dist. cap. 1. 55. dist. c. si quis. 77. dist. c. infames. 6. q. 1. Præposit. in c. præter. 51. dist.* Sed hoc intelligendum existimo de his Curialibus, qui exercuerũt sæua vel turpia, siuè vilia, vt sunt Nuntij, Lictores, & id genus similia, seu qui fuerunt Officiales in causa sanguinis, qui non sunt ad clericatum promouendi propter dignitatem ordinum, timorem recidiui, propter scandalum vitandum, quod posset in populo oriri ex memoria præcedẽtium peccatorum, & quia illi non haberent frontẽ alios corrigendi, cum eorum ministeria fuerint publica, secùs autem dicendum est de illis Curialibus, qui honesta, & nobilia procurant officia. *iuxtà not. per Archid. in d. cap. 1. 51. dist.*

7 A clericatu excluduntur quoque ij, qui dederint operam militiæ. *c. si quis post remissionem. 50. dist. cap. aliquantò. cap. designata. cap. si quis. & cap fin. 51. dist.* quia sæua necessariò præcepta sunt executi. *d. cap. aliquantò.*

SVMMARIVM.

1 *Neophytus non potest fieri clericus. & quare. & nu. 2. & seqq.*
2 *Manus citò imponere quid sit.*
3 *Magister esse non potest, qui non fuerit priùs discipulus.*
4 *Tutele adhuc subiectus nõ potest alios sub se habere.*
5 *Magister nemo esse potest antè approbationem.*
6 *Afflictorum afflictiones nemo scit, nisi qui afflictiones sustinuerit.*
7 *Neophytus non potest creari Episcopus, nisi post aliquam temporis moram.*

8 *Neo-*

8 *Neophytus vbi factus est clericus poterit etiam obtinere beneficia, non solum simplicia, sed etiam Canonicatus, & Curata.*
Iudaus baptizatus potest consequi beneficia.
9 *Neophytus non repellitur à minoribus ordinibus, sed à maioribus.*
10 *Conuersa ad fidem potest statim effici Monialis.*

§. XII.

1 NEophytus, id est qui initio Sanctæ fidei est eruditione plantatus neque potest fieri clericus, nisi priùs sit benè instructus in fide. *D. Paul. 1. ad Timoth. 3. c. 1. & per totam. 48. dist. c. si officia. c. hoc ad nos. & c. ordinatos. 59. dist. cap. Neophytus. & ibi Archid. nu. 1. 61. dist. c. si clericatus. 16. q. 1. c. monasterijs. 19. q. 3. Felin. in c. eam te. nu. 12. vbi etiam Dec. n. 32. de rescript. Ricciul. de iur. person. tract. de Neophyt. cap. 3. Diaz. in pract. crimin. canon. c. 22.* nam ille, quem titillat clericatus desiderium, debet priùs discere, quòd possit docere, ne miles antequam tyro, ne priùs magister sit quam discipulus *cap. non negamus. 61. dist. c. officij. de elect. d. c. si clericatus.* & ideò dixit Apostolus. 1 *ad Timoth. 5.* Manus citò nemini imposueris. *c. nullus. 24. dist. c. fin. de elect. in 6. cap. cum nobis. §. his igitur. eod.*

2 Nam quid est manus citò imponere; nisi antè ætatem maturitatis, antè tempus examinis, antè meritum obedientiæ, antè experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere? & quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? *cap. quid est 79. dist.*

3 Qui enim formam discipuli nondum assumpsit, non debet assumi in magistrum, nec est præficiendus, qui subesse non nouit. *c. cum in magistrum. de elect. c. ordinatos. 59. dist. c. miserum. 61. dist. d. c. si clericatus.*

4 Et qui sub tutela debet esse, non debet alios sub se habere. *l. fin. C. de legit. tut. l. sic eueniet. ff. ad leg. Iul. de adult.*

5 Et nemo antè approbationem est assumendus in magistrum. *l. pen. C. de profess. & medic. lib. 10.* & qui domum tenere non didicit, non potest assumere secundum locum in tabernaculum. *cap. antè omnia. 40. dist.*

6 Et impossibile est eum scire afflictorum afflictiones, qui afflictionis experimenta non sustinuit. *gloss super illo dicto D. Paul. ad Hebr. 4.* Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. *c. fidelior. 50. dist. Felin. in d. c. eam te. nu. 12. in tertia limit. vers. & ideò. gloss. iuxtà illud.* Virgilij Æneidos 1.

" *Non ignara mali miseris succurrere disco.*

7 Multò minùs Neophytus potest statim creari Episcopus, nisi post aliquam temporis moram. *c. 1. & per totam. 48. dist. cap. fin. 51. dist. d. c. miserum. Iaf. in Rubr. ff. de Iust. & iur. n. 5. Ricciul. loc. cit. cap. 2.* Ratio est, ne ille elatus tanquam Religio Christiana illo plurimum indigeret, in superbiam, in iudicium, & laqueum incidat Diaboli, momentaneam nanquè Sacerdos nescit habere humilitatem, obseruare modos personarum, vel se contemnere, qui non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non panperibus erogauit; in arrogantiam, quæ est ruina Diaboli incidit, qui in puncto horæ necdum discipuli, fiunt magistri. *d. c. miserum. 61. dist. d. §. 1. 48. dist.* nequè in Abbatem admitti debet ille, qui monasticam regulam priùs non didicit. *c. officij. de elect. Seraphin. decis. 647. nu. 1. par. 1.*

8 Vbi autem Neophytus erit factus clericus, poterit etiam obtinere beneficia, quemadmodum dicitur de Iudæo baptizato. *d. c. eam te. vbi Abb. n. 7. & Dec. n. 30. de rescript. Ricciul. d. tract. c. 4.* vbi id extendit, vt procedat non solùm in simplicibus beneficijs, sed etiam in Canonicatibus, & Curatis.

9 Notandum tamen est Neophytos nō repelli à minoribus ordinibus, sed à maioribus. *Archid in c. quoniam. n. 2. vbi etiam Prapofit & Turrecrem. 78. dist. Dec. in d. c. eam te. nu. 32. Gemin. in c. quicunque. vbi etiam alij. 78. dist.*

10 Per quod ego dicerem, Conuersam ad fidem posse statim effici Monialem, non autem Abbatissam.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiam publicam qui fecit non est ordinandus clericus, & quare.*
2 *Ad pœnitentiam perpetuam agendam, qui inuitus in Monasterium mittitur ad sacerdotiū ascēdere nō permittitur.*

3 *Reprehendere alios difficulter poterit, qui eadem commisisse dicitur.*
4 *Pœnitentes publicè causa necessitatis possunt promoueri ad Ordines minores tantum, non autem ad maiores.*

§. XIII.

1 NEquè est ordinandus clericus, qui pœnitentiam publicam fecit. *c. maritum. 33. dist. c. præcipimus. 34. dist. cap. ex pœnitentibu. c. qui cunquè. c. si ille, c. non confidat. c. Canones. c. confirmandum, & c. illud, 50 dist. c. fin. 51. dist. c. 1. c. nullus. & c. pœnitētes. 55. dist. c. infames. 6. q. 1. Diaz. in pract. crim. can. cap. 2. vbi etiam Lopez.*

2 Simpliciter qui inuitus ad perpetuã pœnitentiam agendam in Monasterium mittitur, ad sacerdotium ascendere non permittitur. *d. c. si ille. vbi gloss. verb. discendus. Abb. in cap. tua. nu. 7. de pœnit.* in clericis enim eligendis curam oportet esse perspicuam, & irreprehensibiles esse conuenit, quos præesse necesse est corrigēdis. *c. in sacerdotibus. 61. dist. c. indicet. & c. in grauibus. 3. q. 7.* quis enim quē paulò antè vidit iacentem veneretur sacerdotem? *cap. non negamus. 61 dist.*

3 Et quomodò potest clericus auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? aut qua libertate corripere peccantem potest, cum tacitus sibi ipsi respondeat se eadem admisisse, quæ corripit? *cap. primum. 25. dist. d. c. indicet. & dicto cap. in grauibus.*

4 Causa tamen necessitatis pœnitentes publicè possunt ad minores tantum ordines promoueri, non autem ad maiores. *cap. placuit. 50. dist.*

SVMMARIVM.

1 *Serui nō possunt esse clerici, & quare.*
2 *Seruus si ordinaretur iugum seruitutis euaderet.*

§. XIV.

1 MInùs qui seruilis sit conditionis potest tōsurari, nisi à proprijs Dominis libertatem legitimam consequatur. *cap. fin. 51. distinct. cap. 1. cum pluribus sequentibus. 54. distin. cap. 1. 55. dist. cap. si quis. 77. dist. c. infames. 6. q. 1. cap. 1. & toto tit. ac seru. non ordin. cap. 1. de fil presbyter.* debet enim esse immunis ab alijs, qui Diuinæ militiæ est aggregandus, vt à castris Dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur. *cap nullus. 54. dist.*

2 Si tamen Episcopus scienter seruum alterius ordinaret, licet ordinans Domino serui satisfacere teneretur, nihilominus iugum seruus euaderet seruitutis. *cap per venerabilem qui fil. sint legit.*

SVMMARIVM.

1 *Requisita in clerico iam facto consistunt in ornatu interiori, & in ornatu exteriori.*
2 *Ornatus virtutibus clericus esse debet.*
3 *Nobilitas morum, & virtutum, non generis, attenditur in clericis. & num. 4.*
4 *Adam quare creatus extrà Paradisum; & Eua intra Paradisum.*
Nobilitas morum magis attendenda est, quàm familiæ.
5 *Beneficia conferri debent clericis virtute, & moribus præditis.*
6 *Beneficia tàm nobilibus, quàm ignobilibus indistinctè sunt conferenda.*
7 *Statutum quòd non admittātur ignobiles ad Canonicatus Cathedralium non valet.*
Consuetudo neque itidem.
8 *Apostolorum aliqui fuerunt nobiles, aliqui verò ignobiles.*
9 *Sanctorum opera facientes ij dicuntur filij Sanctorum.*
10 *Habitus non facit monachum, sed ostendit.*
11 *Episcopum non facit dignitas Episcopalis, sed vita.*
12 *Clericus debet esse immunis à vitijs, & quare.*
Clericorum est aliorum peccata detergere, & curare.
13 *Sacerdotes mali sunt causa ruinæ Populi.*
14 *Intercessor pro populo ad Deum qualis esse debeat.*
15 *Deus non sacrificiorum magnitudinē, sed offerentium voluntatem, & merita dijudicat.*
16 *Orator destinandus debet esse beneuolus, & acceptus Principi, ad quem mittitur.*

17 Be-

17 *Beneficia curata debent dari personis gratis ipsis Ecclesijs, & earum Parochianis.*
18 *Ecclesia non debet quis præfici cum scandalo populi.*
19 *Parochus exosus populo potest etiam inuitus compelli ad permutandum, vel alia via exinde amoueri.*
20 *Episcopus exosus populo potest induci ad renunciandum Episcopatum.*
21 *Scandalum passiuum non est curandum.*
22 *Princeps secularis potest non admittere in Episcopum alicuius sua Ciuitatis personam sibi suspectam.*
23 *Sacerdos verus quis dici possit.*
24 *Bonifacij Episcopi, & Martyris dictũ de Sacerdotibus.*
25 *Clericatus nõ licentiam peccandi prabet, sed necessitatem benè viuendi.*
26 *Calix in quo sacrificium altaris conficiendum est debet esse aureus, vel argenteus, non autem ex ligno, vel ex ære, aut auricalco licet propter paupertatem stanneus esse possit.*
27 *Tonsura in clericis quid significet.*
28 *Exempla clericorum magis mouent seculares, quàm verba.*
29 *Vitijs carere debet, qui alios vult corrigere.*
30 *Mandatum nullum habens non potest opponere de viribus mandati.*
31 *Notarius conficiens Instrumentum simoniacum non potest opponere de nullitate illius.*
32 *Prælati delinquentes faciunt etiam delinquere populum sibi commissum.*
33 *Prælatorum integritas est salus subditorum.*
34 *Principis vita dicitur censura, eaque perpetua ad quam subditi conuertuntur, & quæ eis non tàm imperio quàm exemplo esse debet.*
35 *Clerici debent etiam se abstinere à lectoribus defectibus.*
36 *Clerici debent se abstinere ab ijs, quæ habent speciem mali.*
37 *Episcopi officio nihil est tristius, & beatius, & quomodo.*
38 *Clericus plus dicitur peccare in eodem genere mali, quàm laicus.*
39 *Episcopis melius est paucos, sed dignos habere ministros, quàm multos inutiles, & malos.*
40 *Cæcus cæcum ducit.*
41 *Silentium debet esse discretum in clericis.*
42 *Loquacitas est odiosa, & maximè in clericis.*
43 *Prudentes pauca loquuntur.*
44 *Breuitas est amica iuris.*
45 *Responsa non debent esse præcocia, sed matura.*
46 *Tempore egemus, vt aliquid maturiùs agamus.*
47 *Consilio omnia sunt facienda.*
48 *Variatio in clericis reprobatur, & nu. seq & num. 47.*
49 *Patronus laicus variare potest, & plures præsentare, quod non licet patrono Clerico.*
50 *Venditio alicuius rei si fuerit facta duobus, & posterior emptor priùs possessionem adipiscatur, præfertur primo emptori. Fallit in clerico vendente.*
51 *Variatio omnis reprobatur in iure.*
52 *Clerici debent esse pudici.*
53 *Clerici debent esse in aspectu oculorũ modesti.*
54 *Castitatem obseruare debent clerici.*
55 *Mundare alios qui debet, eum mundas habere manus oportet.*
56 *Clerici non debent fallere populum, & quomodo populum fallere dicantur.*
57 *Missam Sacerdotis concubinarij audire est prohibitum, & quomodo intelligatur. num. sequenti.*
58 *Benedictio Sacerdotum concubinariorum vertitur in maledictionem.*
59 *Concubinatus quando dici possit, & maximè in clerico.*
60 *Græci clerici grauiùs peccant, si labantur in crimen incontinentiæ, quàm clerici Latini.*
Græci clerici possunt vti legitimo matrimonio.
61 *Græci clerici vtentes matrimonio dicuntur castè viuere.*
Castitas dicitur etiã in matrimonio.
62 *Vidua dicitur castè viuere, si secundo nubat, etiam intrà annum luctus.*
63 *Vxor relicta à testatore vsufructuaria bonorum cum clausula, si castè vixerit, si transit ad secunda vota debet nihilominus habere vsufructũ eorundem bonorum.*
64 *Continentia in clericis non est de Iure diuino, sed de iure positiuo.*

65 *Coniugatus committendo adulterium magis peccat, quàm clericus habens rem carnalem cum soluta.*
66 *Clericus carnaliter cognoscens mulierem an, & quomodo dicatur committere adulterium spirituale.*
67 *Concubina clericorum possunt puniri per Iudicem Ecclesiasticum.*
68 *Matrimonium spirituale contrahi dicitur inter clericum in sacris constitutum, & Ecclesiam, & quomodo intelligatur. n.n. 66.67. & 68.*
69 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, & è contrà est in iure validum.*
70 *Matrimoniū spirituale ad instar carnalis dicitur inter Episcopum, & Ecclesiam sui Episcopatus, seu clericum beneficiatum, & Ecclesiam sui beneficij.*
71 *Sponsa Episcopi est propria Ecclesia, & clerici Ecclesia sui beneficij.*
72 *Matrimonium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam initiatur in electione ratificatur in confirmatione, & consumatur in consecratione.*
73 *Rigor canonum hodie non attenditur.*
74 *Clericus cæteris paribus plus peccat, quàm laicus.*
Superior cæteris paribus item plus, quam subditus.
75 *Hospitalitatem clerici seruare debent.*
76 *Abraham, & Loth per opera hospitalitatis Angelos hospitio recipere meruerunt.*
77 *Charitatem clerici exercere debent. & n. n. sequentibus.*
78 *Aurum clerici habent, vt subueniant indigentibus.*
Ignominia clerici est proprijs studere diuitijs.
79 *Auaritia clericorū multa mala parit.*
80 *Bona Ecclesiarum sunt bona pauperū.*
81 *Fructus beneficiorum sunt vita, & sanguis pauperum.*
82 *D. Bernardi dictum egregium.*
83 *Redidtuum Ecclesiasticorum quatuor portiones fieri debent.*
84 *D. Ambrosij dictum.*
85 *Expensa non debet fieri maior, quàm ferant redditus.*
86 *Redditus ità sunt expendendi, vt semper aliquid in fine supersit.*
87 *Clericus debet esse patiens, mitis, & mansuetus. & num. 86.*
Iracundi non debent esse clerici.
88 *Christiani non debent sumere vindictam de inimicis.*
Inimicorū vindicta est seruāda Deo.
89 *Iniuriam propriam clericus remittere potest; non autem illam, quæ vergit in Ecclesiæ præiudicium.*
90 *Prælati debent corrigere excessus suorum subditorum.*
Delicta nō debēt remanere impunita.
91 *Impunitas facit homines nequiores.*
92 *Delicta qui potest corrigere, & non corrigit, ipse committere dicitur.*
93 *Prælatus debet esse pastor, nō percussor.*
94 *Prælatus qualiter se gerere debeat ergà subditos. & num. 91.*
95 *Rigor maximè à clericis abesse debet. Virtus tamen est non exhibere se nimis austerum, aut nimis mitem.*
96 *Clericus omnibus prodesse debet, & nulli nocere non solum re, sed neque quoad opinionem.*
97 *Clerici debent esse obedientes Episcopo.*
98 *Inimicitias ad concordiam reducere debet clericus.*
99 *Episcopus potest per censuras compellere homines dissidentes, & litigantes ad concordiam.*
100 *Episcopus negligens in reuocando discordes ad cōcordiā mortaliter peccat.*
101 *Iudex debet laborare, vt lites componat, & pax inter omnes existat.*
102 *Iudex potest litigantes ad cōcordiam, & ad compromittendum compellere, & quando.*
103 *Iudex potest compellere vnum ex aduersarijs ad præstandam cautionem de non offendēdo alterum, neque suos, vbi vna pars verisimiliter timet ab alia offendi.*
104 *Saluaguardia solet concedi parti timenti aduersarium potentem.*
105 *Iudex non potest cogere partes litigantes ad compromittendum.*

§. XV.

1 NVnc aggredienda sunt requisita recipientia clericum in facto esse, quorum alia consistunt in ornatu interiori, alia verò in ornatu exteriori.

2 Debet etenim clericus esse ornatus virtutibus, & bonis moribus, qui sunt ornamenta interiora. *c. 1. & per totā. 40. dist.*

3 Et

3 Et non ex locorum, vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debent clerici, nec vrbium claritate, ſed fidei puritate. *§. 1. & cap. nos qui præſumus. 40. dist.*

4 Hinc animaduertendum eſt, quòd in agro Damaſceno extrà Paradiſum vir factus eſt, & mulier intrà Paradiſum vt aduertamus, quòd non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſquè gratiam ſibi comparat. *c. illud. 40. diſt.* quid enim Paradiſo iucundius? quid Cælo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo, & Angelus de Cælo peccando cecidit. *cap. qualibet. 40. diſt.* Et non tantùm debet attendi nobilitas generis, quantùm nobilitas morũ, quare Iuuenalis clamat

„ *Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo*

„ *Sanguine cenſeri, pictos oſtendere vultus*

„ *Maiorum ſtantes in curribus Aemilianos?*

„ *Tota licet veteres exornent vndique cera*

„ *Atria. Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.*

Et D. Hieron. ad Cęlantiam. Veram nobilitatem vocabat eſſe clarum virtutibus, & Ouidius de Ponto Elegia 10. canebat.

„ *Non cenſus, nec clarum nomen Auorum.*

„ *Sed probitas magnos, ingeniumque facit.*

Quamobrem Marcus Tullius Cicero in Inuectiua contrà Saluſtium. Sanctius, ait, me meis fulgere moribus, quàm maiorum opinione niti, vt ſim meis poſteris nobilitatis initium. Nequè loca, vel ordines Creatori clericos proximos faciunt, ſed ei merita bona illos iungunt, aut mala ab eo diſiungunt. *c. non loca. & cap. antè. 40 diſt.* & non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæquè honeſtaa gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem. *c. ſicut excellentiam. verſ. non gradus. 23. q. 4. c. venerabilis. de praben.*

5 Nã & in conferendis beneficijs nihil aliud magis inquiri debet, quã ætatis maturitas, morũ grauitas, & honeſtas, literarum ſcientia, vitæ, virtus, & fama perſonæ. *cap. cum in cunctis. in princ. ibi. ætatis* maturitas. *& c. innotuit. ibi.* inducere videbantur. *de elect. Pariſ. conſ. 40. nu. 12. & ſeqq. vol. 4*

6 Beneficia etenim tàm nobilibus, quã ignobilibus ſunt indiſtinctè conferenda. *d. cap. venerabilis. & ibi Abb. & DD. de praben.*

7 Nequè valet ſtatutum, ſiuè conſuetudo quòd non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium. *d. c. venerabilis & ibi Abb. num. 4.*

8 Nam inter Apoſtolos aliqui fuerunt nobiles, vt Paulus, & Bartholomæus, alij verò ignobiles, & pauperes, & tamen electi fuerunt ad Regimen Eccleſiæ. *gloſſ. in d. c. venerabilis. verb. non multos. & ibi Abb. d. num. 4. & num. 7.*

9 Et non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum. *c. non eſt facile. & c. multi. in fin. 40. diſt. gloſſ. in d. verb. non multos.*

10 Quemadmodum dicimus, quòd habitus non facit Monachum, ſed profeſſio Regularis. *§. ſi quando. verſ. tandi eã. auth. vt nulli. iudic. c. porrectum, & c. vt clerici. de Regular. cap. conſuluit. qui cleric. vel vouen.*

11 Ità dignitas ſola non facit Epiſcopum, ſed vita. *cap. non omnes. & cap. non omnis. 2. q. 7.* non enim omnis, qui dicit pax vobis, quaſi columba eſt audiendus. *D. Auguſt. tract. 6. in cap. 1. Ioan. relat. in d. cap. non omnis.* licet ſtigmata oſtendant militem, habitus clericum, ſtola Sacerdotem, toga Aduocatum, & cuculla Monachum. *Bald. in cap. cauſam. n. 2. vbi etiã Dec. num. 5. de probat.*

12 Quare debet eſſe clericus immunis à vitijs, tùm quia ipſe debet aliorum peccata detergere, & curare. *D. Auguſt. lib. 1. de Sermon. Domini in Monte cap. 6. tom. 4. c qui ſine. c. iudicet. c. in grauibus. cap. poſtulatus. & c. Sacerdos. 3. q 7. c. 1. de pœnit. diſt. 6.* tùm verò quia tenetur orare pro populo, vt dictum fuit ſuperiùs. *in §. 1.*

13 Et cauſa ruinæ Populi ſunt ſacerdotea mali, quia tunc populus nec habet mediatores, ac interceſſores dignos ante Deũ, neque exempla vitæ, vt poſt *D. Greg. dicit ſtimul. Paſtor. p. 2. cap. 9. § Tito dicit Paulus.*

14 Quia enim interceſſores pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt vt eius

gra-

gratiam benè viuendo mereantur; nam cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. §.1.49.*dist.* d. *cap.in grauimus.* victimæ etenim impiorũ abominabiles sũt Deo, vota iustorum placabilia. *Prou.15. d.c.in grauibus.* & *c.odi.24.q.1.*

15 Nõ enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita Dominus dijudicat; Vndè & Vidua, quæ in corbonã duo minuta miserat omnibus à Saluatore præfertur. *Marc.12.* quia Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. *d.cap.odi.* & ideò respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. *Genes.4.* per honestam vitam clericorum maxima Principibus secularibus dabuntur à Deo, & ea quæ sunt firma ab ijsdem Principibus habebuntur, & quæ nondum hactenus venerunt, acquirentur. *§.nos igitur maximam.auth. quem oport. Episc.*

16 Et in simili dicitur quando est destinandus aliquis Orator, siue vt vulgò dicimus Ambasciator, est eligendus is, qui est beneuolus, & acceptus illi Principi, ad quem mittitur. *Abb.in Rub. de vit.* & *honest.cler.num.6.*

17 Dicimus etiam Episcops opronidere debere beneficijs curam animarum habentibus de persona grata, & benigna ipsis Ecclesijs, & earum Parochianis. *c.quod Dei.* & *ibi Abb.n.1.* & *Butr. n. 5. de stat. mon.Prob.in c.cũ in illis. n.34. de praben. in 6.*

18 Et ideò cum scandalo populi non debet quis præfici alicui Ecclesiæ. *Abb.in cap.1.num.9.de elect.*

19 Nam Parochum populo exosum, ità vt graue immineat scandalum, si manebit in Parochia, de qua est prouisus, potest etiam inuitum Episcopus compellere ad permutandum, vel alia via illum exindè amouere. *Innoc. in c.venient. de renunt. Io.Andr.in c. quod ob gratiam.de reg. iur. in 6. Abb.in c.1. n.9.* & *ibi addit. de elect.* & *in c.ex literis 1.nu.1.* & *ibi Felin. de homicid. Boss. in prax. crimin. tit. bannitis qui poss.n.6. Rom.singul.296.* & *cons.345. n.3. Baiard.ad Clar.in § fin.q 36. num.7. facit cap. valet.& 1. distinct.* & *cap. scias. 7.quæst.1.*

20 Item & Episcopus si est exosus populo, ità vt immineat scandalum, potest ad renunciandum Episcopatum. *Innoc. in c.nisi cum pridem. nu.4. vers.* & ideò quòd diximus *de renunc. Fel.in c.2.nu.2. vers. decimo.de præscript* & *in Rubr. de treuga.* & *pace. n.4. Franc.Marc.decis.944. nu.1. vol.1. Rom.sing.794. incip. an Episc. Ricc. de iur.person.lib.9.c.5.n.8.* vbi plures citat idem sentientes. Quinimò licet ipse non sit in culpa illius scandali, nihilominus propter bonum publicum potest priuari, dato tamen illi bono cãbio, vt post *Innoc. Io.And.* & *Federic.dicit Abb.in c.quæsitũ. n.8. de rer.permut.* si aliter consuli non potest Ecclesiæ, saltem per dationem Coadiutoris, nam si posset prouideri per constitutionem Coadiutoris non posset transferri ad alium Episcopatum, vt existimat. *Abb.d num.8.*

21 Et maximè si scandalum sit passiuũ, quod non est curandum, sed vtilius permittitur nasci huiusmodi scandalum, quã vt veritas relinquatur. *c.qui scandalizauerit de reg.iur.in 6. D.Greg.Homil.7. in Ezechiel. D. August.lib. 3. contra Parmenionem.c.2. D.T hom.2.2.q.43.ar.7. Couar. in c alma mater.par.1.§.2. num. 11. vers. quamobrẽ Syluest.verb.excõmunicatio.3. nu.5. Sot.in 4.dist.12.q.1.art.4. Victor in sum.de excommunicat.num.10. Ledesm in sum. par. 1. tract. de censur. cap. 6. de excommunic.*

22 Exinde fit etiam, quòd possit Princeps secularis non admittere in aliqua Ciuitate sui Dominij in Episcopum personam sibi suspectam, de qua non possit confidere, ne fortè reuelet aduersarijs secreta sui Dominij. *gloss.1.in c.nullus.61.dist.* & *gloss.fin.in c fin.63.dist. Innoc.in c.super his.nu.8.in fin. de accusat. Abb.in c.1. num.9.* & *in cap. cum terra.num.1.* & *in c quod sicut.§.super eo.num.7.de elect. Io. Andr.in c nobis.n.12.de iurepatr. Host. in sum.tit.de elect.§.quis possit eligere.nu.5. Barbat.cons.11.num.9.vol.1.* quod tamen irà de facto Princeps facere nequit, nisi de licentia Papæ. *Boss. in prax.crim. tit. banniti. qui poss.* & *dicetur in tit. de fauor.cleric.person.in §.5.*

23 Quamobrem D. *Io. Chrysost. in Matth.Homil.43.ad c.23.* multos Sacerdotes, sed paucos Sacerdotes inueniri dicebat, multos nomine, paucos opere; debent enim videre quomodò sedeant super cathedram, quia non cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedram;

non

non locus sanctificat hominem, sed homo locum, non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos; Qui benè sederit super cathedram, honorem accipit ab illa, qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ, ideoquè malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem; in iudicio enim sedens siquidem benè vixerit, & benè docuerit omnium iudex est, si autem benè docuerit, & malè vixerit sui solius condemnator erit, nam benè viuendo, & benè docendo, populum instruit quomodò debeat viuere, benè autem docendo, & malè viuendo Deum instruit, quomodò illum condemnare debeat. *c. multi. 40. dist.*

24 Quare Bonifacius Episcopus, & Martyr interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacrificium altaris conficere, Respondit, Quondam Sacerdotes aureos ligneis calicibus vsos fuisse, nunc è contrario ligneos Sacerdotes aureis vti calicibus, & refertur in *c. vasa de consecr. dist. 1.*

25 Aduertere igitur debet clericus ad qualem euectus sit gradum, cum ex suscepto officio clericatus non licentiam peccandi, sed necessitatem benè viuendi debeat noscere se assecutum. *§. 1. in fin. 40. dist.*

26 Non enim in ligneis calicibus, vel æreis sacrum mysteriū Corporis Domini Nostri Iesu Christi conficere licet, sed in aureis vel argenteis. *c. vasa. & c. sequenti. de consecrat. dist. 1.* quamuis permittatur propter paupertatem, vt calix etiam stanneus esse possit non antem ex ære, vel auricalco, quia ob vini virtutem ęruginem facit. *cap. Calix. de consecrat. dist. 1.*

27 Hinc est quòd clericis competit tasura, & tonsura in modum coronæ, & figuræ, quia corona est signum Regni, & perfectionis, cum sit circularis carens angulo in signum carentiæ sordium, quia vbi angulus est, ibi sordes inueniuntur, nam semetipsos, & alios virtutibus regere, & sordibus mundare debent, & sic in Deo regnabunt. *cap. duo sunt. 12. q. 1. gloss. in clem. 2. verb. tonsuram. de vit. & honest. cleric.* per rasuram autem ex parte superiori capilli subtrahuntur, ne mens ipsorum per occupationes temporales retardetur à contemplatione mysteriorum diuinorum, summitas enim capitis est eminentia mentis. *gloss. in d. verb. tonsuram.* quia clerici debent esse semoti à secularibus hominibus. *cap. deniquè. 4. distinct.*

& hoc importat rasura in capite. *cap. degradatio. de pœn. in 6.*

28 Exemplo etenim clericorum magis instituuntur seculares, quam verbis. *cap. in sacerdotibus. 61. dist. Dec. in c. eum in cunctis. in princ. nu. 19. de elect.* nam quæ in alijs membris Ecclesiæ vacant à culpa, in clericis habētur illicita. *cap. 1. 32. distinct.* propterea inter seculares nugas esse nugas, in ore Sacerdotis dici blasphemias, inquit *D. Bernard. lib. 2. de consid.*

29 Et nemo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrat. *cap. nemo. 81. dist. l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publ.* nam qui carpit mores, labe carere debet. *l. in arenam. C. de inoff. testam.* nemo etenim potest aliū corrigere, qui tacitus respondeat eadem commisisse. *cap. iudicet. 3. q. 7. cap. esto. 95. distinct. cap. 1. & per totam. 32. quæst 6.*

30 Et in simili dicimus quòd non possit opponere de viribus mandati, qui habet simile mandatum. *Caputaq. decis. 182. n. 4. par. 2.* & auctor nullitatis de nullitatibus dare nequit. *Ferret. cons. 155. nu. 6. in fin. & num. 7. Lancellot. de attentat par. 2. c. 4. in præfat. num. 102.*

31 Neque Notarius conficiens instrumentum simoniacum potest opponere de nullitate illius propter simoniam. *Mohed. decis. 2. de simon. Put. decis. 330. lib. 2. Rot. diuers. par. 3. decis. 13. & decis. 1262. par. 3. lib. 3.*

32 Et scire debent clerici, maximè Prēlati, qui si peruersa vnquam perpetrāt tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. *c. præcipuè. 11. q. 3. c. nulli fas. 25. q. 1. Dec. d. n. 19.* Quamobrem necesse est, vt tantò se cautius à culpa custodiant, quantò per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur. *d. c. præcipuè.* quod enim agitur à Prælatis, facilè trahitur à subditis in exemplum, iuxtà illud,

„ *Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

D. Gregor. in 2. par. Pastor. cap. 3. & 7. & id quod Dominus, inquit, per Moysem in *Leuitic. 4.* Si sacerdos, qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum. *c. magna. de voto.* propterea Apostolos hortatur Christus, vt bonum dent exemplum.

Matth. 5. & D. Paul. 2. Corinth. 6. nam vita clerici debet esse irreprehensibilis. *D.Paul. Philip.2. & 1.Timoth.4.*

33 Quemadmodum dicimus quod integritas præsidentium salus est subditorũ. *c.inter corporalia. de translat. Episc.Conc. Trid.c.1.circà princ.sess.6.de reform.*cum enim maiores voluptati deseruiunt, non mirum est, si minoribus lasciuiæ frena laxantur. *D.Greg.lib.1.Moral.*

34 Præterea vita Principis dicitur censura, eaq. perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tàm imperio nobis opus esset, quàm exemplo *Plin.in Paneg. Troiani.* & vt in corporibus sic in mẽbro grauissimus morbus, qui à capite diffunditur, paratumq. exitiũ illi Ciuitati dicebat *Plato lib.4.de legib.* in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus præsunt; quare lepide scripsit his versibus Card. *in clem.ne in agro. de stat.Monach.*

„ *Ordo cucullatus poterit tunc esse beatus*

„ *Si bibat flumen, si discat amare legumen.*

„ *Sed sæpè spernit fabas pro piscibus Abbas,*

„ *Consimiles mores cupiunt retinere minores.*

Quare non solùm verba otiosa fugere debet clericus, *D.Bonau.de triplic.stat.relig. par.1.cap.27.*

35 Sed etiam à leuioribus defectibus se abstinere, ne alij maiora delicta committant. *c.quod ait. 14.dist.*

36 Et ab ijs se abstinere, quæ habent speciem mali. *D. Paul. 1. ad Thessalon.5. cap.cum ab omni. de vit.& honest. cler.*

37 Cum nihil sit miserabilius, tristius, & damnabilium, nihilquè in hac vita difficilius, laboriosius, & periculosius Episcopi, presbyteri, aut Diaconi officio, nihilominus apud Deũ nihil est beatius, si eo modo militetur, quo militari debet. *D.Aug. ad Valerium.Epist.148.c.antè omnia.40.dist.*

38 Et in eodem genere delicti plus dicitur peccare clericus, quàm laicus. *d.cap. præcipuè.& c.qui viderit.32.q.5.l.omne delictum.§ præterea.ff.de re milit.Abb.in d.c.inter corporalia.num.25.*

39 Et ideò meliùs est Episcopis paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, & malos. *c.tales.23.dist. c.cum sit ars.in fin. de ætat.& qual. facit.c.nihil est. § Episcopi. de elect.*

40 Quia si cęcus cęcum ducit, ambo in foueam dilabuntur. *Luc.6.cap.qui vult.de pœnit.dist.6. & d.c.cum sit ars.*

41 Debet esse clericus discretus in silentio, vtilis, & cautus in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat, nam sicut incauta locutio in errorẽ trahit, ità indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant in errore derelinquit. *D.Gregor.Homil.11.in Ezechielem. Beda in Leuitic.5. cap.1. 43.dist.*

42 Ideò debet euitare loquacitatem, quæ est odiosa. *Ecclesiast.32.§.1.vers.quoties.25.dist. Bar.in l.proximè ff.de his quæ in testam: delen.*

43 Quare scripsit ille sapiens.

„ *Pauca loqui prudens, audireq. plurima debet,*

„ *Os vnum, binasq. aures idcircò tenemus.*

Meliùs enim est pauca idonea effundere, quam multis verbis inutilibus homines prægrauari. *l.tanta. § contrarium. C.de vit.iur.enucl.*

44 Et breuitas est amica iuris. *l.ita vulneratus. in fin ff.ad leg.Aquil. §.quibus. ibi breui sermone. in prima Constit. Codicis.l.si quis obrepserit. C.de falsi.*

45 Quamobrem anteqnam responsum de aliqua re proferat, debet cũcta rimari, & considerare. *cap. cum in veteri. & ibi Innoc. num.5. Host.nu.5. & Abb.nu.5.de elect.Caputaq.decis.282.num.3.par.1.*

46 Nam tẽpore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus *c põdere.50.dist.l.sciendum.ff. de vsu.* & qui non benè loquitur considerantè, sentiet mala. *cap.fin. 5.q.5.* & non arbitratim, sed maturè, & cum deliberatione respondere debemus. *l. Diui fratres. vbi Bart. in princip. ff. de iurepatron.*

47 Quare iuxtà consilium sapientis debet omnia facere cum consilio. *Eccles.32. & 37.* vbi enim non est consilium, res dissipantur. *Prouerb.15.* & quæ consilio ordinantur ad beatitudinem, & gloriam redundare noscuntur. *l.3. C. de repud. l.humanum.C.de legib.*

48 Hinc est quòd in clericis variatio

repro-

reprobatur. *cap. cum autem. de Iurepatr. clem.* 1. *de renunc. Goffred in ſum. tit. de Iurepatron.n.4. in fin. & ibi Hoſt. in §.in quibus.verſ.Eccleſiaſticus.*

49 Et ideò quamuis licitũ ſit patrono laico variare, & plures præſentare, eumulatiuè tamen. *c.Paſtoralis.c.quod autem.& c.cum autem.de Iurepatr. Rot.diuerſ.p.3. lib.3.deciſ.547.n.3.* nihilominus non licet hoc clerico, cum variatio redoleat mutabilitatem, quæ non debet eſſe in clerico patrono. *d c.cum autem. & ibi gloſſ.pen.in fin. & Abb n.3.& 7.de Iurepatr. Goffred. & Hoſt. in loc. cit. Lambert. de Iurepatr. lib.1.par.1.q.1.art.6.n.26.& 27.& lib.2. par.2.q.3.art.8.num.5.*

50 Et facit quod inquit *Iaſ. in l. quoties.C.de rei vend.*nam licet illa *l.quoties.* diſponat, quòd ſi vendatur res duobus, & poſterior emptor priùs adipiſcatur poſſeſſionem, præfertur primo emptori, hoc tamen non habet locum in clerico vendẽte, quia nõ licet ei variare, & eſſe inſtabilem. Id tenet *Innoc in c.continebatur. vbi etiã Hoſt.& Ioan.Andr.de ijs.quæ fiũt à Pral. Roman.conſ.198.Alex conſ.38.nu.5.vol.7. Gozad.conſ.14. Hippol ſing.81.* quidquid ſentiant alij relati ab *azor. 3 par. Inſtit. Moral.lib.8.cap.18.q.1.*

51 Præterquamquòd omnis variatio in iure reprobatur, maximè in alicuius præiudicium. *cap publicato.de elect.cap.licet.de procurat.in 6.l.ſerus electione. ff.de leg.1. Io.Andr.in c.praecedenti.n.3.de offic.legat. in 6.Mandoſ conſ.18.nu.9. Put deciſ.193. n.1.lib.3.*& ridiculum eſt,& puerile hodie concedere, & cras reuocare,& pœnitere. *Rot.deciſ.33.n.18.de praben. in antiquis.*

52 Pudicus debet eſſe clericus, vt ex moribus, & verbis pudorem indefinenter exhibeat. *§.1.43.diſt.*

53 Item in aſpectu oculorũ modeſtus. *cap.qui viderit.32.q.5.*

54 Caſtitatis in primis obſeruans,cum enim clericus templum,& vas Domini, & ſacrarium Spiritus ſancti eſſe debeat, dici indignum eſt,eum cubilibus,& immundicijs deſeruire. *D.Paul.ad Roman.13.Bed. in Luc. lib.1. cap.decernimus. & per tot. 28.diſt.cap.1.& per totam.27.29.30.31.& 32.diſt. cap.propoſuiſti. cum ſeqq. 82.diſt. cap. cum in praeterito. & cap. ſeq. 84.diſt. cap.11. & per totam.15.quaeſt.8 c. à multis. de atat. & qualit. cap.vt clericorum. de vit. & honeſt. cleric.* non enim vocauit nos Deus in immundiciam,ſed in ſanctificationẽ. *D.Paul.1.ad Theſſal.4.* nam qui ambulat in via immaculata, inquit Deus per Dauid,hic mihi miniſtrabit. *Pſal.100.* & Demoſthen. in Oratione contrà Timocratem in hæc verba. Ego enim arbitror, qui ſacras ædes ingrediatur,qui curæ Diuinarum rerum præſit, eum non modò ad certum aliquot dierum tempus caſtum eſſe debere, ſed per omne ſpatium ætatis ab iſtiuſmodi ſtudijs fuiſſe purum oportere. Hæc Demoſthenes Ethnicus. Quin & Ethnici immolare victimas eos prohibebant, qui minimè puri, & integri ad immolandũ accederẽt. vndè Tibull. *lib.2.*

» *Vos quoquè abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris*

» *Queis dedit heſterna gaudia nocte Venus.*

» *Caſta placent Superis.* &c.

Et Cic.2.de leg.Ad Diuos,inquit,adeunto caſtè, qui ſecùs faxit,Deus ipſe vindex erit. Et qui ſancti non ſunt,ſancta tractare non poſſunt, atquè alieni effici debent à miniſterio, quòd viuendo illicitè polluunt. *c.Maximianus.81.diſt.* & qui contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore, vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſciẽtia, quouè merito exaudiri ſe credit,cum dictũ ſit,omnia munda mundis, coinquinatis autẽ nihil mundum? *D.Paul. ad Tit.1.& ad Roman.14.cap propoſuiſti. 82.diſt.* & ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quia ego Sãctus ſum. *Leuit.11.1.Petr.1.c oportet.81.diſt.d cap.propoſuiſti.*

55 Et ideò cum alios mundare debeat, neceſsè eſt, vt munda ſtudeat eſſe manus, quæ diluere ſordes curat. *c. neceſſe. 1.q.1. D.Aug.ſer.36. ad presbyteros. D.Chryſoſt. lib.6. de ſacerdot.* ſcriptum namquè eſt, Mũdamini,qui fertis vaſa Domini. *Eſa 52.* & ſi Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? *cap.ſi ſacerdos.de pœnit. diſt.1.*hoc eſt vitæ ſingularis aliquis debet orare pro eo. *d.cap ſi ſacerdos. §.ſed huiuſmodi.*

56 Quamobrem omninò cauẽdum eſt, ne clerici fallant populum, & illud Prophetæ dictum in illis impleatur, Sacerdotes mei contaminant ſancta, & reprobant legem *Sophon.3. cap. oportet. 81.diſt.*quos etiã increpat Dominus. *Malach.1.*dicens: O vos Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum,& dixiſtis, in quo deſpeximus nomen

M 2

men tuum? quibus responsum est, Offertis super altare meum panem pollutum; Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & munus non suscipiam de manu vestra, quia polluti estis. *refertur in d. c. oportet.*

57 Et ideò prohibitum est audire Missam Sacerdotum concubinam habentium. *cap. nullus. & cap. præter. 32. dist. c. vestra. de cohabit. cler. & mul.* item & audire eorum officium. *cap. si qui sunt. 81. dist. c. fin. de cohabit. cler. & mul.*

58 Quia benedictio similium Sacerdotum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum. *d. c. si qui sunt.* testante Domino per Prophetam, Maledicam benedictionibus vestris. *Malach. 2. c. multi in fin. 1. q. 1.* Quæ tamen intelligenda sunt, si crimen sit publicum, & notorium per sententiam, seù confessionem factam in iudicio, aut per euidentiã rei, quæ tergiuersatione celari non possit. *d. cap. vestra & ibi Abb. n. 1. 2. & 3. & d. cap. fin. de cohabit. cler. & mul. d. c. si qui sunt. gloss. 1. in d. c. nullus. Conc. Trid. sess. 22. in Decreto de obseruan. & euitan. in celebrat. Miss. §. neminem præterea.*

59 Et quamuis de iure Ciuili ad effectum concubinatus videatur requiri, quòd concubina sit retenta in domo. *gloss. in l. concubinam. & ibi Bart. ff. de concubin. Præposit. in Rubr. de sponsal. n. 5.* & regulariter plura concurrere debeant ad constituendum concubinatum. *Rot. diuersor. p. 2. decis. 254 nu. 1. & 2.* Nihilominus clericus retinens mulierẽ in domo, siuè extrà, cum qua habet consuetudinem carnalem, habetur pro concubinario, si de consuetudine constet, & diffamatus est in sua, vel ipsiusmet fœminæ vicinia. *Diaz. in pract. crim. c. 80. & ita tenuit Rota in vna Monasterij Sancti Mansueti die 27. Ianuarij 1597. coram Penia. Conc. Trid. cap. 14. circà princ. sess. 25. de reform.* quæ Concilij Tridentini dispositio habet locum etiã, si quis clericus modò cum vna, modò cum alia comprehendatur, vt declarauit sacra Congregatio Concilij super *d. c. 14. §. habet locum.*

60 Grauiùs tamẽ peccat clericus Græcus cadens in vitium continentiæ, quàm clericus Latinus. *c. vt clericorum. in fin. & ibi Abb. n. 6. de vit. & honest. cler.* quia ille potest vti legitimo matrimonio, non autẽ iste. *d. cap. vt clericorum. & ibidem Abb. d. n. 6.* prout dictũ fuit superiùs *in §. 9. n. 4.*

61 Et nihilominus clericus Græcus vtẽdo matrimonio dicitur castè viuere, nam in matrimonio est castitas. *cap. Nicæna. 31. dist. gloss. in cap. inter opera. in formatione casus. in fin. de spõsal. Abb. in c. quod à te. n. 3. & in d. c. vt clericorum. nu. 5. & in cap. cum olim. nu. 5. & ibi Host. n. 35. de cler. coniug. Dec. in cap. causam. num. 14. de probat.*

62 Et dicitur etiam castè viuere vidua, si secundò nubat, etiam intrà annũ luctus, *vt per dictum cap. Nicæna. dicit Bart. in l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Trebell. Angel. in auth. de restit.* & ea quæ parit *§. vnum. vers. not. mulierem.* nec videtur repugnare *Felin. in proem. Decretal. nu. 7. vers. adde etiam Petrum.* quicquid dicant *Anchar. & Innocent. in cap. quod à te de cler. coniug.*

63 Quare si testator relinquat vxori suę vsumfructũ bonorũ, si castè vixerit, demũ vxor mortuo marito si transit ad secũda vota, debet nihilominus habere vsũfructum eorũdem bonorum, nisi aliud senserit testator, seù aliud habeat communis vsus loquendi, quia etsi nubat, dicitur tamen castè viuere. *Abb. in d. c. quod à te. n. 3. & in d. c. vt clericorum. num. 5. Bart. in d. §. cum proponeretur. & in l. 1. C. si mul. secund. nups. Oldrad. cons. 164. Felin. in cap. cum sit. nu. 13. de for. comp.* & ideò cautela erit Notarijs adijcere, si castè vixerit, & viduitatem seruauerit. *Abb. in d. cap. vt clericorum. num. 5. Oldrad. eod. cons. 164.*

64 Et ex hoc pariter infertur, quòd cõtinentia in clericis non sit de iure Diuino, sed dumtaxat de iure positiuo. *Abb. d. n. 5. & in d. c. cum olim. num. 5. de cler. coniug.* quia aliàs Græci peccarent vtendo matrimonio, nec excusaret eos consuetudo, quia illa nõ valet contrà legem Diuinam. *c. fin. de consuetud.* vt dicetur inferiùs *in tit. de fauor. Clericor. person. in §. 3.*

65 Laicus item coniugatus cõmittendo adulterium magis peccat, quam clericus rem carnalem habens cum muliere soluta. *Caccialup. in l. si qua illustris. nu. 13. C. ad Orfician.* & de communi dicit *Corset. in Repertorio Abbatis. verb. coniugatus. Io. Andr. in d. c. vt clericorum. & ibi Abb. n. 6.* qui refert Abbatem antiquum. Butr. & Petr. & communiter DD. cum hoc dicto transire, licet apud ipsum non sit absquè dubitatione.

66 Nequè obstat quòd *Abb. d. n. 6.* dicat

cleri-

clericum carnaliter cognoscentē mulierem committere adulterium spirituale, & sacrilegium. *gloss. in c. virginibus. 27. q. 1.* & quòd committat sacrilegium *est text. in c. de ijs. vers. quòd si fortè. 28. dist.*

67 Hinc fit quòd concubinæ clericorum puniri possunt per Iudicem Ecclesiasticum propter sacrilegium, quòd committunt clericis inhærendo. *c. si quispiam. & ibi gloss. fin. 81. dist. Abb. in d. c. vt clericorũ n. 7. Anchar. cõs. 159. & dicetur in tit. de fauor. Clericor. reali. in §. 4. in cas. 2.*

68 Dicimus etiam inter clericum in sacris constitutum, & Ecclesiam contrahi matrimoniũ spirituale. *c. seriatim. 32. dist. cap. 2. iuncta gloss. fin. de pœn. Abb. in cap. 2. num. 31. Butr. & DD. de translat. Episc.*

69 Et valere argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, & è contrà. *c. 1. & per totum. de translat. Episc. Abb. in c. extirpanda. §. qui verò. n. 28. vers. probatur hoc ad instar natalis. de praeben. Euerard. in centur. legal. in loco à matrimonio temporali ad spirituale. Menoch. consil. 245. num. 8. vol. 3.*

70 Quia non est verum propriè matrimonium spirituale ad instar carnalis dici posse, nisi inter Episcopum & Ecclesiam sui Episcopatus, seù clericum beneficiatũ, & Ecclesiam sui beneficij. *c. quoniam. §. si verò. vt lit. non contest. d. c. 2. & c. quantò. & ibi Abb. n. 8. & 15. & DD. de transl. Host. in sum. eod. §. cuius auctoritate. num. 5. Episc.*

71 Sponsa enim Episcopi est sua Ecclesia, item & clerici beneficiati Ecclesia sui beneficij. *c. audiuimus. 3. q. 2. cap. sicut vir. & c. peruenit. 7. q. 1. d. c. 2. de translat. Episc. Abb. in c. relatum. n. 7. de cler. non resid. Bero. cons. 163. nu. 16. vol. 3. Cephal. cõs. 410. n. 16. vol. 3.* matrimonium etenim spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam initiatur in electione, ratificatur in confirmatione, & consumatur in cõsecratione. *Host. in d. nu. 5.* & ideò Episcopus defert annulum in signum matrimonij. *c. cleric. 2. vbi gloss. de vit. & honest. cler.*

72 Et sic fornicando vidētur committere adulterium, propter Ecclesiam eorum sponsam. *cap. sicut alterius. 7. quæst. 1.* nã Episcopus dicitur esse in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo. *c. scire debes. 7. q. 1. c. 1. vbi Gemin. & Franc. de restit. in integr. in 6.* Simplex autem sacerdos fornicando non dicitur committere adulterium. *Fed. consil. 166.* & post multos ab eo allegatos tenet *Felin. in c. at si clerici. n. 14. vbi etiã Dec. num. 229. de iudic.* & post alios tenet *Clar. in §. fornicatio. n. 13.*

73 Præterea hodiè non attenditur rigor Canonũ antiquorum. *c. fraternitatis. vers. atas nostri temporis. 34. dist. Corset. in di. cto verb. coniugatus.*

74 Benè verum est quòd cæteris paribus plus peccat clericus, quàm laicus, & plus superior, quam inferior. *c. praecipuè. 11. q. 3. Abb. in d. c. 2. n. 25. de transl. Episc.* vt dictum fuit superiùs.

75 Hospitalis pariter debet esse clericus. *c. 1. & per totam. 42. dist. c. 1. 85. dist. c. fin. 16. q. 1. D. Paul. ad. Hebr. 13. & ad Rom. 12. c. 2. in princ. de supplen. neglig. Pral. Conc. Trid. sess. 25. c. 8. de reform. Felin in c. dilectus. num. 6. de offic. Ordin. D. Hieron. Epist. ad Ocean. de vit. cleric. Rebuff. de cong port. q. 2. n. 12. & 13.* ne sit in numero eorum, quibus in finali iudicio dicetur. Hospes erã, & nõ suscepistis me; *Matth. 25. §. 1. 42. dist.*

76 Non enim potest esse hortator hospitalitatis, qui domum propriam hospitibus claudit, sed debet ad memoriam reuocare quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera Deo placuerunt, & Angelos hospitio recipere meruerunt, quomodò Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi Lot eum familia sua liberarunt. *Genes. 18. & 19. D. Paul. ad. Hebr. 13. §. 1. & c. quiescamus. 42. dist.* Et si recipi in Ecclesia prohibita fuit Vidua, quæ pauperes non recepit hospitio, quæ pedes sãctorum non lauit. *1. ad Timoth. 5. d. §. 1. 42. dist.* multò magis sunt prohibendi clerici ad maiores gradus ascendere, qui ab opere pietatis probantur alieni. *dicto. §. 1. 42. dist. c. 1. 85. dist.*

77 Ad opera namquè charitatis magis clericus, quam alius debet esse propensus. *cap. 1. eum ibi not. de empt. & vend.*

78 Non enim clericus debet esse tenax in retinendo, *post Io. Andr. Specul. & alios quos allegat dicit Butr. cons. 34. in fin. vol. 1. Cephal. cons. 699. n. 14. vol. 5.* eum non habeat aurum, vt conseruet, sed vt eroget, & subueniat indigentibus; quinimò est ignominia clerici proprijs studere diuitijs. *cap. sicut ij. 47. distinct. cap. gloria. 12. quæst. 2.* & à clericis debet abesse vitium auaritiæ. *cap. Diaconi. 4. 93. dist.*

79 Nam

79 Nam propter clericorum auaritiã odia consurgunt, hinc Episcopi accusantur à clericis, hinc Principum lites, hinc detractionis causa, hinc origo criminis. *d.cap. Diaconi.*

80 Bona etenim Ecclesiarum sunt bona pauperum. *c.aurum.12.q.2.Abb.in in c.cũ super.n.12. & 20.de caus.poss. & propr.*

81 Et fructus beneficiorũ dicuntur vita, & sanguis pauperum, *vt post Gemin. dicit Prob. in addit. ad Monach. in c.nemo.n.45. de elect.in 6.*

82. Et ideò *D. Bernard. in Epist.42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum col.3.* inquit, Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt, Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis, & nos Dei Plasmatio, & nos sanguine Christi redẽpti sumus. *& dicetur in tit. De bonis Clericorum. in §.12.*

83 Quamobrẽ quatuor de redditibus Ecclesiasticis debent fieri portiones, quarũ vna est danda Episcopo, altera fabricæ, de qua dicam *in tit. de fauor. cleric. quoad debita. in §.13. & 14.* tertia clerico, & quatta pauperibus. *cap. vobis. cap. concesso. c. quatuor. c. de redditibus. c cognouimus. & cap. seq. 12.q.2. & dicetur in d.tit. De bonis Clericorum. in §.12.*

84 Quare *D. Ambros. serm.81.* non minùs, dicit, esse criminis cũ possis, & abundes, indigentibus denegare, quàm habenti tollere; subdens, Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis. *d.c. sicut ij. §. nunquid. in fin. 47. dist.*

85 Nequè tamen faciendæ sunt maiores expensæ quàm toleretur à suis redditibus, quia

„ *Qui plus expendit, quam sua bursa rependit*

„ *Non admiretur si paupertate grauetur.*

Arg. c. damnum. in 6. de regul. iur. Crauet. qui plura similia adducit *cons. 202. col. 2. Osasc. decis. 168. num. 18.*

86 Redditus etenim ità sunt expendendi, vt semper aliquid in fine supersit, iuxtà consilium Iurisconsulti *in l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educ. deb.*

87 Debet esse clericus patiens, mitis, pius, & mansuetus, non irascibilis, & perturbati sensus. *D. August. ad fratres in Erem. D. Chrysost lib.3 de Sacerdot. c. studeat. 50. dist c.1, & per totam. 45. dist. §. 2. 23.q.1.c. si Episcopus. 11.q.3 c.1. & toto tit. de cleric. percus. cap suscepimus. in fin. de homicid.* quamobrem Senatores Roboam lenitatem suaserunt. 3. *Reg.* 12. ira etenim sæpè in crimen adducit. *c. cum apud Thessalonicam. & cap. summoperè. 11.q.3.* Non vosmetipsos defendentes, sed date locum iræ. *D. Paul. ad Roman.* 12. & ideò idem *D. Paul. 2. ad Timoth. 4.* dicebat. Argue, obsecra, increpa in omni patientia. *& 2. ad Timoth. 2. c.1. & c. cum beatus. 45. dist.* Vndè Saluator noster dimittens ad euangelizandum discipulos misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga, vt & incentiua litis, & instrumenta eriperet vltionis. *D. Ambros. in lib. de S. Ioseph. c.13. cap. ira. 11.q.3.*

88 Verum quamuis vindictam sumere de inimicis non deceat Christianos. *§. 1. 23.q.1. §. 1. ead. q. 3.* est etenim seruanda Deo inimicorum vindicta. *D. Paul. ad Rom. 12. D. August. serm 2. de S. Stephano. cap. 1. & cap. hac autem vita. & ferè per totam. 23. q. 4.*

89 Multò magis dedecet clericum, qui tamen iniuriam propriam remittere potest, non autem eam, cuius remissio vergeret in præiudicium Ecclesiæ, cui etiam censetur facta iniuria ex persona clericorum. *glos. in c. Salonitanæ. verb. laxaui. 63. dist. Host. in c. olim. num. 5. & 8. Io. Andr. nu. 4. Butr. nu. 7. & Soccin. nu. 45. de iniur. Felin. in c. contingit. nu. 5. vbi etiã Abb. n. 11. de sent. excom. Farinac. de var. ac diuers. crim. tom. 1. p 2. q. 105. n. 373.*

90 Et eò magis debet clericus esse mitis, & patiens, si alios sibi regere contingat, nam licet Prælati debeant corrigere excessus suorum subditorum. *c. corripiantur. cum c. seq 24. q. 3. c. si recto. 43. dist. & c. fin. 45. dist.* & publicæ vtilitatis interest, quòd delicta non remaneant impunita. *l. Stichum. §. tametsi. ff. de solut. l. ità vulneratus. § quod si quis. vers. cũ nequè impunita. ff ad leg. Aquil. c. est iniusta. 23. q. 4. cap vt fama. §. 1. de sent. excom.*

91 Nam per impunitatis audaciam fiunt, qui nequam fuerant, nequiores. *l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnit. d. cap. vt fama. de sent. excom.* & veniæ facilitas tri-

buit

buit incentiuum delinquendi. *d.c.est iniusta. & cap.seq.23.q.4.*

92 Et qui crimina, quæ potest emendare non corrigit, ipse committere dicitur. *c.1.&seqq.86.dist.c.negligere.2.q.7.c.præteretà. 23.q.8. cap.quanta.de sent. excom. cap.sicut dignum.de homicid.*

93 Nihilominus debet esse pastor, non percussor. *c.1.& per tot.86.dist. cap. fin. 94.dist.c.esto subiectus.95.dist.D. Petr. 1. c.5.Concil.Trid.cap.1.sess.13.de reform.*

94 Et talis egrà subiectos suos debet existere, quales sibi, si subiectus fuisset, suos voluisset esse Prępositos.*c.quorundã. 74.distinct.*

95 Nam rigor maximè à clericis abesse debet. *c.1. de dol. & contum.* plus etenim ergacorrigendos agere debet beneuolentia, quàm seueritas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas, nam si Saluator noster statim post trinam monitionem Petrum Apostolum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, Ecclesia recepisset. *c.licet.1.& c.licet.2.45.dist.* quare Salomon ait, Noli esse nimis iustus. *Eccles.7.* nam qui multum emungit elicit sanguinem. *cap.denique. 4. dist.* propterea miscenda est lenitas cũ seueritate, faciendumque quoddam ex vtraquè temperamentum, vt nequè multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur, debet enim esse amor, sed non emolliens, rigor, sed non exasperans, zelus, sed non immoderatè sæuiens, pietas, sed non plus quam expediat parcens. *D. Gregor. in Moral. lib.20.par.4.& in pastoral.par.2.c.6.c.disciplina. c.omnis.cap.duæ.c.sunt namquè. c.vera.& c.recedite.45.dist.c.serpens.circà fin. & cap.libenter.de pœnit. dist.1.Conc. Trid.d.c.1.sess.13.de reform.* proprijs tamen manibus neminem cædere debet.*c.nõ liceat.86.dist.* virtus tamen est nõ exhibere se nimis austerum, aut nimis mitem, ne contemptus inde oriatur. *l.ne quidquã. §.vbi decretum.ff.de offic.Proconsul.l.obseruandum.ff.de offic.Præsid.*

96 Omnibus clericis prodesse debet, & nulli nocere.*c.fin.de postul.c.deniquè.in fin.14.q.5.* beneficijs etenim homines afficere vnumquemque deeet. *l.seruus.in fin.ff.de seru.export.c.vnic.in fin.commodat.* Imò non solum clericus nemini nocere debet in veritate, sed neque quoad opinionem, quia non debet seruire vni, & alteri displicere. *d.c.fin.& ibi Abb.nu.1. de postul.*

97 Episcopisque obedientes debent esse clerici. *cap. nulla. cum seqq. 93.dist.*

98 Inimicitias item ad concordiam reducere debet clericus. *c.placuit.90.dist.*

99 Quòd si postquàm ille ea præstitit, quæ potuit, inimicitias illas habentes deponere noluerint, tunc poterit id notificare Episcopo, qui eos poterit excommunicare, si pertinaciter conciliationem facere recusauerint. *d.c.placuit. & c.perlatum. 90. dist.* Quemadmodum potest etiã Episcopus per censuras compellere laicos, qui diù litigarunt, & adhuc lis inter eos durat, vt ad pacem & concordiam deueniant, postquam primitùs eos admonuerit.*d.c.placuit.& ibi gloss.1.c.studendum. 90.dist. Felin. in Rubr. de treug. & pac. n.5.Barbat.cons.1. nu.2. vers. & adduco. vol.3. & dicetur in tit. de fauor.Clericor. real.§.5.cas.15.*

100 Qui si fuerit negligens in reuocando discordes ad concordiã peccant mortaliter, licet in alio sit veniale.*gloss.in.§.1. vers.quoties. verb. neglexerit. 25.distinct. Felin.in d.num.5.*

101 Nam & Iudex quilibet laborare debet, vt lites componat, pacemque omni cura inter omnes quærere. *l. quidem. ff.si cert.pet. l congruit. vbi Bart.& alij. & l.illicitas. §. ne potentiores. ff.de offic. Præsid. §. deindè auth.de mandat.Princip. cap.si.primates. 5.q.2. cap finem.de dol & contum.gloss.1. in c.discordantes, 90.dist. Afflict.decis.13. in fin. & decis.149. nu.6. Host.in c.conquerente.n.5.de offic. Ordin. Grauat. ad Vestr. in prax.ciuil.lib.3.c.1. num.11.*

102 Quinimò potest litigantes partes ad concordiam, & ad compromittendum compellere, quando lis diù durauit, & causa est intricata, etiamsi causa sit ciuilis. *d.c.placuit.90.dist.Butr. in c.1. vbi etiam Imol.de mut. petit. Abb.in Rubr.de treug.& pac n.1. vbi etiã Felin.n.5.* post multos ab eo citatos. *Afflict. decis.149. nu.6.& ibi Vrsil. n.8.& 9.* Item quando imminet timor armorum, si partes non conciliantur. *Angel.in l.2.§.ex his. vers. sed succedit dubitatio. ff.de verb oblig.& post Angel. & alios dicit Felin.in d.Rubr. de treug.& pac.n.5.vers.fallit quarto.* Et quãdo est dissensio inter personas insignes, ex qua *Resp.turbatur. Abb.in eadẽ.Rubr.*

nu. 3. vbi etiam post Bald. & alios dicit *Felin.nu.*6.qui ibidē alios casus recenset *à n.*2.*vsque ad fin.*

103 Vbi etiam sub *n.*10. dicit quòd Index compellere possit vnū ex aduersarijs ad præstandā cautionem de nō offendendo alterū,neq.suos,vbi verisimiliter vna pars timet ab alia offendi, quod etiā dicit ibidem *Abb. num.*2. *& Roman. conf.*243. *& Clar in §. fin.q.* 47.*num.*3.

104 Debent enim Iudices omni studio contendere, vt in Ciuitate sint omnia pacifica, & tranquilla; Imò in plerisquè locis, vbi quispiam minas alteri fecerit, maximè quando aduersarius est potens, & manu promptus, solet ille minitanti dari in custodiam sub pœnis grauibus, quæ custodia vulgò appellantur Saluaguardia. *Clar. ind.q.*47.*num.*3.

105 Licet alioqui non possit Index partes cogere ad compromittendum. *§. fin. auth.vt lit.vi.Abb. in d.Rubr.de treug.& pac.n.*1.*& Felin.n.*1.*Bar.in l.furti.§.qui iussu.& ibi Bald. ff.de infam.*

SVMMARIVM.

1 *Requisita in Clericis spectantia ad ornatum exteriorem consistunt in habitu, incessu, & conuersatione.*

2 *Clerici probant professionem suam habitu, incessu, & conuersatione.*

3 *Habitus clericorum consistit in vestibus, & tonsura.*

4 *Vestes quales deferre nequeant clerici, & n n.seqq.*12.*&* 16.

5 *Clerici non debent in vestibus quærere decorem, sed honestatem.*

6 *Iactantia omnis, & ornatura corporalis debet esse aliena à clericis.*

7 *Præsumitur quis talis ex habitu, quē gestat.& n.seq.& ex sermone quem profert.*

8 *Matrona cuius pudicitia attentata fuit, non potest agere actione iniuriarum, si fuerit deprehensa in veste meretricali.*

9 *Auxilium legis frustrà implorat, qui committit in legem.*

10 *Modulationi, & leuitati vocis in cantando clerici studere non debent.*

11 *Episcopus potest frenare lasciuam melodiam Cantorum.*

12 *Vestes clericorum quales esse debeant, & num.*16.

13 *Vestes clericorum debent esse talares, & maximè beneficiatorum,& pensionariorum.*

14 *Vestibus breuioribus vti possunt clerici in itinere, seù alia causa legitima.*

15 *Clerici possunt habitum mutare, & etiā deponere, si exdelatione habitus clericalis iusta esset causa timoris.*

16 *Clericus depositus tenetur etiam deferre habitum clericalem, & in omnibus clericaliter viuere.*

17 *Vestes clerici decentes, & honestæ quales.*

18 *Vestes sordidæ, & laceratæ non laudantur in clericis.*

19 *Sordes affectatæ non pariunt laudem.*

20 *D. Augustinus vtebatur moderato, & competenti habitu.*

21 *D. Bernardo in vestibus placebat paupertas, non autem sordes placuere.*

22 *Modus est seruandus tàm in vestitu, quàm in victu.*

23 *Annulos deferre clericis non licet.*

24 *Doctoratus est dignitas.*

25 *Doctor dicitur nobilis.*

26 *Vnguenta clericis prohibentur.*

27 *Fucare est fœminarum.*

§. XVI.

1 Requisita autem spectantia ad ornatum exteriorem consistūt in habitu, videlicet, incessu, & conuersatione.*c.*1.*& per totam.*41.*dist. c.his igitur.* 23.*dist.c.clerici.* 2. *de vit. & honest.cler.Dec. in c.cum in cunctis. in princ.num.*8.*de elect.*de quibus sigillatim dicetur.

2 Habitu etenim, & incessu, & conuersatione clerici professionem suā probant. *c.clericus.* 41. *dist.* & sicut in cibis mores eorum, cum quibus viuimus obseruare monemus,sic & de indumentis intelligendum est. *d.c.clericus.* nam quisquis contēptis his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præter metas consuetudinis aliorum indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans est sui,aut superstitiosus. *cap. quisquis. & d.cap.clericus.*41.*dist.*

3 Clericorum habitus consistit in duobus, in vestibus scilicet, & tonsura. *gloss. in c.*1.*in formatione casus.de cler. coniug. in* 6.*Concil.Trid.sess.*13.*cap.*6.*de reform.*

4 Non possunt clerici vti vestibus sul-

gidis,

gidis,fucatis,feu virgatis, aut cum fciffuris,nec variatis ex fericis texturis, neque variorum colorum. *d.c.omnis. & c.præcipimus.21.quæſt.4.c.clerici officia.de vit.& honeſt.cler.clem.2.eod.* neque manicis,aut fotularibus confuticijs, frænis, fellis, pectoralibus,calcaribus deauratis,aut aliam fuperfluitatem gerētibus, neque corrigijs auri,vel argenti ornatis.*cap.parſimoniam.41.diſt. d.cap. clerici officia. & d. clem.2. Menoch.de arbitrar. Iudic.lib.2.caſ.392.num.1.& 2. cum pluribus ſeqq.*

5 Non enim in veftibus,& calceamētis decorem, fed honeftatem clerici quærere debēt.*c.clericus.41.diſt.d. c.clerici officia. Conc.Trid.ſeſſ.14.c.6.de reform.& ſeſſ.22.cap.1.de reformat.*

6 Nam conuenit quòd à clericis aliena fit omnis iactantia,& ornatus corporalis. *cap.1.ne Cler.vel Monach.d.cap.omnis.& d.clem.2.*

7 Talis enim quis præfumitur ex habitu,quem geftat,qualis is effe, cuius fert habitum. *c. in audientia.& ibi Abb.nu.7. de ſent.excom. c.ſi Iudex laicus. eod.in 6. l item apud.§.ſi quis virgines.ff.de iniur. Abb.in c.ſi verò.2.n.3. & 6. & ibi Felin. in princ.de ſent. excom.* ficuti dicimus talem præfumi ex fermone, quem profert. *Bald.in l.fin.n.2.ff.ad Trebell.Curt.Iun. conſ.57.vol.4.Bellon.conſ.53.num.6.*

8 Hinc matrona, cuius pudicitia attentata fuerit, non poteft actione iniuriarum agere,fi in vefte meretricali fuerit deprehenfa. *l.Senatoris filia.ff.de rit. nupt. l.itē apud.§.ſi quis virgines.ff.de iniur.d.c.in audientia.& ibi gloſſ. verb. iniuriarum. & Hoſt.n.1.& 3.idem Hoſt.in c.ex parte. in princ.de ſepult.*

9 Nam legis auxiliū fruftra implorat, qui committit in legem. *d.c.in audientia.& c.contingit.2. de ſent.excom.l.auxiliū.ff.de minor.* in ftatu etenim, in quo quis inuenitur, in eo pro tempore præfenti iudicatur. *c.nunquid. de pœnit. diſt.1.c.nec quiſquā.25.diſt.l.in præſentia. ff.de iniur. Arches.in d.c.ſi Iudex laicus. num.1.verſ. reputare.de ſent.excom.in 6.* quamobrem ceffat adulterium, vbi quis rem carnalem habet cum illa, quæ venali forma, & meretricio more vulgò fe præbuit,& ideò non dicitur iniuriatum matrimonium. *l.ſi ea. C.de adult.gloſſ.in d.c.in audientia. verb. iniuriarum.*

10 Sicuti neque in cantando vocis leuitati,& modulationi ftudere debent clerici. *c.cantantes. & c.in ſancta.92.diſtin. extrauag.vnic.de vit.& honeſt.cler.*

11 Et ideò per locorum Ordinarios eft frænanda lafciua melodia cantorum. *dict. extrauag. vnic.* cū corde, nec voce tantū Deum laudare debeamus. *d.c.cantantes.*

12 Sed veftes clericorum debent effe humiles, honeftæ, ac decentes, & ordini clericali congruentes.*cap.omnis.c.nullus. c.Epiſcopi. c.fine. & c.præcipimus. 21.q.4. cap.clerici qui comam. 23.diſt.d.clem.2.de vit.& honeſt.cler. Concil.Trident.d.c.6. D.Bernard.ſerm.9.De modo benè viuendi.* Veftitu verò decenti clericos tàm in Ecclefia, quàm extra vti affiduè debere ftatuit idem. *Conc. Trident ſeſſ.24. cap.12. verſ. veſtitu inſuper. de reform.* Ex autem clericorum decentes veftes dicentur, quæ à communi vfu, & confuetudine Prouinciæ, in qua commoranrur,reperiuntur admiffæ, cum nō reperiatur in iure certus, & dererminarus clericorum habitus. *gloſſ. in c.pen.verb.deauratis.de vita,& honeſt. cleric.& in clem.1.verb ſecularis.de elect. Farinac.tom.1.q.8.nu.69. Ricciul.de iur. perſon.lib.7.c.6.nu.1. Alex. conſ.8.in fin. vol.1.Roland. conſ.4.nu.26. vol.1. Concil. Trid.d c.6.Couar.pract.quæſt.c.3.num.8. Lopez ad Diaz.in pract.crim.canon.c.78. verſ. quod peccatum.* Decor tamen corporis nō fit affectatus, fed naturaliter fimplex,neglectus magis,quàm exquifitus nō præcifis,aut albentibus indutus fit clericus veftibus,fed communibus,vt honeftati, & neceffitati nihil defit nihil accedat nitoris. *Beatus Ambroſ.lib.1.offic.* Huiufmodi autē veftes debent clerici deferre claufas defuper nimia breuitate, vel longitudine non notandas. *d. cap.clerici officia.* nam quemadmodum in ftatu mentis, ità & in habitu corporis clerici Deo, & hominibus,vt placeant,ftudere debent, & nec in veftibus, nec in tonfura intuentium, quorum forma, & exemplum effe debent, offendere afpectum, fed potius quod eorum deceat fanctitatem præferre. *d. c.præcipimus. & d.clem.2.*

13 Debent tamen effe demiffæ vfque ad talos.*cap.pen.23.diſt.gloſſ.in d.clem.2. verb. videatur.de vit. & honeſtat. cleric. Cæpol,conſ.11.num.31.* & ità etiam declarauit Sacra Congregat. Cardinal. fuper *Concil.Trident.ſeſſ.23. cap.6. §.habitus.* Maximè beneficiatorum, & penfionario-

N rum,

rum, quibus habitum clericalem, vestes scilicet talares, non alimentibus, vel ingitter non deferentibus, imponitur pœna priuationis, ac vacationis ipso iure non solùm beneficiorum, sed etiam pensionum per Syxtum Quintum, vt in sua Constitutione, quæ incipit. *Cum sacrosancta.* sub datũ Romæ quinto Idus Ianuarij an. 1589. *Gonzalez super Reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 15. *num.* 56. *Gratian. Rot. Marcb. uccis.* 158. *num.* 5. *Auctor Prax. Archiepisc. Neapolit. cap.* 7. *nu.* 8. Quam tamen Constitutionem idem Syxtus Quintus eodem anno pridiè Kalend. Februarij in alia sua Constitut. incip. *Pastoralis.* moderatus est, vt pensionarij habentes pensionem, quæ non excedit sexaginta ducatos, non cogantur gestare habitum clericalem.

14 Ex necessitate tamen itineris, vel peregrinationis licitum est clericis habere vestes breuiores. *c. Episcopi.* 21. *quæst.* 4. *d. clem.* 2. *ibi. nisi causa rationabilis. addit. ad Capel. Tholos. quæst.* 256.

15 Quinimò, & habitum mutare, ac etiam deponere, si ex delatione habitus clericalis iusta esset causa timoris. *d. c. clerici officia. d. clem.* 2. *d. vers. nisi causa rationabilis. addit. ad Capel. Tholosan. dicta quæst.* 256.

16 Depositus clericus tenetur etiam deferre habitum clericalem, & in omnibus clericaliter viuere. *Innoc. in cap. ex parte. de cler. coniug.*

17 Illæ verò censentur vestes clericis decentes, & honestæ, quæ vsu, & consuetudine illius regionis, vbi clerici commorantur admissæ fuerint, quando sunt tales vestes, quæ non portantur ad pompam, sed ex consuetudine regionis, & aliàs sint honestæ. *cap. quisquis. & cap. clericus.* 41. *dist. gloss. fin. in cap. si quis virorum.* 30. *dist. & in d. cap. clerici. verb. deauratis. vbi etiam Abb. num.* 17. & post multos ab eo allegatos dicit *Couar. pract. quæst. cap.* 32 *nu.* 7. *Clar. in* §. *fin. quæst.* 36. *num.* 11. *Farinac. in pract. crim. tit. de Inquisitione. quæst.* 8. *num.* 69.

18 Et quemadmodum reprobatur in clericis omnis iactantia, & ornatura corporalis, ita non laudantur, neque recipiuntur clerici incedentes vestibus sordidis, dissolutis, seu laceratis, etiam quòd hoc fieret causa humilitatis, quin ex hoc vilescit dignitas clericalis; parsimonia tamen cum veste humili non reprobatur, sicuti etiam laudatur ornatus præter corporis diligentiam. §. 1. & *c. parsimoniam.* 41. *dist. c. nullum.* 21. *q.* 4. *Abb. in d. c. clerici officia. num.* 17. *de vit. & honest. cleric.*

19 Nam neque affectatæ sordes, nec exquisitæ delitiæ, seu munditiæ laudem pariunt, neque cõueniunt christiano. *D. Hieronym. Epist.* 22. *ad Eustochium. de custod. virgin. & serm. de Ascens.* §. 1. vbi subditur hoc tàm de vestibus, quàm de cibis intelligendum esse. *Abb. in d. num.* 17.

20 Et ideò legitur Diui Augustini vestes, & calceos, atque omnem lecti apparatum ex honesta materia confecta fuisse, & forma honesta, vestimenta eius nec nitida nimium, nec abiecta plurimum, sed medium tenuisse.

21 Et de Diuo Bernardo, cui in vestibus semper placuit paupertas, sordes autem nunquam illi placuere; propterea cum Sacerdos esset indutus vestibus sordidis, & staret antè faciem Angeli, idem Angelus ait ad eos, qui stabant corã se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. *Zaccar.* 3. & veterum Sacerdotum vestis debebat esse sancta. *Exod.* 29.

22 Est namque seruãdus modus in omnibus tàm in vestitu, quàm in victu, & alijs. *l. sed etsi.* §. 1. *ff. de vsufruct. facit. l. soleat.* §. *non verò. ff. de offic. Proconf. l. diuortio. in* 1. *respons. ff. de negot. gest.*

23 Neque annulos clericis deferre licet. *d. cap. clerici officia.* nisi quibus competit ex officio dignitatis, vel sint Doctores. *d. cap. clerici officia. & ibi Abb. num.* 4. *vers. nota ibi. & num.* 7.

24 Cum etiam Doctoratus sit dignitas. *c. quanto. de magistr. Abb. in c. clerici. n.* 7. *de vit. & honest. cler. Bart. in l.* 2. *C. de nou. Cod. componen. & in l. fin. C. de Iudæ. & in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. *Castr. in* 1. *Consilit. Cod. nu.* 7. 8. *&* 9. *Rip. in l. Centurio. nu.* 15. *ff. de vulg. Abb. in c. super eo. de testi. Dec. cons.* 161. *nu.* 2. *Alex. cons.* 15. *vol.* 3.

25 Et Doctor dicitur nobilis. *Bart. in l. Iudices. C. de dignitat. Rebuff. in prax. benef. tit. de rescript. nobilit. mixt. num.* 3.

26 Vnguenta item clericis prohibentur. *d. cap. omnis.* 21. *quæst.* 4.

27 Et multò magis se fucare pigmentis, hoc enim fęminarum est. *cap. fucare. de consecrat. dist.* 5.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Tonsuram deferre debent clerici in modum sphæræ.*
2 *Pensionarij deferre tenentur tonsurā.*
3 *Pensio vacat, si pensionarius primam tonsuram sumat post acceptationem pensionis.*
4 *Beneficium vacat si accipiatur tonsura post collationem beneficij.*
5 *Beneficium Ecclesiasticum est res spiritualis.*
6 *Laicus est incapax rerum spiritualiū.*
7 *Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri nisi clerico habenti saltem primam tonsuram, nequè prodest, si collatione secuta illam tonsuram accipiat.*
8 *Pœna quādo imponitur ipso facto, vel ipso iure, debet nihilominus præcedere Iudicis sententia non super pœna, sed super contrauentione.*
9 *Tonsuræ delatio quibus causis excusetur.*
10 *Barbam nutrire clericis non licet.*
11 *Comam nutrire clericis prohibetur, & apud antiquos inter mollia, & delicata reputabatur comam nutrire.*
12 *Rasio capillorum fuit in vsu, quando aliqui se dedicabāt alicui Religioni.*
13 *Argiuorum lex de nutritione comæ.*
14 *Nazareni solebant se radere post sacrificium.*
15 *Idololatræ Sacerdotes caput abradere solebant.*
16 *Vestales Virgines itidem.*
17 *Rasionis figura.*
18 *Monachi quare capita radant.*
19 *Saluator noster quare barbam, & capillos deferret.*
20 *Abrasio capillorum quare in clericis introducta.*

§. XVII.

1 Tonsuram, & coronam deferre debent clerici congruentem in modum sphæræ. *c. prohibete. & cap. pen. 23. dist. c. duo sunt. 12. q. 1. c. clerici officia. de vit. & honest. cleric.*

2 Præcipuè beneficiati, & pensionarij sub pœna priuationis, ac vacationis ipso iure beneficiorum, seu pensionum, prout dictum fuit superiùs *in §. 16. num. 13.* ex Constitutione Syxti Quinti, quæ incipit. *Cum sacrosancta. Gonzalez super Reg. 8. Cancellar. gloss. 15. num. 56. Auctor prax. Archiep. Neapolit. cap. 7. num. 8.*

3 Quamobrem tonsura clericalis si à pensionario, in quē in articulo mortis fuit translata pensio beneficij, post acceptationem pensionis sumatur, idquè per testium veram probationem constet, reddit pensionē nullam tanquā habitam à nō clerico. *Rot. diuers. par. 3. lib. 3. decis. 108. num. 1.*

4 Quod multò magis dici potest de beneficio.

5 Nam cū sit res spiritualis *c. dilecto. & ibi Abb. n. 6. de preben. Card. cōs. 131. in fin.*

6 Et laicus sit incapax rerum spiritualium *c. si quis deinceps. 16. q. 7. c. causam. & ibi gloss. 1. de præscript.*

7 Ideò qui nondum est clericus, non potest beneficium Ecclesiasticum obtinere, debet etenim primam saltem tonsuram habere ad hoc vt collatio sit valida. *c. cum adeò. & ibi gloss. verb. clericus. & DD. de rescript. c. ex literis. & ibi DD. de trāslat. c. 2. vbi etiā DD. de instit. Rebuff. in prax. benef. tit. de clericis, & à quibus, & quom. creen. n. 4. Nauar. cons. 1. de præben. Paris. in tract. de resignat. benef. lib. 5. q. 2. nu. 1. & per totam.* Nequè prodest ei, quamuis secuta collatione primam statim tonsurā accipiat. *gloss. in d. c. ex literis. verb. tonsuram. Anchar. in cap. si eo tempore. nu. 2. de rescript. in 6.*

8 Aduertendum tamen est, quòd quamuis de iure imponatur pęna ipso facto, vel ipso iure, ita quod nulla requiratur sententia, debet nihilominus præcedere Iudicis sentētia non super pœna, sed super contrauentione, vel non contrauētione in crimine, pro quo imponitur pœna, & debet Iudex declarare talem commisisse delictū. *c. 1. & ibi Io. Andr. & Gemin. de homicid. in 6. c. cum secundum. §. in confiscationis. de hæret. eod. in 6. gloss. in c. quem sit. verb. eo ipso. de elect. in 6. Bart. in l eius qui. n. 3. ff. de iur. Fisc.* latissimè *Felin. in c. Rodulphus. n. 35. cum seqq. de rescript. & in c. 2. n. 1. de sponsal. Gabriel de probat. lib 7. de criminal. conclus. 12. per totā. & post Bald. dicit Afflict. in c. 1. de feud. sine culp. non ommit. Barbat. cons. 37. nu. 3. vol. 4. Sot. de Iust. & iur. lib. 1. q. 6. art. 6. Couar. in c. cū esset. num. 6. de testam. & in reg. peccatum. par. 2. §. 8. nu. 8. & dicetur in 2. par. tit. de pœnis Clericorum.*

9 A delatione nihilominus tonsuræ excusandus esset, qui illam deferre nō posset propter infirmitatem. *Capel. Tholosan. decis.* 104. item si esset causa timoris, vt dictum fuit in §. præcedenti circà delationem habitus clericalis.

10 Barbam verò nutrire clericis non licet. *c. clericus neque comam. & cap. clericis, & infrà de vit. & honest. cler.*

11 Comam item nutrire clericis prohibetur. *c. prohibete. c. clerici qui comam. c si quis ex clericis. & c. pen. 23. dist. d. c. clericus neque comā. & d. c. clericis, & infrà.* quare comam, & barbam nutrientes etiam inuitos tonderi mādat Alexander Tertius. *vt in d. cap. clericis, & infrà, & d. c. clerici. 23. dist.* comam etenim nutrire apud antiquos numerabatur inter mollia, & delicata, quæ viris præsertim clericis minimè conuenit. *Platina in vita Aniceti Papæ.*

12 Mos etenim omnibus ferè temporibus, & in omni religione obtinuit, vt capillos succiderent, qui Deo se dicarent ex voto, siuè in perpetuum, siuè ad tempus se sanctificarent, vt seculi ornatum, fastumq. deuitarēt, rebus enim temporaneis abdicatis barbam etiam radunt, & capillos, vt ostendāt se Christi amore non solum temporalia, sed etiam seipsos abdicasse, seseq. totos Dei obsequio prōptos addixisse, vt de Aquila legitur *Act.* 18. & de alijs *Act.* 21.

13 Et scribit *Herodotus lib.* 1. Arginos à Lacedemonijs victos condidisse legem se deuouentes, ne prius comam alerent, neuè illorum mulieres aurum ferrent, quam Thyreas recuperassent.

14 Et Nazareni postquam sanctificati erant, & votum impleuerāt peracto sacrificio radebant antè ostium tabernaculi fœderis cæsariem consecrationis suæ, injiciebanturquè capilli in ignem, *Numer. cap. 6.*

15 Radebant etiam caput Sacerdotes Idololatræ, vt scribit *Herodot. lib. 2.*

16 Et de virginibus Vestalibus, quibus capilli adimebātur, scribit *Plin. lib. 16. Histor. Natural. cap.* 44.

17 Et de huiusmodi rasione fuit prædictum per *Isai. cap.* 7. In illa die, inquit Isaias, radet Dominus in nouacula conducta, vel acuta in ijs, qui sunt trans flumen Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam. Et de tonsione prophetauit etiam *Hierem. cap. 7. Michæas cap. 1. in fin.* & de tonsura Monastica *D. Ambros. Epist. 36. D. Hieron. ad Sabinā. D. Dionys. Areopag. de Eccles. Hierarch. cap 6. D. August. de oper. Monachal. c. 31. Lopez ad Diaz, in pract. crim. canon c. 79. vers. & hoc fuit. & vers. quod verò.*

18 Et ideò symbolum, quare Monachi capita radant est, quia videntur eiurare, & contemnere lautitiam, & ornatum, quorū gratia nutriebantur capilli. *D. Aug. lib. de oper. Monachal. & in Retract.*

19 Quare autem Saluator noster barbam, & capillos detulerit, est, quia nihil radendum fuit, vel amputandum penitus sancto, nobis autem, qui vocati ex Gentilitate sumus, cum penitus infecti fuissemus, omnia superflua amputanda fuerunt Deo seruituri. *Franc. Venet. lib. problemat. sacr. script. tom. 6. sect. 9. problemat.* 397.

20 Tonsuram autem abradent clerici in memoria spineæ coronæ, quam Iudæi Christi Redemptoris nostri capiti imposuerunt, atquè eius abrasionis, quā D. Petrus Apostolus ab Antiochenis est passus, cum enim verticem ipsius ignominiæ causa abrasissent, ipse deinceps de abrasione ea gaudens, perpetuò eam in gloriæ signū retinuit, in cuius facti memoriam abradendi capitis consuetudinem in clericis induxit Ecclesia. *D. German. Patriarcha Constantinopolit. in Theorica rer. Eccles. Beda in libro Histor. Anglicanæ. Tostat. q. 25. in cap. 19. Leuitic. Lopez ad Diaz. d. vers quod verò.*

SVMMARIVM.

1 *Incessus clericorum debet esse ornatus, & grauis.*
2 *Incompositio corporis indicat inæqualitatem mentis.*
3 *Clerici non possunt peregrinari absquè licentia Episcopi.*
4 *Votum peregrinationis emittere nequeunt clerici sine consensu proprij Episcopi.*
5 *Vagari clericis est interdictum.*
6 *Vagatio est delictum.*
7 *Arma deferre clericis est prohibitum.*
8 *Armorum delatio de iure communi cuilibet prohibetur.*
9 *Arma clericorum sunt orationes, & lacbrimæ.*
10 *Monachus tenens arma intra septa Monasterij sine licentia Superioris est ipso facto excommunicatus.*
11 *Armorum appellatione quæ veniant.*

12 *Armorum appellatione non venit cultellus paruus ad incidendum panem.*
13 *Statutũ puniens portantem arma non cõprehendit deferentẽ cultellũ paruũ.*
14 *Clerici possunt vti armis ad suam defensionem, & familiares armatos secum ducere.*
15 *Arma deferre possunt in itinere, qui ea alioquin deferre prohibentur.*
16 *Clericus in bello esse nequit, & quare. num. seq.*
17 *Oratio neque oblatio offerri debet pro Clerico mortuo in bello.*
18 *Moyses non accedebat ad bella, neque pugnabat contrà inimicos sed orabat.*
19 *Respublica magis religione, & oratione, quàm officio, & labore corporis continetur.*

§. XVIII.

1 IN incessu autem debent esse clerici ornati, vt grauitate itineris mentis maturitatẽ ostendant. *D. Pau. 1. ad Timoth. 2. Leuit. 21. D. Greg. in lib. 1. Reg. cap. 2. cap fin. 41. distinct.*

2 Incompositio enim corporis inæqualitatem mentis indicat. *D. Aug. Epist. 109. ad Monachas. d c fin. 41. dist. D. Gregor. in Pastoral. par. 3. ad Mon. 24.* propterea clerici risus non debent esse multus, nec ob mulca, nec effusus. *D. Basil. in Enchirid. c. 43.* siuè sit indicans lenitatem animi, aut prouocatus, rarus tamen sit, & ipse quidem eductus interdum, effusus nunquam. *D. Bernard. lib. 2. de honest. vita.*

3 Neque peregrinari debẽt absque cõsensu Episcopi. *c. non oportet. 1. de consecr. dist. 5. c. magna. vers. cum enim. de voto.*

4 Quinimò nec votum peregrinationis emittere sine sui Episcopi consensu. *dicto cap. non oportet. 1. Innoc in cap. scriptura. nu. 3. & ibi Abb. n 9. de voto.* præsertim si habent beneficium personalem residentiã requirens. *c. admonet. ubi gloss. verb. incon. sulto. de renunt.*

5 Et multò minus vagari. *Host. in sum. tit. de voto. §. quis vouere possit. vers. si clericus.*

6 Nam vagatio in clericis est delictum, propter quod possunt beneficijs etiã simplicibus priuari. *gloss. fin. in d. cap. non oportet. Innoc. in c. ex tua. n 4 & ibi Abb. nu. 14. de cler. non resid. Corset. in singul. verb vagabundus.*

7 Minus arma deferre possunt clerici. *c. 1. c. cum à Iudæis. c. non pila. c. clerici. & cap quicunque. 23. q. fin. cap 2. & ibi Abb. n. 1. de vit. & honest. cler. clem. 1. eod cap. 1. § si clericus. de pac. tenen.*

8 Nam de iure etiam communi prohibitum est omnibus arma deferre. *l. 2. vbi Bart. & Angel. ff. ad leg. Iul de vi publ. l 1. C. vt armor. vsus. lib. 11. l. armorum. ff. de verb. sign. auth. de armis. per totum. Corn. cons. 2. nu. 4. vol. 3. Roman. sing. 267.* Quòd si contempserint, erunt excommunicandi. *d. c. 2. & ibi Abb. n. 9. & Bald. n 4. de vit. & honest. cler.* & tanquam sacrorum Canonum contemptores, & Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores. proprij gradus amissione mulctandi. *d. c. quicunque. 23. q. fin. c. in audientia. de sent excom.*

9 Arma siquidem clericorum sunt orationes, & lachrimæ. *c. fin. 36. dist. c. porrò. 16. q. 3. c. conuenior. c. non. pila. c. quicunque. & c. reprehensibile. 23. q. 8.*

10 Et multò minus Monacho arma deferre, & tenere licet, qui si intra septa Monasterij arma teneat sine licentia sui Superioris, est ipso facto excommunicatus. *clem. 1. §. quia verò. in fin de stat. Monach. Abb. in d. cap. 2. num. 8. de vit. & honest. cler.*

11 Armorum autem appellatione non vtique scuta tantùm, balista, sclopi, gladij, galeæ, & huiusmodi veniunt, sed & fustes, & lapides. *l. 3. §. armis. & l. seq. ff. de vi, & vi arm. l. armorum. ff. de verb. sign.* & armatos non eos tamen accipimus, qui tela habuerint, sed etiam eos, qui habent aliud, quod nocere potest. *l. armatos. ff ad l. Iul. de vi publ.*

12 Non venit tamen cultellus paruus aptus ad incidendum panem, & alia necessaria, talem etenim clericus licitè deferre potest. *cap. lator. & ibi Abb. num. 3. de homicid. Abb. in d. c. 2. num. 7. & ibi Bald. num. 1. de vit. & honest. cler. Aret. cons 38.*

13 Quamobrem statutum puniens portantem arma non punit portantem huiusmodi cultellum. *gloss. antepen. in auth. de armis. in fin. quam sequitur Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ.*

14 Verumtamen armis vti possunt clerici ad suam defensionem. *c. olim. 1. de rest. spol. d. c. 2. & ibi Bald. num. 2. & Abb. n. 8.* & proindè ducere secum familiares armatos. *Dec. cons. 151. nu. 22.* poteslque Episcopus licentiam concedere clericis defe-

rendi

rendi arma. *Ricc. in prax. resolut. par.* 1. *resol.* 472.

15 Item si subsit iusta causa, poterunt portare arma; Iustam autem causam intelligo, si per loca periculosa transitum faciant ad terrorem latronum. *gloss.* 1. *in d.c.*1.*& Abb.nu.*8.*& Bald.nu.*2.*de vit.& honest. cler. arg.c. Maximianus.* 23.*q.*3. vbi Episcopus Vagiensis ab Imperatore auxilium petijt contra hostes Ecclesiæ, non tàm sui vlciscendi causa, quàm tuendæ Ecclesiæ sibi creditæ,& cōcordat *auth. statuimus. cum ibi not.C.de Episc.& cler.* facit etiam *d.l.*1.*ff.de vi publ.c.*1.*§.si quis rusticus.de pac.tenen. Menoch.de arbitr. lib.*2. *cas.*394.*nu.*58. vbi dicit prohibitos arma deferre posse in itinere illa gestare. Vel si essent in obsidione,aut haberēt inimicitias, aut ex aliqua iusta alia causa. *Bald. in d.cap.*2. *num.*7. *de vit. & honest. cler. Anan.in cap.petitio. nu.*6.*de homicid. Graff. decis. aur. par.*2.*l.*3. *cap.*7.*num.*3. Vel si bellum esset contrà hostes nominis Christiani, & contrà Infideles,potest clericus arma deferre de licentia tamē Papę. *Innoc.in cap olim.*1.*de rest.spol.Abb.in c.Ego N.n.*8.*de iureiur. Bald.cons.*439.*in fin.vol.*5. *Menoch. cons.*55. *num.*35.*vol.*1. secùs autem vbi pugnandum esset contrà Christianos. *Menoch.d.num.*35.

16 Nam alioquin clericus in bello esse nequit.*c.eii à Iudæis.& c.clerici.*23.*q fin. c.ex multa.§.fin.de voto. Abb. in c pen.& ibi Card. Felin. & alij. de homicid. Bald. d.cons.*539.*col.*1.*D.Thom.*2.2.*q.*40. *art.*2. *& ibi Caiet.*nisi in casibus,de quibus dictū fuit superiùs. *in §.*5.

17 Quinimò pro clerico, qui in bello moritur,nō debet offerri oratio,seù oblatio. *c.quicunquè.*1.23.*q.*8. Duplex autem huius rei ratio esse potest; quare clerico esse nō licet in bello,tùm quia ars bellica, & armorum strepitus distrahit clericos à laude Dei,& officijs celebrandis,tùm verò quia non possunt clerici effundere sanguinem humanum, iuxtà illud *Paralip.* 22. Non ædificabis mihi tēplum, quia vir sanguinis es,& illud *Matth.*26.Conuerte gladium tuum in vaginam,&c. *Menoch. dicto cons.*55.*nu.* 19.*&* 20.*Bald.cons.*439.*nu.*2. & alias rationes affert *Turrecrem.in c.*1. 23.*q.* 8. & eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnandum.*c. ex multa. in fin. de voto.gloss.*1.*in d.c.petitio. de homicid.*

18 Ideò legimus quòd Moyses nō proficiscebatur ad bellum, neque pugnabat contrà inimicos, sed orabat, & donec ille orabat, Israel populus eius vincebat, & si relaxabat, & dimittebat manus, populus eius vincebatur, & fugabatur ab Amalechitis,quamobrem cum manus Moysis essent graues, substentabantur ab Aaron,& & Hur ex vtraquè parte.*Exod.*17.*c.si quis vult.* 36.*dist.*

19 Hinc dicebant Constantinus,& Constans Imperatores, Rempublicā magis religionibus, & orationibus, quàm officijs, & labore corporis, vel sudore contineri. *cap.in qualibet.*23.*q.fin.* vt dictum fuit superiùs in *§.*1.

SVMMARIVM.

1 *Venatio est clericis interdicta, & quare.*
2 *Canes, Accipitres, & alia id genus animalia clericis alere non licet.*
3 *Venatoribus donare est prohibitum.*
4 *Donatum ab illo, qui de iure donare non potest pro non dato habetur.*
5 *Piscatores plures Sancti extiterunt, non autem venatores.*
6 *Venator clericus qua pœna puniēdus.*
7 *Captum à clerico illicitè venante proprium capientis fit,nec est reus tuendum.*
8 *Venatio est aliquando cōcessa clericis.*
9 *Piscatio est permissa clericis.*

§. XIX.

1 VEnatio item clericis interdicitur. *c.*1. *c.*2. *& c.*3.34.*distin. c.qui venatoribus. & c. an putatis.*86.*dist.c.*1.*&* 2. *de cler venat.c.*1.*ne Cler. vel Monach. Conc Trid. sess.*24.*c.*12. *vers. vestitu insuper. de reform.* præcipuè si sit periculosa, vt venatio aprorum, & clamosa,& fit cum armis. *d.c.qui venatoribus. & c.seq. & c.Esau. vbi gloss. verb. piscatores.*86.*dist.* Quod etiam multò magis dicitur de Regularibus, quibus & venari,& aucupari prohibetur.*clem.*1.*§.porrò.& §.seq. de stat. Monach.* Ratio autem esse potest,quia cum clerici sint in sortem Domini ad eius obsequia specialiter vocati.*c.cleros.*21.*dist.cap.cum secundum,de preben.*non debent his ministerijs vacare, per quæ contingit eos vagari, & à Diuinis officijs retrahi,quemadmodum cōtingere

potest

poteſt in venatione, *Nat.conſ.604. nu.3.* Præterea venatio cum ſit plena clamoris, & immoderata, ideò non eſt conueniens clericis, in quibus maximè conuenit honeſtas, & modeſtia. *toto tit. de vit. & honest. cler. gloſſ. fin. in cap. Eſau. 86. diſtinct. Turrecrem. in c. qui venatoribus. num.2. ead. diſt. Raynald. Corſ. lib.3. Indagat. iur. cap.14.* vbi etiam alias rationes commemorat.

2 Inſuper ſi clericis venari liceret per neceſſarium antecedens cenſeretur conceſſa facultas habendi, atquè alendi canes, accipitres, & alia id genus animalia, quod tamen illis prohibetur. *cap. Epiſcopum. & c. omnibus. 34. diſt. c.1. & 2. de cler. venat.* cum bona Eccleſiæ ſint clericis conceſſa, vt Eccleſiæ, & pauperum neceſsitati ſuccurratur. *c aurum. 12. q.2.* neque eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. *Matth.15.*

3 Poſtremò eò magis erit clericis interdicta venatio, cum venatoribus donare ſit etiam prohibitum. *D. Auguſt. in Pſal. 102. c. qui venatoribus. 1. c. qui venatoribus. 2. cap. vident. & cap. quia prodest. 86. diſtinct.*

4 Et ſi venatori clericus quid donaret pro non dato habetur, nam pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure donare non poteſt. *cap. noſti. & ibi gloſſ. verb. reuocare. de elect. & c. quod autem. in fin. de iurepatr.*

5 Prætereà quamquòd in ſcripturis ſanctis inuenimus plures piſcatores ſanctos, venatores autem non item. *D. Hieronim. Pſal 90. & in Micheam. cap.5. c.1. 34. diſt. & cap. Eſau. 86 diſt.*

6 Venator autem ſi eſt presbyter duobus menſibus ab officio eſt ſuſpendendus, ſi Epiſcopus tribus, ſi Diaconus ab omni officio, ſi verò ſit in minoribus ordinibus conſtitutus, Iudicis arbitrio puniri debet. *c.1. & ibi Abb. Hoſtien. Anan. & cæteri. de cler. venat. Diaz in pract. crim. Canon. c.70. n.1.2. & 3. & dicetur in 2. par. tit de pœnis Cleric.* Verumtamen antequàm puniatur debet eſſe tribus præceptis admonitus, ne venetur. *Hoſt. in Sum. tit. de venat. §. fin. Anan. in d. cap.1. vbi etiam Boych. de cler. venat. Menoch. conſ. 221. n.52. vol.3.* quidquid verò captum fuerit à clerico illicitè venante proprium capientis fit, nec in iudicio animæ reſtituendum erit. *Couar. in regul. peccatum relect. p.2. §.8. nu.3. de reg. iur. in 6. Nauar. in Man. c.17 n.124. Lopez ad Diaz d. cap.70. verſ. non tamen circa.*

7 Aliquando tamen eſt clericis conceſſa venatio, cum id faciunt cauſa recreationis honeſtæ, & rarò, vel ex neceſsitate, vt appetitum excitent, & ſanitatem tueātur. *Abb. in d. cap.1. vbi etiam Anan. & gloſſ. verb. voluptate. de cler. venat. Turrecrem. in c. qui venatoribus. num.4. post Archid. n.2. & alios. 86. diſt. Felin in c fin. n.11. de præſump. Benedict. in c. Rainutius. verb. & vxorē nomine Adelaſiam. nu.875. de teſtam. Alex. conſ.72. n.13 vol.1. Sylu. verb. venatio. circā med. Diaz. in d. c.70. nu.59.* dummodò id faciant cum ſilentio, & modeſtia, & tempore non prohibito, vt tempore quadrageſimæ, & temporibus ieiuniorum. *Syluest. d. verb. venatio.* Quinimo clericus in dubio venari præſumitur cauſa recreationis. *Anan. in d. cap. 1. col.2. Luc. de Pen. in l. Senatoribus. C. de excuſ. mun. lib.10. Alex. dicto conſ.73. num.13. Menoch conſ.221. num 51. vol.3.* Conceditur etiam clericis venatio non clamoſa, & ſaltuoſa, ſed tacita. *Abb. in d c.1. & ibi gloſ. verb. voluptate. de cler, venat. Soccin. Iun. conſ.58. n.2. vol.1. Syluest. dicto verb. venatio.* opera item aliorum poſſunt venari clerici, quibus per ſeipſos id facere prohibetur, vt de Monachis dicitur *in elem. 1. §. porrò de ſtat. Monach.*

8 Piſcatio autem eſt clericis permiſſa, tùm quia ceſsāt in ea illæ rationes, quibus eſt prohibita venatio, tùm verò quia piſcatio habet exempla virorum ſanctorum, nempè Apoſtolorum, quos piſcantes ad ſe Saluator noſter vocauit. *Matth.4. Marc.1. Luc.5. d. cap. Eſau. 86. diſt.* tùm verò quia piſcatores nō dicuntur negotiatores. *l. legatis ſeruis. vbi Alberic. ff de legat.3.* nam & Apoſtoli etiam poſt reſurrectionem Chriſti piſcabantur. *Ioan. 21. Lopez ad Diaz dicto cap.70. verſ. piſcatio verò.*

9 Eſt autem piſcatio clericis permiſſa, dummodo non fiat in ſolemnitatibus maioribus. *cap. licet. de ferijs.* neque animo negotiandi, nam dicerentur clerici negotiatores, ſi piſcarentur, vt venderent piſces. *Alberic. in dicta l. legatis ſeruis. Sebaſt. Medic. in tract. de venat. & piſcat. quaſi,60.*

SVMMARIVM.

1 *Tabernas frequentare clericis est prohibitum.*
2 *Tabernas intrare clericis licet in itinere.*
3 *Necessitas clericis multa condonat.*
4 *Necessitas excusat à multis.*
5 *Excommunicatos vitare nemo tenetur in casu necessitatis, licet secus sit extrà hunc casum. num.seq. etiamsi metus mortis adesset.*
6 *Hæreticorum per terras transiens potest ab eisdem necessaria emere, & recipere.*
7 *Hebræi in quibus casibus sint vitandi.*
8 *Hebræi Medici non possunt vocari, admittiquè ad curam Christianorum. Infideles nequè item.*
9 *Sacerdos quilibet simplex potest in casu necessitatis absoluere à quibusuis peccatis, & censuris.*
10 *Ingrediens Monasterium Monialium propter incendium non incidit in censuras.*
11 *Damnum, qui dedit magna cogente necessitate, excusatur ab actione legis Aquiliæ.*
12 *Furto non tenetur, qui propter necessitatem famis, aut nuditatem furatus fuerit cibaria, vestem, seù pecus.*
13 *Dauid propter necessitatem famis comedit panes propositionis.*
14 *Penuriæ tempore possunt compelli habentes frumentum, & alias fruges vendere pro certo, & taxato pretio, & diuites possunt à Iudice cogi ad elargiendum eleemosynam.*
15 *Negligentia nunquam alicui imputatur, vbi diligentia nihil proficiet.*
16 *Tabernarum institutio fuit causa necessitatis.*
17 *Bizantij reprehensi.*
18 *Filium ad tabernam ducens iniuriam facit patri.*
19 *Ad Tabernas accessus quibus in Gallia interdictus.*
20 *Tabernas frequentantes antiquitùs puniebantur, & apud Ethnicos erat ignominiosum.*
21 *Benedictus Card. Iustinianus laudatur.*
22 *Alphonsus Palaotus Arebiepiscopus Bononien. laudatur.*

§. XX.

1 Tabernas autem frequentare, illasq. intrare clericis est omninò prohibitum. *c. nō oportet. c. nulli clerico. & c. clerici. 44. dist. e. clerici officia. de vit. & honest. cler.*

2 Si verò clerici sint in itinere, seù in peregrinatione, tunc edendi, vel bibendi causa tabernas illis ingredi licet. *d. c. clerici. 44. dist. inct. & d. c. clerici officia. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 8. num. 9. & 10.*

3 In multis enim clerici dispensantur, & pleraquè illis remittũtur ex necessitate itineris, & peregrinationis, vt vestes breues portare, habitum mutare; quinimò & illum deponere, tonsuram dimittere, & comam etiam relaxare. *gloss. in c. si quis ex clericis. de vit. & honest. cleric. addit. ad Capel. Tholos. q. 256.* vt dictum fuit superiùs in §. 16.

4 Plura namquè à iure excusantur propter necessit item, qua cessante non excusarentur. *l. casus. & ibi Bald. C. de testam. Capel. Tholos. q. 257.* nā necessitatis causa rigor legis infringitur, vt dictum fuit superiùs in §. 4. antè fin.

5 In casu etenim necessitatis licitum est participare cum excommunicatis. *c. si verè. de sent. excommun.* cum tamen extra huiusmodi casum sit prohibitū *Matth. 18.* Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus. *1. Cor. 5. c. si quis Episcopus. eum pluribus seqq. 11. q. 3. c. cum & plantare. §. excommunicatos. de priuil. c. nulli. & c. sacris. & c. nuper. de sent. excom* item neque cum ijs, qui excōmunicatis communicant. *c. rogo. 11. q. 3.* neque si adsit metus mortis licet communicare cum excommunicatis nec in diuinis, nec in actibus humanis. *c. cœpit. 24 q. 1. c. sacris §. in primo. & ibi Abb. nu. 4. cum seqq. de his quæ vi,* & post *D. Thom. & Sum. Confess. dicit Couar. in c. alma mater. §. 3. n. 9. de sent. excom. in 6.* ac post *Alexand. de Ales Gabriel. Riccard. Caiet. & Sot. refert Suar. de censur. disp. 6. sect. 3. n. 1.* & maximè quando communicatio cum excommunicatis fieret in cōtemptum censuræ Ecclesiasticæ, vt dicunt DD. supra allegati. *Ledesm in sum. p. 1. tract. de censur. c. 6. de excom. vers. la tercera duda. & vers. la sexta.*

6 Et qui per terras Hæreticorum, aut quorumlibet excōmunicatorum trāsierit,

poterit

poterit ab eiſdem neceſſaria emere, & recipere. *c. anteceſſor. & cap. quoniam. in fin.* 11. q. 3. *& d c. ſi verè. de ſent. excom.* & cum Paganis comedere permittitur. *c. ad menſam.* 11. q. 3.

7 Et eadem ratione à Iudæis neceſſaria emere, & cum illis comedere, cum tamen alioquin ſit clericis prohibitum mãducare, ſeù habitare cum Iudæis, aut aliquem eorũ in infirmitatibus ſuis vocare, ſeù medicinam ab eis percipere, aut cum eis in balneo lauare, quæ omnia laicis sũt etiam prohibita. *cap. nullus. & cap. omnes.* 28. *quæſt.* 1.

8 Et quòd Hebræi, vel Infideles Medici non poſsint vocari, & admitti ad curam Chriſtianorum, ſtatuit Gregor. XIII. in ſua Conſtitut. 71. incip. *Alias piæ memoriæ.* publicata die 5. Aprilis 1581. vbi ſubditur, quòd ſi quis etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuſcunquè ſtatus, ordinis, conditionis, & prçeminentiç exiſtens contrarium facere auſus fuerit, ſacramenta Eccleſiaſtica nullatenus illi ſunt adminiſtranda, nec etiã à Regularibus exemptis, & ſic decedẽs Eccleſiaſtica carere debeat ſepultura.

9 Poteſtq. ſimplex ſacerdos in tali caſu neceſsitatis abſoluere à quibuſcunquè caſibus reſeruatis, & à quacunquè excõmunicatione, & à quibuſcunquè cenſuris. *cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordin. cap. non dubium. cap. quod de his. & cap. à nobis.* 2. *de ſent. excom.* vt dictum fuit ſuperiùs in *§.* 1. *n.* 39.

10 Quare ingrediens Monaſterium Monialium propter incendium non incidit in cenſuras. *Ricc. in prax. reſol. par.* 1. *reſol.* 602.

11 Excuſatur etiam ab actione legis Aquiliæ, qui magna vrgẽte neceſsitate dãnum dedit. *l. ſi quis.* 2. *§.* 1. *ff. ad leg. Aquil.*

12 Ac etiam à furto, qui propter neceſſitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus. *c. ſi quis. de furt. Abb. in c.* 1. *num.* 6. *de empt. & vend.* nam neque raptorem, neque furem facit neceſſitas, exemplo Apoſtolorum, quos Chriſti vox innocentes vocauit, cum per ſegetes tranſeundo ſpicas vellerent, quia fame coacti hoc fecerunt. *Matth.* 12. *Marc.* 2. *Luc.* 6. *c. diſcipulos. de conſecr. diſt.* 5. *Couar. in reg. peccatum.* 2. *par. relect. §.* 1. *nu.* 3.

13 Et Dauid propter neceſsitatem famis comedit panes propoſitionis. *gloſſ. in d. cap. diſcipulos. verb. fame. cap. ideò. §. his ita.* 25. *q.* 1. 1. *Reg.* 21.

14 Quamobrem tempore penuriæ poſſunt Superiores compellere habentes frumentum, & alias fruges vendere non ſolum iuſto, ſed etiam viliori pretio. *Bart. in l.* 1. *vbi etiam Bald. & Salicet. C. de Epiſc. aud. idem Bart. in l. annona. ff. de var. & extraord. crim. in l. nemo. C. de Iudæis. & in l.* 1. *§. cura carnis. ff. de offic. Præf. Vrb. Abb. in c.* 1. *nu.* 6. *& DD. de empt. & vend. Couar. lib.* 3. *var. reſol. c.* 14. *num.* 3. *Capel. Tholoſan. deciſ.* 446. *Marc. deciſ.* 540. *& deciſ.* 541. *par.* 1. *Boſſ. in tit. de extraord. crimin. num.* 7. Quod procedit etiam in pannis, & alijs mercibus ad veſtitum pertinentibus, & in domorum penſionibus, & in omnibus vitæ neceſſarijs. *Couar. & Capel. Tholoſan. locis citatis. Abb. d. nu.* 6. *Stracca de mercat. par.* 4. *Rubr. mercatura in quib. caſib. poſſ. exerc. nu.* 51. neceſsitas enim non eſt legi ſubiecta, faciteque de illicito licitum. *c. remiſſionem. §. ſed notandum.* 1. *q.* 1. *c. quod non eſt licitum. de reg. iur.* & propter neceſsitatem, & ad eam ſubleuandam omnia ſunt cõmunia. *Couar. reg. peccatum.* 2. *par. relect. §.* 1. *n.* 3. Atque in magna annonæ penuria poſſunt diuites à Iudice cogi ad elargiendam eleemoſynam. *gloſſ. in c ſicut ij. verb. exurientem.* 47. *diſtin. & in cap. Domino. verb neceſſit.* 50. *diſt. Azor.* 3. *p. Inſtit. Moral. lib.* 7. *c.* 11. *quæſt.* 3. vbi quoque affirmat multò magis eoſdem diuites cogi poſſe ad mutuum dandum.

15 Quemadmodum nunquã alicui negligentia debet imputari, vbi diligentia nihil proficeret. *l fin. §. ſi ea conditione. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Capel. Tholoſan. quæſt.* 256. *in fin.*

16 Et ſicut vitium frequentandi tabernas reprehenditur in clericis, ità neque eſt laudabile in ſecularibus. *Menoch. de arbitr. centur.* 6. *caſ.* 533. *per tot.* cauponarum enim inſtitutio non fuit voluptatis cauſa, ſed neceſsitatis. *l. licet gratis. §. in factum. ff. naut. caup. ſtabul.* huiuſmodiq. tabernæ ſunt loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ. *l. quæ in adulterium. in princ. & ibi gloſſ. C. ad leg. Iul. de adult. l. athletas. §. ait Prætor. ff. de his qui not. infam. & l. palam. §. ſi qua cauponam. ff. de rit. nupt.*

17 Quare Ælianus *lib.* 13. *cap.* 14. arguit Bizantiorum tumulentiam, qui relictis

suis ædibus, & domibus eas peregrinis mercede locabant, vt transmigrarent in cauponas, vxores etiam illis relinquentes, tanquam duorum criminum reos, temulentiæ videlicet, & prostitutionis. Hinc Horat. 2. Sermon. Satyra 7. Maximum opprobrium putat popinonem aliquem dici, dum ait

„ *Imbecillus, iners, sim quid vis, adde popino.*

18 Et ideò patri, aut Domino iniuriam facit, si quis filium, aut seruum in popinam duxerit. *l. si quis seruum meum. ff. de iniur.* nempè quod eò colluuies hominum, & aleatorum, & erronum confluat turba.

19 Hinc in Gallia singulis annis repetitis constitutionibus vxoratis, & ciuibus, & oppidanis voce præconis ganeæ, & cauponæ prohibentur.

20 Atque antiqui tabernas frequẽtantes detestabantur, & accessum ad eas prohibebant, ac varijs pœnis transgressores efficiebant, vt latè *Ludouic. Peguer. quæst. erim. cap. 44. nu. 10. & seq.* & apud Ethnicos tabernarum ingressus erat ignominiosus, nam in caupona vel bibere, vel edere ex antiquis nullus audebat, vel domesticus familiaris, nam dabant operas, vt graues esse viderentur, non autem scurræ. *Isocrat. in Areopag.*

21 Et maxima cum prudentia, singulariquè tùm corporum, & rei, tùm animarũ fructu iteratis edictis cõtrà artifices vxoratos, & filios familias hoc etiam cautum fuit Bononiæ à Benedicto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Iustiniano, eiusdem Ciuitatis tunc de Latere Legato, an. 1606. die 18. Nouembris, & 1. Decembris initio suæ Legationis, sæpissimè enim nidore earum ganearum, & cauponarum helluones naribus attracti, & gutture inescati plurimi artifices, & mechanici, atquè filijfamilias Ciuitatis obliuiscebantur domesticam familiam, & vnico simbolo in cauponis consumebant soli, quod vxori, filijs, parentibus, & omnibus domesticis fame laborantibus in hebdomadam sufficisset; ibiquè interim helluones terebant tempus, atque indè ebrij exeuntes audaciores ad libidines, ad verberandas infelices vxores, ad dilapidandam, domus, & propriæ vxoris exignam suppellectilem, & ad alia facinora prodibant.

22 Quibus rebus ego, qui tunc temporis eram Vicarius generalis Alphonsi Palæoti illius Ciuitatis Archiepiscopi, maximis virtutibus, singulari pietate, studio ardentissimo, sollicitaquè vigilantia Pastoris eruditi, non modica afficiebar molestia ab eorundem helluonum vxoribus, quarum pleræquè agminatim ad me etiam in publica audientia sedentem quandoquè confluebant lacrimantes, & conquerentes de maritis, & matrimonij separationem obnixè petentes, & meum caput suis querelis, & fletibus obtundentes.

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio clericorum debet esse diuersa à vita laicorum.*
2 *Clerici debent se abstinere à negotijs secularibus.*
3 *Negotiationes reddunt clericum vilem.*
4 *Cupiditas est mater vsurarum.*
5 *Clerici non debent in nundinis, vel in foro deambulare, nisi pro emendo aliquid.*
6 *Negotiator clericus est fugiendus tanquam pestis.*
7 *Negotiatio illa maximè est clericis interdicta, quæ consistit in mercando non mutata forma.*
8 *Negotiatio consistens in emendo, & vendendo nequit esse sine mendacio, & periurio.*
9 *Clerici debent se abstinere non tantum à malo, sed etiam ab ijs, quæ habent speciem mali.*
10 *Contrahentibus licitum est se decipere ad inuicem, & quomodo hoc procedat.*
11 *Contrahentibus non licet se decipere circà quantitatem, vel qualitatem ponderis, vel mensuræ in mercibus. Neque licita est deceptio non trascendens dimidium iusti pretij.*
12 *Artificium aliquod clerici exercere possunt.*
Modo non sit impedimentum diuinis muneribus, quibus clerici incumbere debent.
13 *Negotiatio dicitur in commercijs.*
14 *Apostoli laborabant manibus suis.*
15 *Rusticalia opera facere, & exercere permissum est clericis ad quærendum victum.*

16 Ven-

16 *Vendere, seù vendi facere potest clericus etiam ad mensuras minutas vina, blada, & similia percepta ex bonis tàm patrimonialibus, quàm beneficialibus.*
17 *Clericus potest per alios exercere negociationes, quas per seipsum facere nequit.*
18 *Negotiator non dicitur clericus, seù mercator per vnius rei emptionem, & venditionem.*
19 *Negotiationes clericis prohibitæ à Canonibus, de quibus clericis intelligantur.*
20 *Lites emere clericis est prohibitum. & num. 24.*
21 *Auaritia est radix omnium malorũ.*
22 *Auaritia excæcat animos clericorum.*
23 *Clerici sunt vt plurimum auarissimi.*
24 *Mulierum genus est auarissimum.*
25 *Auaro nihil est scelestius.*
26 *Cessio actionum, seù litis facta clerico per laicum non valet, secus si fiat per laicum clerico tanquam coniunctæ personæ. & num. 29.*
27 *Lites clerici fugere debent.*
28 *Lites præstant materiam criminibus.*
29 *Lites redigunt homines ad paupertatem.*
30 *Lites sunt causa multorum malorum.*
31 *Coniunctio remouet dolum.*
32 *Factor, seù minister laicorum clericus esse nequit, nisi pro orphanis, aut pauperibus, seù pro rebus Ecclesiasticis.*
33 *Conducere possessiones est clericis interdictum, item & vectigalia, seù consimilia, & quomodo hoc intelligatur. & num. 35.*
34 *Conductori clericus succedens potest perseuerare in conductione vsquè ad tempus, quo durare debet conductio.*
35 *Conducere potest clericus rem vnam ad sui, & suorum sustentationem.*
36 *Locare animalia, seù ea tenere quomodo clericus possit.*
37 *Conducere potest clericus obuentiones Ecclesiæ, & quomodo, & etiam bona Ecclesiarum.*
38 *Macella, & carnificinas exercere nequeunt clerici.*
39 *Tabernas habere, seù tenere non possunt clerici.*
40 *Ministrare in tabernis non possunt clerici.*

§. XXI.

1 Conuersatio autem clericorum debet esse discreta à vita laicorum. *cap. statuimus. 4 distinct. cap. beatus. 6. quæst. 1.*

2 Ideò à secularibus negotijs debent se clerici abstinere. *c. 1. & per totam 88. dist. c. te quidem. 11. quæst. 1. c. 3. & per totam. 14. q. 4. c. 1. 21. q. 1. c. 1. & per totam. ead. q. 3. c. transmissam de elect. c. clerici officia. & c. ex literis. de vit. & honest. cler. c. 1. & per totam ne Cler. vel Monach. clem. 1. de vit. & honest. cleric. l placet. C. de Episc. & cler. Alex. de Neuo. cons. 60. num. 3. Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 317. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 77.*

3 Tùm quia negotiationes reddunt clericum vilem, & reuerentiam sacerdotalem annihilant. *c. perlatum. 88 dist. Molin. de contract. disput. 342.* tùm verò quia maximam bonorum temporalium cupiditatem præseferunt. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 58.*

4 Et cupiditas est mater vsurarum, *cap. virum. 47. dist.*

5 Quare illis etiam prohibitum est deambulare in nundinis, vel in foro, nisi id faciant pro emendo aliquid. *c. clericus. 2. 91. distinct.*

6 Clericus autem negotiator tanquam pestis est fugiendus. *D. Hieron. ad Nepotianum. de vita clericorum. cap. negotiatorem. 88. dist.*

7 Maximè autem est clericis interdicta negotiatio lucratiua, quæ consistit in mercando, emendo, & vendendo non mutata forma. *c. canonum. 14. q. 4. Card. in Clem. fin. col. 2. de censib. Abb. in c. fin. n. 1. de vit. & honest. cler. & in c. 1. n. 6. & 10. ne Cler. vel Monach. Roland. cons. 38. nu. 27. vol. 2. Nat. cons. 530. num. 12. & seq.*

8 Ratio est, quia huiusmodi negotiatio, quæ consistit in emendo, & vendendo sine mendacio, & periurio, & peccato esse nequit. *cap. ejciens. 88. dist cap. qualitas. & cap. falsas. de pœnit. dist. 5. not. in cap. nauigants. de vsur. Gemin. in cap. quanquam. de censib. in 6. Roland. d. cons. 38. num. 27.* & studium auaritiæ, siuè fraudis proprium solet esse negotiantium facinus. *Beda Homil. 7. in Quadragesim. tom. 7.* Præterquamquod inter negotiantes, & contrahentes solent interuenire deceptiones.

Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon. d cap.58. in princip. quas facere non licet clericis, qui debent ſe abſtinere non tantùm à malo, ſed etiam ab ijs, quæ habent ſpeciem mali, vt dictum fuit ſuperiùs in *§.15.num.35.& 36.*

10 Quamuis alioquin ſit licitum contrahentibus ſe decipere ad inuicem. *l. in cauſa.2.§.pen. ff.de minor. l.item ſi pretio. §.fin ff.locat gloſſ.in l.cum pater.§.menſa. verb.menſa.ff.de leg.2.& in c.cum dilecti. verb deceptione.de empt.& vend. Ancbar. conſ.157.num.5.* Quod tamen non procedit, niſi intra latitudinem iuſti pretij. *l.2. C.de reſcind. vend. gloſſ. in d. verb. deceptione Couar. lib.2.var.reſol.cap.3.nu.2. Ancbar.conſ.157.nu.5. Oſaſc.deciſ.41.n.8.* Item procedit in foro ſoli, non autem in foro conſcientiæ. *D.Thom.2.2.q.77.art.1. ad 1.Archid.in cap.hoc ius.nu.8.10.q.2.*

11 Præterea non licet contrahentibus ſe decipere circà quantitatem, vel qualitatem ponderis, vel menſuræ in mercibus, nec circà pondus, vel menſuram mercis aliquid immutare. *Rot.deciſ.2.num.4.de pact. in antiq.* Inſuper neque licita eſt deceptio non tranſcendens dimidium iuſti pretij, ſi fieret dolosè, & ex certa ſcientia aliquid machinando contra eum cum quo cõtrahitur. *gloſſ.in l.itẽ ſi pretio.§.quemadmodum. ff.locat. Rot. d. deciſ.2. num.5.* Minùs licita eſt circà dimidium deceptio, quæ prouenit occaſione vitij, vel defectus rei deductæ in contractu. *l.Iulianus. ff.de act. empt. Rot. ead.deciſ.2.num.5.* in foro tamen conſcientiæ nunquam eſt licita deceptio etiam infrà dimidium.

12 Poſſunt tamen clerici ad victum parandum pro ſui, & ſuæ familiæ ſuſtentatione, ſi indigent rem comparare, nõ vt ipſam rem integram, & immutatam vendant, ſed vt materia ſit ſibi inde aliquid operandi, & reducendi ad aliquas formas, & aliquod artificium exercere poſſint. *d.cap.eijciens. 88.diſt.c.clericus victum. 91. diſt. c.1.& ibi Abb.n.6.& 10.& Hoſt.nu.7. ne Cler. vel Monach. c relatum.2.§.pen. verſ.artificio.de teſtam. Abb.in c.ſecundum.nu.1. ne Cler.vel Monach & in c.clerici nu.3. de vit.& honeſt.cler.& in c fin nu.14.vbi etiam Imol.nu.13.eod Bald in auth.licentiam.vbi etiam Salicet.C.de Epiſc.& cler. Nauar.in Manual.c.25.nu.111.* & poteſt emere corium, & indè facere ſotulares. *gloſſ. in fin. in c. Canonum. 14.q.4.* modò non ſit impedimẽto diuinis muneribus, quibus clerici incumbere debent. *d. c.clericus victum, & c.nunquam.de conſecrat. diſt.5.*

13 Emere enim rudem materiam, vt ſecundùm regulam alicuius artis redigatur ad aliquam formam, non eſt negotiari, quia mercatores hoc non faciunt, ſed artifices. *d.c.eijciens. verſ quicunquè comparat. Butr.in c fin. de vit. & honeſt. cleric. Lopez ad Diaz.in d.c.58.verſ.neceſſitatis.* & ſic negotiatio dicitur in commercijs, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. *c.forus. de verb.ſign* negotiatio autem clericis eſt interdicta, non artificium. *c nunquam.de conſecr.diſt.5.Alexand.de Neuo.d.conſ.60. nu.5.Redoan. in tract de Spol. Eccleſiaſtic. quæſt.2.num.14.*

14 Sic Apoſtoli laborabant manibus ſuis, ne quenquam grauarent. *1.Theſſal.2. 1.Cor.4.Ephes.4.& Act.2.& 18.c.1.21.q.1. d.cap.nunquam.de conſecr.diſt.5.c.1.ne Cler. vel Monach.* & in Regula D. Benedicti præcipitur prouideri, per quorum manus negotia monaſterij procurentur. *d.c.1.ne Cler.vel Monach.* & D.Lucas manibus operabatur in pingendo. D. Antonius in colendo terrã, & texendo fiſcellas.

15 Quam obrem permiſſum eſt clericis, maximè quibus Eccleſia non ſufficit, vt victum, & veſtitum quærant, & exerceant opera ruſticalia, vt fiſcellas iuncis texere, caniſtra viminibus plectere, ſarrere humũ, areolas æquo limite diuidere, in quibus cum olerũ iactata fuerint ſemina, vel plãtę per ordinẽ poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, inſerere infructuoſas arbores, vel gemmis, vel ſurculis apum aluearia fabricare, & lina texere pro capiendis piſcibus, proprias vineas putare, vel fodere, domos ſuas reficere, & alia huiuſmodi facere. *c.presbyter. c.clericus victũ.& c.clericus. 91. diſtinct. c.nunquam. de conſecr.diſt.5. c.1. de celebr.Miſſ.Specul. in tit.de cleric. coniug.num.8.*

16 Poteſt etiam clericus vendere, ſeù vendi facere vina, blada, olea, & ſimilia percepta tàm ex patrimonialibus, quàm beneficialibus, non ſolùm in menſura magna, ſed etiam ad menſuras minutas, neque exindè dicitur negotiari, cũ talia ſint collecta ex rebus ſuis. *gloſſ.1.in d.c.negotiatorem.88.diſt.Abb.in c.ſecundum. num.1. ne Cler. vel Monach. & in conſ.6. circà fin.p.1. Gemin. in c.vnic. num.9. vbi etia*

Io. Andr. & Franc. de vit. & honeſt. cler. in 6. Lambert de Iurepatr. lib.2. p.1.q.6. art.62.nu.4.Bertachin.in tract. de Gabel. p.7.quaſt.7.col.4. verſ.an autem. Roland. conſ.71.nu.9.vol.4. Crau. conſ.163.nu.3. Graff. deciſ.aur.p.2.lib.3.c.8.nu.11.& 12. Lopez ad Diaz. d. c.58. verſ.ex quibus ſequitur.& ad c.72.in princ. Ricc.in prax. reſol par.1.reſol.317.num.8.

17 Similiter poteſt clericus per alios exercere negotiationes, quas per ſeipſum facere nequit. *ex clem.1.de vit. & honeſt. cleric.* vbi clericis tabernarij, aut macellarij officium perſonaliter exercere interdicitur,quare per verbum perſonaliter,dicendũ erit per alios facere non prohiberi. *Abb.conſ.6 lib.1.Lopez ad Diaz.in pract. crim.canon.c.72.poſt princ.Prax.Archiep. Neapol.c.77. nu.6. facit clem.1.§ porrò.de ſtat. Monach.* vbi decernitur Monachos quibus per ſe ipſos venari prohibetur, poſſe id tamen facere aliorum opera.

18 Animaduertendum tamen eſt clericum non dici negotiatorem,ſeù mercatorem per vnius rei emptionem,& venditionem,ſed ſi plures negotiationes facit.*gloſ. in l.1.§.licet. & ibi Bart. ff.de tribut.act. Abb.in c.1.nu.38. verſ.item fallit in mercatore.& ibi Rip.de iudic.Prob.in c.vnic. nu.1.de cler.coniug.in 6.Anchar.in c.vnic. vbi etiam Gemin. & Franch. de vit. & honeſt.cler.in 6. Lopez ad Diaz. in pract. crim.canon.c.58.verſ.& huius.*

19 Prætereà Canones prohibentes clericis negotiationes, ſunt intelligendi de clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, & beneficiatis, non autem de initiatis prima tonſura, ſiuè conſtitutis in ordinibus minoribus. *Abb.in c.1.num.12. & ibi Hoſtien. & Innoc. ne Cler. vel Monach. Nauar.conſ.5.num.2. de ſucceſſ. ab inteſt. Rodriquez in ſum. p.2.c.1.concluſ.1.Ricc. in prax.reſol.p.1.reſol.317.nu.5.* ratio eſt quia clerici in ordinibus minoribus conſtituti poſſunt ad ſeculum redire,ac ordini clericali in totum renunciare,& ſi non verbo, ſaltem facto exercendo actum omninò contrarium. *Redoan. de ſpol. Eccleſ. q.2. num.61.*

20 Cum ergo clericis negotiatio ſit interdicta,multò magis erit illis prohibitum emere lites. *cap.2. de alien. iud.mut. cauſ. fact.c.1.ibi. contentiones, vel lites amare. ne Cler. vel Monach.* quod prouenit ex cupiditate auaritiæ. *d.cap.2.*

21 Quæ eſt radix omnium malorum. *D.Paul.1.ad Timoth.6. c.honoris.47.diſt. c. quia radix.de pœnit. diſt.2.* & eſt idolorum ſeruitus. *c.auaritia.de praben.*

22 Et excœcat animos clericorum. *cap.auaritia.de elect.in 6.*

23 Qui ſunt etiam alioqui, vt plurimũ auariſſimi.*gloſ.in c.ſi pluribus.verb.maioris.de praben.in 6.& in d.c.auaritia.verb. cæcitas.de elect.in 6. Io.Andr. in c.peruenit.de cenſib.Soccin.Senior.conſ.15.nu.18. vol.1.*

24 Quemadmodum eſt etiam auariſſimum mulierũ genus.*gloſſ.in l.Neſennius. verb. è contrario. ff.de neg. geſt.& in l.1. §.nulla eſt.C.ad Velleian.*

25 Et auaro nihil eſt ſceleſtius, qui animam etiam venalem habeat.*Eccleſ.10.*

26 Quare ceſſio actionum, ſeù litis facta clerico per laicum non valet,tanquam ſimulatè concepta. *d.cap.2.& ibi DD. de alien.iudic.mut.caſ.fact. Bart.in l.1.in fin.ff.eod. Cyn. in l.qui ſtipendia. C. de procurat.Nat.conſ.474. num.49. vol.2.& conſ.530. nu.11. vol.3. Roland.conſ.38. à nu 27.ad fin.vol.2.Specul.in tit.de ceſſion. act.§.1.num.8.*

27 Quia hoc plerumq. eſt cauſa litium, quas non debent clerici amare, imò ab illis abſtinere debent,quantum fieri poteſt. *d.c.1.& ibi gloſſ. verb. lites. ne Cler. vel Monach.D.Paul.2.ad Timoth.2. circà fin.*

28 Cum lites materiã criminibus præſtare dicantur. *l. properandum. in princ. C.de iudic.§.ſi verò aliquis.auth.de trien. & ſemis.*

29 Et præterquamquod lites redigunt homines ad paupertatem. *§. 1. auth. vt differ.iud.*

30 Sunt cauſa multorum malorum. *Ariſt.1.Metaphyſic.*& ob id boni viri eas execrantur.*l.item ſi res. §.fin.ff.de alien. iudic.mut.cauſ.fact.*ad clericorum autem officiũ ſpectat lites inter ſe habentes componere,& ad concordiam reuocare, vt dictum fuit ſuperiùs in *§.15.*

31 Si autem ceſſio fuit facta per laicum clerico,vti coniunctæ perſonæ, tunc valet, quia coniunctio remouet dolum. *cap.cum in iuuentute.de præſumpt.l.3.ff.de recept. Petr.& Cyn. in d. l.qui ſtipendia.* & facit ceſſare ſimulationem, & præſumi donationem. *l.3. §.qui eiuſdem. ff.de donat.inter vir. & vxor. Bald. in l.per diuerſas. q.6. C.mandat.Roland.d.conſ.38.num.22.*

32 Nequè minister, siuè factor laicorũ clericus esse potest. *cap. peruenit.* 86. *dist. cap. peruenit. & per totam.* 21. *q.* 3. *cap.* 1. *de postul. c.* 1. *c. sacerdotibus. & c. sed nec procurationes. ne Cler. vel Monach.* nemo enim militans Deo implicat se negotijs secularibus. *D. Paul* 2. *ad Timoth.* 2. nisi fortè pro minoribus, orphanis, aut pauperibus, aut pro rebus Ecclesiasticis, quibus casibus potest esse factor. *d. cap. peruenit.* 86. *dist. c. decreuit.* 88. *dist. d. c. peruenit. & c. credo. & seq.* 21. *q.* 3.

33 Conducere possessiones clericis est etiam prohibitum propter cupiditatem. *d. c peruenit.* 86. *dist. d. cap. decreuit. d c.* 1. 21. *q.* 3. *c.* 1. *& ibi Abb. n.* 8. *c. sed nec procurationes. & c. secundum. ne Cler. vel Mon. Abb. in c dilecti. n.* 3. *de decim. Host. in c.* 1. *nu.* 2. *de obligat. ad ratiocin.* nequè per se, nequè per alium. *gloss. in d. c.* 1. *verb. conducere. ne Cler. vel Monach.* item nequè cis licet conducere publica negotia, vt vectigalium, vel consimilium. *Abb. in d. nu.* 8. Quæ tamen intelligenda sunt de clerico constituto in ordine sacro, siuè etiam de constituto in minoribus ordinibus, quãdo est beneficiatus. *Abb. in d. c. sacerdotibus. nu.* 1. nequè poterit assumi clericus in socium conductionis. *Marc. decis.* 76 *nu.* 3. *Vbald. in tract. de duob. fratr. par.* 10.

34 Si tamen clericus succedat conductori, poterit perseuerare in conductione vsquè ad tempus, quo durare debet conductio. *gloss. in d. c.* 1. *verb. conductores. & ibi Abb. n.* 8. *ne Cler. vel Monach. Felin. in c. quia G. num.* 3. *vers. ideò ipse de iudic. Barbat. cons.* 1. *nu* 59 *vol.* 3. *Syluest. verb. clericus.* 3. *nu.* 2. *Redoan. de spol. Eccles. in præfat. q.* 2. *nu.* 12. *Caroc de locat. par* 2. *tit. quibus non est permissum. n.* 10. *arg. l. Decurio. ff. de decurion.* vbi si Decurio, qui conducere prohibebatur, successit in conductione, remanet in ea.

35 Poterit item clericus suo nomine propter necessitatem ad sui, & suorum sustentationem rem vnã conductam habere. *Abb. in d. c.* 1. *n.* 8. *& in d c. secundum. n.* 2. *& Host. nu.* 1. *ne Cler. vel Monach. gloss. in d. c peruenit. verb. auaritia.* 86 *dist. & in cap. dilecti verb. conduxistis. vbi etiam Abb nu.* 4 *de decim. ead. gloss. in d c decreuit. verb. conducere* 88. *dist. Host. in d. c.* 1. *nu.* 2. *de oblig. ad ratiocin. Syluest. d. verb. clericus.* 3. *num.* 2.

36 Facit etiam, quia clericus potest locare animalia, vt oues & boues, si habet ex decimis, vel successione, vel alias sibi data, aut si habens pascua multa emit eadem animalia, vt illa depascerẽt ad sustentationem sui, & suorum, & pauperum, non autem si emit, vt traderet ad incrementũ, vel aliud ageret in fraudẽ negotiationis. *Hostien. in d c. secundum. in princ. & ibi Abb. nu.* 1. *ne Cler. vel Monach. Redoan. de spol. Eccles. quæst.* 2. *Molin. de contract. disput.* 342 *nu.* 14. nam si potest vendere, seu vendi facere vina, blada, olea, & similia percepta ex bonis suis non solum in mensura magna, sed etiam ad minutum, vt dictum fuit superiùs, poterit etiam locare huiusmodi animalia.

37 Potest etiam clericus conducere omnes obuentiones Ecclesiæ, vt ipse habeat curam Ecclesiæ regiminis eam officiando, & de prouentibus respondendo in certa quantitate Rectori. *Abb. in d. c. secundum. num.* 2. & potest conducere bona Ecclesiarum. *c. dilecti. de decim. Vgolin. de potest. Episc. par.* 1. *§.* 16. *cap* 13.

38 Non possunt tamen clerici macella, & carnificinas exercere. *clem* 1. *de vit. & honest. cleric. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 412.

39 Neque tabernas habere, siuè tenere. *c. nulli.* 44. *dist. d. c.* 1. *de vit. & honest. cler. gloss. in cap. vnic. verb. ignominiosum. eod. in* 6. *Menoch. d. cas.* 412.

40 Multò minùs alijs in tabernis ministrare. *d. c. nulli.* nam cum clerico tabernam ingredi non liceat, vt dictum fuit superiùs in §. 20. multò minùs illam tenere, & in illa ministrare licebit. *gloss. in d. verb. ignominiosum.*

SVMMARIVM.

1 *Commessationes clerici vitare debent.*
2 *Esurire quotidiè clericus debet.*
3 *Pudicitia inter epulas difficulter seruari potest.*
4 *Gula quæ mala pariat. & nu.* 5. 6. *&* 7.
5 *Venter pinguis crassum sensum generat.*
6 *Refectio moderata quid operetur.*
7 *Cibi abundantia quid efficiat in homine.*
8 *Corpora crassa, & obesa quomodò curari debeant, ne incidant in morbos.*
9 *Galeni dictum.*
10 *Conuiuia publica clerici fugere debẽt.*

11 Con-

11 *Conuiuio nuptiarum an, & quomodò interesse possint clerici.*
12 *Christus quare interfuit conuiuio nuptiarum.*
13 *Ebrietatibus incũbere clericis est prohibitum.*
14 *Mundicies non potest seruari in vino.*
15 *Vinum est incitatiuum ad luxuriam.*
16 *Vinum obstat vigilys.*
17 *Vinum est excitatiuum discordiarũ.*
18 *Vinum aufert cor, & mentem. Fornicatio aufert cor.*
19 *Vinum fuit origo incestus.*
20 *Ebrietas scienter, & assiduè facta est peccatum mortale, & quomodò intelligatur. num. 23.*
21 *Ebriosi Regnum Dei non possidebunt.*
22 *Ebrietas est causa criminum.*
23 *Ebrietas est fomes, & nutrix omnium vitiorum.*
24 *Salomonis dictum circà bibendi assiduitatem.*
25 *Conuiuijs quibus interesse possint clerici.*
26 *Alimentis uti debent pro moribus eorum, cum quibus viuunt clerici.*
27 *Benedictio mensæ fieri debet in conuiuio, & gratiarum actio sequi.*
28 *Lectio Diuinarum scripturarum debet misceri in mensa clericali.*
29 *Clerici quomodò se gerere debeant in conuiuijs.*
30 *Vinum aqua temperare debent clerici in bibendo.*
31 *Clerici in bibendo deberent esse contenti trina vice.*
32 *Poloni, Normanni, & Angli fortiter bibunt.*
33 *Clerici non debent cogere alios ad bibendum.*
34 *Potus ad æquales haustus est interdictus.*
35 *Polonorum mores circà potum.*

§. XXII.

1 A Commessationibus clerici abstinere debent. *Prou.* 23. *D. Paul. ad Rom.* 13. *§.* 1. *c. commessationes. c. multis. c. non oportet.* 2. *& c. nõ liceat.* 44. *dist. c.* 1. *ne Cler. vel Monach.* nõ enim Regnum Dei esca, & potus. *D. Paul. ad Rom.* 14. *D. Hieronym. ad* 2. *Mich.*

2 Imò quotidiè clerici esurire debent. *c. sint tibi.* 2. *de consecr. dist.* 5. *gloss.* 1. *in c. his igitur.* 23. *dist.* sobrietas enim clericis necessaria est. *D. Paul.* 1. *ad Timoth.* 3. & 2. *ad Timoth.* 4.

3 Et ignominiosum est clericis affluere epulis, inter quas difficulter potest seruari pudicitia. *cap. Ecclesiæ.* 35. *dist.*

4 Nam ventris ingluuies facilè prouocat ad luxuriam, & omne opus bonum dissoluit. *D. Hieron. in Epist. ad Amãdum. D. Gregor. in Pastoral. par.* 3. *c.* 20. venter enim, cui multitudo coquorum deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit. *d. §.* 1. 44. *dist.*

5 Et venter pinguis crassum sensum generat, cum clericalis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis, atque ideò edacitatis vitio obnoxij in Sacerdotes vngi non debent. *D. Hieron. in Epist. ad Nepotianum. lib.* 23. *cap.* 10. *relatus in d. cap. non liceat.* hi enim, qui adhuc vitiorum bello subiacent nequaquam per prædicationis vsum magisterio cęterorum præesse debēt. *D. Gregor. in Moral. lib.* 23. *c.* 12. *& dicto c. non liceat.*

6 Et nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio, sufficientia quippè cum nutrimento, & sospitatem simul procreat, & voluptatem.

7 Abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat, quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborũ, magis autem, & multò peiora, fames quippè paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita pœnali, excessus verò ciborum consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna. *D. Ioan. Chrysostom. Homil.* 29. *ad c.* 13. *Epist. ad Hebr. c. nihil enim.* 2. *de consecr. dist.* 5. & quotidiano experimēto probatur potus satietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorē cordis hebetari, ita vt delectatio edendi etiam corporum contraria fit saluti, nisi ratio temperantiæ obsistat illecebræ, & quod futurũ est oneri, subtrahat voluptati. *D. Leo Papa. serm.* 8. *de Ieiun.* 10. *mensis.* quamobrem scribit *Cicero in* 5. *Tuscul.* fieri non posse vt mente quis, & ratione rectè vtatur, animæquè vires debito loco, & tempore exerceat cibo multo, ac potione distentus. Et cum varijs nidoribus fumant patinæ, ad esum sui expleta esurie quasi captiuos trahunt, vndè & morbi ex saturitate nimia concitantur, multiquè

impa-

impatientiam gulæ vomitu remediantur, & quod turpiter ingesserunt, turpiùs egerunt. *D. Hieron. aduersus Iouinianum. lib. 2. relatus in cap. ne tales. de consecr. distinct.* 5.

8 Quare Hyppocrates *in Aphorism. p.* 1. docet crassa, & obesa corpora, quæ crescendi mensuram compleuerint, nisi citò ablatione sanguinis imminuantur, in paralisim, & pessima morborum genera erumpere, & idcircò esse necessariam demptionem, vt rursus habeant, in quæ possint crescere, non enim manere in vno statu naturam corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere, nec posse viuere animal, nisi crescendi capax sit. *dicto cap. ne tales.*

9 Ideò & Galenus. *par. 1. Aphorism. dicit in exhortatione Medicinæ*, quorum vita, & ars sagina est, nec viuere posse diù, nec sanos esse, animasquè eorum ità nimiò sanguine, & adipibus, quasi luto inuolutas nihil tenue, nihil cæleste, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare. *d. c. ne tales. de consecr. dist.* 5. quare Cato Magnus dicere solebat, tantũ cibi, & potionis adhibendũ esse, vt reficiantur vires, non opptimantur. *& Cicero* 4. *ad Heren.* aiebat, Esse oportet, vt viuas; non viuere vt edas. *Hinc Hesiodus.*

„ *Non viuas, vt edas, sed edas, vt viuere possis.*

10 Conuiuia item publica clerici euitare debent. *cap. his igitur.* 23. *distinct. D. Hieron. ad Nepotianum.*

11 Et nuptiarum conuiuia, in quibus exhibẽtur aliquot spectacula. *c. presbyteri.* 34. *distin.* neque debent interesse conuiuijs secundarum nuptiarum. *d. c. de his.* 31. *q.* 1. quòd si fortè nuptiarũ conuiuio interesse contingat, tunc antequam spectaculis initium detur, surgere debent è conuiuio, & abire. *cap. non oportet.* 2. *de consecr. dist.* 5.

12 Nequè obstat quòd dicatur Saluatorem nostrum interfuisse conuiuio nuptiarum in Cana Galileæ. *Ioan.* 2. quia illud fuit conuiuium tenue, cum ibi defuerit vinum. Præterea Christus Dominus inuitatus venit ad nuptias, vt firmaretur castitas conjugalis, & ostenderetur sacramẽtum matrimonij, quia & illarum nuptiarũ sponsus personã Domini figurabat. *D. Aug. in tract.* 9. *in Ioan. post initium.*

13 Multò magis ebrietatibus incumbere clericis est prohibitum. *D. Paul. ad Rom.* 13. *c. fin in fin.* 4. *dist. §.* 1. *cap Episcopus. c. luxuriosa c. vinolentum. c. sexto. in fin. & c. antè.* 35. *dist. §.* 1. *& c. commessationes.* 44. *dist. c. nullus. de consecr. dist.* 5. *c. à crapula. de vit. & honest. cler.* 1. *ne Cler. vel Mon.* cum neque cum ebriosis licitum sit cibos sumere. *D. Paul.* 1. *Cor.* 5. *c. ad mensam.* 11. *q.* 3. Debent etenim mundiciem clerici seruare, vt dictum fuit superiùs in *§.* 15. *n.* 52. *& seqq.* & esse vigiles. 1. *Petr.* 5. ornati bonis moribus, vt pariter fuit dictum in eodem. *§.* 15. *num.* 2. *& seqq.*

14 Mundicies autem non potest seruari in vino, quod est incitatiuum ad luxuriam. *D. Paul. ad. Ephes.* 5. *Prouerb.* 20.

15 Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *c. etsi Christus. antè fin. de iureiur. §.* 1. *c. luxuriosa. c. venter. c. vinolentum & c. luxuriari.* 35. *dist. c. à crapula de vit. & & honest. cler.* & ideò dicebat Terentius in Eunucho quòd.

„ *Sine Cerere, & Bacco friget Venus.*

Et venter mero æstuans facilè despumat in libidinem. *d. §.* 1. *& d. cap. venter.*

16 Vinum obstat vigilijs, & grauat corda hominum, & sensus. *d. §.* 1. *& d. c. vinolentum.* 35. *dist.* quamobrem in veteri testamento Ministris templi prohibitum erat bibere vinum, & sicetam, idest omnem potionem, quæ inebriare potest. *Leuitic.* 10 *d. §.* 1. *& d. cap. vinolentum.* 35. *dist.* & vt simus sobrij, & vigilemus, monemur à *D. Petro.* 1. *Petr.* 5. & ad vigilias, & orationes inuitamur illis verbis: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. *Psal.* 133. *& Isai.* 16.

17 Item non potest dici bonis moribus ornatus clericus vinolentus, nam vinum est excitatiuum discordiatum. *d. cap. luxuriosa.* 3. *Esdr.* 3. aufert cor, sicut fornicatio. 3. *Esdr.* 3. *Osea.* 4.

18 Et mentis inducit exilium. *d. c. vinolentũ.* 35. *dist. c. sanè. §. nesciunt.* 15. *q.* 1. *d. c. à crapula.*

19 Fuit origo incestus, nam legimus, quòd patrem Loth inebriauerunt filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & cum illo concubuerunt. *Genes.* 19. *cap. sexto dist. §. legimus.*

mus. 35. dist. cap. inebriauerunt, 15 q. 1. Neque illis solis nocent vina, quos tentat, sed & ijs etiam, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. *d. c. sexto die. vers. non illis*, vt de Noe, qui in ebrietate femora nudauit. *Genes. 9. & 19. d. §. 1. & d. cap. 6.*

20 Quinimò ebrietas scienter, & assidue facta est peccatum mortale. *c. 3. §. & quamuis Apostolus. vers. ebrietas si assidua sit. & ibi gloss. verb. ebrietas. 25. dist. c. Episcopus. 35. dist. gloss. 1. in c. 1. de reliqu. & venerat. sanct. Host. in d. c. à crapula. nu. 4. & 7. & Abb. num. 2. de vit. & honest. cler. idem Abb. in clem. si furiosus. n. 3. in fin. de homicid. D. Thom. 2. 2. q. 150. art. 1. Nauar. in Manual. c. 23. nu. 121.* ideò pro obcuntibus in ebrietate vix Ecclesia permittit orare. *d. c. 1. de reliq. & venerat. sanct. Host. in d. c. à crapula. num. 7.*

21 Quia ebriosi Regnum Dei non possidebunt. *D. Paul. 1. Cor. 6. d. c. 1. de reliqu. & venerat. sanct.*

22 Estque ebrietas talis, vt per eam crimina cauere quis nequeat. *cap. sanè. 15. q. 1. D. Ambros. in libro de Patriarch. cap 6. libro de Abraham.*

23 Et omnium vitiorum fomes, ac nutrix. *cap. antè. 35 dist.*

24 Quare Salomon detestans bibendi assiduitatem ait cuiuè, cuius patriuè, cui rixa, cui foneæ, cui fine causa vulnera, cui suffusio oculorum, nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis. *Eccles 31.* & quam sit graue scelus ebrietatis videatur *D. Augustin. in opusc. serm. de ebriet. Isid. tract. de sum. bon. lib. 2. cap. 43. de ebriet. D. Basil. tom. 1. Homil. in Homil. 14. de ebriet. & luxur.* itaque is clericus, quem ebrium fuisse constiterit, est submouēdus à communione spatio triginta dierum, aut corporali subdendus supplicio. *d. c. antè.* Ista tamen omnia sunt intelligenda quando fit nimia vini perceptio. *c. luxuriam. 35 dist. d. c. & si Christus. §. quadam verò. de iureiur.*

25 Conuiuijs tamen honestis, & quæ fiunt gratia charitatis, & dilectionis possunt clerici interesse. *c. conuiuium. c. quando. 1. & c. quando. 2. 44. dist. Conar. in c. fin. n. 1. de testam.* item & 115, quæ fiunt in anniuersarijs defunctorum, siuè in solemnitatibus Sanctorum. *cap. nullus. 44. dist. & cap. nullus. de consecr. dist. 5.*

26 Præterquamquod pro moribus eorum, cum quibus viuunt, debent etiam vti alimentis. *D. August. lib. 3 de doctrina Christiana c. 10. c quisquis. 41 dist.*

27 In huiusmodi autem conuiuijs clerici antequam sumant cibos, illos benedicere, & post refectionem similiter gratias Deo persoluere debent, sicut Saluatorem nostrũ in cœna fecisse legimus. *Matth. 26. c. quando. 1. & c. non liceat. 44. dist.*

28 Misceri itidem debet non so'ùm in ijs, verum etiam in omni clericali conuiuio lectio diuinarum Scripturarum, per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulę non necessariæ prohibentur. *dicto cap. conuiuia. d. cap. quando. 1. & cap pro reuerentia. 44. dist. cap. in omnibus. de consecr. dist 5.*

29 In huiusmodi conuiuijs nulla absentium vita morderi debet, nullus ex irrisione reprehendi, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ plausus, risus inconditi audiendi, seu referendi, aut cantandi, neq turpia ioca, vel vrso, vel torneatricibus antè se fieri consentire. *d. c. conuiuia. d. c. nullus. & cap. pro reuerentia. 44 dist. cap. nullus. & c. non oportet. 2. de consecr. distinct. 5.* Neque clerici precati in talibus conuiuijs bibere debent in amore Sanctorum, vel alicuius animæ. *d c nullus 44. dist. & c. nullus. de consecr dist. 5.*

30 In bibendo autem non solùm vinum aqua temperare debent. *d. c. à crapula. & ibi Host. nu. 2. & Abb. nu. 1. & 2. de vit. & honest. cler.*

31 Sanitas enim, est animæ, & corporis sobrius potus. *Eccles. 31.* sed deberent esse contenti in bibēdo trina vice. *c. quando. 2. in fin. 44. dist. Abb. in d. cap à crapula. n. 2.*

32 Quod tamen nō arctat Normannos, Anglos, & Polonos, qui fortiter bibunt, ne anima habitet in sicco *gloss. in c. Moyses. verb in sicco. 32. q. 2.*

33 Neque alios ad bibendum cogere debent. *d. c. nullus. 44. dist. & d c nullus. de consecr. dist. 5.* quemadmodum fieri solet in aliquibus locis Germaniæ & Poloniæ.

34 Quamobrem abolendum decreuit Innocent. Tertius in Concilio Lateranen. illum abusum. quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo, obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit, præcipiens enim, qui super his se culpabilem exhibuerit, nisi à suo Superiore cōmonitus satisfecerit, ab officio,

vel beneficio esse suspendendum. *d. cap à crapula de vit. & honest. cler.*

31 Vigent autem passim inter mares compotationes ad æquales haustus in aliquibus partibus Regni Poloniæ non solùm in conuiuijs, verum etiam in cauponis, ad quas vulgus turmatim compotandi causa conuenire solet, vt ego pluries non sine risu vidi, eòque prouecta est hæc licentia, vt quod profestis diebus partum est, festo die potando ferè prodigatur in tabernis, multique inter eos reperiuntur, qui sese alterutrum bibere vi compellunt, dicentes aut mihi præbibe, aut mecum armis decertato, interim verò alius arma, quàm poculum, quod natura recusat alacriùs eligit. Exolescit tamen sensim apud honoratiores illa ad æquales haustus potandi consuetudo eorum studio, qui apud eas gentes, quæ humanitatem studiosiùs colunt, peregrinati sunt.

SVMMARIVM.

1 *Histrionum, Mimorum, Ioculatorum, aut Buffonum artem exercere clericis est prohibitum.*
2 *Adulationibus vacare est clericis interdictum.*
3 *Histrionibus, mimis, seù ioculatoribus intendere non debent clerici.*
4 *Donare huiusmodi personis est clericis prohibitum.*
5 *Spectaculis prophanis intresse non debent clerici.*
6 *Histriones sunt à clericis fugiendi, & quid doceant, & operentur eorum impudicissimi motus.*
7 *Laruas anti se fieri consentire est clericis interdictum.*
8 *Laruis item se tegere.*
9 *Ioci aliquid facere quomodo, & quando clericis permissum.*
10 *Repræsentationes rerum piarum facere possunt clerici.*
11 *Monachali, vel alio habitu religioso vti est prohibitum extrà dictas repræsentationes.*
12 *Veste alterius vtens in eius contemptum est puniendus.*
13 *Vestimentis altaris clericus mortuos inuoluens est puniendus.*
14 *Vestimentis sacris non in alijs vsibus, quàm Ecclesiasticis, & Deo dignis officijs vti debent clerici.*
15 *Vestimenta sacra vetustate consumpta non debent conuerti in vsus prophanos, sed incendi.*
16 *Vestibus sacris sui Ordinis induuntur clerici mortui.*

§. XXIII.

1 ET quemadmodum Mimi, Histriones, seù Ioculatores, aut Buffones non possunt ad Ordines promoueri, vt dictum fuit superiùs in §. 10. ità multò minùs se tales facere possunt clerici, qui si per annum huiusmodi ignominiosam artẽ exercuerint, ipso iure, si autem breuiori tempore, & tertio moniti non resipuerint, carent omni priuilegio clericali. *cap. 1. & cap. 2. ne Cler. vel Monach. cap. vnic. de vit. & honest. cler. in 6. c. clericus. 1. & c. clericum. 46. distin. cap. clericus. 2. 91. dist. l. quæ adulterium. in fin. C. de adult. §. interdicimus. auth. de sanctiss. Episc.*

2 Quemadmodum neque adulationibus vacantes fieri possunt clerici. *cap. clericus. 1. 46. dist.* neque scurriles, & verbis turpibus ioculatores. *c. clericum. ead. dist. c. 1. ne Cler. vel Monach.*

3 Cum clerici neque debeant intẽdere mimis, ioculatoribus, seù histrionibus. *c. presbyteri. 34. dist. c. clerici officia. de vit. & honest. cler.*

4 Quibus est etiam prohibitum donare. *c. donare. 86. dist.*

5 Neque interesse spectaculis, quæ aut in nuptijs, aut in scenis, aut in alijs locis exhibentur. *c. his igitur. 23. dist. d. c. presbyteri. 34. dist. c. nullus. 44. dist. c. nullus. & c. non oportet. 2. de consecr. dist. 5. & c. cum decorem & ibi Abb. n. 1. & DD. de vit. & honest. cler. Card. in clem. ne in agro. §. porrò. col. 2. de stat. Monach.* Vitanda etenim sunt spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata, & pacifica esse debent, sed ne huius nos voluptatis consuetudo deliniat, & à Deo & à bonis operibus auertat; Quis igitur ambigere potest quàm indecens fit Ecclesiarum obsequijs mancipatos viros illis delectari? *Lactant. lib. 6. diuinar. Institut. cap. 20. in fin.*

6 Histrionum enim impudicissimi motus quid aliud nisi libidines docent, & inuestigant? quid de mimis loquar? corruptelarum præferentibus disciplinam; qui

docent

docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera? Quid iuuenes aut Virgines faciant, cum & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur vtique quid facere possunt, & inflammantur libidine, in quo aspectu maximè concitantur. *Lactant.* Nam ludos & spectacula à multis gentilium fuisse abominata referunt *Celius Rhodigin. lib. 8. antiquar. lect. cap. 7. vbi etiam D. August. A. ex ab Alex. lib. 6. genial. dier. c. 6. Chrysost. in Matth. Homil. 38. lib. 6. cap. 20. Arist. lib. 7. Politic. cap. 5.* Quinimò si dum existunt ad mensam, venit histrio, vel buffonus, debet clericus de mensa surgere, & potiùs recedere, quàm ista videre, vel audire illorum gesta. *c. non oportet. 2. de consecr. dist. 5. Abb. in d. cap. cum decorem. num. 1.* Neque potest interesse spectaculis, vbi Taurorum, aliarumq. ferarum bestiarum agitationes exercentur sub pœna excommunicationis, prout sanciuit Pius Quintus in sua Constitut. incip. *De salute.* publicata sub die 15. Nouembris anno 1567. Quæ tamen Constitutio quoad clericos seculares Regnorum Hispaniæ fuit moderata, & reducta ad terminos iuris per Clementem Octauum sub die 13. Ianuarij 1596. vt refert *Roderic. Quæst. Regul. tom. 3. q. 68. artic. 2.*

7 Et cum sit prohibitum clericis laruas antè se fieri consentire, vt dictum fuit in §. præcedenti. *nu. 29.* quia hoc est Diabolicum *cap. nullus. 44. dist. & cap. nullus. de consecr. dist. 5.*

8 Multò magis laruis se tegere. *d. c. cum decorem, & ibi Abb. nu. 1. de vit. & honest. cleric. Card. in clem. 2. q. 3. eod. Lambert. in tract. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 9. art. 26. num. 5.*

9 Occultè tamen, & infirmitatis, vel alterius honestæ rei causa aliquid ioci facere non reprobatur. *gloss. in d. cap. vnic. verb. ioculatores. de vit. & honest. cler. in 6. & in c. donare. verb. talibus. 86. distinct.* Neque improbatur audire citharistas, & alios, qui varijs vtuntur instrumentis, secus autem si ad voluptatem, vel luxuriam. *gloss. in d. verb. talibus.*

10 Possunt etiam clerici repræsentationes facere rerum piarum, & solemnitatum fidei nostræ, vt passionis Domini Nostri Iesu Christi, vitæ alicuius Sancti, & ipsis interesse. *gloss. 1 in d. c. cum decorem. & ibi Abb. nu. 1. Io. Andr & alij arg. c. semel. 1. de consecr. dist. 2.* quia talia inducunt homines potiùs ad compunctionem, quàm ad lasciuiam, vel voluptatem. *d. gloss. 1. in d. c. cum decorem.* Quæ tamen non debent fieri cum risu, plausu, & inhonestate. *Lambert. d. art. 26. num. 6. in fin.*

11 Extra autem huiusmodi repræsentationes prohibitum est causa ludibrij vti habitu Monachali, vel alio religioso, & qui contrafecerit est puniendus pœna corporali, & tradendus exilio. *§. fin. auth. de sanctiss. Episc. gloss. 1. in d. c. cum decorem. Syluest. verb. habitus. n. 5. & verb. excom. 9. num. 51.*

12 Quemadmodum est etiam puniendus, qui vtitur veste alterius in eius contemptum. *l. mimæ. C. de Episc. aud. gloss. in d. §. fin. verb. Monachi. auth. de sanctiss. Episcop.*

13 Et clericus vestimentis altaris mortuos inuoluens est etiam puniendus. *c. nemo. de consecr. dist. 1.*

14 Vestimentis enim sacris non in alijs vsibus, quam Ecclesiasticis, & Deo dignis officijs vti debemus. *c. in sancta. c. in vestimenta. & c. ad nuptiarū. de consecr. dist. 1.*

15 Quinimò si fuerint huiusmodi vestimenta vetustate consumpta, non debent conuerti in vsus prophanos, sed incendi, & eorum cineres in baptisterium inferri. *cap. ligna. & cap altaris. de consecr. dist. 1.*

16 Clerici tamen mortui benè induuntur vestibus sacris sui ordinis. *glos. in dicto c. nemo. verb. mortuum. & ibi Archid. n. 1. de consecr. distinct. 1. Abb. in quæst. 3. incip. Sempronius. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Alearum ludus est clericis prohibitus.*
Taxillorum itidem.
2 *Ludo aliàs licito, & honesto ludere Regulares nequeunt.*
Regulares debent stare in Monasterio soli, & tristes.
3 *Ludus est materia rixarum, & dissolutionum, & iuri canonico multum odiosus.*
4 *Ludendi consuetudo est corruptela.*
5 *Ludus parit plura inconuenientia.*
6 *Clerici lusores magis peccant, quàm laici.*
7 *Scaccorum ludus non est clericis prohibitus.*

8 *Ludus consistens in ingenio est clericis permissus.*
9 *Ludus, qui consistit in virtute corporis, est licitus.*
10 *Scaccorum ludus si fiat causa voluptatis, auaritiæ, aut cupiditatis est clericis illicitus.*
11 *Pilæ ludus est clericis permissus causa recreationis. & num. 16.*
12 *Ludere in conuiuio licet causa recreationis.*
13 *Quantitatem quam liceat clerico ludere.*
14 *Ludere ad alleuiandos labores licet.*
15 *Scaccorum ludus quibus alijs casibus sit clericis permissus, aut interdictus.*
16 *Clerici possunt ludere ludo consistente in virtute corporis, & qualiter.*
17 *Clerici ludere non debent cum laicis, & minùs cum mulieribus.*

§. XXIV.

1 PRohibentur etiã clerici ad aleas, & taxillos ludere, seu ad alia ludorum genera, item & illis interesse, seu participes esse ludentibus, *c. Episcopus. & ibi gloss. 1. & DD. 35. dist. c. inter dilectos. de excess. Prælat. c. clerici officia. & ibi gloss. verb. ad aleas. & Abb. n. 1. de vit. & honest. cler. c. 1. ne Cler. vel Monach. auth. interdicimus. C. de Episc. & Cler. Concil. Trid. sess. 22. c. 1. & sess. 24. c. 12. ante fin. de reform.*

2 Quod idem dicendum est de Religiosis, & Regularibus, qui non possunt ludere etiam ludo alias licito, & honesto, neque cum alijs, nec inter se, quia cum sint mortui mundo, & debeant stare in Monasterio soli, & tristes. *c. placuit. 16. q. 1. l. Deo nobis. C. de Episc. & cler.* non debent propterea se immiscere in ludis, quorum natura est multum iuri canonico odiosa. *cap. clerici. §. interdicimus. auth. de sanctis. Episc. l. interdicimus. C. de Episc. & cleric. Abb. in rubr. de vit. & honest. cler. in fin.* quem refert & sequitur *Felin. in c. sicuti. de iureiur. Clar. in §. ludus. nu. 38. Menoch. de arbitr. cas. 339.*

3 Ex quibus vt plurimum proueniunt multiloquia, rixæ, & alia inconuenientia, & materia dissolutionis. *d. c. inter dilectos. Boych. in d. c. clerici. nu. 6. de vit. & honest. cler. Card. in d. c. Episcopus. num. 6.*

4 Neque obstaret, quòd in aliquibus locis adsit consuetudo ludendi, quia huiusmodi cõsuetudo est praua, quæ corruptela dicenda est. *d. c. inter dilectos.*

5 Ex ludo etenim plura inconuenientia nascuntur, primum desiderium lucrãdi, & sic est cupiditas, quæ est radix omnium malorum. Secundum est voluntas spoliãdi proximum, & sic rapina. Tertium vsura quoque consideratur. Quartum multiplicata mendacia, & verba obscæna, otiosa, & vana. Quintum blasphemiæ, & ita hæresis. Sextum corruptio maxima plurimorum, qui ad ludum videndum, & concupiscendum conueniunt. Septimum scandalum bonorum. Octauum contemptus prohibitionis Sanctæ Matris Ecclesiæ. Nonum amissio temporis, & facultatis, quæ omnia recenset *Archid. in d. c. Episcopus. nu. 2. 35. dist. l. alearum. C. de ale. lus. & aleat. Host. in sum. tit. de excess. Prælat. §. clericus. Diaz. in pract. crim. can. c. 73. nu. 1.* Quinimò aspicientes ludum puniuntur. *Hippolyt. sing. 552.*

6 Et magis peccant clerici lusores, quã laici. *Costa in tract. de ludo. art. 1. §. 1. n. 6. & seq. conclus. 2. & 3. Armil. verb. ludus. n. 1. & 4. Angel. eod. verb. n. 2. vers. tertio. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 70. verb. aleatores. nu. 2. & ibi Lopez in addit. litera A. Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. de reform.*

7 Scaccorum tamen, siue latrunculorũ ludus non est clericis prohibitus. *Innoc. in c. lator. & ibi Abb. num. 2. de homicid. Abb. in d. c. clerici officia nu. 4. vers. & ex hoc intellectu. & n. 12. vbi etiam Io. Andr. nu. 13. & Butr. vers. ludus enim. & alij de vit. & honest. cler. gloss. in auth. interdicimus. vers. ad tabulas. vbi etiam Odofred. in fin. vers. sed nũquid ad scaccos? & Salycet. nu 2. C. de Episc. & cler. Costa in d. tract. de ludo. n. 25. in fin.* vbi testatur de communi Canonistarum opinione. *Lopez ad Diaz. cap. 73. vers. sed an clerico.* vbi pariter dicit de communi opinione, cum sit ludus qui fit gratia virtutis experiendæ.

8 Ludus enim consistens in ingenio est clericis permissus. *Marian. Soccin. in d. c. inter dilectos. nu. 30. Paris de Put. in tract. de ludo. nu. 12. Costa eod. nu. 15. art. 2. Abb. in d. c. clerici officia. num. 12. Farinac. de var. ac diuers. crim. quæst. 109 nu. 103. & 106. par. 2. tom. 1.*

9 Sicut etiam est licitus ludus qui consistit in virtute corporis. *Marian. Paris* de

de Put. Costa, & Farinaccius in locis allegatis. Item & ludus qui dicitur honoris, & laudis. *Bald. in Rubr. C. de condict. ob turp. caus. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. c. 9. nu. 4.* quia talis ludus fit causa virtutis exercendæ, *l. solent. & l. seq. ff. de aleat.*

10 Declaratur tamen quatuor modis. Primò vt clericis sit permissus ludus scaccorum, dũmodo ludatur causa recreationis, & non causa voluptatis, aut auaritiæ, vel cupiditatis. *Archid. in cap. Episcopus. n. 1. vbi etiam Praeposit. n. 3. 35. dist. Abb. in d c. lator. nu. 2. de homicid. Card. in clem. 2. §. sed & tales. num. 10. de vit. & honest. clericor. Marian. Soccin. in d c inter dilectos. nu. 30. Paris de Put. d. tract. de ludo. n. 12. in fin. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon c. 73. litera A. in fin.*

11 Item & ludus pilæ. *Abb. in d. c. lator. n. 2. Graff. d. c. 9. nu. 7.* & de communi dicit *Clar. in §. ludus. num. 5.*

12 Nam licitum quoque est in conuiuio ludere recreationis gratia. *gloss. in d. c. inter dilectos. verb. voluptuosos. Sylu. verb. ludus. n. 3. Nauar. in Enchiridion cap. 19. Rot. diuers. p 1. decis. 426. num. 4. reijciendo Abbatem in d. c. inter dilectos. nu. 7.*

13 Et tunc licet ludere quantitatem modicam, & talem quam faciliter clericus donaret, non autem ludere magnam quantitatem. *Rot. d decis. 426. n. 5.* Illa tamen modica quantitas est intelligenda secundũ qualitatem personarum *Rot. ibid. num. 5.*

14 Licet etiam ludere ad alleuiandos labores. *Abb. in c. continebatur. n. 1. in fin. & num 2. vbi etiam Hostien. num. 1. de homicid.*

15 Secundò declaratur, vt clericis sit licitum ludere scaccorum ludo, si ludendo non distrahantur à Diuinis, propter lõgum tempus, quod in tali ludo conteritur. *Boyth d. c. clerici. n. 8. Costa in d. tract. de ludo. n. 29. art. 2. Capra concl. 86. num 27. Angel. verb. ludus. nu. 2. Syluest. eod. verb. num. 2.*

16 Tertiò declaratur, vt possint clerici ludere eodem ludo scaccorum, siue alio ludo consistente in virtute corporis, vt de ludo palestræ, siue ingenij, modò non ludant in publico. *Maluet. de fortib. par. 2. n. 17. Capra d. conclus. 86. n. 25. Angel dicto. verb. ludus n. 2. Syluest. d. n. 2. Couar. in clem. si furiosus par. 2. §. 4. num. 8. de homicid.*

17 Quartò limitatur, vt clerici possint ludere inter se, nullo tamen modo possunt ludere ludis aliàs ipsis permissis cum laicis admixti. *gloss. in dicto cap. continebatur. vbi etiã Abb. n. 3. Hostien, num. 1. & Anan. de homicid. idem Host. in dicto c lator. n. 1. Costa in d. tract. de ludo. n. 14. in fin. Viuius com. opin. 467. num. 3. & 4.* & multò minus cum mulieribus præsertim iuuenibus, & formosis. *Capra conclus. 83. num. 30. Viuius dicto opin. 467. num. 3.* Nihilominus quamuis interdum ioca sint honesta, ac suauia, tamẽ Ecclesiastica abhorret regula. *D. Ambros. lib. 1. Offic. c. 3.* propterea Episcopus quidam, qui scaccorum ludo præfuerat, & luserat, acriter fuit reprehensus à D. Petro Damiano, vt ipsemet Petrus Damianus refert in lib. 1. Epistolarum suarum. *Epist. 10. ad Alexandrum Secundum Pontificem.*

SVMMARIVM.

1 *Cohabitare non possunt clerici cum mulieribus, & quare.*
2 *Mulieres conscientiam secum habitãtis exuruut.*
3 *Mulieres apostatare faciunt sapiẽtes.*
4 *Mulierum domicilia frequentare est clericis interdictum.*
5 *Mulierem clericus amplexans præsumendum est, quòd eidem mulieri dare velit benedictionem, & an hoc sit verum. num. 6. 7. & 8.*
6 *Dubia facta, quæ possunt referri ad malum, & ad bonum, interpretari semper debent in bonam partem, vt excludatur delictum, & quomodo intelligatur. n. 7. & 8.*
7 *Dubia quando res est, sumenda venit interpretatio, quæ à sapientibus reprehendi non potest.*
8 *Dubia quando res est sumenda est illa interpretatio, quæ legi communi conueuit.*
9 *Conuersari cum mulieribus Clericis est illicitum.*
10 *Mulieres debent noscere nomina Clericorum, non vultum.*
11 *Mulierem quando clerico visitare cõtingit, debet hoc facere cum duobus, aut tribus testibus.*
12 *Mulierem alloqui quando debet clericus, idem præstare debet.*
13 *Palam facta sunt aliena ab omni suspicione sinistra.*

14 *Occultè,*

14 *Occultè, & clandestinè facta non carent suspicione.*
15 *Malè agens odit lucem.*
16 *Clerici cum quibus mulieribus habitare possint.*
17 *Consanguinearum familiaritatem clericos vitare oportet, & quare.*
18 *D. Gregor. relatio de quodam clerico.*
19 *D. Augustinus nequè cum sorore habitare consueuit.*
20 *Socius socij mei socius meus nō dicitur.*

§. XXV.

1 Cohabitatio cum mulieribus est clericis interdicta. *c. interdixit. & cap. hospitiolum. 32. dist. c. sed si fortè. c. oportet. c. legitur. c. cum omnibus. c. Archidiaconum. & c. fœminas. 81. distin. c. perniciosam. 18. q. 2. c. 1. & per totum de cohabit. cler. & mul. c. vxoratus. in fin. de conuers. coniug.* vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio antiqui hostis stimuli non deerunt, ideò admonendi sunt clerici, vt non antiqui hostis decipiantur fraude; cauere enim debent ab illicitis, vt mundas valeant ad Dominum leuare manus. *c. oportet. 81. dist.* scriptum est enim, Sancti estote, quoniam Sanctus ego sum Dominus Deus vester. *Leuitic. 20.* vt dictum fuit superiùs in *§. 15.*

2 Nequè potest toto corde cum Deo habitare, qui mulierum accessibus copulatur, nam mulieres conscientiam secum habitantis exurunt. *D. Hieron. ad Nepotianum. De vita clericorum. & in Epist. ad Oceanum. Ecclesiast. 9. & 19. & d. c. hospitiolum.* & qui in carne sunt, Deo placere non possunt. *D. Paul. ad Roman. 8.* & qui dat fornicarijs animam suam, se perdit, & hæreditatem suam. *Ecclesiast. 9.*

3 Mulieres etenim, & vinum apostatare faciunt sapientes. *Ecclesiast. 19.*

4 Est quoque interdictum clericis mulierum domicilia frequentare. *d. c. hospitiolum. 32. dist. c. clericus. c. sed si fortè. c. in omnibus. & c. clerici. 81. dist.* easdemque mulieres tangere. *d. cap. hospitiolum.* dequè earum specie, & forma tractare. *eod. c. hospitiolum.* nam propter speciem mulieris multi perierunt. *Ecclesiast. 9.*

5 Et licet quando videretur clericus amplexans mulierem præsumendum esset, quòd eidem mulieri voluerit dare benedictionem. *gloss. in cap. absit. verb. sinistrum. 11. q. 3. Abb. in c. estote. nu. 5. de regul. iur. Bald. in l. quid ergò. §. si hæres. ff. de leg. 1. Alex in l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Aret in tract. malef. in glos. verb. Che hai adulterato la mia dōna. Crauet. cons. 244. num. 4.*

6 Facta enim dubia, quæ possunt referri ad malum, & ad bonum, debent semper interpretari in bonam partem, vt euitetur peccatum, & excludatur delictum. *cap. 1. 41. dist. c. in scripturis. 96. dist. d c. estote. & ibi Abb. nu. 5. l. meritò. ff. pro soc. gloss. in d. verb. sinistrum. Abb. in c. 1. nu. 7. de cler. non resid. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de nou. oper. nunc. Crauet. cons. 122. nu. 11. Dec. cons. 278. col. fin. Abb. in c. in præsentia. nu. 6. de probat.* & facit quòd in pœnis mitior interpretatio est facienda. *l. pen ff. de reg. iur. cap. cum tu de testi. c. in pœnis. de reg. iur. in 6. Abb. d. n. 6.*

7 Tamen in isto casu nō est simpliciter verum, quod clericus amplexās mulierem præsumatur dare benedictionem. *Abb. in d. c. 1. n. 7. de cler. nō resid.* Præterquāquod in dubio illa est sumēda interpretatio, quæ à sapientibus reprehendi minimè potest. *l. Saluius. Aristo. ff. de leg præstan. Soccin. Iun. cons. 76. n. 11. lib. 2. Crauet. cōs. 5. n. 14. Menoch. cons. 41. nu. 12. cum duobus seqq. & de arbitrar. cas. 199. num. 8.* Et illa, quæ legi communi magis conuenit. *l. si stipulatus. ff. de vsu. Menoch d. cas. 199. nu. 9.*

8 Prætereà illud intelligi potest, quando non est præsumptio vehementior pro parte sinistra, quę potest colligi ex consuetudine locorum, vt in Gallia, & in Polonia, & ex qualitate personarum, vt si essent sorores, aut neptes, quibus casibus posset fieri interpretatio in bonum. *Abb. in dicto cap. estote. num. 5.* Insuper illa conclusio, quòd quando factum potest se habere ad delictum, & non delictum præsumatur in meliorem partem, procedit quando pariter, & indifferenter res sic se habere potest, secus quando factum de sui natura malum est secundum communem consonantiam, quamuis possit aliquo colore excusari, *vt post Anchar. & Anan. dicit Felin. in d. cap. in præsentia. num. 13.*

9 Multò magis cū mulieribus conuersari clericis est illicitum. *d c. hospitiolum. d. c. clericus. c. sed si fortè. c. volumus. c. in omnibus. c. non oportet. c. clerici. & c. ad ornatum. 81. dist. c. 1. & toto tit. de cohabit. cler. & mul.*

10 Expedit namque vt fœminæ nomen clericorum nouerint, vultū verò nesciant. *d.cap.hospitiolum. D. Hieron.in Epist. ad Rusticum Monachum*.

11 Quòd si fortè clerico mulierem visitare contigerit, tunc non solus ad eam accedere debet, sed cum duobus, aut tribus testibus. *d cap.clericus.cap.sed si fortè. d. cap.in omnibus. & cap clerici. 81.dist.* Idem si illam visitare voluerit infirmam. *d.c.clericus. & d.c. sed si fortè*.

12 Seù cum ea loqui debeat, nam eam debet alloqui non in tenebris, sed in luce, & in publicis, & honestis locis, & coram certis personis honestis, & non suspectis. *d.c.clericus. & c.in omnibus. 81.distinct. c.in decima.18.q.2.c.ab isto.1.35.q.6.facit. cap.2.de cobabit.cler.& mul.*

13 Ea etenim, quæ in conspectu aliorum, & palàm fiunt, sunt ab omni sinistra suspicione aliena. *l.non existimo. vers. & multum refert.ff. de admin tut.l.cum ipse tutor.§. fuit quæsitum. & ibi Rip ff. de contrah. empt. Menoch. de arbitr. lib.2. cent.3.cas.244.n.1.& per totum.*

14 Sicut à contrario, quæ occultè, & clandestinè fiunt, suspicione non carent. *c.1.§.cū enim & ibi gloss.verb. occulta.vt Eccles.benef.sine diminut.conse.c.cōsuluit. §. ne verò. de offic. deleg.l fin. ff. de ritu nupt.*

15 Nam qui malè agit, odit lucem. *Ioan.3.c.perniciosam.18.q.2.d.c.consuluit. Vnde Horat. Epist. lib.1.Epist.2.*

„ *Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones*.

gloss.in d c.consuluit.verb.odit luce. & tenebræ aptæ sunt ad fabricandum falsum. *l.1. §.tria.ff.de ventr.inspic.*

16 Possunt tamen clerici habitare cum matre, auia, sorore, amita, aut matertera, filia fratris, & sororis. *c.interdixit.32.dist. c.sed si fortè.c.volumus.& c.cum omnibus. 81.dist. c.ab isto.1. 35.q.6.* & cum vxoribus filiorum suorum. *d. cap.cum omnibus.* quia etiam secundum sententias Ethnicorum fœdus naturale inter tales personas nihil permittit sæui criminis suspicari. *c.eum in iuuentute. de præsumpt. c. à nobis.de cobabit cler.& mul.l.vt vim. & ibi gloss.& DD. ff. de iust.& iur l. eum qui. C.de Episc.& cler.Dec.in c.cum non ab homine.n.53.de iudic.* nam & habitare poterunt cum illis mulieribus, de quibus nulla suspicio cadit. *d.cap.iterdixit. 32.dist. c.1.de cobabit.cler.& mul.*

17 Immoderatam nihilominus consanguinearum familiaritatē vitare Clericos oportet. *c.quorundam. 34.dist.* Quinimò neque illas mulieres, quas Canones concedunt, liceret clericis secum habere, quia instigante Diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earum. *c.sed si fortè.& c.legitur. 81.dist c.1.de cobabit.cler.& mul.gloss. in d.c.volumus.81.distinct.*

18 Et ideò D.Gregor.in Dialog. *lib.4. cap.2.* refert, quòd quidam clericus mulierem, cum qua in minoribus ordinibus contraxerat, vt suam sororem diligens, quoad tamen carnis officium, vt hostem canens ad se propiùs accedere moribundus senex non sinebat, neque eam sibi appropinquare aliqua occasione permittebat, dicens: Tolle paleam, quia adhuc in me igniculus tentationis remansit. *& refertur in cap presbyter. 32.dist.*

19 Præterquamquòd occasione consanguinearum, & affinium quandoquè aliæ mulieres commorantur cum illis, vel veniunt ad illas; quamobrem legitur apud Possidonium in vita Sācti Augustini, quòd D.Augustinus neque cum sorore habitare consueuerit, dicens, Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. *d cap.legitur. 81.dist. gloss. in d.c.1.verb. in illis. de cobabit.cler.& mul.*

20 Et socius socij mei socius meus non est. *l.nam.socij. ff.pro soc. gloss. in fin. in d. cap. legitur.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest esse Iudex, seù Officialis alicuius Principis sæcularis. & quare. num.4.*

2 *Sanguinis iudicium clericus exercere non potest.*

3 *Sanguinis sententiam dictare, seù litteras scribere, aut dictare pro pœna sanguinis destinandas clericus nequit.*

4 *Clerici nihil commune habent cum actibus publicis.*

5 *Clerici nō sint de Vniuersitate sæculari.*

6 *Clerici debent attendere circà Remp. spiritualem.*

7 *Negotiorum sæcularium peritiam habere debent clerici.*

8 Christus non solum verbo docebat turbas illum sequentes, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat.
9 D. Gregor. quendam in Episcopum electum reiecit pro sua simplicitate.
10 Consiliarius Princ p s secularis potest esse clericus in causis. in quibus non venit imponenda pœna sanguinis.
11 Clericus potest dare consilium in criminibus in genere, dicendo fures taliter esse puniendos.
12 Clericus non potest consilium dare super crimine in specie.
13 Clericus potest dare consilium in causa criminali in termino absolutionis, & an hoc sit perpetuò verum.
14 Clericus potest esse Iudex in rebus Ecclesiasticis, etiam in criminibus.
15 Clericus habens Iurisdictionem secularem potest illam exercere.
16 Clericus habens Iurisdictionem secularem non potest per se punire delinquentes ad pœnam sanguinis per aliū tamen id facere potest.
17 Clericus potest cognoscere vnam causam illi delegatam à Principe seculari, licet cognoscere nequeat Vniuersitatem causarum secularium.

§. XXVI.

1 NEque Principis secularis clericus potest esse Iudex, neque eiusdem Principis Vicerex, vel Locumtenens, siuè Officialis, neque habere administrationem, siuè gubernium alicuius Ciuitatis, siuè loci temporalis. *cap. perlatum.* 88. *dist. c. te quidem.* 11. *q.* 1. *c. sæpè.* 23. *q.* 8. *c. sed nec procurationes. & ibi Abb. nu.* 2 *& c. clericis. vbi etiam Abb. nu.* 5. *ne Cler. vel Monach idem Abb. in c non minus. num.* 14. *de immunit. Eccles. Nauar. in Manual. c.* 27. *nu.* 117. *Maiol. lib* 2. *de irregularit. c.* 3. *n.* 13. *& c.* 5. *n.* 25. *Dec. in c.* 2. *n.* 140. *vbi etiam Abb. de iudic.* vbi dicitur posse tamen esse delegatum Iudicis secularis in vna causa. Minùs exercere potest clericus officium Præfecti Domus alicuius Principis. *§. alium autem. auth. de sanctiss. Episcop. cap.* 2. *ne Cler. vel Monach.*

2 Neque iudicium sanguinis exercere. *c. his à quibus.* 23. *q.* 8 *c. clericis. & ibi Abb. n.* 1. *& c. sententiam. ne Cler. vel Monach. cap. in Archiepiscopatu. de raptor. Abb. in d. c. sed nec procurationes. nu.* 2. vt tactum quoque fuit superius in *§.* 5.

3 Sed neque sententiam sanguinis dictare, minùs literas scribere, seù dictare, pro pœna sanguinis destinandas. *d. cap. sententiam.* etiā quód clericus sit tantùm in minoribus Ordinibus constitutus. *Abb. in c. clerici.* 2. *n.* 2. *&* 9. *de vit. & honest. cler.*

4 Quia nihil commune habent clerici cum publicis actibus, vel ad Curiam pertinentibus. *l. placet. C. de Episcop. & cleric. c. quoniam.* 10. *dist.*

5 Cum clerici non sint de Vniuersitate seculari, neque habeāt honores Communitatis, *vt not. Innoc. in c. dilecta. propè fin. de excess. Prel.* & dictum fuit superius in *§.* 2. & dicetur *in tit de Exempt. Clericor. à muner. public. in §.* 1. & nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. *D. Paul.* 2. *ad Timoth.* 2.

6 Debent etenim clerici attēdere circà Remp. spiritualem, laici verò circà Remp. temporalem. *c. duo sunt.* 96 *dist. cap duo sunt.* 12. *quæst.* 1. *cap. reprehensibile.* 23. *q.* 8. *cap. solita. de maior & obed.* Hinc dicebat Apostolus, Nolite cōformari huic seculo. *ad Roman.* 12.

7 Secularium tamē negotiorum oportet clericos habere peritiam, & solertiam, vt eorum cautela & Ecclesias seruent indemnes, & si sunt Prælati, sciant suis subditis non solùm spiritualia.

8 Sed etiam corporalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solùm verbo docebat, sed etiam virtute sanabat & corporalibus alimentis reficiebat. *§.* 1. *& cap.* 1. 39. *dist. c. relatum.* 38. *dist. c. decreuit.* 88. *dist. & ex not. per Abb. in c. super specula. n.* 17. *ne Cler. vel Monach.*

9 Alioquin sunt repellendi, quemadmodum à D. Gregorio fuit repulsus pro sua simplicitate quidam in Episcopum electus, ne eius occasione res Ecclesiæ dilapidarentur. *d §.* 1. 39. *dist.* ad regimen etenim Ecclesiarum tales personæ sunt admittendæ, quæ non solùm morum fulgeant honestate, sed quæ prudētia præemineant. *cap. indecorum de ætat. & qualit.*

10 Et quamuis clericus non possit esse Vicerex, vel Locumtenens alicuius Principis secularis, potest tamē esse eius Consiliarius in causis, in quibus non venit imponenda pœna sanguinis, *vt post Io. Andr.*

dicit

dicit Abb. in dicto c. clericis. n. 9. & 10. ne Cler. vel Monach. & in d. c. sed nec procurationes. num. 7. Abb. in c. non est. de voto Gemin. in c. fin. 3. dist. Anan. in c. ad audit. tiam. vers. tertio quaritur. de homic. Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Diaz. in pract. crim. canon. c. 64. num. 2. vbi etiam Lopez litera B. nã qui officiũ habere prohibetur, non est prohibitus esse Consiliarius, seu Consultor. Bald. in auth. ingressi. n. 20. C. de sacros. Eccles. Auldan. in tract. de exequen. mandat par. 1. cap. 19. n. 24. ad m. id. potest item clericus esse Assessor in Curia ciuili, quia Assessoris officium non est publicum. Specul. in tit. de Assessor. §. 3. nu. 3. Et potest dare consilium in caufis, in quibus veniret imponenda pœna corporalis leuis. Abb. in d. c. clericis. nu. 9. & Host. num. 4.

11 Atquè in criminibus in genere clericus consilium dare potest, dicendo fures taliter puniendi sunt, dum tamen potiùs opera consulentis fungatur, quam suggerentis. gloss. in c. ex literis. verb. consuluit. de excess. Pral. Felin. in c. sicut dignum. n. 11. de homicid. Host in c. clericis. n. 4. & ibi DD. ne Cler. vel. Monach. Plouius in tract. de irregular. reg. 39. Maiol. c. 5. n. 15. Diaz d. cap. 64.

12 Secus autem si sciret casum de facto pendere, & in specie imminere. Host. in d. c. clericis n. 4. & Abb. n. 9. Sayr. lib. 6. thes. cas. consc. cap. 16. n. 11. quia multa licent in genere, quæ non licent in specie. Host. in c. postulasti. n. 3. de homicid. Tolet. in Instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 81. n. 11. quod etiam tactum fuit superius in §. 5.

13 Quòd si in cõsilio Principis agatur de causa criminali, & inquisitus est in casu absolutionis, tunc potest clericus, qui præsens est consulere, vt absoluatur. Io. Andr. in d. c. clericis. & Host. n. 4. & Abb. n. 10. Quod dicerem si contra reum procederetur ex officio, secus verò si accusator esset actor, quia existente accusatore actore posset in causa absolutionis rei imminere pœna talionis contra eum, & sic pœna mortis, & ità colligitur ex doctrina Host. in d. c. clericis. n. 4. vbi etiã Abb. n. 10. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3 cap. 31. n. 7.

14 Potest tamen clericus esse Iudex in rebus Ecclesiasticis. c. 1. 15. q. 4. & cognoscere de causa criminali vice Episcopi, quia non imponitur pœna sanguinis clericis in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus deprehensis, sed detrusionis in arctis monasterijs, seu quid simile. c. tua. de pœn. Abb. in d. c. clericis. n. 11.

15 Potest item clericus habens Iurisdictionem secularem illam exercere per se, & punire delinquentes citrà pœnam sanguinis, vt dictum fuit in §. 5.

16 Nam in tali casu non potest facere per se, sed benè per alium c. fin. ne Cler. vel Monach. in 6. gloss. in c. potest. verb. potest. vers. item Pralatus de reg. iu. in 6. Host. in d. c. clericis. n. 1. & 3. & Abb. n. 12. Et idem dicendum est, si Iurisdictionem temporalem habeat iure patrimonij, siue alio iure proprio, quia tunc posset exercere Iurisdictionem illam per se. Sayr. d. cap. 31. n. 7. Quod idem dicitur si vult cognoscere vice alicuius secularis, dummodo à pœna sanguinis abstineat, quod intelligitur quando clericus esset deputatus ad certam causam.

17 Secus autem si vellet cognoscere tanquam Officialis, vel si Princeps vellet ei delegare vniuersitatem causarum seculariũ. c. sepè. 23. q. 8. gloss. 1. in d. c. 1. 15. q. 4. Abb. in d. c. clericis. n. 11. Dec in c. 2. n. 140. & seq. vbi etiam Abb. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus esse non potest clericus in Curia seculari.*
2 *Clerici debent omnibus prodesse.*
3 *Aduocati officio fungi potest clericus in pluribus casibus. & nu. seqq.*
4 *Monachus potest esse Aduocatus pro suo Monasterio, & quomodo.*
5 *Abbas Lapus alebat suos Monachus ex lucro suæ Aduocationis.*
6 *Ecclesia vtilitate potest non solùm comparere quilibet clericus, sed etiã quilibet de populo.*
7 *Coniuncta persona appellatione veniunt etiam coniuncti coniunctione spirituali.*
8 *Charitas benè ordinata incipit à seipso.*
9 *Aduocati dicuntur defendere Rempublicam sicut milites.*
10 *Meritorium opus maximè conuenit clericis.*
11 *Aduocare prohibitus non censetur prohibitus consulere in camera.*
12 *Doctor clericus potest assumere lecturam.*

13 *Munera, & propinas acceptare potest clericus pro patrocinijs impensis.*
14 *Aduocare nequit clericus in causis criminalibus in Curia seculari, & an hoc sit perpetuò verum.*
15 *Clericus nõ incurrit irregularitatem, si reum in causa criminali defendat, neque petat accusatorem puniri, licet posteà Iudex illum puniret in pœnam sanguinis.*
16 *Aduocare non potest clericus contrà Ecclesiam, in qua habet beneficium, & an hoc sit perpetuò verum. nu. 22.*
17 *Ecclesia est mater ipsius beneficiati.*
18 *Ecclesia clericum Domino sociauit.*
19 *Libertus Ecclesiæ, si contrà ipsam agat, vel testificetur, potest redigi in seruitutem tanquam ingratus.*
20 *Donatio reuocatur propter ingratitudinem.*
21 *Vassallus aduocans, seù procurans contrà Dominum feudum ammittere debet.*
22 *Pater potest exhæredare filium propter ingratitudinem.*
23 *Pater non potest exhæredare filium, qui ingressus est Religionem post ingratitudinem commissam.*

§. XXVII.

1 Neque Aduocationis officio fũgi potest clericus in Curia seculari, nec ibi ob aliquã causam publicè disputare. *c. perlatum.* 88 *dist. c. te quidem.* 11. *q.* 1. *c. denique. & ibi gloss fin.* 14. *q.* 5. *c.* 1. *& cap fin. de postul c.* 1. *vbi etiam Abb. n.* 5. *ne Cler. vel Monach. c.* 1. *de syndic l. placet. C. de Episcop. & cleric. Innoc. in c. unic. in fin. de oblig. ad ratioc. Abb. in c. in nostra. nu.* 1. *de procurat. Rom. cons.* 384. *num.* 3. per illam rationem sæpè allegatam, quia nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. 2. *Timoth.* 2. *c. quoniã.* 10. *dist. c. credo. & c. Cyprianus.* 21. *q.* 3. *c. reprehensibile.* 23. *q.* 8. *c.* 1. *ne Cler. vel Monach.*

2 Et ne videatur alteri nocere, cum ipse debeat velle omnibus prodesse. *cap. fin. de postul. Abb. in c. cum P. Manconella. nu.* 9. *de accusat. & in c. fin. nu.* 1. *de postul.*

3 Huiusmodi tamẽ regula in multis casibus restringitur, vt refert *Alciat. resp.* 30. *à nu.* 7. *ad* 14. *vol.* 1. *Redoan. de spol. Eccles. q.* 2. *nu.* 18. *cum seqq.* Primo constitutus in minoribus ordinibus tantùm, & non beneficiatus aduocare potest. *d. c.* 1. *& ibi Host. n.* 3. *& Abb. n.* 1. *&* 4. *de postul.* secùs verò si fuerit constitutus in ordinibus sacris. *d. c.* 1. *vbi Host. num.* 7. *Nauar. cons.* 6. *ne Cler. vel Monach.* Secundo pro Viduis, Orphanis & miserabilibus personis, quamuis sit in sacris constitutus pariter aduocare potest, etiam in foro seculari. *c. defensionis. & c fin. in fin.* 86. *dist. c. peruenit.* 21. *q.* 3. *c.* 1. *vbi Abb. n.* 5. *ne Cler. vel Mon. c.* 1. *vbi Abb. n.* 2. *& c. fin. de postul. glos. fin. in c. denique.* 14. *q* 5. Tertio pro seipso, vel Ecclesia sua. *c vnic.* 15. *q.* 2. *c.* 1. *& ibi Innoc. & cap. fin. de postul. Abb. in d. c. in nostra. nu.* 1. *de procurat. Felin. in c. cum I. & A. n.* 11. *&* 12. *de senten. & de re iud. glos. fin. in d. c. denique. facit. c.* 1. *de syndic. Archid. in c. si Imperator. nu.* 2. 96. *dist. Specul. tit. de Aduocat. §.* 1. *nu.* 4.

4 Et quòd plus est, hoc procedit etiam in Monachis pro suo Monasterio de licentia tamen Abbatis, & vbi subsit vtilitas Monasterij, etiam in foro seculari *c. Monachi à Monasterio.* 16 *q.* 1. *c. ex parte. & ibi Abb. nu.* 2. *de postul. clem. religiosus. de procurat. Innoc. in d. c. cum I. & A. num.* 1. *&* 2. *Rot. decis.* 2. *de procurat. in antiqu. Roman. sing.* 283. *Specul. in tit. de Aduocat. §.* 1. *n.* 2. *&* 3. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 66. *vers. secundo pro Ecclesia.* Et multò magis data Monasterij paupertate. *Felin. in d. c. cum I. & A. nu.* 12. *Abb. in d. c. ex parte. n.* 3. *Nauar in c. non dicatis. n.* 99. 12 *q.* 1. *Redoan. de spol. Eccles. q.* 2. *num.* 27. *Ignat. de Lopez ad Diaz cap.* 66. *gloss.* 1. *limit.* 2.

5 Vbi cũ alijs dicit quòd Abbas Lapus Monachos suos alebat ex lucro suæ aduocationis. Quinimò etiã pro amicis Ecclesiæ aduocare potest, *Innoc. in d. cap. cum I. & A. vbi etiam Felin. alios citans nu.* 11. *&* 12. *Abb. in d. c. ex parte nu.* 3. *& in c.* 2. *n.* 2. *ne Cler. vel Monach.* concurrente tamen licentia sui Superioris. *Abb. in dicto c. ex parte. nu.* 3. *Roman. singul.* 15. *Lopez d. vers secundo pro Ecclesia.*

6 Et quamuis Monachus non possit aduocare pro Monasterio, nisi concurrentibus duobus copulatiuè, videlicet mandato sui Superioris, & exposcente vtilitate Monasterij. *Abb. in d. cap. ex parte. n.* 2. quilibet tamen clericus secularis in concernentibus vtilitatem Ecclesiæ potest cõparere, & prosequi, & capere eius defen-

sionem, at etiam alijs innitis, & sine mandato, & non solùm quilibet de clero hoc facere potest, sed etiam quilibet de populo. *Paris. cõs. 32. n. 25. vol. 4. Rot. decis. 11. de iudic. & decis. 9. de re iud. in nou. & decis. 13. de iudic. in antiqu.* Imò multò magis si laicus, & Ecclesia communem causam habent, poterit clericus adnocare pro laico. *Imol. in c. fin de postul.* Quartò pro personis coniūctis in casu necessitatis, clericus aduocare potest. *c. fin. & ibi gloss. verb. pro seipso. de postul. Abb. in d. cap. in nostra. num. 1. vbi etiam Io. Andr. Specul. d. §. 1. num. 4.*

7 Appellatione antem personarum cõinnctarum veniunt etiam coniuncti coniunctione spirituali, & sunt Concanonici eiusdem Ecclesiæ. *Abb. in d. c. fin. num. 4. de postul. & ibi gloss. d. verb pro se ipso.* Quintò potest aduocare quando non cupiditate lucrandi, sed ex charitate, & zelo defendendæ iustitiæ hoc faceret. *cap. peruenit.* à contrario sensu. 86. *dist. Abb. in c. 2. n. 2 ne Cler. vel Mon. Lopez ad Diaz. cap. 66. vers. tertio.* Sextò ad vnum negotium, iura enim, quæ dicunt clericum non debere suscipere aliquam procurationem, seù aduocationem, intelligi debent, quandò clericus generaliter vult suscipere huiusmodi officia, secùs verò si vnum negotium vult exercere. *Innoc. in c. vnic. in fin. obligat. ad ratiocin. Archid. in d. c. peruenit.* 86. *dist. Abb in c. 2. n. 2. ne Cler. vel Mon. & in c. cum essent. nu. 2. de simon. & in d. c. in nostra. n. 1. & in c. 1. n. 4. de fideiuss. Felin. in d. cap. cum. I. & A. numer.* 12. & expeditoisto negotio aliud potest assumere, *vt reprobato Innocen. dicit Felin. in d. c. cū. I. & A n. 12. vers. secundo considera. Fed. de Sen. conf. 27. n. 1. Roman. plures citans sing. 273. Dec. in c. 2. n. 74. & seq. de iudic.* Septimò in foro Ecclesiastico. *Abb. in d. c. 2. n. 3. ne Cler. vel Mon. & in d. c. 1. n. 3.* vbi dicit de communi *de postul. & in d. c. cū essent. n. 2. & in d. c. in nostra. n. 1. Federic. de Sen. conf. 70. n. 1.* Et in Curia Romana. *Abb. in d. c. cum essent. nu. 2. Vestr. in pract. lib. 3. cap. 4. nu. 4. Maiol. de irregularit. lib. 5 c. 19. n. 4. Lopez ad Diaz. c. 65. vers. nono.* Octauò si non habeat beneficium Ecclesiasticum, quo sustentetur, & sit pauper, potest aduocare absque aliqua dispensatione tàm in foro Ecclesiastico, quàm seculari. *d. c. 1. vbi Host. n. 3. & 8. Abb. n. 4. Butr. n. 15. & alij de postul. Redoan. de spol. Eccles. q. 8. §. deueniendo. n. 48. & seqq. facit c. relatum. 2. vers. caterum. ibi doctrina. de testam & l. 1. vbi Bart. C. de patr. qui fil. distrax. Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 100. Lopez d. cap. 66. vers. octauo.*

8 Nam si id sibi licet pro pauperibus, & miserabilibus personis, vt illarum necessitati subueniat, multò magis erit illi licitum, & honestum, vt propriæ necessitati, & ægestati consulat, nam charitas benè ordinata incipit à se ipso. *l. Præses. C. de seruit. c. 3. & ibi gloss. verb. videamur. de supplen. neglig. Pral. Put. decis. 88. num. 2. lib. 1. Bald. conf. 312. n. 3. vol. 4. Crau. cõs. 6. n. 25. & conf. 8. nu. 17.* Præterea si clericus propter indigentiam potest exercere opus rurale, & emere materiam aliquam, vt illam redigat in formam, & postea vendere, vt dictum fuit superiùs in §. 21. multò fortiùs debet sibi licere aduocationis officium exercere, cum magis conueniat dignitati. *Abb. in d. c. 1. n. 4. de postul.*

9 Et Aduocati dicūtur defendere Remp. sicut milites armatæ militiæ. *l. aduocati. C. de aduoc. diuers. Iud. Abb. in d. c. fin. n. 1. de postul.* Insuper si potest in tali casu exercere officium Tabellionatus, quod est vilius, vt dicetur infra in §. 29. quare impediri debet ne exerceat officium Aduocati, quod est nobiliùs?

10 Nonò potest saltē allegationes domi cõficere, & consilium dare petentibus, quia hoc est opus meritorium, quod maximè conuenit clericis. *§. 1. & c. 1. 39. dist.*

11 Et quia prohibitus aduocare non censetur prohibitus consulere in Camera. *Bart. in l. 1. §. aduocatus. ff. de var. & extraord. cognit. & in l. Paulus. §. Paulus. ff. de legation. & in l. 1. §. 1. ff. de postul. Abb. in Rub. de postul. n. 1. Alciat. respons. 30. n. 22. vol. 1. Diaz. d. c. 66. n. 2. vbi etiam Lopez. vers. sexto limita. quicquid post. Angel. Roman. & Anan. dicat. Pelin in Rubr. de fid. instrum. nu. 2.* nam si clericus esse potest Consiliarius Principis secularis, vt dictum fuit in §. præcedenti, quare impediri poterit, ne consulat in Camera?

12 Decimò potest etiam clericus Doctor assumere lecturam, & inde lucrari. *Abb in c. quia nos. n. 3. & in c. relatum. 2. nu. 9. de testam.* Vndecimò, quamnis clericus non debeat Aduocati officium exercere in casibus prohibitis, si tamen faciat, actus ipse tenet, licet possit per exceptio-

udm sepelli. c. 12. *de postul. Alciat. d. resp.* 30. *num.* 13. *Lopez d. cap.* 66. *vers. septimo.*

13 Et pro patrocinijs impensis munera suscipere, & propinas acceptare potest. *c.* 1. *in fin. & ibi gloss. fin.* 15. *q.* 2.

14 In causis tamen criminalibus nullo modo clericus aduocare potest coram Iudice seculari, neque etiam quādo vult esse Aduocatus ex parte actoris, quia non posset petere reum puniri sine periculo irregularitatis, neque ex parte rei, quia fortè propter imperitiā suam accusatus posset succumbere, vel propter astutiam, vel malitiam posset reus iniustè absolui, siuè propter sapientiam, & prudentiam Aduocati etiam absolui iustè tanquam non repertus culpabilis, & sic cōdemnaretur fortè actor ad pœnam talionis. *c. aliquantos.* 51. *dist. Host. in c.* 1. *nu.* 6. *&* 7. *de postul. & in c. ad audientiam. nu.* 12. *de homicid. Redoan. de spol. Eccles. quæst.* 2. *nu.* 26. *Specul. d. tit. de Aduocat. §.* 1. *nu.* 8. *Diaz. in pract. crimin. canon. cap.* 101. *num.* 20.

15 Irregularitatem tamen non incurret si reum tātum defendet, neque petet accusatorem puniri, quamuis posteà Iudex illum puniret in pœnam sanguinis, cum defensio accusati non fuerit ad accusatoris mortem, sed solum ad defensionem licitam accusati. *Diaz. d. c.* 101. *num.* 20. *circà fin.* Quòd si formaretur processus cōtra reum ex officio, non ad instantiam partis, tunc ego existimo posse clericum aduocare pro reo, dummodò non esset periculum, quòd propter absolutionem per reum obtētam restes contrà ipsum examinati nullam pœnam sanguinis incurrere possent. facit *c. si quis viduam. cum ibi not.* 50. *dist.*

16 In casibus tamen, in quibus clericus aduocare potest, Aduocatus contra Ecclesiam, in qua habet beneficium esse nequit, alioquin perdit beneficium. *d. cap. fin. vbi gloss. vlt. de postulan. Specul. tit. de aduocat. §.* 1. *nu.* 16. *in fin. & nu.* 17. non enim Ecclesia in sinu suo retinere debet fraudatorem, quem suscepit extraneum. *c. sacerdotes.* 11. *q.* 4.

17 Quę est mater ipsius beneficiati. *c. ad Romanam.* 2. *q.* 6.

18 Et ipsum Domino sociauit. *c.* 2. *de pœn. c. decenter.* 89. *dist.*

19 Sic & libertus Ecclesiæ, si contra ipsam agat, vel testificetur, tāquam ingratus in seruitutem redigi potest. *c. de famulis. de seru. non ordin. c. octauo.* 12. *q.* 2.

20 Ita & donatio reuocatur propter ingratitudinem. *cap. propter. de donat. l.* 1. *& l. fin. C. de reuocan. donat. §. si mater. auth. de nupt. §. illud auth. vt libert. de cat. aur. non indig. annul.*

21 Quemadmodum Vassallus feudum amittere debet aduocans, seu procurans contra Dominum. *Abb. in d. c. fin. nu.* 3. *de postul. toto tit. quemadmodum. feud. amit.* & miles à Republica, à qua alicur, si contra illam faciat, prorsus eijci debet. *l. milites. C. locat.*

22 Ita etiam pater potest filium exhæredare in totum propter ingratitudinem. *cap. fin.* 19. *q. vlt. §. causas. auth. vt cum de appellat. cognosc.*

23 Potest tamen hoc casu exhæredare filium ingratum manentem in seculo, sed si post ingratitudinem cōmissam filius fiat Monachus, exhæredari nequit. *d. cap. fin.* 19. *q. vlt.* Verùm si litigent duæ Ecclesiæ, in quibus clericus est beneficiatus, tunc laudabile solū est, quod talis clericus neutri Ecclesiæ assistat assumendo officium Aduocati. *Archid. in c. sit Imperator. nu.* 3. 96. *dist. gloss. fin. in d. c. fin. vers. sed si habet clericus. & ibi Card. in* 1. *quæst. de postul. Io. Andr. in reg. contractus. de reg. iur. in* 6. *in Mercurial. Innoc. in c. cum iamdudum. de præben. Castrens. in l. in operis. ff. locat.* Si autem esset Prælatus in vna Ecclesia, & in alia haberet beneficium simplex, tunc potest pro Ecclesia, in qua est Prælatus cōtra aliam stare. *d. gloss. fin. vers. sed si esset Prælatus. de postul.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris officium exercere non potest clericus.*
2 *Procuratoris officium reddit vilem clericum.*
3 *Procuratoris officio fungi in quibus casibus possit clericus. & num.* 5.
4 *Regulares possunt esse procuratores in causis sui Monasterij, & quomodo.*
5 *Regulares in quibus etiam causis procurare possint.*
6 *Iudicium tenet, quando fuerit procurator vbi non poterat interuenire.*

§. XXVIII.

1 Minùs esse potest clericus procurator in Curijs secularibus. *c. peruenit.* 86. *dist. c. nullus.* 11. *quæst.* 1.

11.quæst.1.c.peruenit.c.credo.c.placuit. *& c.Cyprianus. 21.q.3. c.sacerdotibus. & ibi Abb.nu.1.& 2.& c.sed nec procurationes. ne Cler.vel Monach. Abb.in c.sicut.n.4. eod. Felin.in c.cum I. & A.nu.12.vers.est etiam clerico.de sent.& re iud.* per easdem rationes, quibus dictū est in §.præcedenti.

2 Quòd nō possit aduocare, & quia hoc exercitium reddit ipsum vile, & reuerentiam clericalem annihilat. *cap. perlatum. 88.dist.*

3 Esse tamen poterit procurator in iudicio seculari in causa Ecclesiæ, seu personæ Ecclesiasticæ, & multò magis in curia Ecclesiastica. *Innoc.in c.vnic.antè fin. & ibi Host.num.3. de obligat.ad ratiocin. Abb.in cap.in nostra.num.1. & ibi DD.de procurat.& in d.cap.sacerdotibus.nu.2.& in d.cap.sed nec procurationes. nu.4.& 5. Felin.in d.c.cum I. & A. n. 12. vers.casus in quibus. Roman. conf.354. Federic.de Sen.conf.270.* & in Curia Romana. *Vestr. in pract.lib.3.cap.4.num.4.*

4 Item pro Ecclesia sua, cum etiā Regulares pro suo Monasterio non solùm aduocare, vt dictum fuit in §.præcedenti.

5 Sed etiam procuratores esse possint pro vtilitate Monasterij, & cum licentia sui Superioris. *d c.peruenit. 21.q.3. c.Monachi.16.q.1. Abb. in d.c.in nostra. nu.1. Felin.in d.c.cum I.& A.vers.casus in quibus.vbi etiam Abb. num.29. & Innoc. & Gemin.* Poterit etiā procurare pro amico Monasterij, subsistente vtilitate eiusdem Monasterij. *Felin.in d.c.cum I. & A. n.11. & ibi Abb. n.29.* Quinimò si laicus habeat causam communem cum Monasterio, poterit Monachus procurare pro laico de licentia Abbatis. *clem. si religiosus. de procurat. Imol. in c.fin. de postul. Dec.in c.2.nu 73. & 74.de iudic.* Prætereà potest esse procurator in vna causa tantū, vt post *Innoc.in d.cap.vnic. de oblig. ad ratiocin. dicit Felin.in d.c.cum I.& A. nu.12.vers. est etiam clerico. Abb. in c.in Archiepiscopatu. nu.3.de raptor. & in d.c.in nostra. nu.1.Dec.in d.cap.2.nu.33.de iudic. & in c.constitutis.1.num.2.de appellat. Roman. singul.282.* nam iura, quæ clericis procuratoris officium interdicūt, locum habent, quando tale officium generaliter clerici profiterentur. *Innoc.in d.c.1. in fin. & ibi Host.nu.3.de obligat.ad ratiocin. Archid. in c.peruenit.80.dist.& post Innoc. Archid. Federic. Abb.& Roman.dicit Dec.in dicto c.constitutis.nu.2.* Necnon pro orphanis, & viduis. *c.peruenit.86.dist. c.defensiones. 87.dist.c.peruenit.21.q.3.c.1. ne Cler. vel Monach.* Insuper ex charitate, vel amicitia, & non cupiditate lucrandi poterit procurare etiam in causa criminali. *d.cap. peruenit.21.q.3.Abb. in c.sacerdotibus.n.2. & 4. ne Cler. vel Monach. & in d.cap.in nostra. nu.* 1. Et rationibus quibus potest aduocare, iisdem etiam arbitror eum posse procurare. *arg.l.illud. ff.ad leg. Aquil.*

6 Notandum tamen est, quod nihilominus tenet iudicium, quando clericus fuit procurator, vbi non poterat interuenire, licet potuisset per exceptionem repelli. *Abb.in d.c.sacerdotibus. n. 3. & in d.c.in nostra nu.9. Roman. conf.384. Rot. decis.10.de procurat.in nou.*

SVMMARIVM.

1 *Tabellionatus officium clericus exercere non potest, & quare. & num.2.*
2 *Tabellio dicitur seruus publicus.*
3 *Tabellionatus officium est genus negotiationis.*
4 *Testamentum Parochiani factum coram Parocho an sit validum.*
5 *Clericus, qui est Notarius, faciens Instrumentum quomodò valebit. & n.8.*
6 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.*
7 *Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes.*
8 *Tabellionatus non perditur ipso facto per superuenientiam clericatus.*
9 *Notary officiū in quibus casibus exercere potest clericus.*
10 *Episcopus in sua Diœcesi Notarios creare potest.*
11 *Notarios quilibet habens iurisdictionem in suo territorio creare potest.*

§. XXIX.

1 Neque Tabellionatus officium clericus exercere potest. *c.sicut. vbi Host.num.1.& Abb. nu.1.& seqq. ne Cler. vel Monach. Rom. conf.215.post med. & conf.409.n.8. Feder. conf.270. & conf.293. Dec. conf.120. in princip. & conf. 494. num.11. Bart.in l.1. §.huius studij. ff.de Iustit. & iur. & in l.vniuersos. C.de decurion. lib.10. Specul. in tit.de instrum.edit.§. restat.8.vers.quid*

sita-

si tabellio. Maximè si sit in ordine sacro constitutus. *gloss. fin. in d. cap sicut.* etiamsi ageretur de beneficio piæ causæ. *Capra conf. 57. Cœphal. conf. 520. num. 20. vol. 4. Specul. in margarita. tit. de Instrum. n. 13.*

2 Quare autem officium Tabellionis sit clericis interdictum est, quia illud officiũ est extraneum ab officio clericorum, & est officium seculare, & vile, cum Tabellio dicatur seruus publicus, & ideò Decurionibus est prohibitum. *l. vniuersos. C. de decurion. lib. 10. gloss. fin. in d. cap. sicut. vbi Abb. nu. 5. & Host. nu. 5.*

3 Præterea quia illud officium est gegenus negotiationis. *Host. in d. c. sicut. n. 1.*

4 Et quamuis *c. esses. de testam.* foueat testamentum Parochiani coram Parocho suo, non tamen tribuit facultatem Parocho desuper conficiendi Instrumentum, vbi aliàs non esset Notarius, ideò de eo iudicandum est, vt de qualibet scriptura priuata. *iuxta not. per Innoc. & alios in cap. 1. & 2. & in c. cum P. Tabellio. de fid. Instr. Paris. conf. 146. nu. 2. vol. 4.*

5 Verumtamen si clericus, qui est Notarius, fecerit instrumẽtum, valebit si nondum fuerit illi interdictum huiusmodi officium per suum Superiorem, quia debet interdici tale officium, vt non possit conficere instrumenta, antequam enim interdicatur publicè, & palàm, ità vt prohibitio verisimiliter transeat in notitiam populi, si faciat instrumentum, valet. *Specul. in tit. de stat. Monach. vers. 17. Bart. in l. vniuersos. in fin. C. de decurion. lib. 10. & in l. 2. C. de tabel. eodem lib. 10. & conf. 54. circà princ. Abb. in d. c. sicut. n. 9. 10. & 11. Ferret. conf. 213. num. 7.*

6 Multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. *l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. cœtus. ff. de iudic.*

7 Nam

» *Turpiùs eÿcitur, quam non admittitur hospes.*

c. quemadmodũ. vers. alioquin. de iureiur.

8 Præterquamquòd Tabellionatus non perditur ipso facto per superuenientiam clericatus, sicut neque clericatus per superuenientiam Tabellionatus. *d. cap. sicut. vbi etiam Abb. nu. 2. & 3. & cap. vt officium. §. ad conscribendas. de hæretic. in 6.* & propterea si talis clericus prohibitus nõ fuerit publicè, sed priuatim, tunc etiã si rogatus fuerit, & instrumentum confecerit, valet instrumentum. *Io Andr. in d. cap. sicut. & ibi DD ne Cler. vel Mon. Alex. de communi in l. Prætor ait. §. bis etiam ff. de eden. Dec.* dicens pariter cõmunem *in c. 2. n. 77. de Iudic. & in cõs. 17. & cõs. 160.*

9 Poterunt nihilominus clerici siuè sint seculares, siuè Regulares exercere officiũ Tabellionatus in causa hæresis. *d. §. ad cõscribendas. Abb. in d. c. sicut. n. 6. Eymeric. in Director. Inquisit. par. 3. q. 18. & 19.* Ac etiam in foro Ecclesiastico, & possunt esse Notarij Episcoporum, *vt post Io. Andr. Francb. & Goffred. dicit Abb. in d. c. sicut. nu. 6. Thes. for. Eccles. cap. 35. nu. 7.* Possunt quoque vrgẽte Iurisdictionis Ecclesiasticæ necessitate, vtputà quando Notarij laici inueniri nequeunt, quia Magistratus secularis prohibuerit, ne laici Iurisdictioni Ecclesiasticæ inseruiant. *Bart. in d. l. vniuersos. num. 2. Roman. conf. 409. num. 7. & 8.* Item siuè sint in sacris constituti, siuè in minoribus ordinibus, si non habent competẽtia beneficia Ecclesiastica, siuè aliundè vndè viuãt, possunt tàm in Curia seculari, quàm Ecclesiastica illud exercere. *gloss. in d. c. sicut. verb. clericis. vbi Host. num. 1. & post Io. Andr. tenet Abb. nu. 6. in fin. nu. 7. in fin. & nu. 8. vbi etiam Card. ne Cler. vel Monach. Bald. in l. cunctos. col. 8. C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. Rodoan. de spol. Eccles. q. 2.* Itidem in materia spirituali, putà in causa matrimoniali. *Ias. in l. 1. §. huius studÿ. ff. de Iust. & iur.* siuè in fauorem Ecclesiæ. *Io. Andr. in c. cum inter. vbi etiam Butr. de reg. iur. Alexand. in d. l. vniuersos. in addit. ad Bart. Mattesil. not. 88.* Atquè si fuisset Notarius antequã efficeretur clericus, quia tenetur conficere, & edere in publicã formam instrumẽta, de quibus fuisset rogatus antequam fieret clericus. *Bart. in l. seruus. ff. de testament. Bald. in l. 2. col. fin. C. de sentent. & in l. neque patronus. C. de bon. quæ lib. gloss. in c. vt officium. verb. præmissa. vbi Francb. de hæret. in 6.* vbi hoc etiam determinatur in Monacho. Item si esset creatus Notarius per Papam, siuè per aliquem Delegatum Apostolicum, quia tunc posset libere Tabellionatus officium exercere. *Abb. in d. c. sicut. n. 6.* neque potest prohiberi ab Episcopo, quòd nõ possit conficere instrumenta, si est idoneus. *Ruin. conf. 201. nu. 3. vol. 1. Ias. conf. 222. col. 3. vol. 4. Dec. conf. 17. nu. 2. & ita fuit decisum per Ro-*

tam

tam in vna Vicentina Scribania. 28. Nouembris 1588. *coram Seraphino*.

10 Cum posit etiam Episcopus creare Notarios in sua Diœcesi. *Oldrad. conf.* 75. *circà princ. vers. sed Hostiensis. Host. in sum. ne Cler. vel Monach. n.* 5. *Bouer. in sing. verb. Notarius. nu.* 6. *Thusc. in pract. conclus. verb. Episcopus. conclus.* 290 *par.* 3. *facit Gonzalez super Reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *§.* 11. *num.* 22.

11 Nam & quilibet habens iurisdictionem Notarios creare potest in suo territorio. *Host. in sum. de fid. Instrum. num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Medicinæ studio operam dare clerico curã animarũ habenti prohibitũ est. Legum Ciuilium itidem studium est interdictum.*
2 *Monachus studio Medicinæ, & legum Ciuilium operam dare prohibetur.*
3 *Clerici, & Monachi possunt habere, & retinere libros Iuris ciuilis, illisq; studere ad finẽ melius intelligendi scientiam Canonicam.*
4 *Poetas, Comædias, & libros Gentilium clericis legere prohibetur, & an semper. num.* 7.
5 *D. Hieronymus fuit ab Angelo correptus, dum legeret libros Ciceronis.*
6 *Scripturas sanctas, & Canones debent legere clerici.*
7 *Poetas legere quare clerici prohibẽtur.*
8 *Apostolus vsus fuit sententijs Poetarũ.*
9 *Episcopi debent curare, vt sint Magistri, qui doceant studia literarum, & artium liberalium.*
10 *Rector quilibet plebem regens debet habere clericum, qui nõ solum cantet, & lectionẽ legat, sed qui etiam possit scolas tenere docendo pueros.*
11 *Librorum hæreticorũ lectio prohibita.*
12 *Libros hæreticorum ex professo continentes hæresim legentes non possunt absolui nisi à Sũmo Pontifice, si verò non contineant heresim ex professo possunt absolui à quocunque facultatem absoluendi habente.*

§. XXX.

1 Est itidem denegatum studium Medicinæ, & legum ciuilium clericis curam animarum habentibus, non autem alijs. *cap.* 1. *ne Cler. vel Monach. in* 6. *c. super specula. cum ibi not. eod.*

2 Et multò magis prohibetur Monachis. *c. non magnoperè. d. c. super specula. & ibi DD. eod. Innoc. in c. firmiter. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Archid. in c. non dicatis. n.* 8. *&* 9. 12. *q.* 1. *Abb. in c. sententiam. nu.* 22. *ne Cler. vel Monach.*

3 Possunt tamẽ Monachi, & clerici, quibus huiusmodi studiũ prohibetur, habere libros Iuris ciuilis, & eos retinere, & illis studere in camera, non principaliter vt profiteantur scientiã Iuris ciuilis, sed ad finem meliùs intelligendi scientiam Canonicam. *Abb. in d. c. super specula. num.* 17.

4 Prohibetur item clericis legere Poëtas, Comædias, & libros Gentilium. *§.* 1. *c.* 1. *c. sacerdotes. & c. turbat. cum alijs seqq.* 37. *dist.*

5 Et ideò legitur de D. Hieronymo, qui cum libros legeret Ciceronis, fuit ab Angelo correptus, eo quòd vir Christianus Paganorum figmentis intenderet. *c. legimus. ead. dist.*

6 Sed debent clerici legere sãctas Scripturas, & Canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat. *D. Paul.* 1. *ad Timoth.* 4. *Ioan.* 5. *c. ignorantia.* 37. *dist. D. August. Epist.* 38. *ad fratres in Erem.*

7 Ideò autem prohibentur clerici figmenta legere Poëtarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mens excitatur ad incẽtiua libidinũ. *Isid. lib.* 3. *de sum. bon. D. Gregor. lib.* 20. *Moral. c.* 1. *c. ideò.* 37. *dist.* Verum enimuerò attendendus est finis, per quem leguntur huiusmodi libri, nã si causa delectationis, & voluptatis leguntur, tunc non licet clericis eos legere; si autẽ causa eruditionis, vt per eos sciatur rectè loqui, & discerni verum à falso, & vt errores Gentilium legendo detestentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis deuotè conuertant, tunc illis licitum est eos legere. *c. turbat. §. cur ergo. & ibi gloss. verb. indidisset. c. legimus. cum seqq.* 37. *dist.*

8 Nam & Apostolus vsus est sententijs Poëtarum, fuit enim vsus dicto Epimenidis, nempè, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. *ad Tit.* 1. *c. Dominus declarauit.* 1. *q.* 1. ac etiam dicto *Menandr.* Corrumpunt bonos mores colloquia praua. 1. *Cor.* 15. & alibi dicto Poëtæ

vsus

vſus eſt *D. Paul. Act.* 17. Idē fecit *D. Hieron. ad Rusticum Monachū. de viuendi forma.* vbi fuit vſus verſibus Virgilij. *c. nunquam. de conſecr. diſt.* 5. quod etiam videtur de verſibus Lucani, & de alijs fabulis. *in c. nec mirum.* 26. *q.* 5. & auctoritatibus Virgilij *in l. in tantum. §. canotaphium. ff. de rer. diuiſ.* & de verſibus Homeri *in §. & pretium. Inſt. de contrab. empt.*

9 Quamobrem præcipitur Epiſcopis, ſubiectisq. plebibus, & alijs locis, in quibus neceſſitas occurrerit, vt cura ab illis, & diligentia omninò adhibeatur, vt Magiſtri, & Doctores conſtituantur, qui ſtudia literarum, liberaliumq. artium dogmata aſsiduè doceant, quia in his maximè Diuina manifeſtantur, atquè declarantur mandata. *c. de quibuſdam.* 37. *diſt.* quod ad vnguem ſeruari vidi in Regno Poloniæ vigilantia Epiſcoporum illius Regni.

10 Quinimò quilibet plebem regēs debet habere clericum, qui non ſolum cantet, & epiſtolam, & lectionem legat, ſed & qui poſsit ſcholas tenere docendo pueros, & admonere Parochianos, vt filios ſuos ad fidem diſcendam mittant ad Eccleſiam quos ipſe cū omni caſtitate erudiat. *c. vt quiſque. de vit. & honeſt. cler.*

11 Multò magis clericis prohibetur lectura librorum hæreticorum, & in Indice Romano comprehenſorum, qui etiā huiuſmodi libros prohibitos ob hæreſim, aut hæreſis ſuſpicionem legerit, habueritvè ipſo iure manet excommunicatus, & ob id in eum tanquam in ſuſpectum de hæreſi, procedi poteſt per Inquiſitores, & Ordinarios locorum; qui autem libros alia de cauſa prohibitos legerit, habueritvè, præter peccati mortalis reatū, Epiſcoporum arbitrio grauiter eſt puniendus, prout ſanciuit Pius Quartus in ſua Bulla de approbatione Indicis librorum prohibitorum. edita anno 1564. 24. Martij. Et in Bulla ſuper reuocatione licentiarum datarum legendi libros hæreticos, & prohibitos, edita iſdem anno, & die quæ eſt in Bullar. Conſtit. 98. vbi etiam prohibetur Epiſcopis, & Archiepiſcopis, aut alia maiori dignitate fulgentibus, exceptis Inquiſitoribus, & eorum Commiſſarijs à Sede Apoſtolica delegatis. *Pegn. in 3. par. Director. Inquiſit. com.* 105. *verſ. num autem. & in 2. par. com.* 3. *verſ. iam hæc prohibitio.* Iulius Tertius in Conſtitut. incip. *Cum meditatio cordis.*

12 Legentes autem libros ex profeſſo continentes hæreſim, vt ſunt opera Caluini & Lutheri, & aliorum huiuſmodi farinæ auctorum non poſſunt abſolui niſi à Summo Pontifice; ſi verò non continent hæreſes ex profeſſo poſſunt abſolui à quocunque habente facultatem abſoluendi à cenſuris. *Graff. deciſ. aur. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *nu.* 42. *Ricciul. de iur. perſon. lib.* 5. *cap.* 26. Multò minus alijs poſſunt dare licentiam legēdi libros tales. arg. à maiori ad minus. *c. licet vniuerſis. & ibi gloſſ. verb. multò minus. de teſtib. l. nec ex vera. C. de acquir. poſſeſſ. l.* 1. *C. de negot. geſt. Euerard. de loco à maiori. num.* 1. *& ſeqq. Ricciul. de iur. perſon. lib.* 5. *c.* 25. *nu.* 3. *Azor. Inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *q.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Chirurgia artis exercitium eſt clericis interdictum, & quare.*
2 *Chirurgiæ exercitium clericis habentibus ordines minores tantum, & non beneficia prohibetur.*
3 *Medicinæ ſtudium exercere clerici nequeunt.*
4 *Clerici debent eſſe Medici animarum.*
5 *Militare Deo eſt ars artium.*
6 *Clerico Medico, ſeù Chirurgo, etiā in maioribus ordinibus conſtituto eiuſdem artis perito quando imputetur ad irregularitatem, & quando non.*
7 *Prohibitio clericis facta ne exerceant Medicinam in quibus clericis ſit intelligenda.*

§. XXXI.

1 CVm igitur ſit clericis prohibitum ſtudium Medicinæ, multò magis erit illis interdictū exercitium artis Chirurgiæ. *c. ſuper ſpecula. & ibi gloſſ verb. presbyteros. & c. non magnoperè. & cap. ſententiam. & ibi Hoſt. nu.* 7. *& Abb. nu.* 21. 22. *&* 23. *ne Cler. vel Monach. c. tua. in princ. & ibi Abb. n.* 2. *&* 5. *de homicid. Pariſ. conſ.* 136. *nu.* 34. *& ſeq. vol.* 4. *Specul. in tit. de diſpenſat. nu.* 12. propter periculum erroris, quod ei ineſt, & propter lubricum conſcientiæ, & propter dubium curationis euentum. *Abb. in d. c. ſententiam. nu.* 21. etiamſi illam artem intuitu pietatis exercerēt. *Abb. in d. c. tua. in princ. num.* 5.

2 Quod tamen procedit in constitutis in ordinibus sacris, seu etiam in promotis tantum ad ordines minores, si sint beneficiati, secùs autem in promotis ad ordines solùm minores, & non habentibus beneficium. *Abb in d.c.sententiam.n.21. Couar. in clem.si furiosus.p.2. §.4.n.3.de homicid. Paris.consl.96.vol.4.Syluest.verb.medicus. q.2 verb.homicidium.2.q.12.*

3 Erit itidem illis interdictum exercitium Medicinæ.

4 Quia clerici debent esse Medici animarum,non autem corporum. *cap.cum sit ars.de etat.& qualit.*

5 Nam est ars artium militare Deo,nõ autem seculo. *cap.reprehensibile. 23.q. 8.* & indignum est, si promiscuis rerum artibus turbentur officia, *l.consulta Diualia. C.de testam.*

6 Si autem clericus Medicus, seu Chirurgus,in maioribus etiam ordinibus constitutus eiusdem artis peritus intuitu pietatis artem suam exercuerit,ex qua secuta est mors,non imputatur ei ad irregularitatem. *Card.in c.tua nos.col.1. de homicid.* quem sequitur *Sayr. thes. cas.consc. lib.7. c.6. nu.11.* sed vbi requiritur adustio, seu incisio,tunc si ægrotus decedat ex causa talis adustionis,vel incisionis, licet illi non imputetur ad peccatum,imputatur tamen ad irregularitatem, quia non erat exercitium suum. *d.c.tua nos.§.ad vltimum. vbi Abb.n.3.de homicid.idem Abb. in d.c.sententiam. num.23. ne Cler. vel Monach. Paris.cons.96.col.vlt.vol.4. arg.cap fine culpa.de reg.iur.in 6.*

7 Veruntamen prohibitio clericis facta,ne exerceant Medicinam,intelligenda est in clericis, qui sunt in dignitate Ecclesiastica constituti, siuè qui iam sunt promoti ad Sacerdotium. *d.c.super specula.& ibi gloss.verb.presbyteros. Abb.in d.c.sententiam.n.22.* & in illis qui sunt in sacris ordinibus,& beneficium habẽt,vndè competenter viuere possunt. *Abb.d.n.22.* secùs autem de ijs, qui sunt constituti tantùm in minoribus ordinibus, vel etiam in ordinibus sacris, & non sint beneficiati, aut etiamsi haberent beneficium, quo sustentari non possent, nam istis casibus non prohiberetur huiusmodi artem exercere. *Abb.d.num.22.*

SVMMARIVM.

1 *Tutelas clerici suscipere nequeunt. Curam minorum, seù aliorum neque item.*
2 *Defendere miserabiles personas clerici tenentur.*
3 *Monachi de licentia suorum Prælatorum suscipere possunt curam miserabilium personarum.*
4 *Monachi possunt petere executionem alicuius testamenti cum licentia suorum Superiorum.*
5 *Tutelam legitimam clerici agnoscere possunt.*
6 *Fideiussores an, & in quibus casibus esse possint clerici.*
7 *Clericus potest se obligare ad satisfaciendum ex fructibus sui beneficij.*
8 *Regulares non possunt esse fideiussores sine licentia Superioris, & maioris partis sui Capituli.*

§. XXXII.

1 Clerici non debent suscipere tutelas siuè testamentarias, siuè datiuas, seu legitimas, & non solùm tutelarum expertes esse debent,sed etiam curæ non tantum pupillorũ,& adultorum,sed & furiosi, surdi,& muti, & aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores à legibus dantur. *l. generaliter. iuncta auth.sed hodie. C.de Episc.& Cler. c.peruenit.& ibi gloss.pen. 86.dist.& c nequè.88.dist.c.generaliter.16.q.1.c.Cyprianus. 21.q.3. Abb.in c.non minus.nu.15.de immunit. Eccles.*

2 Sed licet clerici non teneantur subire tutelam,& curam minorum, tenentur tamen ad miserabilium personarũ tutelam, & defensionem. *auth. presbyteros. C.de Episcop. & Cler. dicto cap.peruenit. & ibi gloss.pen.in fin. & cap.defensionis. 86.dist. cap.licet.87.dist. cap.decreuit. & cap.Episcopus gubernationem.88.dist.in.D.Thom. 2.2.q.187. §. ad 2. Specul. in tit. de tutel. §.5.num.12.*

3 Quam etiam Monachi suscipere possunt de licentia suorum Prælatorũ. *c. peruenit.21.q.3.*

4 Et petere executionem alicuius testamenti cum eadem licentia. *clem. vnic. de testam.*

5 Possunt etiam clerici, si volunt agnoscere tutelam legitimam, quia est officiũ pium. *gloss. in d. c. Cyprianus. verb. tutorẽ. 21. q. 3. & gloss. pen. in d. c. peruenit. 86. dist. Abb. in d. c. non minus. n. 15. addit. ad Rot. decis. 8. nu. 6. de iudic in nou.*

6 Fideiussores tamẽ esse nequeunt clerici pro secularibus in iudicio. *c. 1. & c. te quidem. 11. quæst. 1. c. 1. de fideiuss. Syluest. verb. fideiussor. q. 3.* & post multos allegatos dicit *Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 483. nu. 1.* si autem fideiubeant, valet nihilominus fideiussio. *c. peruenit. & c. constitutus. de fideiuss. gloss. 1. in d. c. te quidem. in fin. Ias. in l. 1. n. 10. ff. si quis in ius vocat. Roman. cons. 409. num. 7. Ricc. d. resol. 483. nu. 2.* quia multa facta tenent, quæ tamen fieri prohibentur. *l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* secus tamen esset, quando fideiuberet coram non suo Iudice. *Surd. cons. 396. nu. 25. vol. 3.* Verùm si ex pietate alijs subuenire desiderãt clerici, & fideiubeant, id facere possunt. *c. non satis. 86. dist. & d. cap. constitutus. gloss. in d. c te quidem. verb. fideiussor. Abb. in c. 1. nu. 3. de fideiuss.* quia in tali casu tenetur clericus præ cæteris facere eleemosynam. *c. quoniam. 16. q. 1. Abb. in c. quod quibusdam. n. 11. de fideiuss.* potest item pro alio clerico fideiubere. *l. omnes. §. in hanc. C. de Episc. & Cler. gloss. 1. in d. c. te quidẽ. Abb. in d. c. 1. nu. 3. & in d. c. peruenit. nu. 1. de fideiuss.* & pro Ecclesia. *§. alium. auth. de sanctiss. Episc. gloss. 1. in d. cap. te quidem. Syluest. verb. fideiussor. q. 3.*

7 Ac potest se clericus obligare ad satisfaciendum ex fructibus sui beneficij, *vt post Host. Abb. gloss. & Sylu. dicit Azor. p. 3. Instit. Moral. lib. 11. c. 22. de contractu fideiuss. vers. si quæras.*

8 Regulares tamẽ nullo modo possunt esse fideiussores sine licẽtia suorum Superiorum, & maioris partis Capituli, alioquin non tenetur Monasterium pro his aliquatenus respondere, nisi fortè in vtilitatem Monasterij manifestè constiterit redundasse. *d. c. quod quibusdam. vbi Abb. n. 11. Azor. d. c. 22. dub. 3. de cõtract. fideius.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus qualis esse debeat.*

§. XXXIII.

1 TAndem vt paucis, qualis debeat esse iam factus clericus, amplectar, debet clericus à vulgari vita seclusus à mundi voluptatibus se abstinere, non spectaculis, non pompis interesse, conuiuia publica fugere, priuata non tantùm pudica, sed & sobria colere, vsuris nequaquam incumbere, nequè turpium lucrorum occupationibus, non fraudibus cuiusquam studium appetere, amorem pecuniæ quasi materiam cunctorum criminum fugere, & secularia negotia, officiaq. abnuere, honoris gradus per ambitionem non suscipere, pro beneficijs medicinæ Dei munera non accipere, dolos, & coniurationes cauere, odium, emulationes, obtrectationes, atquè inuidiã fugere, non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoq. gestu incedere, sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuquè ostẽdere, obscænitatem etiam membrorum, & verborum, sicut & operum penitus exectrari, viduarum, & virginum frequentationes penitus fugere, cõtubernia extranearum fœminarum nullatenus appetere, castimoniam quoque non violati corporis perpetuò obseruare studere, senioribus quoque debitam præbere obedientiam, neque vllo iactantiæ studio semetipsum attollere, postremò doctrinæ Lectionibus, Psalmis, Hymnis, Canticis exercitio iugiter incumbere; talis enim debet esse qui diuinis cultibus sese mancipandum studet exhibere, scilicet vt dum scientiæ operam dat, doctrinæ gratiã populis administret. *Isid. lib. 2. de Eccles. offic. cap. 2. cap. his igitur. 23. dist.*

De fauore Clericorum Canonis.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum fauores duo praecipuè sũt. Canonis videlicet, & Fori.*
2 *Clericis vim, & iniuriam inferentes Christum crucifigere dicuntur.*
3 *Percutiens clericum excommunicationem incurrit ipso facto, & ampliatur, n. n. seqq.*
4 *Detinens clericum in custodia publica, siuè priuata est pariter ipso facto excommunicatus.*
Spuens in eum est pariter excommunicatus.
Effundens aquam, vel aliud super eum itidem.
5 *Violentiam, & vim faciens rebus clerico inhaerentibus similiter est excommunicatus.*
6 *Mandans clericum verberari non euitat excommunicationem, & quomodo intelligatur.*
Facere dicitur, qui per alium facit.
Mandatum morte extinguitur.
Ecclesia non ligat sub terra.
7 *Ratam habens percussionem clerici sine suo mandato, nomine tamen suo factam est excommunicatus.*
Ratihabitio mandato comparatur.
Ecclesia non iudicat de occultis.
8 *Prohibere qui potuit percussionem clerici, & non prohibuit, est excommunicatus, & quomodo intelligatur. & num. seq.*
Defendere proximum quilibet tenetur, vbi commodè id fieri potest.
9 *Dolus requiritur ad hoc, vt quis incidat in poenam Canonis.*
10 *Percutiens clericum etiam volentem est excommunicatus.*
11 *Clericus patiens se percuti est excommunicandus.*
12 *Percutiens clericum mortuum est excommunicatus.*
13 *Participans corpori mortuo excõmunicati excommunicationem incurrit, & quomodo dicatur, participare eum mortuo excommunicato.*
14 *Clericus seipsum temerariè percutiens est excommunicatus.*
15 *Membrorũ suorũ nemo est Dominus.*
16 *Percutiens seipsum, aut tentans se occidere est puniendus.*
17 *Percutiens seipsum plus delinquit, quàm si alium percutiat.*
Orare non licet pro interficiente seipsum.
18 *Iuramentum nõ obligat ad peccãdum.*
19 *Auxilium, & consensum praestans percutienti clericum non fugit excommunicationem.*
20 *Capiens clericum, seù illum detinens de mandato Praelati non incurrit excommunicationem, & an sit perpetuò verum.*
21 *Insequens clericum, qui insecutus cadit, & laeditur, incidit in excommunicationem.*
22 *Insequens clericum, & non percutiens non est excommunicatus.*
23 *Foemina clericum percutiens est excommunicata.*
24 *Masculinum includit in se foemininũ, maximè si est prolatum à lege.*
25 *Episcopum temerè occidentes, percutientes, capientes, bannientes, siuè ad hoc operantes sunt excommunicati, & quas alias poenas incurrant.*
26 *Episcopum proprium Ciuitas occidens priuatur honore Episcopali, huiusmodi tamen poena non habet locum contra interficientes eum, qui tantum fuit electus Episcopus, non autem consecratus.*
27 *Impedientes Legatos, aut Nuncios Apostolicos, ne recipiantur in locis, ad quae transmittuntur, siuè ne exerceant officium suum, sunt excommunicati.*
28 *Cardinales insequentes, percutientes, capientes, siuè occidentes sunt excommunicati, & alias poenas incurrunt.*
29 *Tonsura quamuis tãtum initiati gaudent fauore Canonis, si quis suadente.*
30 *Clericus clericum percutiẽs est excommunicatus.*
31 *Monialis Monialem percutiens est excommunicata.*
Conuersa pariter conuersam percutiens est excommunicata.
32 *Monachus percutiens Monachum est excommunicatus.*

33 *Procurantes capi clericos, vt renunçient beneficijs, vel ne çitati accedant ad Curiam, sunt excommunicati.*

34 *Monachum, siuè etiam Conuersum, aut Nouitium verberans est excommunicatus.*

35 *Monachi appellatione qui veniant, & num.37.*

36 *Excommunicati sunt percutientes conuersos presbyterorum secularium in communi viuentium, si ijdem cõuersi incedunt in habitu clericali.*

37 *Coniugatus clericus quomodo gaudeat fauore Canonis.*

38 *Equites Hierosolymitani gaudent fauore Canonis.*

39 *Equites Hierosolymitani dicuntur Religiosi, & sunt intestabiles.*

40 *Milites ordinis Christi gaudent priuilegio Canonis, & Fori.*

41 *Heremitæ quomodo gaudeant fauore Canonis, & Fori.*
Fratres, & Sorores tertij Ordinis quomodo gaudeãt huiusmodi fauore.

42 *Heremitæ an dicantur personæ Religiosæ.*
Sorores tertij Ordinis quomodo dicantur Religiosæ.
Fratres tertij Ordinis quomodo dici possint Religiosi.

43 *Verberans clericum suspensum, seù interdictum, siuè excommunicatum est excommunicatus.*

44 *Clericus suspensus, interdictus, siuè excommunicatus retinet fauorem Canonis, & Fori, & verberans clericum depositum incidit in excommunicationem.*

45 *Peccatum debet tenere suum auctorem.*
Afflictio non debet dari afflictis.

46 *Interficiens clericum præter excommunicationem olim puniebatur etiã pœna pecuniaria, & interdicebatur locus delicti.*

47 *Percutiens clericum pluribus vicibus quomodo vnam excommunicationem, seù plures incurrat.*

48 *Excommunicatus semel potest iterùm excommunicari.*

49 *Occidens clericum veneno incidit in excommunicationem.*

§. Primus,

1 CVM de iure communi competant clericis duo præcipuè fauores, Canonis videlicet, & Fori, *Duen. regul.99. ampliat.2.* Nunc vidēdum est de fauore clericorum Canonis,

2 Et præterquamquòd Saluatorem nostrum crucifigere dicuntur, qui vim, & iniuriã clericis inferre præsumunt. *c. nulli. in fin. 3.q. 1.* sunt etiam excommunicandi. *c. Deus. ead. q.1,* & iure ciuili capitaliter puniri debent. *l. si quis in hoc genus. vbi Bald, & Salicet. C. de Episc. & Cler.*

3 Percutiens clericum sententiam excommunicationis incurrit ipso facto. *c. si quis suadente, & ibi DD. 17. q. 4. cap. cum illorum, & c. porrò. de sent. excommunicat.* Quòd non solùm procedit in inijciente manus violentas in clericum, sed etiam pedes, & alia corporis membra. *gloss. in d. cap. si quis suadente, verb. manus. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 26. num. 11.*

4 Et in detinente clericum in custodia publica, vel in loco priuato, vt in domo propria, siuè aliena, ex qua nõ possit exire, quo casu sola violentia attenditur. *c. nuper. & ibi gloss. 1. Abb. n. 1. & 2. & Felin. nu. 1. de sent. excom.* Et in spuente in eum, seù aquam, aut aliud super eum effundēte. *glos. 1. in c. si quis pulsatus. de pœnit. dist. 1, & in d. cap. si quis suadente. verb. manus. Innoc. in d. cap. nuper, Card. in clement. 1. de pœnit.*

5 Idem dicitur si generaliter fiat vis, & violentia rebus clerici inhærentibus, vt in vestibus, quibus spoliaretur, & in offensione equi, quem clericus equitet, vel si violēter eripiatur, aut scindatur, siuè frangatur aliquid, quod ipse clericus teneat absque eo, quòd corporalis clerici læsio sequatur, & si teneatur clericus per vestem, & non permittatur abire, vel capiatur frenum equi, in quo clericus insidet. *c. si quis. de potentibus. 24. q. 3. gloss. in d. cap. si quis suadente. verb. manus. Innoc. in d. c. nuper. & ibi Felin. nu. 5.* qui dicit de communi. *Card. in d. clem. 1. de pœn. Nauar. in Man. cap. 27. num. 77.* qui testatur communem. *Hondcd. cons. 103. nu. 1. 2. 3. 4. & 24. vol. 1.* quod etiam sentire videtur *Bart. in l. 1.*

ff.de his qui deiecerunt.vel effud.& in l.si citatio.§ quod illicitè.n.5.vers.quandoque offensa dicitur.& ibi addit.ff.de publican. & quod sit excõmunicatus percutiens vestem clerici cooperientem personam ipsius clerici dicit *Felin.in c.2.num.3. in fin.de for.compet.*

6 Mandans item, siuè consulens clericũ verberari non effugit excõmunicationem. *c.mulieres.§.fin.& ibi Host.nu.5.& Abb.num.1.de sent.excom.c.cum quis.eod.in 6.* is enim verè delictum committit, cuius auctoritate cõmissum esse probatur. *d.§.fin.& ibi Abb.nu.4.& 5.& Felin.nu.2.*& ille facere dicitur qui per alium facit.*l.ita tamen.§.gessisse.ff.de admin.tut.c.consuetudo.16.q.6.c.qui per alium.de reg.iur.in 6.* Quod tamen non procedit, si mandans reuocauerit mandatum, & reuocatio mandati fuerit deducta ad notitiam mandatarij re integra.*gloss.in c.tibi Domino.verb.iurare. vers.sed quid si Dominus. 63.dist.& in d.c.cũ quis.verb.mãdato.& in dicto c.mulieres.verb.auctoritate. vbi Innocen.& Host.num.5.* Si tamen mandans moriatur antè manuum iniectionem, tunc non erit excommunicatus, quamuis deinceps post eius mortem mandatarius clericum percusserit.*gloss.in d.cap.mulieres.d.verb.auctoritate.& ibi Innoc.& Host. num. 6. Anchar.in c.cum quis.nu.9.de sent.excom.Sayr.thes.cas.consc.lib.1.c.8.nu.12.* quia mandatũ morte extinguitur. *l.inter. causa.§.1.ff.mandat.c.relatum.& c.licet. de offic.deleg.Felin.in d.cap.mulieres.num.3.* & Ecclesia non ligat sub terra. *c. legatur. 24.q.2.* quod tamen intelligendum est, si constiterit eum antè mortem pœnituisse. *Felin.in d.c.mulieres.num.3.*

7 Item in eandem excommunicationis sententiam incurrit, qui ratam habet percussionem clerici sine suo mandato, nomine tamen suo factam. *d.c.cum quis.& ibi gloss.verb.suo nomine.de sent.excom.in 6. Felin.in d.c.mulieres.nu.4.& Host.nu.7.* quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*c.ratihabitionem.de reg.iur.in 6.* & ratihabitio locum habet in maleficijs. *l.1.§.quoties.ff.de vi.& vi arm.c.cũ ad sedem.de rest.spol.Host.in d.c.mulieres.nu.7.* non erit tamen excommunicatus, qui ratam habet percussionem clerici non factam suo nomine.*d.c.cum quis.* Quando autem per exteriora signa apparere non potest, quòd ratam habuerit huiusmodi percussionem, sine suo mandato, nomine tamen suo factam, sed illam habet ratam tantùm in corde, tunc talis est ligatus quoad Deum, non tamen quoad Ecclesiam militantem.*gloss.in d.c.cum quis.verb.tuo nomine.& Host.in d.c.mulieres.nu.7.* quæ non iudicat de occultis.*c.sicut tuis.de simon.& c.à nobis.2. §.1.de sent.excommunicat.*

8 Nequè euitat eandem excommunicationem, qui potuit prohibere percussionem clerici, & non prohibuit.*c.quanta & & ibi gloss.verb. interpretans. de sentent.excom.gloss.in d.verb.auctoritate. Couar.in clem.si furiosus.p.2. relect. §.2.nu.7. de homicid.Farinac.de homicid.q.125.n.322.* tenetur enim quis ab altero, si commodè potest, iniuriam propulsare, & eum ab ea defendere.*cap.non in inferenda.& c.fin.23.quæst.3.c.dilecto.§.& quidem.de sent.excommunicat.in 6.Couar.in d.§.2.nu.7.*

9 Quod intelligitur non solùm in eo, qui habet potestatem, & Iurisdictionem in verberante, vt sunt Iudices, Potestates, & Præfecti, sed etiam in eo, qui licet non habeat ex officio talem potestatẽ, dolosè non prohibet.*Host.in d.c.quanta.num.5. Abb.nu.7.*dicens de communi. *Felin. n.3. & DD. de sent. excom.* Quia in hunc, vel alium Canonem nullus incidit, nisi sit in dolo.*Host.in eod.c.quanta.in fin. vbi etiã Abb.n.7. Menoch.de arbitr. lib.2.cas.180. arg.l.pen.ff de adult.l.1.ff.de sicar.* sufficit tamen quod dolus sit præsumptus ad hoc, vt quis incidat in hũc Canonem.*Menoch.d.cas.180.nu.19.* Si autem non dolosè, sed ex negligentia, vel quia non vult se immiscere rumoribus aliorum, tunc non incidit in excommunicationem. *Abb.in dicto cap.quanta.num.7.*

10 Percutiens clericum etiam volentem est pariter excommunicatus, quia clericus ad hoc consentire nequit, cum iniuria fiat toti ordini clericali.*c.contingit.1.& ibi Abb.n.1.& 5.de sent.excõ.Abb.in c.tua.n.1.eod.Plaz.in Epit. delict.lib.1.cap.23.num.23. Franc. Mar. decis.876. num.6.*

11 Clericus autem patiens se percuti non est excommunicatus, sed venit excommunicandus. *Abb.in dicto cap. contingit. num. 7.*

12 Percutiens verò clericum mortuũ est excommunicatus. *Felin. in d.cap. à nobis.2. vers.nunquid percutiens. num.4.*

de

de sent. excom. Boer. decis.216. num.12. Ricciul.de iur.person.lib.4.cap.60.num.9.

13 Nam & participans corpori mortuo excommunicati excommunicationē incurrit. *Abb. in d.c.a nobis.2. num.1. vbi etiā Felin.n.3.in fin.Boer.d.n.12.Ricciul. d.c.60.n.11.& seqq.* participaretur autem cum mortuo excommunicato, si eius cadauer lauaretur, vngeretur, vestiretur, associaretur ad sepulturam, traderetur ecclesiasticæ sepulturæ, preces fierent pro ipso, ex his etenim inducitur communicatio saltem ciuilis. *Ricciull.d.c.60.n.12. & seqq.& num.34.& 35.*

14 Idem dicendum venit de clerico seipsum temerariè percutiente, qui erit excommunicatus, quia hoc priuilegium est concessum fauore ordinis clericalis. *dicto c.contingit. & ibi Abb.nu.6.& Appostil. ibid.& Felin.n.1.& 2. Dec.in l.2.num.5. C.qui testam.fac.poss.Maiol.de irreg.lib.3. c.25.n.1.Farinac.de homicid. q.128.n.25.* vbi dicit de communi opinione. *Nauar. in Manual.c.25.num.11. Ricc. in prax. resol.par.2.resol.472.num.7.& 8.*

15 Nam quemadmodum nemo est Dominus suorum membrorum. *c.si non licet. cum pluribus seqq.23. q.5. l. liber homo. ff.ad leg.Aquil.Abb.in c.fin.in 1.notab. de pact.& in d.c.contingit. n.1.& Felin.n.2. Dec.in d l.2.n.1.& seqq.C.qui testam.fac. poss.Bart.in l.1.§.vsquè adeò.ff.de.iniur. & in l.1.§.si aliquis.ff.de bonis eorum qui sibi mort. consciu.*

16 Et qui se ipsum ferit, aut ferire, seù occidere tentat, est grauiter puniendus. *c.si non licet.23.q.5.*& post alios ab eo allegatos *dicit Felin. in d. cap. contingit. num.2.*

17 Imò plus delinquit in percutiendo seipsum, quam percutiendo alium. *dicto c.si non licet.l.si quis.ff.de bon.eorum qui sibi mort. consciu. Alex. de Neuo cons. 59. nu.18.* & ideò pro interficiente se ipsum non licet orare. *c.placuit.23.q.5.*

18 Ità & fortiùs non est quis Dominus animæ suæ, vt ad peccatum se obligare possit, nam & iuramentum non obligat ad peccandum. *Abb. in d.cap. fin.in 1. not. de pact. & Felin. in dicto cap. contingit. num.2.*

19 Nequè aufugit excommunicationem, qui auxilium, & consensum dat percutienti clericum. *d.cap.quanta.& ibi Host.num.1. Abb.num.3.& Felin.num.1.*

20 Et quamuis detinens, vel capiens clericum de mandato Prælati non incurrat sententiam excommunicationis, neque illum trahens ad Iudicium, si oporteat etiam violenter, tamen si in detinendo, vel capiendo, vel trahendo modum excedit, vt si pugnum, seù calcem in clericum impingat, cum tamen ipse clericus quietè se capi permiserit, erit excommunicatus. *c.vt famæ.& ibi Felin.per totum. de sent.excom.c.si clericos.& ibi glo.verb. excedatur. eod.in 6.* etiam quod clericus ipse assumeret arma ad sui defensionem. *Abb.in cap.perpendimus.num.2.eod.*

21 Quòd si clericus insecutus cadat, & lædatur ego crederem insequentem incidere in excommunicationem, per *gloss.in c.felicis.verb.insecutione.de pœn.in 6.arg. eorum quæ dicit.Bart.in l.si gemma. ff. de furt.* quæ ... vbi dicit quòd talis insequēs non tenetur, quasi vulnerauerit, sed quasi vulnerari fecerit. *l.quia actione. §.proinde & l.si obstetrix.§.si seruū.l.si ex plagis.§.fin.ff.ad leg.Aquil.*

22 Licet alioqui insequens, & non percutiens clericum non fit excommunicatus. *gloss. in d.c.felicis. verb. insecutione. de pœn. Archid. in. cap. sicut qui. num.1. 16.quæst. 4.*

23 Huiusmodi autem Canon. *si quis suadente*, extenditur etiam ad fœminas, quæ percutiunt clericos. *gloss.1. in eodem c.si quis suadente.vbi etiam Archid. nu.4.*

24 Propter dictionem *si quis* nam masculinum includit in se fœmininū. *l.1.ff.de verb.sign.l.si quis id quod. vers. sed vtrū. ff.de iurisd.omn.iud. Archid.in d.c.si quis suadente.n.4.Socin.in reg.255.Tiraq. de retract.lignag.§. 1.gloss. 9. nu.177.* maximè cum hoc verbum masculinum sit prolatum à Canone crimina puniente, quo casu comprehendit fœminas. *Archid.dicto n.4.* vbi subdit, quòd quando verbum masculinum est prolatum à lege, seù à Canone, tunc appellatione masculini concipitur fœmininum. *ibi vers.aut sunt verba legis.*& ita post alios firmat *Tiraq.in dicta gloss.9.nu.177.cum pluribus seqq.*

25 Qui verò episcopum iniuriosè, vel temerè occiderit, seù percusserit, aut cœperit, siuè banninerit, vel hæc fieri mandauerit, aut ab alijs facta rata habuerit, vel fuerit socius ea facientis, aut consilium in his dederit, vel fauorem, præter excōmunicationē, quam ipso facto incurrit, terra

ipsius vsquè ad condignam satisfactionem eiusdem, locusquè, aut loca in quibus captus Episcopus detinebitur, quamdiù detentio ipsa in eisdem durauerit Ecclesiastico subiacere debent interdicto. *elem.* 1. *de pœn.* & ipsius filij per lineam masculinam descendentes vsquè ad secundam generationem ipso facto inhabiles ad Ecclesiastica beneficia in Ciuitate, & Diœcesi, in quibus idem Episcopus præsidet, obtinenda redduntur. *d. elem.* 1. *§. à feudis.* & amittit eo ipso feuda, bona emphyteotica, locationes, officia, & beneficia, tàm spiritualia, quàm temporalia, quæ habet ab Ecclesia ipsius Episcopi. *d. §. à feudis.*

26 Et Ciuitas quæ proprium Episcopũ occiderit, licet non omnes Ciues sint tanti criminis rei, nihilominus priuatur honore, & dignitate Episcopali. *c. ita nos.* 25. *q.* 2. *Bald. in l. si nondum. C. de furt. Ias. in l.* 2. *col.* 2. *C. de inof. testam. DD. in c. in quibusdam. de pœn. & in elem. si quis. in §. Ciuitas. eod.* & perdit percussor omnia bona, quæ debent applicari Ecclesiæ ipsius Episcopi. *c. si quis deinceps.* 17. *q.* 4. *Abb. in c. cũ illorum. nu.* 5. *de sent. excom. l. si quis in hoc genus. & ibi auth. C. de sacros. Eccles.* pęna verò *d. c. ita nos.* non procedit contrà interficientes eum, qui tãtum fuit electus Episcopus, & nondum consecratus. *Bald. in l. si nondum. C. de furt.*

27 Impedientes autẽ Legatos, aut Nuncios Apostolicos, ne recipiantur in locis, & Regnis, seù Prouincijs, ad quæ trãsmittuntur, siuè ne possint exercere officium suum, sententiam excommunicationis ipso facto pariter incurrunt, & eorum Regna, Prouinciæ, & Terræ qualibet Ecclesiastico subijciuntur interdicto. *extrauagan. super gentes. de consuet.*

28 Insequentes S. R. E. Cardinalem, percutientes, capientes, seù occidentes & eius sceleris socij, consiliarij, fautores pręter sententiam excommunicationis, quam pariter incurrunt ipso facto, alijs etiam grauissimis, & condignis pœnis afficiũtur. *cap. felicis. de pœn. in* 6.

29 Huiusmodi Canonis fauore gaudẽt insigniti non solum ordinibus sacris, sed prima tantùm tonsura initiati, vt de communi dicit *Sayr. thes. cas. consc. lib.* 3. *c.* 26. *nu.* 4. Imò clericus habens primam tonsuram, vel ordines minores gaudet priuilegio Canonis, quamuis non obseruet requisita necessaria ad priuilegium fori, quia quoad hoc *Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 6. nihil innouauit, neque iuri communi derogauit, prout censuit sacra Congregatio Concilij super eodem *c.* 6. *§. clerici qui in hoc decreto. & dicit Gonzalez super reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *§.* 5. *num.* 7. *& seqq.*

30 Nequè euitat excommunicationem dicti Canonis clericus alium clericũ percutiens. *cap. cum illorum. de sent. excom. cap. cum religioso. eod. in* 6.

31 Neq. Monialis Monialẽ percutiens, vel Conuersa Conuersã. *c. de Monialibus. & cap. cum illorum. c. venient. & ibi Abb. nu.* 2. *de sent. excom. d. cap. cum religioso.*

32 Seù Monachus Monachum. *cap. Monachi. c. Parochianos. & c. de Monialibus. & ibi Abb. nu.* 2. *eod.*

33 Neque ij, qui procurant clericos capi, vt renuncient beneficijs, vel vt citati non vadant ad Curiam. *clem. multorum. & ibi gloss. verb. Canonis. de pœn.*

34 Minùs effugit excommunicationem qui verberat Monachum, siuè etiam Conuersum. *c. non dubium. & ibi gloss. pen. & Abb. nu.* 3. *&* 4. *c. Parochianos. c. cum illorum. & c. ex tenore. & ibi Abb. num.* 2. *de sent. excom. Abb. in c. vt priuilegia. num.* 3. *de priuileg. Imol. in c. dilecta. de maior. & obed.* seù verberat Nouitium. *cap. religioso. §. fin. de sent. excom. in* 6.

35 Monachi enim appellatione veniunt omnes professi, & professæ in religione approbata, etiam nouitij, & nouitiæ, conuersi, & conuersæ religionis approbatæ, qui omnes gaudent fauore Canonis. *c. Monachi. c. Parochianos. c. de Monialibus. & ibi Abb. n.* 2. *c. cum illorum. c. ex tenore. de sent. excom. cap. religioso. §. fin. & ibi gloss. verb. non possit. eod. in* 6. *Abb. in d. cap. non dubium. nu.* 2. *Nauar. in Manual. cap.* 27. *nu.* 79. *Sayr. thes. cas. consc. lib.* 3. *c.* 26. *nu.* 5.

36 Sunt etiam excommunicati percutientes conuersos presbyterorum secularium in communi viuentium, si ijdem conuersi incedant in habitu clericali, & ipsis presbyteris actu inseruiant. *Ricc. in prax. resol. par.* 2. *resol.* 419.

37 Gaudet etiam fauore Canonis clericus coniugatus cum vna, & virgine incedens in habitu clericali, & tõsura, & seruitio alicuius Ecclesiæ deputatus sit ab Episcopo, & eidem Ecclesiæ inseruiat, vel ministret. *Sayr. d. cap.* 26. *num.* 4.

38 Item milites Hierosolymitani Sancti Ioannis gaudent fauore Canonis. *c. canonica.*

nonica.de sent. excommunic. quia in d.canone, si quis suadente. fit mentio de monachis, quorum appellatione veniunt religiosi cuiuscumque generis. *Felin. in d.c. nō dubium.n. 2.de sent.excom. Nauar. d.n.79.Ricc.p.2.resol.1.*

39 Huiusmodi autem milites dicuntur formaliter religiosi, vt apparet ex priuilegijs ipsorũ, & talis religio est vera religio. *d.c.canonica.D.Tho.2.2.q.168. ar.3.Felin. in c.2.n.8. de for.comp. Nauar.cōs.12.n.1. de regul. & cons.2. nu.1. & 2. de conuers. coniug. & de reddit. Eccles.q.1. monit.55. & q.3. monit. 27. Gratian. discept. forens. c.457 nu.24.& seq.* & post multos allegatos dicit *Nouar quæst. forens. par.1.q.42. n.1.Ludouis.decis.109.n.1.Rodriq.quæst. Regular. tom.1.q.1.cap.6.Osasc. decis.27. n.18.Rot.diuers.p.1.decis.591. n.5. Azor. Instit. Moral.par.1. lib.13. cap.3.q.1. & c.4. q.4.* vbi in terminis tractat hanc quæstionem. *& sequitur Antonin. var.resol. lib.1. c.63. per totum.* largo tamen modo isti dicuntur religiosi. *Abb. in Rubr. de Regular. nu.4.* qui loquitur in militibus Hierosolymitanis. *Rot diuers.d.decis.591. num. 5.& 6.* & sunt intestabiles. *Ludouis. d.decis.190 n.1.& 2.*

40 Milites quoque ordinis Christi gaudent priuilegio Canonis, & fori. *Nauar. tom.1.cons de regul.cons.11.* ex quo potest etiam inferri ad alias equitũ militias per eandem rationem, nam & milites S. Stephani dicuntur etiam vere religiosi. *idem Nauar.eod. cons.10.*

41 Heremitæ, & fratres, siuè sorores tertij Ordinis, si sunt tales, qui ex toto Diuino obsequio sunt dedicati, & Ecclesiæ, proprijs renunciando, & sunt tonsurati, & habitum deferunt auctoritate Superioris, & viuunt sub Regula habentes Superiorem, tunc gaudebunt fauore fori, & Canonis: si verò viuunt sine regula, tunc nō gaudebũt huiusmodi priuilegijs. *Felin. in d.c. non dubium. in fin. Abb. in d. c. vt priuilegia.n. 3.de priu.Lamb.de Iurepatr. lib.2.par.1. q.7. in princ. art.4.nu.1. & 4. Dec.in tract. crim lib.4.c.9.n.9. facit Abb. in d c.nō dubiu. in fin.& in c.nullus n.10. & Felin.n.5.6.& 7.de for.comp.& in c.tuarii. n.4.de priuil. Sylu.verb.heremita.n.2. Aufrer. ad Capell. Tholos.quæst.8.num.2.*

42 Heremitæ autem non dicuntur personæ religiosæ, nisi dent se alicui religioni de approbatis. *Archid. in c.unic. in fin. de excess. Prel. in 6.* Quemadmodum neque Sorores tertij Ordinis, quæ Mantellatæ appellantur, seù Fratres eiusdem tertij Ordinis non viuentes sub Regula, & in Congregatione & clausura dicuntur religiosæ, & Ecclesiasticæ. *ad not. in clem. cum ex eo. de sent.excom. Abb.in Rubr. de Regul.num.2.& 3. Bart.in l.1. ff.de pœn. & in l.semper. §.fin.& ibi Alex. in appostil.ff.de iur.immun.Paris.cons.40 nu.14. vol.3.latissimè Gemin cons.41.à n.2.vsquè ad fin.Rot.diuers.par.1.decis.591. num.7. D.Thom.2,2.q.86 art.4.in fin. Angel.in Sum.verb. Religiosus. nu.5.* & ideo ligantur statutis laicorum, vt dicetur *in tit. de exempt.cleric. à statut.secul. in §.1. in fin.* Neque gaudent priuilegijs Fratrum Religionis, nisi viuant in Congregatione, & clausura, vt colligitur *ex Constit 8. Pij V. §. mulieres. & Constit.63. §.ad hæc.*

43 Minùs effugit excommunicationē, qui verberat clericum suspensum, seù interdictum, siuè excommunicatum. *c.dictũ. & ibi gloss fin.81.dist. cap. ac si clerici.in fin.de iudic. Host. in d.c.contingit.1. nu.7. & 8. de sent .excom. Felin. in cap.1. circa princ eod. Abb.in cap. Ecclesiæ.num. 8. de immun. Eccles.Clar.in § fin. q.77.* dicens communem. *vers. sed nunquid.* & de veriori, & communiori dicit *Farinac. de carcerib.& carcerat.q.28.num. 40.tom.1. D.Antonin.in Sum. 3.par.tit.24. cap.1.*

44 Nam clericus etiam suspensus, interdictus, siuè excommunicatus retinet fauorem Canonis, & Fori. *d.cap.dictum. 81.dist.* cui renunciari non potest. *Felin. in d.c.1.circa princ. vers.ratio autem.de sent. excom.* item verberans clericum depositum incidit in excommunicationem, nam clericus depositus gaudet fauore Canonis *si quis suadente.Innoc.in c.ex parte. de cler.coniug.*

45 Et Deus, in cuius honorem datur immunitas, non delinquit, & peccata debēt tenere suos auctores. *l.sancimus.C.de pœnis.c.quæsiuit.& ibi Abb. num.4. & 8.de his quæ fiu. à maio.part. cap. Archid. in c.quicumque.n.1.de sent.excom.in 6.* & satis affligitur Ecclesia in eo, quod subtrahitur diuinum officium, vndè non debet afflictis dari afflictio. *cap ex parte.de cler. ægrot.c.cum percussio 7.q.1. & post Host. dicit Abb.in d.c.Ecclesiæ.n.8.* qui fatetur communē. *de immun. Eccles.lo.de Vitsch. de immunit.Eccles.num.50.*

46 Et præter excõmunicationem, quã incurrit ipso facto clericum interficiens, olim puniebatur etiam pœna pecuniaria, cuius media pars applicabatur Ecclesiæ, cui dictus clericus præfuit, altera verò pars distribuebatur pro eius anima. *cap. 2. de pœn.* Olim obseruabatur etiam, quòd si quis in clericum manus violentas intulisset, fiebat cessatio, seù interdictio diuinorum officiorum ab Episcopo illi loco, in quo reus erat, donec vltio, & satisfactio fieret clerico. *Greg. Tholos. Syntagm. iur. lib. 16. cap. 1. num. 3.*

47 Percutiens autem clericum pluribus vicibus eodem impetu vnam tantum excommunicationem, nõ plures incurrit. *Abb. in d. c contingit. nu. 8. de sent excom. Bart. in l. nunquam. ff. de priuat. delict. Couar.* de communi *lib. 2. var. resol. c. 10. num. 8. vers. quartum. Clar. in §. fin. q 84. num. 2. antè fin.* secùs autem si percutiat pluribus vicibus ex interuallo, quia tunc percutiens ligaretur pluribus excommunicationibus. *Couar. d. n. 8. vers quintum.*

48 Nam semel excommunicatus potest iterum excommunicari. *Couar. dicto vers. quintum*, vt dicetur inferiùs in §. 4.

49 In prædictam excommunicationis sententiam incidit quoque ipso facto propinans venenum Clerico, ex quo moritur. *Beiz de casib. Bonon. par. 1. decis. 46. Ioan. Capuill. de casib. consc. reseruat. sub tit. de veneſic. quæst. 3. Megal. par. 1. Instit. confess. lib. 5. cap. 14. numer. 11.* quia vt inquit *Sylu. verb. lex. q. 18. vers. dico.* Tunc lex pœnalis extenditur ad casum non expressum, quando est par ratio, aut eadem, vel maior, & aliter sequeretur inconueniens, & elusio ipsius legis, & atrocius est homicidium factum veneno, quàm gladio vt clarè habetur *in l. 1. C. de malefic. & mat. iuncta. l. 1. & l. einsdem. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Azor. Instit. Moral. p. 3. lib. 2. c. 18. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum cum ioco, non ex odio, vel indignatione non est excommunicatus.*

2 *Percutiens clericum ratione defensionis, modò cum moderamine inculpatæ tutelæ, non est excommunicatus.*

Vim vi repellere licet.

3 *Percutiens clericũ causa correctionis non incurrit excommunicationem.*

4 *Pater causa correctionis verberãs clericum in sacro ordine constitutum non est excommunicatus.*

5 *Percutiens clericum ex officio, quod habet in Ecclesia, non incurrit excommunicationem.*

6 *Prælatus potest causa correctionis percutere clericum etiã in sacris constitutum absque periculo excõicationis.*

7 *Magister itidem.*

8 *Prælatus potest clericos etiam Sacerdotes delinquentes torquere.*

9 *Percutiens clericum inuentum turpiter agentẽ siuè in osculis, tactibus, & amplexibus cum vxore, filia, sorore, vel matre quomodo sit excommunicatus.*

Delictum committens iusto dolore motus est aliquatenus excusandus à peccato, & à pœna peccati.

10 *Dolus requiritur ad hoc, vt quis incidat in excommunicationem.*

Puer si percutiat clericum non est excommunicatus.

11 *Excommunicatio non fertur nisi pro peccato mortali.*

12 *Percutiens clericum fornicantem cum sponsa est excommunicatus.*

13 *Mulier percutiens clericum illam sollicitantem ad rem carnalem non est excommunicata.*

14 *Percutiens clericum ignorãs probabiliter eum esse clericum nõ est excommunicatus, ignorantia autem vincibilis non excusaret eum à culpa, & quæ dicatur ignorantia vincibilis.*

15 *Percutiens laicum credens percutere clericum non est excommunicatus.*

16 *Percutiens consanguineum clerici nõ est excommunicatus, secùs si id faciat in contemptum libertatis Ecclesiasticæ. & nu. 21.*

17 *Metus illatus consanguineis clerici censetur illatus clerico.*

18 *Iniuria illata consanguineis meis, mihi illata censetur.*

19 *Iniuria facta vni de familia censetur facta toti familiæ.*

20 *Offendens consanguineum alterius nõ incidit in pœnam, ac si offendisset principalem.*

21 *Offendens clericorum consanguineos in contemptum libertatis Ecclesiasticæ est excommunicatus.*

22 *Percutiens Sempronium clericum credens percutere Titium laicum est excommunicatus.*

23 *Percutiēs clericum actualiter degradatum, & traditum Curiæ seculari non excommunicatus.*

24 *Capiens, vel ligans clericum præparatum ad iniuriam alterius, vt illum consignet suo Superiori, quomodo sit excommunicatus.*

25 *Iudex secularis, vel eius familia potest capere clericum in fragranti crimine repertum ad effectum illum remittendi ad suum Superiorem, si de fuga clericus sit suspectus.*

26 *Clericus captus in prædictis casibus non potest detineri à Iudice seculari ultrà viginti horas. & nu. 30.*

27 *Clericus in domo laici criminosus repertus quomodo possit capi ab ipso laico.*

28 *Remissio cuius expensis fiat.*

29 *Commodum sentiens incommodum sentire debet.*

30 *Remissio clerici non debet fieri cum ignominia.*

31 *Clericus debitor ex causa ciuili, quando timetur de ipsius fuga, potest capi absque excommunicatione à creditore, siuè à Iudice, vt illum remittat ad suum Iudicem, secus si offerret cautionem idoneam.*

32 *Capiens, vel torquēs clericum de mandato proprij Prælati ipsius clerici non incurrit excommunicationem.*

33 *Violentia fieri potest absque excommunicatione clerico propter recuperationem rei ablatæ, seu defensionem rerum suarum, & proximè, dummodo non fiat ex interuallo.*

34 *Insultans clericum, etiam vibrando ensem super caput ipsius, si non tangit ipsum clericum, non incidit in excommunicationem.*

35 *Officialis laicus turbam arcēdo percutiens clericum nō est excōmunicatus.*

36 *Percutiens mulieres, quæ sunt in Monasterio, in quo non emittitur professio, non est excommunicatus.*

37 *Clericus potest capi absque metu excommunicationis, vbi deficit potestas Ecclesiastica, & in quibus casibus.*

38 *Clericus inuentus cū armis potest capi absque excōmunicatione à birroarijs secularibus, vt illum præsentent suo Iudici.*

39 *Clericus inuitus noctē cū armis à familia seculari nō potest armis spoliari.*

40 *Percutiens clericum in minoribus ordinibus constitutum exercentem arma, siuè mercaturam non est excommunicatus.*

Auxilium legis frustra implorat, qui committit in legem.

41 *Lex non fauet ijs, qui in necessitate ex facto suo se constituunt.*

42 *Percutiens clericum, qui dimisso habitu, ac tonsura clericali se immiscet in enormitatibus, non est excōicatus.*

43 *Clericus quando dicatur se immiscere in enormitatibus.*

44 *Clericus se immiscēdo in enormitatib⁹ nō perdit priuilegium fori, & quare.*

45 *Priuilegium Canonis quare facilius perdatur, quàm priuilegium fori.*

§. Secundus.

1 SVnt tamen aliqui casus, in quibus percutiendo clericum non incidit in sententiam excommunicationis. Primus est si percussio est cum ioco, & nō ex odio, vel inimicitia, siuè indignatione. *c. 1. & ibi Abb. n 4. Host. n. 4. & Felin. verf. nota ibi. & c. si verò. de sent. excom. gloss. in c. cum volūtate. §. fin. verb. de familia & Host. nu. 12. eod. & in c. contingit. 1. verb. iniuriosa. eod.*

2 Secundus est ratione defensionis, vim repellendo, modò cum moderamine inculpatæ tutelæ. *c. si verò. 1. & ibi Abb. n. 1. 4. & 11. vbi etiā Innoc. c. ex tenore. verf. nisi se defendendo. de sent. excom. gloss. in dicto verb. de familia circà fin. & ibi Host. n. 12. Farinac. de homicid. q. 24. nu. 32.* cum vim vi repellere omnes leges, omniaq. iura permittant. *l. vt vim. ff. de Iust. & iur. l. 1. §. vim vi. ff. de vi. arm. cap. ius naturale. 1. dist. c. olim. de restit. spol.* licet percutiens modum defensionis excedat, modò hoc faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ. *d. c. si verò. & ibi gloss. verb vim vi. c. olim. & ibi gloss. & Innoc. de rest. spol. c. dilecto. de sent. excom. in 6. l. vt vim. ff. de Iust. & iur. Abb. in c. cum non ab homine. num. 18. de iudic. Innoc. in c. nuper. de sent. excom.* & per hoc non priuilegiantur personæ Ecclesiasticæ, quæ inferrent violentias. *c. ex parte. 3. de priuil.* & ratio est, quia melior via consuli non potest, *Alciat. in d. c. cum non ab homine, nu. 36. de iudic. Clar. in §. fin.*

§.fin. q.28. vers.septimo. licitum quoquè est clerico inuasori resistere defendendo res suas,nec propterea illi resistens est excõmunicatus, si aliter res suas defendere nequit.*Farinac.de homicid. q.125.nu.186.* vbi plures citat. Quid si pro defensione aliorũ quis percusserit clericum? Respondetur siuè pro defensione propinquorum, siuè extraneorum non est excommunicatus, dummodò percussio fit cum moderamine inculpatæ tutelæ. *Abb. in d.c.si verò. nu.11.& ibi Felin.Boych.& Anchar. de sent.excom.Couar. in clem.si furiosus.p.3. §.vnic.num.5.in princ.*

3 Tertius casus est, si quis zelo bono ductus correctionis causa.*d.c.1.&ibi gloss. pen.c.ex tenore. & c.cum voluntate. §.fin. & ibi Abb.n.5.de sent.excom.c.fin.35.dist.* Quod tamen intelligendum est, dummodò correctio fit moderata, aliàs secùs. *c.presbyterum.& ibi gloss.1.de homicid. Host.in d.c.cum voluntate.n.8.9 & 10.* & non fiat ex odio, vel inimicitia. *arg.d.c.cum volũtate.§.fin.*& clericus sit in minoribus tantum ordinibus constitutus. *d.cap.cum voluntate.* & de communi dicit *Azor.par.2. Instit.Moral.lib.2.cap.21.q.6.*

4 Quinimmò neque etiam afficitur excommunicatione pater verberans filium ad ordines sacros promotũ gratia correctionis,& emendationis. *Io.Andr. in dicto c.cum voluntate.vbi etiam Anchar. Sylu. verb.excommunicatio.6.nu.6.§.sciendum est quarto. vers. octauo in magistro.* vbi plures allegat hoc tenentes. *Azor.par.2. Instit.Moral.lib.2.c.21 q.6.*dicens probabiliorem,& veriorẽ licet. *glos.in eod.c.cũ volũtate.vbi etiã Host.nu.11. & 12.Abb. Fel.& Butr.Ang.verb.excõicatio.5.n.10. Sot.lib.5.de Iust.& iur.q.2. ar.2.* videatur inclinare in sententiam oppositam.Neque incidit in excommunicationem pater carcerans, vel carcerari faciens filium clericum. *Ricc.in prax.resol.par.2.resol.453.*

5 Clerici quoque seniores ex officio, quod habent in Ecclesia possunt cum moderamine corrigere clericos in minoribus constitutos in Ecclesia officium turbãtes, & illos verberare, & expellere sine periculo excommunicationis. *d.c.cum volũtate. & ibi gloss. verb. in minoribus ordinibus. & Host.n.7.& 8.& Innoc. de sent. excom. Bart.in tract.de carcer.num. 22.*

6 Prælatus item potest causa correctionis percutere clericum etiã in sacris constitutum absque periculo excommunicationis. *45.dist.per tot.Sot.de Iust. & iur. lib.5.q.2. art.2. circà med. & Sylu. verb. excommunicatio.6.nu.6.vers.octauo.*

7 Idem quoque dicendum de magistro leuiter percutiente clericum causa disciplinæ. *Sylu. Sot. locis supra citatis. Felin. in d.cap.cum voluntate. vers.vltimo nota.* & ita sunt intelligendi *Abb. in c. vniuersitatis.n.4.de sent.excom.&Nat.cons.336. num.4. vol.2.*

8 Possunt item clericos etiam sacerdotes torquere secundum grauitatem delictorum per ipsos commissorum. *gloss.fin. in c.illi.in fin.5.q.5.cap.1. & ibi gloss.pen. deposit.Abb.in c.cum in contemplatione n.6.*vbi dicit de communi.*de reg.iur.Boss. in tit.de indic. & consideret. antè tortur. n.103.Clar.in §.fin.q.64. vers.sed an clerici.Farinae.in pract.crim.tit.de indic.& tort.q.41. num.5.& seqq. par.1. tom.1.& dicetur in 2.p.in tit.de pœnis Clericorum.*

9 Quartus casus,si inuentus fuerit clericus turpiter agens cũ vxore,filia,sorore, vel matre,si is clericum percutiat,non incidit in excommunicationem,secùs si clericum occidat. *d.c.si verò.1. & ibi Host. n.8.& Abb.nu.11.& 5.gloss.in d.c.cum voluntate. §.fin. verb. de familia. antè fin. Couar.in Epitom. de sponsal.p.2. c.7.§.7. n.12.Paris de Put.de sindicat.verb.clericus.c.1.n.5 Syluest.verb.excõmunicatio.6. cas.10.Sayr.thes.cas.consc.lib.3.c.28.n.23.* cum sit admodum difficilè tam iustum temperare dolorẽ. *l.Gracchus.C.de adult.* committens enim delictum iusto dolore motus est aliquatenus excusandus à peccato,& à pœna peccati.*Abb.in d.c.si verò. nu.5.facit.l.si adulterium.§.Imperatores. ff.de adult.* Item si clericus non inueniatur in actu turpi cum prædictis personis, sed in osculis,tactibus, amplexibus, & huiusmodi in loco suspecto excusatur ab excõmunicatione,si illum percutiat, & maximè vbi clericus iam fuisset monitus.*Host. d.num.8. arg. eorum, quæ not.per gloss.in c.consuluit.verb.gratiam fecerit. & verb. odit lucem.de offic. deleg. Angel.verb.excommunicatio.5.§.18.* quia ea sunt antecedentia copulæ. *Hippolyt. singul. 638. Couar.in Epitom.de sponsal.p.2. §.6.nu.3.* Vndè versus.

Visus, & alloquium, tactus, post oscula factum.

Secùs autem si inueniretur clericus etiam solùs

solùs cum sola sedens, non turpiter conuersans, nisi forsitan fuisset ter monitus, ne ille ingrederetur ad illas mulieres. *Host. d. nu. 8.* Item si deosculaaretur easdem mulieres in publico secundum consuetudinē Patriæ, prout fit in Gallia, in Sabaudia, & in Polonia, atque in aliquibus alijs locis, nam tunc percutiens non excusaretur ab excommunicatione. Cæterùm si percutiator clericus propter stuprum, vel adulterium, quod committit cum ea, quæ percutientem ita proxima consanguinitatis linea non contingit, non erit percutiens à sententia excommunicationis immunis, cum hoc non extendatur ad alios ascendentes, vel descendentes. *c. si verò. 1. §. fin. & ibi gloss. verb. matrc. & Host. nu. 8. Abb. nu. 9. Innoc. & Io. Andr. de sent. excom.*

10 Non effugit tamē excōmunicationē maritus, qui procuraret, quòd clericus ab vxore ad turpitudinem vocaretur, vt eum verberare posset, cū huiusmodi persuasio sit dolosa, & fraudulenta, quia ad hoc, vt quis incidat in excommunicationem, requiritur dolus. *gloss. fin. propè fin. in d. c. cū voluntate. §. fin. Abb. in d. c. 1. num. 4. & in d. c. si verò. n. 4. de sent. excom. Dec. in c. cū non ab homine. nu. 46. de iudic. facit gloss. in c. significasti. 2. de homicid. l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil.* & ideò puer, qui non est doli capax, percutiendo clericum non est excommunicatus. *d. cap. 1. de sent. excom.*

11 Excommunicatio enim non fertur nisi pro peccato mortali. *cap. nemo Episcoporum. 11. q. 3.*

12 Neque euitaret excommunicationem percutiens clericum cum sponsa fornicantem. *gloss. communiter approbata in c. 3. de sent. excom. Couar. in Epitom. de sponsal. p. 1. c. 1. nu. 12. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 128.*

13 Excommunicationem nihilominus euitat mulier, quæ zelo castitatis accensa subitò sine deliberatione colaphum impingeret clerico, aut eum alia re percuteret illam solicitantem ad rem carnalem. *Ang. in verb. excommunicatio. §. 21. arg. eorum quæ not. in gloss. fin. in d. cap. significasti. 2.*

14 Quintus casus. Non est excommunicatus percutiens clericū, ignorans probabiliter eum clericum. *c. si verò. 2. & ibi gloss. 1. Host. nu. 1. Abb. nu. 1. & Innoc. de sent. excom. Bern. consil. 187. num. 6. vol. 3. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 10. nu. 15. de sent. excom. Feder. cons. 13. Sylvest. verb. excōmunicatio. 6. vers. sciēdum est quarto. Bart. in l. ità apud Labeonē. §. si quis virgines. ff. de iniur. Ricciul. de iur. person. lib. 7. c. 6. n. 10.* ignorantia tamen probari debet per iuramentum, quòd si præstare recuset, debet haberi pro excōmunicato. *d. c. si verò. 2. & ibi Hostien. num. 3.* nam licet ignorantia vincibilis non excuset à culpa. *l. 1. ff. de legi. cap. si verò. 2. de sent. excom. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 10. n. 12. 16. & 17. de sent. excom. in 6.* est autem ignorantia vincibilis, quando quis ignorat id, quod spectat ad eius officium, & quod quis scire debet. *cap. si culpa. de iniur. §. præterea. Inst. ad leg. Aquil. Suar. de censur. disp. 4. sect. 8. nu. 14.* ignorantia tamen inuincibilis excusat à culpa, & à censuris. *cap. excellentissimus. 11. q. 3. d. c. si verò. 2. de sent. excom. & cap. 2. de constit. in 6.* & de communi Theologorum, & Iuristarum testatur *Couar. in d. §. 10. n. 7. 13. & 16. Suar. d. sect. 8. nu. 6.* nam peccatum debet esse voluntarium. *D. Thom. 2. 2. q. 76. D. August. lib. 1. retract. cap. 15.* & sic ignorans inuincibiliter non peccat, & ita vbi deficit peccatum, deficit & pœna. *l sancimus, C. de pœn.*

15 Si autem aliquis percutiat laicum, credens percutere clericum non incidit in excōmunicationem, licet teneatur actione iniuriarum. *gloss. in c. in audientia. verb. iniuriarum. & ibi Host. nu. 2. & in d. c. si verò. 2. verb. ignorauerit. & Abb. nu. 7. de sent. excom. Federic. cons. 13. Vgolin. de censur. par. 2. c. 11. §. proposuimus. nu. 110.* quia requiritur veritas clericatus ad incurrendam excommunicationem. *Abb. d. n. 7.* vbi subdit rationem, quòd quemadmodum simplex dimissio habitus clericalis non facit quem perdere priuilegium clericale, ita nec simpliciter assumptio habitus non congruentis personæ. *c. ex parte. 3. de priuil.*

16 Atque ex hoc inferri potest vulnerantem consanguineum clerici non esse excommunicatum, sicut si immediatè vulnerasset clericum. *Soccin. in l. mulieri. & Titio. ff. de condit. & demonstrat. Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de nou. operis nunc. Tiraq. de pœnis leg. causa si. nu. 74.* quos citat & sequitur *Menoch. de arbitr. cas. 389. num. 18.* quidquid aliter sentiat *Marsil. singul. 204. & Roman. in Rubr.*

de recept. arbitr. col. 24. vers. quid autem si compromissum.

17 Licet alioquin metus illatus consanguineis clerici cẽseatur illatus clerico. *c. sciant cuncti. de elect. in 6. glos. in clem. 2. verb. quomodolibet. de sent. excom.*

18 Sicut dicimus iniuriam consanguineis meis mihi ipsi illatam censeri. *c. Petrus. de homicid. element. 1. de excess. Pral. l. lex Cornelia. in princ. l. item apud Labeonem. §. pen. ff. de iniur. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. num. 18. ff. de nou. oper. nunc. & in l. 3. §. si tutor inimicus. ff. de suspect. tut. Bald. in l. 1. per illum tex. C. si quacunque prad. potest. Felin. in c. Ecclesia S. Maria nu. 19. de constit. Roland. cons. 2. num. 26. & seq.*

19 Et iniuriam factam vni de familia censeri factam toti familiæ. *d. l. 1. & ibi Bart. C. si quacunque prad. potest. Felin. in c. cum quidam. n. 11. de iureiur.* paria enim sunt committere in aliquem, vel in vnum de eius sanguine. *Bald. in l. 1. C. de indict. viduit. tol. Grammat. decis. 23. n. 2. cũ seqq.*

20 Non est tamẽ vera doctrina *Anchar. in d. c. sciant. & Ias. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi.* dicentium quòd si duo inimici ad inuicem fecerunt pacem, & sub certa pœna promiserunt se non offendere, si alter offendat consanguineum alterius, incidit in pœnam, ac si offendisset principalem, qui pacem fecit, quia communis opinio est in contrarium, *vt post Dyn. dicit Bart. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. propè fin. & Ias. num. 52. ff. de verb. oblig.* & de cõmuni testatur *Clar. in §. fin. q. 47. vers. sed quid. & vers. quaro etiam. Alex. cons. 113. per totũ. Cæphal. cõs. 587. à n. 14. ad fin. vol. 4.* Quinimò nec si offenderint proprium filium illius, quem non offendere promiserunt in pœnam incidunt. *Rip. in l. 4. §. Cato. nu. 96. ff. de verb. oblig. Cæphal. d. cons. 587 num. 21.*

21 Si tamen in contemptum, & iniuriã libertatis Ecclesiasticæ, & Prælatorum, seù Iudicum Ecclesiasticorũ consanguinei eorũdem, vel aliorum clericorum carcerantur, percutiuntur, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus spoliãtur, siuè aliàs iniuste contra illos fit persecutio, & grauamen, sunt ipso facto sententia excommunicationis innodati huiusmodi iniurias inferentes. *d. c. sciant. & ibi gloss. verb. consanguineos. de elect. in 6. c. quicunque. de sent. excom. in 6. clem. 2. & ibi gloss. verb. quomodolibet. eod. clem. 1. de excess. Pral. & quoniam. iuncta gloss. verb. propinquorum. de immun. Eccles. in 6.* Itidem dicitur de offendentibus aliquem de familia ipsorum clericorum, seù Prælatorũ. *glos. in d. c. quicunque. verb. consanguineorũ. & ibi Abb. nu. 1. vers. suorum. & Gemin. & Franch.*

22 Neque effugit sententiam dicti *Can. si quis suadente*, credens percutere Titium laicũ, & in persona errans percusit Sempronium clericum. *gloss. 1. in d. c. si verò. 2. vers. quid si credidit. & ibi Host. num. 1. de sent. excom.*

23 Sextus casus, quando clericus est degradatus actualiter, & traditus Curiæ seculari poterit à Iudice seculari puniri absquè incursu excommunicationis, & ab alijs percuti. *cap. cum non ab homine. vbi Abb. num. 5. Dec. num. 23. Alciat. nu. 108. & Ioan. Andr. de iudic. cap. nouimus. de verb. sign. cap. 2. de pœn. in 6. Abb. in c. ad Abolendam. num. 10. vbi etiam Anan. de haret.* secùs autem si fuerit degradatus verbaliter, quia nullo pacto tunc puniri, seù percuti potest à laico sine metu excõmunicationis, nisi priùs Curiæ seculari traditus fuerit. *Alciat.* qui testatur de cõmuni *in d. c. cum non ab homine. num. 108. Clar. in §. fin. q. 36. vers. scias autem.*

24 Septimus, quando Iudex laicus, seù etiam priuata persona videt clericũ praparatum ad iniuriam alterius, & non adest suus Prælatus, si ipsum clericũ aliàs compescere non potest, tunc sine metu excommunicationis eum ligare potest, vel capere, vt consignet Episcopo suo Superiori. *Innoc. in d. c. si verò. 2. & ibi Abb. nu. 6. & Alciat. nu. 58. de sent. excom. Abb. in dicto c. cum non ab homine. nu. 11. & 12. Felin. nu. 1. Dec. nu. 36.* & communiter DD. *de iudic. Luc. de Pen. in l. generalibus. C. de decurion. lib. 10. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 180. n. 20. Boss. in tit. de captura. n. 39.* licet alioqui laici carcerantes clericos absquè mandato Episcopi sint excommunicati. *cap. si clericos. de sent. excom. in 6.*

25 Octauus, quando Iudex secularis vel eius familia reperit clericum in flagranti crimine, nam tunc illum capere potest ad effectum illum remittendi, vel ducendi ad suum Iudicem, si de fuga sit suspectus. *Archid. in c. presbyter. n. 3. 81. dist. gloss. in c. si iudex in formatione casus. de sent. excom. in 6. gloss. 1. in d. c. cum non ab homine. & ibi Abb. nu. 11. & 12. Host. n. 4.*

5 Pos-

& Dec.nu.41.cum seqq.de iudic. Abb.in c.vt fama.nu.6.de sent.excom. & in dicto c.si verò.1.nu.6. vbi etiam Host.nu.8. & Felin.de cōmuni n.2.eod. Card.in clem.1. & ibi Anchar.& Imol.de offic.ordin. Bart. in l.si quis in seruitute.& ibi Angel. ff.de furt.Bald in auth. statuimus. C. de Episc. & cler.Chassen.cons.1.p.2.num.12. Angel. cons.178.col.1.in fin.Diaz.in pract. crim. canon. c.125. nu.3. vbi etiam Lopez vers. non est dubiū & vers. in flagranti. & hæc opinio est cōsuetudine approbata,& communis,vt testatur Felin.in d c.cum non ab homine.num.3.in fin. & Alciat.nu.22. Boss.in tit.de for.comp. num.150. Clar.in § fin q.28.vers.si verò loquimur. Decian. in tract.crim tom.1. lib.4.cap.9. num.20. Menoch. de arbitrar. d.cas.180. num.23. Nauar.in Manual.c.27. nu.83. & multò magis vbi licentia Prælati haberi non potest,quia clericus est in fuga. vt post Ioan. Andr.& DD dicit Abb.in d cap.cum nòn ab homine.num.11. vbi etiam Bald. nu.5.

26 Et debet clericus ille per talem Iudicem secularem, siuè per illam personam priuatam quantò citiùs remitti suo Iudici competenti sub fida custodia vnà cum actis, vt post Butrig. dicit Bald. in l.eos. §. super his. C.de appellat. neque poterit captus detineri nisi per viginti horas ; vt volunt Bart. in l capite quinto ff.de adult. Host.in d c.si verò.1.nu.8. & Abb. nu.11. idem Abb.in d c.cum non ab homine.n.11. Lopez ad Diaz cap.125.vers.remittat.

27 Nam licet etiam cuicunque laico absque periculo excommunicationis capere clericum criminosum in domo sua repertum,non potest tamē illum detinere vltrà viginti horas, vt sic delictū patefiat. Abb.in d c.cum non ab homine. num. 11.

28 Huiusmodi autem remissio fit expensis eiusdem clerici per l.quoniā liberi. C.de testib. l. cum sæpè. C. de erogat. mil, annon lib.12. Bald.in l.generaliter. §.bis de præsentibus. C.de reb. cred. & in tit.de pace tenen. §. si Iudex in feudalib. Boer. decis.303.num.1.Couar pract.quæst. c.33. num.5.

29 Quod si clericus non sit soluendo, tunc remissio fiet expensis Episcopi, cum pertinent hoc ad emolumentum Iurisdictionis Episcopalis, quarè qui sentit commodum,debet etiam sentire incōmodum. l secundum. ff. de reg.iur.c.qui sentit.eod. in 6. Boer.d.decis.303.num.5. & 12.neque est ferendus,qui lucrum amplectitur,onus autē subire recusat. l.vnic.§.pro secundo. in fin.C.de caduc.tol. gloss.1. in d.cap.qui sentit.vers.& dicit lex.Vel fieri debet expēsis instigatoris, aut Iudicis laici capientis, si non remisit, vbi primùm sciuit esse clericum. Boer.d.decis.303.Carauit.super Rit.Magn.Cur. rit.235.

30 Quæ remissio fieri debet sine ignominia clerici , quia si remitteretur cum ignominia,esset Iudex puniendus, & committeret vim publicam . l. lex Iulia . vbi Bart.& Alex.ff.ad leg. Iul. de vi publ. & esset excommunicatus. Gemin.in d.cap. si Iudex laicus. §.fin. vbi etiam Franch. de sent.excom.in 6. Carauit. d.rit.235. Boer. decis.363.Clar.in §.fin.quæst.36.Lopez ad Diaz.in pract.crim.canon.c.125. vers.remittat.circà fin. & vers.ideoq. Ricc.in prax resol.p.2. resol.87.nu.1. vers.limita tamen.& num 2.

31 Nonus casus , vbi timetur de fuga clerici debitoris ex causa ciuili, quoniam creditor , vel Iudex potest tunc talem debitorem capere.Innoc.in d.c.vt fama. vbi etiam Abb.nu.6.de sent. excom. Abb. in d.c.cum non ab homine.num.11.in fin. & num.17.& ibi Felin nu.4.dicens communem.& Dec.num.48. qui pariter de communi testatur. Imol.in c.1. deposit. Boss.in tit.de captura.num.27. Baptist de S.Seuerino in tract. de debitor. suspect. quæst.6. quinta quæst.princ.Diaz.d.c.125. num.3. vbi etiam Lopez vers.per laicum.maximè quando non adest copia Iudicis Ecclesiastici. Bald.in c.causam matrimonij. in fin. de offic. deleg. Arnon. singul.86. & ex supradictis non solum potest ipse clericus detineri, sed eius bona sequestrari,quando est periculum fugæ, & dilapidationis. Caualcan.decis.3.n.26. Huiusmodi tamen clericum debitor quantò citiùs remittere debet ad suum Iudicem. Felin.in d c.cum non ab homine.num.4. neque poterit detineri vltrà viginti horas, quin consignetur Iudici Ecclesiastico. Bald. in d.c.cum non ab homine.nu.7. vt fuit dictum in octauo casu. Verumenimuerò non euitabit excōmunicationem, si clericus offerat cautionem idoneam, & debitor illam acceptare nolit, sed illum ducere malit ad Iudicem. Bald.in d.cap.cum non ab homine.num.7.

32 Decimus casus,nō incurrit excommunicationem laicus capiens,vel torquēs clericum de mandato Prælatorum. d.c.vt

fama.

*fama. de fent. excom. c.fi clericos.eod. in 6. Dec. in d.c.cum non ab homine. n.43. Boff. in d.tit. de captura.nu.37. & in tit. de for. comp. num.*150. licet de iure clericus per laicos torqueri non poffit. *c. vniuerfitatis. & ibi Abb.n.2.& DD. de fent. excom.* tamen fecùs eft de confuetudine, & de communi obferuantia. *Abb.in d.cap. vt famæ. n.8. Barbat.in d. cap. vniuerfitatis. & alij. Clar.in §.fin.quæft.64.verf.fed hic quæro. Pegn.in Director.Inquifit. 3.p. com.110. verf.illud addit.*

33 Vndecimus, etiamfi fiat clerico violentia propter recuperationem rei ablatę, feù defenfionem rerũ. *Innoc. in d.c.nuper, & ibi Felin.num.9.de fent.excom.Hoft.in d.c.fi verò.1.n.5.& 6. Abb.n.11.* vbi fubdit hoc etiam dici in defenfione rerum fuarũ, & proximi. *& Felin.nu.2.verf.vtrum pro defenfione.* Quare poft *Gulielm. de Monte Lauduno dicit Felin.in d.c.nuper.num.9.* quod fi clericus Emphyteuta non vult foluere Canonem, poterit Dominus armata manu eum repellere abfque metu excommunicationis, dummodò non tangat perfonam. *prout dicetur in tit.de fauor. cler. real.in §.3. in 2.caf.* Et non folùm creditor hoc facere poteft, fed etiam ei auxiliantes. *Abb.in d cap. cum non ab homine. nu.*18. quia hic ceffat dolus, qui requiritur *in d. cap. fi quis fuadente* . vt dictum fuit fuperiùs. Huiufmodi autem violentia poteft fieri ftatim, non tamen ex interuallo, vt poft tres dies, quia fi recuperatio rerũ ablatarum fit ex interuallo, poftquam clericus peruenit ad locum deftinatũ, & poffeffionem earum rerum eft adeptus, non poteft talis violentia fieri abfque excommunicatione. *Hoft.in c.fignificafti.2.n.17. & Abb. nu 9.& Felin.nu.12.* vbi dicit de communi *de homicid.*

34 Duodecimus, etfi clericus infultetur fine violentia, licet infultans habeat animum nocendi, non tamen clericũ tangit, licet vibrauerit enfem fuper caput ipfius clerici, vel fi tangit, vim non infert, neque læfionem. *Archid.in d. c.fi quis fuadente.n.2. & 9. 17.q.4. & in c.ficut.2.n.1. ead.gloff. in c felicis. verb.infecutione.de pœn.in 6.& in c.fi quis pulfatus.de pœnit. diſt.1.& in c.in audientia.de fent. excom. Hoft.in Sum.eod. nu.9. verf.in primis ego quæro.Card.in clem.1.de pœn.* quia verba funt intelligenda cum effectu. *c. relatum. de cler.non refid.Archid.in d.c.ficut. nu.1. Menoch.de arbitr.caf.360.n.89. Farinac. de homicid q.124.nu 57.*

35 Decimus tertius, fi Officialis laicus turbam arcẽdo inijcit manum in clericũ, non incidit in excommunicationem. *d.c.fi verò.1. de fent.excom. Ricc. in prax.refol. p.1.refol.*435. quia Canon dololos tantum, & violentos complectitur. *gloff.d.c.fi verò.*

36 Decimus quartus, neque funt excommunicati percutientes mulieres intrantes canonicè Monafteria, in quibus religio non eft approbata, neque ipfæ mulieres profitentur, cum huiufmodi mulieres non fint religiofæ habitu, neque profefsione. *Io.Andr.in c.dilecta.de maior. & obed. Rot.decif.1.de regular. in antiq.* quã malè allegat *Aufrer. in tract. de poteft. fecular.fuper Ecclef.reg.3.num.3.*

37 Decimus quintus. Vbi deficit Ecclefiaftica poteftas, poffunt laici capere clericos, & in illos animaduertere abfque metu excommunicationis. *c. Princeps feculi. & ibi gloff.1. 23. q. 5.* vt cum clerici fchifma faciunt, & contemnunt excommunicationem, & volunt fubuertere fidem. *cap.ne liceat.& ibi gloff.fin. 17.diſt.cap.de Liguribus.23.q.5 gloff.in d.cap.Principes. verb.intrà Ecclefiam.& in c.tua. 1. verb. de fpiritualibus. de decim.* item, & Sede Apoftolica vacante, quia tũc laici poffunt includere de facto, & obfidere Cardinales in Conclaui pro creando Sũmo Pontifice. *cap. vbi. §.præterea. de elect. in 6. Card. Alban.de Cardinal.q.26.Azor p. 2. Inftit. Moral.lib.4. cap.2.q.11. Graf. de effect. cler.effect.1. nu.953.* Infuper laici procedere poffunt contrà electum in Papam à non habentibus poteftatem, pecunia, gratia humana, populari, feù militari tumultu. *cap.fi quis pecunia.79.diſt. Duard.in com. Bulla Cœnæ Domini. Cano.15.q.11.n.94.*

38 Decimus fextus. Vbi fuerit clericus fiuè die, fiuè nocte inuentus cum armis, nam poterit capi à fecularibus birroarijs, & Iudici Ecclefiaftico præfentari, vt eum puniat. *Abb.in d.cap.cum non ab homine. n.15.de iudic.& in c.fi verò.1. nu.6. & in d.c.vt fama.n.6. Nauar.conf.39.de fent. excom. Clar.in §.fin. q.36. verf. vlterius quæro.Couar.lib.2. var.refol.c fin. in fin. & pract.quæft.cap.33.nu.7. Menoch.de arbitr.caf.393.nu.3. & feqq. Zecchius de Repub. Ecclef. in tit. de Clericis. verf. 2. verb.& fi clericus. antè med.* quia hoc faciunt ad impedienda delicta, quæ fortè per

cleri-

clericum committi possent, maximè de nocte, quia qui malè agit odit lucē. *c.consuluit.de offic.deleg. Abb.in d.c.si verò.1. num.6.& in d.c.vt fama.nu.6.*

39 Verumenimuerò nō potest hoc casu clericus inuentus nocte cū armis spoliari. *Auctor Prax.Archiep. Neapol.cap.75.n.6.* qui dicit ita fuisse seruatum Neapoli in casu occurrenti. *Mart.de iurisd.p.4.cas.7. n.20.Duard.in com.Bullæ Cœna Domini. lib.2.Canon.ii.q.11.n.91.& 92. Alderan. Mascard.de general.statut. interpretat. conclus.1.num.242.* qui refellit *Couar.& Clar.* contrarium tenentes in locis modò allegatis, ex quibus reijci facilè quoque potest *Lopez ad Diaz. pract. crim. canon. c.58.vers.quamuis ab hac opinione. vers. sic apud Hispanos. & vers.apud Gallos.*

40 Decimus septimus. Vbi clericus in minoribus cōstitutus miles effectus exercet arma, seù mercator fiat, nam talis perdit priuilegium clericale. *c. in audientia. & c.contingit.2. de sent. excom. c.1.& ibi gloss.fin.Innocent.& Barbat.de apostat.* si tertio monitus nō resipiscat. *d.c.in audientia. & d. c.contingit.* nam frustra Ecclesiæ implorat auxilium, qui cōmittit in ipsam. *c.fin.de immun. Eccles.d.c.in audientia.& d.c.contingit.* neque gaudere debet beneficio legis, qui delinquit in legem. *c.2. ne Cler.vel Monach.c.quia frustra.de vsu. l.illē quidem.ff.quod met.caus.*

41 Et lex non fauet ijs, qui in necessitate ex facto suo se constituunt. *l.si fideiuss. § si necessaria.vbi glos.Bart.& DD.ff.qui satisd.cogan.Bart.in l.pignori.n.6.ff.fam. hercisc.Osasc.* qui plura cumulat *decis.167. num.29.*

42 Decimus octauus. Si clericus dimisso habitu, & tonsura clericali se immiscet in enormitatibus. *c.perpēdimus.& ibi Abb. nu.1.5.& 6.& Host.in princ.& nu.2.& Io.Andr.de sent.excom.d.c.cum non ab homine.§.1.de iudic. Abb.in cap. ex parte.3. n.1.& 3.de priuil. Roland. cons.4. nu.28. vol.1. Alex.de Neuo.cons.59.nu.11.& seq. & n.14.& 16. Soccin.cons.12.col.7. vol.1.*

43 Dicitur autē clericus se immiscere in enormitatibus quādo facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo. *d.cap.perpendimus. & ibi Abb.nu.3. & 6. iuncto d.c.cum non ab homine.*

44 Sed quamuis clericus se immiscendo in enormitatibus perdat priuilegium *Canon.si quis suadente.* non tamen perdit priuilegium fori, quamobrem debet statim restitui Iudici Ecclesiastico. *Abb.in eod.cap.perpendimus.num.6.*

45 Quare autem faciliùs perdatur priuilegium Canonis, quàm priuilegium fori ea est ratio, quia illud est inductum à iure positiuo, hoc autem est à iure Diuino. *c.quamquam.de censib.in 6.gloss.pen.in c.si Imperator.96.dist.not.Innoc.& alij in c.2.de maior.& obed.Soccin.dicto cons.12. n.20.vol.1.Roland.d.cons.4.nu.30.Card. in d.c.perpendimus.in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Percutiens violenter clericum à solo Papa absolui debet.*
2 *Percutiens clericum potest in aliquibus casibus absolui ab Episcopo.*
3 *Regulares possunt absolui à proprio Prælato ob percussionem clerici, siuè alteriùs Monachi, & an sit perpetuò verum.*
4 *Monialis Monialem percutiens potest absolui ab Episcopo.*
5 *Laicus percutiens Regularem absoluendus erit à proprio Ordinario eiusdem laici, non à Superiore ipsius Regularis.*
6 *Clericus clericum percutiens potest absolui ab Episcopo.*
7 *Equites Hierosolymitani, si sunt Sacerdotes, possunt suos subditos absoluere ab excommunicatione Canon. si quis suadente.*
8 *Episcopus an possit absoluere Regulares ab excommunicatione dicti Can.*
9 *Mortis in articulo existens absolui potest ab excōmunicatione dicti Can.*
10 *Mortis in articulo constitutus potest absolui à qualibet excommunicatione tàm iuris, quàm hominis.*
11 *Mortis articulus quando dicatur.*
12 *Absolutus in mortis articulo, si conualuerit, se præsentare debet ei, à quo sanus debebat absolui.*
13 *Episcopus absoluere potest ab excommunicatione Canonis illum, qui propter capitales inimicitias, vel aliud legitimum impedimētum nequit Sedem Apostolicam adire. & nu.18.*
14 *Absolutus in hoc casu debet cessantibus istis impedimentis se præsentare Sedi Apostolicæ.*
15 *Absolui an quis possit post mortem, &*

à quo sit petenda absolutio. & n seq.
16 *Hæredes defuncti, qui fuit absolutus post mortem, tenentur ad satisfactionem pro defuncto.*
17 *Absolutio, quæ datur post mortem, quid operetur.*
18 *Mulier clericum percutiens potest absolui ab Episcopo.*
19 *Inimicitias capitales habentes possunt absolui ab Episcopis.*
20 *Inimicitia capitalis quæ sit.*
21 *Puer percutiens clericum absolui potest ab Episcopo.*
22 *Excommunicatio non incurritur nisi ob peccatum mortale.*
Doli capax incurrit excommunicationem.
23 *Officialis turbam arcendo casu clericũ percutiens absolui potest ab Episcopo.*
24 *Delicatus quomodo possit absolui ab Episcopo.*
25 *Pauper potest absolui ab Episcopo, & de quo paupere intelligatur.*
26 *Infirmus potest pariter absolui ab Episcopo, & de quali infirmo.*
27 *Senes absolui possunt ab Episcopo.*
28 *Sodalis pariter.*
29 *Ianitor item.*
30 *Potestati alterius subiectus vt uxor, serui similiter.*
31 *Dubius quoquè.*
32 *Causa legitima.*
Causa legitima est iudicanda Iudicis arbitrio.
33 *Debilis potest similiter absolui ab Episcopo.*
34 *Leuis si iniuria fuerit.*
35 *Percussio an fuerit leuis, enormis, & mediocris, remittitur arbitrio Iudicis.*
36 *Notorius excessus quãdo dicatur enormis.*
37 *Episcopus an possit absoluere ab iniuria notoria facta clerico. & nu. seq.*
38 *Atrox iniuria quæ dicatur.*
39 *A quacumque excõmunicatione à Iure lata, & quæ nemini sit reseruata, potest absoluere Episcopus proprius, & omnis Prælatus proprius habens Iurisdictionem.*

§. Tertius.

1 INcidentes autem in excommunicationem pro violenta manuum iniectione in clericum à solo Papa absolutionem consequi debent. *d. c. si quis suadente. 17. q. 4. cap. cum illorum. de sent. excommunicat.*

2 Excipiuntur tamen casus, qui continentur his versibus, in quibus casibus Episcopus absoluere potest, quos recenset *Abb. in d. c. cum illorum. num. 1.*

» *Regula, mors, sexus, hostis, puer, Officialis,*

» *Deliciosus, inops, æger, senexquè sodalis,*

» *Ianitor, astrictus, dubius, causa, leuis ictus,*

» *Debilis absoluì sine Summa Sede merentur.*

3 *Regula*, ideft si Monachi, sinè alij Regulares se ad inuicem percutiant, qui poterunt per eorum Prælatum absolui, vt vagandi materia illis subtrahatur. *c. Monachi. c. canonica. & d. c. cũ illorum. §. qui si claustrales. de sent. excom.* si verò Monachum alterius Monasterij alius Monachus percusserit per Abbatem vtriusquè Monasterij debet absolui. *d. c. cum illorum. §. si verò claustralis. & ibi Abb. n. 13. & Host. nu. 14. gloss. fin. in d. c. Monachi.* Item si regularis clericum secularem percusserit. *c. religioso. de sent. excom. in 6.* nisi excessus extiterit enormis, vt si ad mutilationem membri, vel effusionẽ sanguinis fuerit processum, aut in Episcopum, vel in Abbatem violenta manus fuerit iniecta, cum excessus tales, & similes nequeant sine scandalo præteriri. *d. §. qui si claustrales. in fin. & d. c. canonica.*

4 Item si Monialis Monialem, vel conuersam, aut clericum percusserit, per Episcopum, in cuius Diœcesi Monasteria fuerint, absolui possunt. *c. de Monialibus. vbi gloss. fin. & DD. eod.* dicunt Episcopum posse absoluere tàm exemptas, quàm non exemptas, idem dicit *Syluest. in verb. absolutio. 4. num. 3.*

5 Laicus percutiens Regularem absoluendus erit à proprio Ordinario eiusdem laici, non autem à Superiore ipsius Regularis. *Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 439.*

6 Poterit etiam absolui ab Episcopo clericus percutiens clericum, dummodò iniuria non sit grauis. *c. religioso. de sent. excom. Abb in d. c. cum illorum. nu. 6. & in c. quoniam. nu. 1. & 3. vbi etiam Innoc. de*

vit. & honest. cleric. maximè si viuunt in communi. *gloss. 2. in c. decimas. 16. q. 1. & in cap. nullus. verb. mutuam. 17. quæst. 4.*

7 Magister quoque, & Fratres Hierosolymitani, si sunt Sacerdotes possunt, suos subditos ab hac excommunicatione absoluere *d. cap. canonica. Syluest. verb. absolutio. 4. num. 3.*

8 An autē Episcopus Regulares exemptos in *Can. si quis suadente* sententiam cadentes absoluere possit; sunt opiniones controuersæ, nam *Federic. cons. 14. & Io. de Lignan. in clement. ne in agro. de stat. Regular.* tenet posse, *& est tex. in c. religioso. de sent. excom. in 6.* Alij autem contrarium sentiunt, dicentes posse quidem absolui per Episcopum loci, sed in Abbatis defectum. *Io. Andr. in reg. scienti. de regul. iur. in 6. Abb. in d. c. Monachi. nu. 1. & 2. & in c. significasti, nu. 10. & 11. de for. comp.* Quorum tamē opiniones conciliantur per *Syluest. in verb. absolutio. 5. num. 2. & 3.* vt prior opinio procedat de æquitate. 2. verò de rigore iuris. Neque Episcopus potest absoluere Regulares exēptos, siuè cum eis dispensare vigore *Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de reform.* quia non sunt subditi nec possunt se subijcere Episcopo, vt ab eo absoluantur, vel cum eis dispensetur, *Auctor Prax. Archiep. Neapol. c. 67. num. 18.*

9 *Mors*, idest in mortis articulo. *d. c. si quis suadente. 17. quæst. 4. c. non dubium. cap. quod de his. & cap. quamuis. de sent. excom. cap. pastoralis. § præterea. de offic. ordin. cap. felicis. § præsenti. de pæn. in 6. clem. 1. eod.*

10 In mortis enim articulo quilibet Sacerdos simplex absoluere potest à qualibet excommunicatione tàm iuris, quàm hominis. *D. Tho. in 4. dist. 18. & dist. 20. Sylu. verb. absolutio. 1. nu. 8.* & dictum fuit *in tit. de Disciplina Cleric. in § 1. num. 39. & seqq.* nullus tamen mortuus excommunicari potest. *c. de communione. c. sanè. & c. legatur. 24. q. 2.*

11 Mortis autem articulus dicitur non solùm periculum mortis ex infirmitate, sed etiam quodlibet periculum probabiliter vicinum morti, vt si quis timet hostē, vel prædonem, vel crudelitatem potentis, vel si nauigaturus sit per loca periculosa, aut per insidiosa trāsiturus, in quibus euidentia imminent pericula, siuè condemnatus ad mortem, & ducēdus ad patibulum, idem si quis obsideatur in loco, vbi tela iaciuntur *Host. in cap. quod de his. num. 1. de sent. excom. Syluest. verb. absolutio. 1. nu. 8. & 10,* vt dictum fuit *in d. tit. de Disciplina Cleric. in § 1. nu. 52. & seq.*

12 Absolutus tamen in mortis articulo ab excommunicatione, si posteà sit restitutus pristinæ sanitati, se præsentare debebit conspectui eius, à quo fuerat excommunicatus, quàm citò commodè poterit eius mandatum humiliter recepturus, prout iustitia suadebit, alioqui in eandē excommunicationis sententiā reincidit ipso facto, *c. de cætero. & ibi Host. nu. 1. & Abb. nu. 2. & c. ea noscitur. de sent. excom. c. eos qui. eod in 6. clem. 1. § fin. & ibi glos. verb. poterit. de pæn.*

13 Idem dicitur de his, qui propter capitales inimicitias, vel aliud legitimum impedimentum nequeūt pro absolutionis beneficio habere recursum ad Sedem Apostolicam, nam tunc poterunt ij absolui ab Episcopo, siuè excommunicatio sit à Canone, siuè sit ab homine,

14 Deindè quanto citiùs opportunitatem habuerint, Sedem Apostolicam, siuè habentem superindè facultatem adire debebunt, mandatū Apostolicum suscepturi. *d. c. de cætero & ibi Abb. num. 1. & d. c. eos qui. Syluest. verb. absolutio. 4. nu. 7.* vbi testatur de communi, nam debet Confessarius absoluens iniungere absoluto, quòd impedimēto cessante se præsentet ei, à quo fuerat absoluendus mandatum eius super hoc humiliter accepturus. *d. c. ea noscitur.*

15 Et cum vis excommunicationis duret etiam post mortem, vt de receptiori, & veriori opinione testatur *Ricciul. de iur. person. lib. 4. c. 60. & seqq.* propterea si quis non fuerit in tali articulo absolutus, sed tamen in eo apparuerint signa contritionis, absolui poterit post mortem ab eo, qui absoluere poterat viuum, & sanum. *c. à nobis. 2. vbi Abb. in 6. not. & DD. de sent. excom. c. de communione. & c. ne quisquam. 24. q. 2. cap. his qui. 26. q. 6. Syluest. d. verb. absolutio. 1. nu. 8. Couar. in c. alma mater. § 11. num. 8. de sentent. excom. in 6. Ricciul. de iur. person. lib. 4. c. 65. n. 12. & 14.*

16 Et tunc hæredes, ad quos bona ipsius peruenerunt, compellendi sunt ad satisfaciendum pro ipso. *d. c. à nobis. 2. § fin.* licet alioqui regulariter, vbi nulla signa doloris data fuerunt ab excommunicato defuncto, nequeat ille post mortē absolui.

d. c. de

d. cap. de communione. c.legatur. & c.ne quisquam.24.q.2. Arebid.in c.quem pœnitcat.nu.2. de pœnit.dist.1. Verumtamen si absolutio, dũ ille viueret, spectasset ad Sedem Apostolicam, etiam post illius mortẽ ab eadem Sede est petẽda, si verò ad alios, ij absolutionis beneficiũ defuncto impertientur. *d.c.à nobis.2.§.vt autem.*

17 Absolutio autem, quæ datur post mortem, operatur, vt quis sepeliatur in loco sacro, vel si iam sepultus fuerit, quòd non exhumetur, & quod pro illo oretur. *cap.à nobis.vbi Io.Andr.Butr. Anchar.& alij.de sent. excom. Abb. in c.mulieres n.7. de sent. excom.Riciul.de iur.person.lib.4. cap.60.nu. 18. & 38. & cap.65.nu.20.*

18 *Sexus*, idest mulieres, quæ possunt absolui ab Ordinarijs locorum. *cap. mulieres. cap ea noscitur. & cap.quamuis. de sent.excom.*

19 *Hostis*, idest habens capitales inimicitias, vt dictum fuit superiùs. *num.13. d.cap. de cætero.& ibi Abb.nu.1. & d.c ea noscitur*. Quod procedit etiamsi haberet inimicitias tales ex culpa sua. *Sylu. verb. absolutio.4.num.3.vers.quartus.arg.l.nec timore.ff.quod met.caus.*

20 Quæ autem dicantur capitales inimicitiæ, & vndè oriantur tradit plenè *Hieron.Gigas in tract.de crim.læs.maiest. lib.2. tit. quom. & per quos crimen læsæ maiest.prob. quæst.2.*

21 *Puer*, idest clerici qui infrà, seu post puberes annos se ad inuicem percusserint, aut vnus alterum percusserit, quia ætas eos excusat. *c. 1.& ibi Host.nu. 1.& 2.& Abb.n.2.c fin. de sent. excom.* vel puer clericum verberauerit. *c.quamuis.& d.c.fin. eod.Syluest.dicto verb.absolutio.4.num.3. vers.quintus.*

22 Nam cum illi deficiat iudicium ad peccatum mortale committendum non incurrit excommunicationem, quæ non incurritur nisi ob peccatum mortale. *c.nemo.2.11.q.3. Nauar.in Manual.c.27. nu.9.& 76.* Hoc tamen intelligitur, si non sunt doli capaces, quia alioqui si sunt doli capaces, excommunicationem incurrunt. *Abb.in d.c.1.num.2.vbi etiam Host.nu.1. & 2. de sent. excom.*

23 *Officialis*, turbam arcendo irruens non ex deliberatione, sed fortuito casu clericum lædens, nisi fortè grauiter vulnerauerit. *cap.si verò.1. §.officialis. de sent. excommunicat.*

24 *Deliciosus*, idest qui ità est delicatus, quòd laborem accedendi ad Sedem Apostolicam sustinere nequeat. *d.c.mulieres.* quod tamen remittitur ad arbitrium Episcopi. *gloss.in d.c.mulieres. verb. laborem.* Verumtamen status personæ, & veritas negocij est priùs intimanda Summo Pontifici, & secundum eius consilium erũt deliciosi de commisso scelere corrigendi. *d.c.mulieres.*

25 *Inops*, idest tanta paupertate grauatus, quòd Romam accedere non possit. *d.c.quod de his. & d.c.quamuis.* quod habet locum in eo paupere non mendicante, sed viuente ex suo artificio. *Host. in dicto c.quod de his.num.1. & Abb.in d.c.ea noscitur.num.5.*

26 *Aeger*, *d. c.quod de his. & ibi Abb. nu.1.* Quod intelligendum est, si sit infirmus incurabiliter, vel periculosè, vel morbo longo, licet temporali, vel podagra, siuè febre quartana. *Innoc.in d. c. quod de his. Syluest. dicto verb. absolutio. 4. num. 1. vers. nonus.*

27 *Senexquè*, idest senex valetudinarius. *d.c.ea noscitur. d.c.quamuis.Syluest. d.verb.absolutio.4.nu.3.vers.decimus.*

28 *Sodalis*, idest qui simul viuunt in communi in aliquo collegio. *c. quoniam. de vit.& honest.cler.*

29 *Ianitor. d.c.si verò.1.* nisi fortè clericum grauiter vulnerauit. *eod. c.si verò.*

30 *Adstrictus*, potestati alterius, vt vxor, serui, idest mancipia. *d. c.mulieres. & c.relatum.eod.* filij familiàs tamen dum sunt in potestate patris, licet non dicantur sui iuris, debent tales ad Sedem Apostolicam mitti. *gloss.in d.c.mulieres.verb. sui iuris.* nisi sint intrà pubertatem, vt dictum fuit superiùs.

31 *Dubius*, idest is, de quo est publica fama, quòd clericum percusserit. *cap. cum desideres. §.secundæ.de sent.excom.*

32 *Causa*, idest legitima, & canonica ad non eundum Romam. *d. c.quod de his.* ibi, vel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur, Quando verò impedimentum, seu causa sit legitima, & canonica remittitur arbitrio boni viri. *Syluest.d.num. 3. vers. quintus decimus.*

33 *Debilis*, vt membrorum destitutus, vel debilitatus, siuè impeditus, vt cæcus, seu claudus. *d.cap.ea noscitur.& ibi Abb.num.2.*

34 *Leuis ictus*, idest leuis iniuria. *c.peruenit.*

uenit. & ibi Abb. nu.2. Syluest. verb. absolutio.4. num.1.

35 Quæ autem leuis, quæ enormis, & quæ mediocris clerici percussio dicatur remittitur arbitrio Iudicis, qui ex circumstantijs personæ, loci, & scandali id arbitrari poterit. *d.c. peruenit vbi Host. nu.1. Abb. nu.3. & DD. idem Abb. in d c. cum illorum. nu.11. de sent. excom Syluest. loco cit. Nauar. in Manual c 27. nu.9. Tolet. in Instruct. Sacerd. lib.1.c.32. Suarez de Censuris. disput.22. sect.1. Ricc in prax. resol. p.1. resol.436. Sayr de cens. lib.3 c.28. num.5. & 6.*

36 Excessus autē notorius dicitur enormis ratione notorietatis, nam percussus in platea, vel in Ecclesia etiam leuiter dicitur atrociter iniuriatus.

37 Et ideò Episcopus propter tales iniurias notorias absoluere nequit, quia non possunt dici leues, ex quo sunt notoriæ. *gloss. in d c. cum illorum. verb. mutilationem. & ibi Abb. num.9. Syluest. verb. absolutio.4. in princ.*

38 Atrox enim iniuria dicitur, si percutiatur aliquis in platea, vel in theatro. *§. atrox. Instit. de iniur. l. Prator. §. atroc. ff. eod.* Quamuis non desint qui teneant ab huiusmodi percussione Episcopum absoluere posse, & eam dici percussionem leuē, quæ fit in publico etiam inter clericos, qui inter se in itinere pugnis, & pedibus se ad inuicem percusserūt, ac etiam in Ecclesia, nisi in se fuerit percussio notabilis, & magnum aliquod generaret scandalum. *Card. cons.42. Lap. alleg.76. Nauar. in Manual. c.27. num.92.* quorum opinionem sequitur *Auctor Prax. Archiep. Neapol. cap.98. per totum.* qui censet hanc opinionem esse veriorem, & eam pluribus rationibus comprobat.

39 A quacunque autem excommunicatione à iure lata, siuè feratur à Papa, siuè à Legato à Latere, Nuncio, Patriarcha, Archiepiscopo, Episcopo, Concilio generali, Prouinciali, aut Diœcesano, quæ nemini sit reseruata, potest absoluere Episcopus proprius, & omnis Prælatus proprius habens iurisdictionem. *c. nuper. §. in secundo. & ibi gloss. verb. retinuit. & Abb. num 5. & Felin. nu.3. de sent. excom.* & post multos dicit *Sayr. thesau. cas. consc. de censur. lib.2. cap.19. num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio alia à iure, alia ab homine.*
2 *Excommunicatio à iure quæ sit.*
3 *Excommunicatio ab homine quæ sit.*
4 *Excommunicatio tàm à iure, quàm ab homine fertur aut ipso iure, aut cum comminatione.*
5 *Excommunicatio ipso facto, seu iure quæ sit.*
6 *Excommunicatio lata sentētia quæ sit.*
7 *Excommunicatio ex comminatione quæ dicatur.*
8 *Excommunicatio non potest ferri nisi cum causa.*
9 *Causa excommunicationis est peccatum mortale.*
10 *Peccatum veniale non est causa excommunicationis.*
11 *Contumacia & inobedientia requiritur ad excommunicationis sententiā proferendam, & qualiter esse debeat huiusmodi contumacia.*
12 *Excommunicatio tenet quando causa est vera, & probata.*
13 *Papa non arctatur ad obseruantiam ordinis iudiciarij, modo sit instructus de causa.*
14 *Excommunicatio est timenda, quamuis causa excommunicationis non sit probata, si fuit vera.*
15 *Sententia lata sine probationibus valet.*
16 *Excommunicatio tenet, quamuis sententia sit iniusta ex falsa causa, si tamen fuerit probata.*
17 *Excommunicatio an sit iusta, vel iniusta quādo dubitatur, nihilominus est timenda, neque iniustè excommunicatus auditur in Iudicio nisi obtenta absolutione.*
10 *Excommunicatio non potest ferri, nisi præmissis debitis monitionibus.*
19 *Citatio requiritur in quacunque sententia ferenda.*
20 *Contumax quis dici non potest, nisi præcedat monitio.*
21 *Monitio est necessaria ad imponendum interdictum, & suspensionem.*
22 *Monitio ad imponendam censuram trina requiritur, vel vna pro tribus.*
23 *Excommunicatio, & alia censura prohibentur oretenus fieri cū requira-*

tur

tur scriptura in sententia excommunicationis ferenda, si tamen fuerint ore prolata ligant contrauenientes.

24 *Monitio qualis debeat esse contra illum, qui incidit in sententiam excommunicationis à iure latam.*

25 *Appellatio datur à declaratione, quòd aliquis in sententiam excommunicationis à iure latam inciderit.*

26 *Excommunicatio ferri potest sine monitione, quando excessus est notorius: item & pronunciatio excommunicationis incursa.*

Sententia non requiritur in notorio.

27 *Notorium quomodo dici possit.*

28 *Notorium ad inducendũ qualis scientia requiritur.*

Notorium releuat ab onere probãdi.

29 *Excommunicatio potest ferri absque monitione contrà occupantem res Ecclesiæ, siuè turbantem iura Ecclesiæ.*

30 *Episcopus potest esse Iudex in causa sua Ecclesiæ, nec potest allegari suspectus, nec admittere appellationem tenetur, si extraiudicialiter procedat.*

31 *Episcopus nõ solum tueri potest extraiudicialiter res suæ Ecclesiæ per censuras, sed etiam bona patrimonialia, si agat ad ipsorum defensionem, etiã si ageret contra forensem, & super bonis, pro quibus agitur, penderet lis coram alio Iudice.*

32 *Excommunicatio ferri potest absque monitione contrà occultantes intuitè bona, & terras Ecclesiæ Romanæ.*

33 *Monitio non est necessaria quando Princeps procedit ex iusta causa.*

34 *Excommunicatus à iure pro delicto potest iterum ab homine pro eodem delicto excommunicari.*

35 *Excommunicare potest absque comminatione Iudex, si præcipit aliquid quod ad eius officium pertinet, si non pareatur.*

36 *Excommunicari non potest quis pro peccato præterito absque monitione.*

37 *Excommunicatio potest ferri sine monitione, quando periculum est in mora.*

38 *Excommunicatio potest ferri sine monitione, quando delictum est commissum in præsentia Iudicis.*

39 *Excommunicatio potest ferri absque monitione contra illum, qui est excommunicatus à iure.*

40 *Monitio inesse videtur, quando Canon aliquid prohibet sub excommunicatione ipso iure incurrenda.*

41 *Regularis Prælatus potest suum subditum excommunicare absque monitione.*

42 *Excommunicatio tenet, quamuis omitteretur monitio.*

43 *Monitiones, quæ fieri debent in excommunicatione, debent cõtinere congruum tempus.*

44 *Monitiones, quæ fieri debent interdicto ab ingressu Ecclesiæ, debent pariter continere congruum tempus.*

45 *Argumentum valet ab excommunicatione ad interdictum, & è contrà.*

46 *Monitio canonica quando dici possit.*

47 *Monitio debet fieri cum appositione pœnæ.*

48 *Monitio, quæ fit in excommunicatione, debet fieri personaliter.*

49 *Citatio personalis requiritur, quando agitur de graui præiudicio.*

Excommunicatio ligat animam.

50 *Procuratoris generalis comparitio in actis non sufficit, quando agitur de graui præiudicio.*

51 *Mandatum speciale requiritur, vbi Dominus pœna periculum subire potest.*

52 *Mandatum speciale requiritur ad faciendum quem declarari excommunicatum.*

53 *Mandatum quando vltra clausulam generalem continet aliqua, quæ speciale mandatum requirunt, tunc ea potest procurator, quæ etiam requirunt speciale mandatum.*

54 *Citatio personalis in quibus casibus non sit necessaria.*

55 *Excommunicatio tenet ratione contumaciæ commissa in territorio contra illum, qui non est de territorio.*

56 *Episcopus existens in loco non subdito non potest subditos excommunicare, potest tamen illos absoluere.*

57 *Episcopus existens in loco suæ iurisdictionis, potest excõmunicare suos subditos non residentes, licet sint extra Diœcesim.*

58 *Parochus potest vbique locorum absoluere suos Parochianos, quod aliqui extēdunt ad quemlibet confessarium approbatum.*

§. Quar-

§. Quartus.

1 EXcommunicatio autem alia est à iure, alia verò ab homine.

2 A iure ea est quæ per aliquem Canonem, vel per Statutum, siuè Constitutionem fulminatur, quarum plures casus recensentur per *glos. in c. eos qui. verb. Canonis. de sentent. excom. in 6.* qualis est etiam illa, quæ est emanata contra percussores clericorum. *d. cap. si quis suadente.*

3 Ab homine verò est, quæ fertur per aliquem Iudicem.

4 Hæc vtraquè excõmunicatio aut fertur ipso iure, seù facto, aut cum comminatione.

5 Illa autem dicitur ipso facto, seù iure, siuè eo ipso, quæ ligat statim cõtrauenientes absquè illius sententiæ declaratione, & est latæ sententiæ, prout legitur *in c. vbi periculũ. §. nulli etiam fas. & §. quod si. c. sciãt cuncti. c. generali. c. fundamenta. §. quod si fecis. c. indẽnitatibus. §. postremò. de elect. in 6. cap. mulieres. de iud. eod. c. ad Apostolica. in fin. de senten. & re iud. eodem. c. fin. in fin. de reb. Eccles. non alien. eod. c. quamquã. §. qui verò. de censib. eod. glos. in c. quicũque. §. inhibemus. verb. innodetur. in fin. de hæretic. eod. Felin. in c. Rodulphus. n. 38. de rescript. Cassad. de Simon. decis. 1. nu. 4.*

6 Est etiam latæ sententiæ illa excõmunicatio, quæ fertur in hæc verba, qui scilicet talia fecerit subiaceat excõmunicationi. *d. c. si quis suadente. Abb. in c. dura. n. 8. de crim. fals. & in c. quia in omnibus. n. 9. de vsur.* Idẽ si dicatur, sit anathematis mucrone percussus. *clem. 1. de pœn.* seù sententiam excommunicationis incurrat. *c. hac cõstitutione. §. pars verò. de offic. deleg. in 6.* siuè excommunicationis sentẽtiæ decernimus subiacere. *c. fin. de immun. Eccles. in 6. cap. vnic. de his quæ vi metusuè. caus. eod. Cassad. loco cit.* Item si dicatur, noscant se excommunicationi subiacere. *c. excommunicationi. & ibi Abb. nu. de raptor. c. non minus. vbi Abb. num. 9. de immunit. Eccles.* & alij modi habentur per *Fel. in c. Rodulphus. nu. 24. & sequentibus. de rescript.* vbi recenset, quæ verba dicantur latæ sentẽtię. Similiter id facit *Azor. p. 1. Instit. Moral. lib. 5. cap. 9.*

7 Illa verò dicitur excõmunicatio cõminatoria, quæ non statim ligat, sed expectatur Iudicis sententia, per quam fulminanda est excommunicatio. *glos. fin. in c. si quis ex clericis. de vit. & honest. cler. Azor. dicto cap. 9.*

8 Nullus tamen excommunicari potest, nisi prius causa probetur. *cap. de illicita. 24. q. 3. cap. nemo Episcopus. 2. q. 1.* & nisi de crimine sit confessus, aut cõuictus. *c. multi. 2. quæst. 1.*

9 Causa autẽ excõmunicationis debet esse peccatum mortale præcedens, aut contumacia non parendi præcepto facto, præcedente mora, culpa, aut offensa. *cap. nemo. 11 q. 3. c. sacro. §. caueat. de sent. excom. c. 1. §. quisquis. eod. in 6. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 9. nu. 1. de sent. excom. in 6. Nauar. in Manual. c. 27. num. 9. & in c. 1. vbi DD de iudic. & in c. nemo. 11. quæst. 1.*

10 Pro veniali verò peccato nullus excommunicari debet. *c. nullus. 11. quæst. 3.*

11 Contumacia etenim, & inobediẽtia requiritur ad excõmunicationis sentẽtiam proferendã iuxta illud, si Ecclesiã non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. *Matth. 18. d. cap. nemo. 11. q. 1. glos. in c. Episcopi. 11. q. 3. & in c. ex parte. 1. verb. pro contumacia. de verb. sign. Abb. in c. P. & G. n. 7. de offic. deleg. Couar. d. §. 9. nu. 4. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 394. vers. nihilominus.* vbi dicit de cõmuni, & veriori opinione, sufficit autem, quod huiusmodi cõtumacia sit materialis, & in genere, quę ex transgressione pręcepti originẽ habet, nequè de necessitate requiritur specialis, & formalis ex contemptu pręcedẽs *Couar. d. §. 9. n. 3.* Quod si Iudex faciat præceptum alicui sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, si non faceret aliquid intrà certum tempus, huiusmodi præceptum non tenet. *Felin. cons. 5. per tot.* Potest tamẽ Episcopus pro futuris culpis, & excessibus ex causa siuè pro facto generali, & contra incertam personam, & per modum publici edicti sententiam excõmunicationis ferre. *cap. præterea. 2. de appellat. c. à nobis. 1. vbi DD. de sent. excom. c. vt animarũ. §. statuto. de constit. in 6. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 10. in princ. Gutierez lib. 1. canon. quæst. c. 4. in princ. Rot. decis. 19. num. 1. de dolo. & contum. in nouis.*

12 Excommunicatio tamen tenet non solùm, quando causa est vera, & probata. *Suarez de censur. disput. 4. sect. 7. n. 3. & 4.*

13 Licet Papa non arctetur ad obseruãtiam ordinis iudiciarij, ũmodo sit instructus de causa, quia Papa potest cogere de-

lin-

linquentem propter mala, quæ ſciebat de ipſo, quæ non poterant probari, & ita iudicare poteſt ſecundum conſcientiam omiſſis actitatis, & probationibus. *Innoc. in cap. in cauſis. & Felin. nu. 7. de re iud. idem Innoc. in c. cum inter. verb. coegit inuitum. de elect. Bar. in l. 1. C. vt quæ deſût aduocat. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 1. num. 7.*

14 Verumetiam excõmunicatio eſt timenda, quando cauſa excommunicationis eſt vera, quamuis non probata, quia nõ habet intolerabilẽ errorem in forma, & figura ſententiæ, ſed læditur ius partis. *gloſ. recepta in cap. inter cæteras. verb. manifeſtã. de re iud. & in cap. per tuas. §. nos igitur. verb. intolerabilẽ. de sẽt. excom. & in c. Epiſcopus. §. ſi ergo. 11. q. 3.* quicquid aliter ſentiat *Suarez diſput. 4. ſect. 7. nu. 4.*

15 Nã probationes non ſunt de ſubſtantia iudicij, ſed de ordine, vndè ſententia lata ſine probationibus valet. *Bart. in l. prolatam. vbi etiam DD. C. de ſent.* & de magis communi dicit *Imol. in c. cum in iure. de offic. deleg.* & tranſit in iudicatũ niſi appelletur. *c. cum inter. & c ſicut. de re iud.*

16 Tenet quoq. excõmunicatio quãuis ſententia ſit iniuſta ex falſa cauſa, ſi tamen eſt legitimè probata, quia Iudex iudicauit ſecundum allegata, & probata. *Innocent. in cap. P. & G. vbi etiam Abb. de offi. deleg. gloſ. in cap 1. verb. præterquam. de ſenten. excommunicat. in 6.* & de communi dicit *Couar. in d. c. alma mater p. 1. §. 7. nu. 5. & §. 11. n. 11. & 14. Rot. deciſ. 7. de ſent. excom. in nou. Ledeſm. in ſum. par. 1. c. 4. de excom.* quia licet excommunicatio iſta ſit iniuſta, non tamen continet errorem manifeſtum, cum in hoc caſu clauis non errauerit, cũ ſit iudicatum ſecundum allegata, & probata, quamobrem taliter excommunicatus in foro exteriori tenetur ſe abſtinere ratione ſcandali. *Suarez diſput. 4. ſect. 7. n. 4. & 14.* alioqui plurimũ detraheretur Eccleſiaſticę diſciplinæ, & deindè eſſet auctoritati Eccleſiæ admodũ perniciosum, quod quilibet excõmunicatus ſe liberũ ab ea cẽſura exiſtimaret ea occaſione, quòd falſa cauſa deceptus Iudex in eum pronunciauerit excõmunicationem, quam rationẽ inter plures alias affert *Couar. in d. §. 11. nu. 14. verſ. poſtremò.*

17 Idem dicendum venit quando dubitatur, an excommunicatio ſit iuſta, vel iniuſta, quia præſumptio ſtat pro excommunicatione, *Ledeſm. d. cap. 4. verſ. dico lo primero. & Sot. in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 3. verſ. ſecundo modo.* & declarare, an excommunicatio ſit legitimè, vel illegitimè lata, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. *Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.* & interim quando ſumus in dubio, an quis fuerit iuſtè vel iniuſtè excommunicatus, tunc debet excommunicatus parere; cum in dubio ſemper parendum ſit ſuperiori. *gloſſ. in cap. paſtoralis. §. quia verò de offic. deleg. & in c. per tuas. §. nos igitur verb. intolerabilẽ. de ſent. excom. & in c. ſi Epiſcopus. verb. interpellat. 11. q. 3. Abb. in c. ſi quando nu. 8. Rip. nu. 1. de reſcript. Nauar. in Manuali. c. 25. n. 14. Oſaſc. deciſ. 30. num. 15. Anchar. conſ. 383.* neque iniuſtè excommunicatus auditur in iudicio, niſi obtenta abſolutione. *cap. per tuas. §. nos igitur. de ſent. excom. Ledeſm. par. 1. tract. de cenſu. c. 4. de excom. verſ. ſecunda concluſio.* neque ſufficit quod iniuſtitia ſit nota parti; ſed debet conſtare ex proceſſu. *Suar. de cenſur. diſput. 4. ſect. 7. num. 43.*

18 Et niſi præmiſſis debitis monitionibus canonicis nemo eſt excommunicãdus. *d. c. de illicita. 24. q. 3. & c. de excõicationis. ead. 24. q. 3. c. reprehẽſibilis. & c. cũ ſpeciali. de appellat. c. peruenit. de decim. c. in præſtia. & c. ſacro. de ſent. excom. c. ſtatuimus. c. Romana. § porrò. & c. conſtitutionem. eod. in 6. gloſ. in clem. diſpendioſam. verb. præmoniti. de iudic. latiſſimè Sayr. theſ. caſ. cõſc. lib. 1. cap. 12. per totum.* ità vt ad notitiã excommunicandi perueniat. *c. cauſas. de dol. & cõtum. cũ adductis à Couar. in d. c. alma mater. par. 1. § 9. num. 4. Suarez de cenſur. diſput. 3. ſect. 8. nu. 3. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 10. & ſeq.*

19 Regulare etenim eſt, quòd in quacũque ſententia ferenda debeat pars citari. *cap. conſuluit. de offic. deleg. l. de vnoquoque. ff. de re iud. Gabr. lib. 2. concluſ. tit. de citat. concluſ. 1. num. 153. ampliat. 35.*

20 Eſt autem neceſſaria monitio ad excommunicationem, quia ſine ea quis contumax dici non poteſt. *c. honoratus. & ibi gloſ. verb. tot ſcriptis. 84. diſt. gloſ. in cap. ſi quis ex potentibus. verb. ſcriptura. 24. q. 3.*

21 Quæ monitio eſt etiam neceſſaria ad imponendum interdictum, & ſuſpenſionem. *d. cap. reprehenſibilis. cap. quanquam. de cenſib. in 6. cap. indignè. 12. q. 2. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 165.*

22 Monitiones autem debent eſſe tres, vel vnica, quæ tres amplectatur. *cap. cõtin-*

git.

git.2.& ibi glos.verb.tertio.& Host.nu. 2. & 3.& c.sacro.de sent.excom.cap.constitutionem. §.statuimus.eod.in 6. c. de illicita. §.quicunque.24.quæst.3. glos. fin.in cap.si quis depotentibus. 24.quæst.3. & in d.c. reprehensibilis.verb.comminatione.de appell. Host.in c.contingit. 1.n.10.de sent. excom. Couar.in d.cap.almamater.par.1.§.9.n. 5. Cæpoll.cons. 11. In prima citatione,siuè in prima monitione prçfigitur terminus ad quid faciendum,siuè ab eo abstinendum;in secunda verò alius terminus ad dicendum, & allegandum causã,quare non debeat excommunicari, seù in excommunicarionem comminatam incursus declarari,in tertia denique,vt compareat ad videndum,& audiendum se excommunicari, & successiuè excommunicarum declarari, & pro excõmunicato publicè denunciari, cedulonos decerni,& affigi per loca solita,& consuera Ciuitatis, & colligitur ab *Arebid. in dicto c.constitutionem de sent. excom. in 6. & ex Abb.in c.Parochianos.nu.2.eod.*

23 Et licet excõmunicatio, & aliæ censuræ prohibeantur oretenus fieri.*cap. 1. de sent.excom.* cum requiratur scriptura in sententia excommunicationis ferendæ ab homine. *c. 1. vbi glos. verb. in scriptis & DD. de sent.excom.in 6.Ric.in prax. resol. par.1 resol.30.n.1.cum seqq.*nihilominus si fuerint ore prolatæ ligant controueniẽtes, & suum sortiuntur effectũ.*glos.in d.c.sicut. verb.causam.& ibi DD. de sent. & re iud.* sequitur *Sayr. thes.cas.consc.de cens.cap.13. nu.* 2. quia Summus Pontifex noluit illam formam præscribere, vt essentialem,sed solùm vt necessariam ex præcepto ipsi iudici facto.Terminus autem assignandus in præcepto excommunicationis repositus est in iudicis arbitrio, qui propterea illũ abbreuiare poterit ex causa.*DD.in cap.constitutionem.de sent.excom.Menoch. de arbitr. cas.52. numer.7. 20. & seq.* quos sequitur *Antonin.var.resol. lib.1.resol.71 num.5.*

24 Quando autẽ allegatur,quòd aliquis percusserit clericum, vel inciderit in sentẽtiam excommunicationis à iure latam,tũc, si excessus non est notorius,nõ debet Iudex priùs procedere ad executionem,quam declarauerit illum incidisse in sententiam iuris,& ita debet citari per Iudicem,& constito de facto pronunciari excõmunicatus, *cap.cum secundum.de hæretic. in 6. glos.in clem præsenti.verb.constiterit. de censib.& in clem.1.verb.quàm citò commodè. in fin. de pæn. Host.in d.c.reprehensibilis.num.2. vers.pœnam.de appellat. Abb.in c.peruenit. 1.num.5.eod.Felin.in dicto cap.Rodulphus. num.* 41

25 Ab huiusmodi tamen declaratione, & pronunciatione potest excommunicatus appellare.*Abb.in d.cap.peruenit.nu.6.* In hoc autem casu praxis erit,quòd in citatione, siuè monitione præfigatur competens terminus ad dicendum,& allegandum causam quare nõ debeat declarari excommunicatus, & quòd infrà eundem terminum, vel alium competentem possit citatus allegare,deducere & probare quicquid vult, potest, & intendit,quare declarari non debeat excommunicatus,cum comminatione quòd eodẽ termino elapso, si nihil deduxerit, prima die iuridica compareat ad vidẽdum,& audiendum se declarari excommunicatum, & pro excõmunicato publicè denunciari,cedulonos decerni,& affigi per loca solita,& cõsuera Ciuitatis,ipso vlterius non monito, nequè citato, nisi ad Valuas, quatènus opus erit, & posteà ipso nõ comparente,& instante fisco procedi poterit ad declarationem, & affixionem; quinimò in excommunicationis declaratione sufficit simplex citatio absque trina monitione. *Couar.in cap alma mater.par.1. §.9.nu.4. & S.Antonin.d.resol. 71.nu.6.*

26 Si verò excessus est notorius,tunc nõ oportet,quòd hæc solemnitas adhibeatur, nequè dicta monitio, seù declaratio fiat, sed potest Iudex absque aliqua monitione, & sine sentẽtiæ prolatione iam latam à iure excommunicationis sentẽtiam pronunciare,vel illum excommunicare,& successiuè excommunicarum publicè denunciare,appellatione aliqua nõ obstãte. 1.*Cor.5. cap.peruenit.1. & c.reprehensibilis.& ibi glos.verb.genere.& Host.n.2.vers pœnam. de appellat. c.cum sit Romana. §.præterea. vbi Felin.n.8. Præposit.n.29. & Dec.n.76. & DD.de appell.Butr.in c.2.col.14.de iud. & in cap.venerabili col.4. de censib.c.præposuit. in fin.vbi Præposit.num.6.& Imol. de appellat.cap. de manifesta.2.q.1.Abb.in d.cap.peruenit.1.nu.7.& in cap.illud. n.3. de cler.excom. ministr.Innoc.in cap.1.vbi etiam Host. & Gemin.de offic.deleg. in 6. Felin. in dicto cap Rodulphus.nu.41.vers. intellige secundo.de rescrip Put.decis.332. nu.6.lib.1.Tolet.in Instruct.Sacerd c.13. in fin. lib. 1.Suarez de censur. disput. 3. sect. 8. num. 3. Ricc.in prax.resol. part.2.*

resol.394.

resol.394. nu.2. Antonin. d.resol.71.nu.9. quoniam in notorio non requiritur sententia. *c.de manifesta.2.q.1. c.quoniam.de fil.presbyt. c.vestra.de cohabit.cler.& mul. cap.illud.* vbi *Felin.nu.28. & 29. de cler. excom.minist.*

27 Notorium antè ex tribus insurgit, ex sententia scilicet, ex confessione facta in iudicio,& ex operis euidẽtia, quæ nulla tergiuersatione cęlari potest. *Abb.in dicto c.vestra.nu.3.& 14.c.tua nos. de cohabit. cler. & mul.*

28 Et ad inducendum notorium sufficit scientia non populi,sed viciniæ, vel decem hominum. *gloss.1. iuncto tex. in c.de manifesta.2.q.1.c.cum dilectus. de purgat. canon.Abb.in d.c.vestra.nu.16.* super quo potest Iudex se informare ex officio, nam in notorio non est necessaria aliqua diligentia. *Bald. in l.si quis. numer.7. C.fin. regund. Afflict. decis. 50. numer.5. Boer. decis.40. num.7. Osasc.decis.177. num.12. Surd. decis.327. num.83.* nam notorium releuat ab onere probandi. *l.1.ff.ex quib. caus. maior. d. cap. vestra.* non releuat tamen,quando probatio requiritur pro forma. *Sarnen in regul.de public. resign.q.9. Paris.de resignat.benef.lib.11. q.6.nu.81.* qui testatur de communi.

29 Dantur & alij casus, in quibus excommunicari aliquis potest absque monitione, vt quando fertur excommunicatio ab Episcopo, non vt Iudex est, sed vt pars ad defensionem iurium Episcopaliũ, scilicet contrà occupantem res Ecclesiæ, siuè turbantem iura Ecclesiæ,possunt etenim Prælati Ecclesiarum iura,& bona Ecclesia suæ extraiudicialiter, & forma iudicij non adhibita, sed vti pars se defendens ab inuasoribus defendere. *cap. dilecto.vbi Gemin.numer.7. Anchar.numer.1. Io.Andr.& alij.& cap.venerabili.b.§.attamen. vbi etiam DD. de sent.excommunic. in 6. Maran.in specul.par.4.vers.seculare, vel ecclesiasticum. num.26. Innocent.in cap.venerabili.numer.3.& 4. vbi etiam Abb.num.3. & Butr. de censibus. Gemin. in cap.dilecto. num.7. vbi etiam Anchar. numer. 1. Ioan. Andr. & alij de sentent. excommunicat.in 6. Felin.in d.cap.cum sit Romana.num.16. & in cap.sacro.nu.6. de sent. excommunic. Dec. in c. reprehensibilis.numer.11.de appellat. Lap. alleg.73. Borgnin.decis.28.nu. 40.par.1. Ricciul.de iur.person.lib.4.cap.61.nu.2.& seqq.* nam sicut potest se Episcopus armis materialibus defendere,ita & armis spiritualibus, quæ sunt propria arma clericorum. *c.visis. 16.quæst.2.cap corripitur.25.quæst.3.*

30 Potestq. esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ, neque propterea allegari potest suspectus, vt dicetur inferius. *in tit. de Exemption. Cleric. à Statut. secular. §.1.* Neque Prælatus extraiudicialiter, vt dictum est,procedens tenetur admittere appellationem,quia si appellatio admitteretur, Ecclesia remaneret interim spoliata, *vt post Innoc.Abb.& Socein.dicit Ricciul. d.cap.61.num.11.*

31 Et non solum Episcopus tueri potest extraiudicialiter iura suę Ecclesię per censuras, sed etiam bona patrimonialia, si agar ad ipsorum defensionem. *Ricciul. d.c.61. nu.29.* immò propriam personam ab iniuria, siuè violentia. *d. cap. dilecto. vers.se defensare.Butr.in c.cum venissent. num.11.de iudic. Ricciul.d.cap.61.nu.30.* quia iniuria facta Prælato Ecclesiæ facta censetur. *c.nullus.de for. comp.clem.1.eod.* Quæ omnia procedunt etiamsi Episcopus ageret contrà forensem. *Ricciul.d.cap.61. num.36. & seqq. vbi num.44.* testatur ita fuisse resolutum per Sacram Congregationem Episcoporum anno 1619. Atque etiamsi super bonis, aut iuribus, pro quibus agitur penderet lis coram alio Iudice, nam poterit Episcopus non obstante pendentia litis tueri propriam possessionem. *Ricciul.d.cap.61. & seqq.*

32 Item & absque monitione procedi potest contrà occultantes iniustè bona, & terras Ecclesiæ Romanæ. *Hostien. in cap.cum olim.vbi etiam Felin. & alij de iudic. gloss. in l.antepenult. ff. ex quibus caus.maior.* quam sequũtur plures relati à *Gabriel. lib. 2. conclus. titulo de citation. conclus.1. num.31.*

33 Nam quando Princeps procedit ex iusta causa, non est necessaria citatio, nequè monitio. *gloss.in d.l.antepenult.Bald. in l.cessante.numer.1. C. quom. & quand. Iudex.* & potest contrà illos de facto procedere. *Anchar. consil.277. col.penult. & consil. 429.* quia huiusmodi occupatores nullam iustam possunt habere defensionem, quo casu contrà illos procedi potest absque monitione. *Ioan. Andr. in cap.2.vers.Præsidentes.de nou.oper.nunc.* quem sequuntur plures relati à *Gabriel. lib.2.tit. de citation.conclus.1.num.32.*

34 Quinimò excommunicatus à iure pro certo delicto potest per Superiorem sine monitione iterum excōmunicari pro eodem delicto aliter non itetato, neque contumacia aliter de nouo contracta. *c. ita quorūdam. §. tales. vbi gloss. verb. crebris. & DD. de Iudæis. cap. reprehensibilis. vbi gloss. verb. ipso suo genere. & Abb. num. 6. & 8. de appellat.* excommunicatus etenim à iure potest etiam ab homine excommunicari. *gloss. in c. grauē. verb. promulgare. vbi Abb. num. 5. & Felin. num. 1. de sent. excom. Franch. in d. c. reprehensibilis. n. 8. & Præposit. num. 6. de appellat.* quod fit ad maiorem terrorem, & vt multiplicato vinculo excommunicationis obtineatur absolutio cum maiori difficultate. *d. c. ita quorundam.* neque Papa dictum ordinem seruare tenetur in procedendo ad excommunicationem; quia non ligatur suis, nec prædecessorum suorū legibus. *l. Princeps. vbi gloss. ff de leg. c. ideò. §. bis ita. 25. q. 1. cap. ad petitionem. vbi glos. verb. restituendus. de accusat. Abb. in cap. magnæ. nu. 17. de vot. Felin. in cap. 2. num. 1. de maior. & obed. Bald. in cap. 1. num. 3. vbi etiam Abb. num. 5. de constitut.*

35 Insuper Iudex Ecclesiasticus si præcipit aliquid, quod ad eius officium pertinet, si non pareatur, potest excōmunicare absque alia monitione faciēda super emēdatione criminis commissi, quia verè ille contumax est. *Innoc. in c. ex parte. num. 4. de verb. sign. & sequitur Franch. in dicto cap. Romana. §. fin. de appellat.*

36 Non potest tamen quis excommunicari pro peccato prætetito, nisi priùs moneatur. *cap. Romana. §. caueant. de sent. excom. in 6. D. Tho. in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. quæstiuncula 3.* & alij quos refert *Suarez de censur. disput. 4. sect. 5. nu. 6. cum seqq. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. conclus. 2. & 4. Abb. in c. P. & G. n. 7. de offic. deleg. Couar. in d. c. alma mater. p. 2. §. 9. nu. 4. & seqq. & §. 10. nu. 1. & seqq. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 9. & 11.*

37 Prætereà quando periculum est in mora potest quis excommunicari sine monitione. *glos. in c. cum medicinalis. verb. temerarius. de sent. excom. in 6. Felin. in d. c. cum sit Romana. nu. 21. & in d. c. sacro. nu. 4. Nauar. in c. cum contingat. 5. cau. nullit. nu. 1. de rescript.* vt si dubitatur de fuga citandi. *Abb. in c. cum non ab homine. de iudic.*

38 Vlteriùs quando delictum est commissum in præsentia Iudicis. *Felin. in d. c. sacro. nu. 7. & seq. Butr. in c. ad Apostolicæ. col. 1. de except. & in c. vestra. col. fin. de cohabit. cler. & mul.*

39 Postremò quando Iudex excommunicat excommunicatum à iure, vt si Iudex excommunicaret aliquem, qui ob percussionem clerici iam in excōmunicationem iuris inciderat, vel propter alium excessum. *c. reprehensibilis. & ibi Abb. n. 6. & 7. de appellat. Marian. Soccin. in c. perpendimus. num. 119. vers. quintò fallit. de sent. excom. Couar. in d. cap. alma mater. par. 1. §. 9. num. 5. vers. trina verò monitio.*

40 Nam quando Canon aliquid prohibet sub excommunicatione ipso iure incurrenda, eo ipso in ea prohibitione ex vi necessaria antecedentis videtur inesse monitio, lex enim semper loquitur, & monet. *l. Arriani. C. de hæretic. Couar. in d. §. 9. num. 5. Suarez de censuris. disput. 3. sect. 8. num. 3. & disput. 18. sect. 3. nu. 28. & seqq.* nam transgressores iam sunt admoniti ab Ecclesia, & à lege prohibente talia crimina, & ista est sufficiens admonitio. *Victor. in Sum. in tract. de excom. num. 6. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. conclus. 3.*

41 Tandem Prælatus Regularis suum subditum excommunicare potest nō præmissa monitione, quia Prælati Religiosi corrigentes suos Monachos non procedunt, vt Iudices formaliter, neque seruaro iuris ordine. *Gemin. in d. c. cum medicinalis. Felin in d. c. sacro. num. 7. vers. quinto fallit. Lap. allegat. 73. nu. 4. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 9.*

42 Et quamuis omissa fuisset monitio, tenet tamen excommunicatio, licet non sit ritè lata. *d. c. sacro. §. caueat. & ibi glos. verb. possit. & verb. iuxtà. cap statuimus. de sent. excommunicat. in 6. ead. glos. in d. cap. Romana. §. porrò. verb. iniustas. & in cap. Episcopus. 11. quæst. 3. Abb. in d. cap sacro. num. 9. vbi etiam Felin. nu. 3. Dec. in d. cap. reprehensibilis. num. 15. vbi etiam Franch. numer. 15.* & de communi dicit *Couar. in d. cap. alma mater. par. 1. §. 9. numer. 7. & 8. Rot. decis. 7. de sentent. excom. in nou. decis. 10. eod. in antiqu. & decis. 51. de appell. in nou. Gutierez Canon. quæst. lib. 1. cap. 4. n. 4. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 8. & 10.* & sequuntur plures, quos refert *Gabr. lib. 2. de citation. concl. 1. n. 155.* & de communi Theologorum opi-

nione

nione dicit *Ledesm. in Sum. par. 1. cap. 3. de excom.* quamuis non desint, qui contrarium sentiant, *vt Victor. in Sum. tract. de excommunicat. nu. 6. Suarez de censuris. disput. 3. sect. 12. nu. 3. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. artic. 2. conclus.* 3. quorum opinio licet sit æquior, prior tamē opinio est communis, vt dictum fuit.

43 Illæ autē tres monitiones, quæ fieri debent in excommunicatione comminatoria, continere debent congruum tempus per aliquot dierum interuallum. *c. constitutionem. §. statuimus. & ibi gloss. verb. vna. Gemin. & Anchar. de sent. excom. in 6. gloss. in c. statuimus verb. monitionem. eod. in 6. Host. in d. cap. reprehensibilis. num. 2. Felin. in d. cap. sacro. nu. 1. vers. nota quod dicitur. vbi etiam gloss. verb. competenti. eod. de sent. excom. Couar. in d. §. 9. num. 5. Grauat. ad Vestr. in pract. ciuil. lib. 7. c. fin. num. 29. Sayr. thes. cas. consc. lib. 1. cap. 12. n. 32. & 33.* Huiusmodi autem tempus, siuè interuallum inter monitionē, & monitionem est arbitrarium Iudici. *Host. d. nu. 2.*

44 Idem seruandum est si aliquis sit interdicendus ab ingressu Ecclesiæ.

45 Cum valeat argumētum ab excommunicatione ad interdictum, & è contrà in modo procedendi. *Rubr. in tit. de sentent. excom. suspens. & interd. in 6. & in clem. eod. & in Extrauag. Ioan. 22. eod. tit. c. præterea. 2. & c. ad hæc quoniam. & ibi gloss. pen. de appellat. Host. in c. pastoralis. n. 10. antè fin. eod.* & habetur quod nemo interdici potest sine ordine iudiciario. *c. 1. de except. Pral.*

46 Et ità demum dicitur monitio canonica non solum si precedat monitio trina, sed etiam requiritur, quòd nominatim exprimantur, qui monentur, quòd in scriptis proferatur, & causa rationabilis, & manifesta exprimatur. *c. nemo cum seqq. 2. q. 1. cap. 1. de sent. excom. in 6. Innoc. in c. proposuit. n. 6. de concess. præben. Host. in d. cap. reprehensibilis. num. 2. de appellat. & in c. statuimus. n. 2. de sent. excom. in 6. & in d. c. sacro. nu. 3. vbi etiam Felin. n. 1. eod. Suarez de censuris. disput. 4. sect. 7. nu. 4.* non est tamen de essentia, quòd feratur in scriptis. *Nauar. d. cap. 27. num. 8. Suarez disput. 3. sect. 13.*

47 Seruari autem debet in monitione appositio pœnæ, seù censurarum, vt colligi potest ex *c. peruenit.* ibi, ponderando. *verb. sub excommunicationis districtione. de decim. c. Salonitana. ibi verb. quod ei sub excommunicationis. & ibi gloss. verb. excommunicationis. 63. dist. Vestr. in pract. ciuil. lib. 2. cap. 4. n. 7. & lib. 8. cap. fin. n. 18. facit. c. 1. ponderando ibi, sub anathematis interminatione. de eo qui furt. ord. suscep. cap. præterea. 2. de appellat.*

48 Huiusmodi monitio fieri debet personaliter, non autem de domum. *Innocent. in cap. fin. num. 3. & Abb. num. 14. de eo qui mitt. in possess. Felin. in d. cap. sacro. num. 2. vers. & aduerte. Rot. decis. 1. nu. 4. de ferijs. in nou. Cassad. decis. 12. num. 2. de rescript. & decis. 2. n. 4. de pension. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 9. n. 4. de sent. excom. in 6.*

49 Quando enim agitur de graui præiudicio, vt de priuatione beneficij, & de incurrendis censuris requiritur citatio personalis. *Cassad. d. decis. 2. num. 4. & dicta decis. 12. num. 2. Caputaq. decis. 334. par. 1. Put. decis. 32. lib. 3. Achil. decis. 7. n. 2. de dol. & contum. Rot. decis. 2. num. 52. & decis. 5. num. 21. de rescript. & decis. 1. num. 4. de ferijs. & decis. 11. de dol. & contum. in nou. & Rot. diuers. lib. 3. p. 3. decis. 202. Couar. in d. c. alma mater. par. 1. §. 9. n. 4.* nam excommunicatio ligat animam. *c. veritatis. de iureiur.*

50 Nequè comparitio Procuratoris generalis in actis sufficit. *Rot. decis. 20. de dol. & contum. in antiqu. & decis. 5. num. 22. de rescript. in nou. Achil. d. decis. 7. num. 2.*

51 Quia requiritur mādatum speciale, vbi Dominus pœnæ periculum subire potest. *l. si procurator. & ibi Ias. ff. de condict. indeb. idem Ias. in l. iusiurandum. n. 4. ff. de iureiur. Alex. cons. 18. num. 3. vol. 6. Nat. cons. 445. in fin. Roland. cons. 43. n. 11. vol. 1. Magon. decis. Lucen. 51. per totam.*

52 Quamobrem ad faciēdum quem declarari excōmunicatum requiritur mandatū speciale, sine quo procurator generalis, non admittitur. *Caputaq. decis. 301. num. 2. par. 1. & decis. 184. num. 3. par. 2.*

53 Benè tamen verum est, quòd quando in mandato exprimuntur aliqua, quæ speciale mandatum requirunt, cum clausula generali, omniaq. alia, & singula quæ ipse constituens facere posset, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, quam præsentibus sit expressum, tūc potest Procurator omnia, quæ etiam requirunt speciale mādatum, secùs verò si aliquod de specialibus non fuisset expressum. *cap. qui ad agendum. de procurat. in 6. glos. fin. in*

*cap.licet.de offic.Vicar.eod.Host.in c.signi ficasti.num.4.antè fin.*vbi etiam post eum dicit *Abb. in vers.2. not. de offic. Archid. Io. And. in cap. tua. in fin. de offic. Vicar. Couar.lib.1.var.resol.c.6.n.3.vers.quarto.*

54 Vbi verò excommunicandus dolo latitaret, vel subterfugeret citationem personalē, vel alio modo eius absentia sit malitiosa, tunc sufficit citatio ad domum, quā ipse habitare consueuit, vel per edictum in Ecclesia illius Parochiali, vel in alio loco publico, si reus domum non habeat, vt præsumptio, siuè verisimilitudo sit, quòd citatio peruenerit ad illius notitiā. *clem causā. & ibi glos.verb.loco.de elect.cap fin. & ibi glos.1. vbi etiam Innoc. num. 3. de eo qui mitt.in poss.Rot.decis.11.de dol. & contum. in nou. & post.Rot.dicit Felin.in cap.cum sit Romana. num.20. vers.decimo nota. de appellat.Couar. in d.c.alma mater. par.1. §.9.n.4.Tiraq.de retract.lib.1. §.9.glos.2. n.4.*siuè cum quis fuit legitimè semel citatus ad causam personali citatione, nā poterit posteà citatus ad domū, aut per edicta, vel in ipso tribunali excommunicari. *Felin. in d.cap.cum sit Romana. num. 14. Couar.d.§. 9.num.4. Rot.d.decis.1. num.4. de ferijs. Sayr. thes. cas.consc. lib.1.cap.12. num.13.* Vel quando nō datur tutus accessus, siuè non sit tutū eum citare domi, quia tunc sufficit pariter citatio, & intimatio per edictū, quod debet apponi vicinis partibus, ità vt opus sit quòd verisimiliter ad citati notitiā peruenire possit, & quòd probetur. *clem.1.de iudic.clem.1.de for.comp. clem.causam.§.verum. & clem.pastoralis. §.notorium.de elect.Felin.in.cap.quoniam frequenter. num.20.vt lic.non contest.Rot. decis.22.nu.2.de rescript.in antiqu.Cassad. decis.2.de dol. & contum.Bellem.decis.88. Caputaq. d.decis.334.p.1.* Vel quando aliqua citatio facta ad domum peruenerit ad notitiam ipsius citati, tūc reliquæ citationes an domū fieri possunt. *Felin.in d.c.cum sit Romana.num.15.Couar.d.num.4.vers. tertius casus.Sayr.d.c.12.n.14.* Siuè quādo profertur excōmunicatio generaliter contrà personas, quæ commiserūt aliquod delictum, nam cum personæ ignorentur, non potest eis personaliter fieri monitio, & tūc sat erit, si fiat in loco publico, vt ad earum notitiam perueniat. *Suarez de censur. disput.3.sect.11.n.5. Rot. decis.1.de ferijs. & decis.11. de dol.& contum.in nou.* In declaratione item excommunicationis non requiritur citatio personalis, sed satis est quòd fiat domi solitæ habitationis. *Roman. cons.482.n.5.& 6.Antonin.var.resol.lib.1. resol.71 num.7.*

55 Quinimò licet non possit Iudex eum excommunicare, qui non habitat sub sua Iurisdictione ratione contractus initi in territorio ipsius Iudicis, si ibi citandus non inueniatur, tamen si Iudex idem illum præuenisset per citationem, antequā exiret eius territorium, teneret excommunicatio subsecuta ratione contumaciæ commissæ in territorio. *Abb.in cap præterea. nu.17.& ibi Host.n.17.Innoc. & Io.Andr.de dilat. facit cap.fin.& ibi glos.1. de eo qui mitt. in poss.*

56 Subditus autem non potest excōmunicari ab Episcopo existente in loco non subdito, siuè extrà territorium. *Gabr. de communi in 4.dist.18.q.2.art.2. conclus.6. Sot.in 4.dist.22.quæst.2. art.1. Nauar. in Manual.cap.27.nu 6.Sayr.thes.cas consc. de censur lib.1.cap.6.num. 39.* nam excommunicato, vt liget & valeat, debet ferri à proprio Prælato existente intrà suam iurisdictionem, & contrà existentes in suo territorio. *cap. vt animarum. §. statuto. vbi glos.verb.territorij.de constit. in 6. Sayr. d.num.39. & seq.* nisi accederet consensus iudicis territorij, & partes consentirent, alioqui partes non tenerentur comparere. *glos.in cap.vt litigantes. verb.de consuetudine.de offic. ordin. in 6. & in clem. vnic. verb.indulgendum.de for.compet.Io.Andr. ad Specul. tit.de citat. §.contrà citationem. sub num. 117. verb. iurisdictionis. Sayr. d.num.39.cum seq.& cap.14. num.6.*

57 Potest nihilominus Episcopus excōmunicare non residentes in beneficijs suæ Diœcesis, quamuis huiusmodi residentes reperiantur extrà Diœcesim. *Nauar. in Manual.c.27.n.6. Conc. Trid.sess.23.c.1. circà finem.de reform.* In aliena tamē Diœcesi potest Episcopus ab excommunicatione à se lata subditū absoluere, quia id fieri potest sine strepitu iudicij, & sine iniuria alterius Episcopi, nam ea quæ fieri possunt sine strepitu iudicij, possunt fieri à superiore circà suum subditū etiam in alieno territorio. *Innocent.in cap nouit.& ibi Abb. nu.3 de offic.leg.Marsil.in l.fin.n.22.vbi Ias.& alij de iurisd.omn.iud.Oldr.cons.88.* & post alios ab eo allegatos dicit *Sayr. thes.cas.consc. de cens.lib.2.c.21.n.28.* licet hoc non procedat vbi requireretur iudi-

cialis

cialis discussio, quia eo casu fieri nō potest nisi de licentia Episcopi Diœcesani. *c. Episcopum. 9. q. 2. d. cap. nouit. Sayr. d. cap. 21. num. 29. Marsil. in d. l. fin. vbi etiam Iason.*

58 Parochus quoque potest vbique gentium suorum Parochianorum confessiones excipere, eosque à peccatis absoluere, *Host. in Sum. lib. 5. tit. de pœnit. & remiss. n. 14. §. cui confitendum. Card. in clem. dudum de sepult. Sylu verb. Confessor. 1. quæst. 14. Sot. in 4. dist. 18. quæst. 4. ar. 4. Azor. par. 2. Instit. Moral. lib. 3. cap. 12. vers. vndecimo.* quia licet ad excipiendas sacras pœnitentium confessiones, & ad absoluendos homines à peccatis iurisdictio requiratur, hæc tamē res tota fieri potest extrà territoriū, quoniam non est functio iurisdictionis externæ & contentiosæ, nec enim fit cum cognitione causæ in iudicio exteriori, neque illius territorium læditur. Quod *Suar. to. 4. in 3. p. D. Tho. disp. 25. sect. 1. n. 17. Reginal. in prax. for pœnit. lib. 1. c. 8. n. 93. Stephan. Fagundez in quinque precept. Eccles. 2. p. lib. 7. c. 3. n. 12. & alij* extendunt ad quemlibet Confessarium, qui existens extrà Diœcesim, in qua fuerit approbatus, poterit sacramentaliter absoluere suos pœnitentes ibidem repertos, dummodo non mutauerint domicilium.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio etiam sine monitione tenet, licet sit iniusta, hoc tamen procedit, si feratur per ordinarium, secus verò si per delegatum.*
2 *Excommunicans sine ordine iudiciario pœnas incurrit.*
3 *Excommunicatio iniusta tenet quoad homines, & quomodo etiam teneat quoad Deum.*
4 *Excommunicatus iniustè debet euitari.*
5 *Pastoris sententia siue iusta, siuè iniusta est seruanda, & tribus modis iniusta dici potest sententia excommunicationis.*
6 *Excommunicatio debet sobriè, & cum circumspectione fulminari. & n. seq.*
7 *Contumacia est digna excommunicatione.*
8 *Excommunicatio dicitur pœna grauissima, & maximus gladius in Ecclesia.*
9 *Excommunicatione nulla pœna maior.*
10 *Excommunicatio separat à corpore Christi.*
11 *Excommunicatio priuat communione fidelium.*
12 *Excommunicatio pœnæ mortis interpretationem recipit, & excommunicatus caret omni iurisdictione Ecclesiastica & seculari.*
13 *Excommunicatus traditur Sathanæ.*
14 *Excommunicatus fit membrum Diaboli; antè tamen secutam declarationem saltem per cedulonos non est euitandus, nisi in duobus casibus.*
15 *Excommunicatio non debet poni, quoties non timetur.*
16 *Excommunicatus ab vno Episcopo est etiam ab alijs Episcopis euitandus.*
17 *Suspensus ab vno Episcopo debet etiam euitari ab alijs Episcopis.*
18 *Excommunicans requirere potest Ordinarios, & alios, vt denuncient excommunicatos.*
19 *Excommunicatio potest ferri die feriata in honorem Dei.*
20 *Appellans ab excommunicatione operatur effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, nisi fuisset delatum appellationi interpositæ; vel fuisset per Superiorem admissa.*
21 *Iudex appellationis quando & quomodo absoluere possit à censura lata per Iudicem, à quo appellatur.*
22 *Excommunicatio absolutè lata non potest per appellationem suspendi, etiam ad tempus per Iudicem, qui eam tulit, sed requiritur absolutio.*
23 *Excommunicatio ratificari nequit, sed aut statim valet, aut non.*
24 *Suspensio, seù interdictum per appellationem non suspenditur.*
25 *Excommunicatus pro manifesta contumacia, quamuis appellet, nō debet absolui, nisi refectis expēsis, & data cautio de stando iuri, & iudicatum soluendo.*
26 *Appellatio à sententia Iudicis declarantis appellantem incidisse in excōmunicationem à iure latam operatur effectum deuolutiuum, & suspensiuū.*
27 *Appellatio non datur à sententia Iudicis declarantis aliquem incidisse in excommunicationem à iure latam, si reus fuit contumax. & n. seq.*
28 *Sententia diffinitiua potest ferri contrà contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis lite non contestata, quando agitur de periculo animæ.*

29 Con-

29 *Contumax verus non auditur appellans. fallit vt n. 28.*
30 *Contumax fictus auditur appellans.*
31 *Contumax, siuè verus, siuè fictus non auditur appellãs in Vrbe, & in Statu Ecclesiastico, & de generali consuetudine totius Italiæ.*
32 *Contumax verus, quis dici possit.*
33 *Contumax appellans debet remitti ad primum Iudicem, vt eidem Iudici debitus honor seruetur.*
34 *Contumacia debet purgari coram Iudice, à quo, & quare.*
35 *Contumacia dicitur delictum.*
36 *Contumaci non sunt danda acta, nequè processus.*
37 *Contumax quomodo possit admitti ad nouas defensiones.*
38 *Contumax fictus, quamuis non verus, non auditur appellans, si Iudex vltrà contumaciam habet testes examinatos super delicto.*
39 *Sententia lata in contumaciam resoluitur per comparitionem rei.*
40 *Excommunicatus ignoranter potest appellare.*
41 *Absolutio ab excommunicatione non potest dari nisi vocata parte læsa super satisfactione, & quando.*
42 *Excõmunicatus absolui poterit, quãuis aduersarius appellaret, absolueretur.*
43 *Excommunicatus pro contumacia potest absolui præstita cautione de satisfaciendo.*
44 *Excommunicatus pro offensa dubia potest absolui præstita cautione de satisfaciendo.*
45 *Excommunicatus, si non potest dare cautionem sufficientem de satisfaciendo, satis est, quòd præstet cautionem iuratoriam.*
46 *Contumacia manifesta quæ dicatur.*
47 *Absoluendus ab excommunicatione debet iurare de parendo mandatis Ecclesiæ, priusquàm absoluatur, huiusmodi tamen iuramentum non est de substantia absolutionis.*
48 *Absolutus cum promissione de parendo mandatis, si nõ paruerit, nõ reincidit in excommunicationem ipso iure, sed opus est noua reintrusione, quæ causa cognita fieri debet.*
49 *Absoluendo ab excommunicatione potest imponi pœna pecuniaria, conuertenda in pios vsus.*
50 *Sententia declaratoria excommunicationis incursæ potest ex causa suspendi ad tempus.*
51 *Absolutio ab excommunicatione potest dari cum reincidentiâ.*
52 *Excommunicatus ad instantiam partis sub conditione, si non soluerit intrà mensem, si pars proroget terminum antè finem mensis, prorogatur etiam excommunicatio.*
53 *Excommunicatus ad tempus præstitutũ elapso tempore indiget absolutione. Idem dicitur de suspenso & interdicto.*
54 *Excommunicatus insordescens per annum in excommunicatione non solum habetur pro confesso, & conuincto de delicto principali, sed etiam est suspectus de fide.*
55 *Excommunicatus insordescens per annum in excommunicatione potest beneficio priuari, si pro crimine fuerit excommunicatus, secùs si pro causa ciuili.*
56 *Excommunicatus insordescens per annum in excommunicatione potest antè annum temporali pœna puniri.*
57 *Absolutio ab excõmunicatione dari potest inuito, & quando.*
58 *Absolutio ab excommunicatione potest dari ad cautelam.*
59 *Absens absolui potest ab excommunicatione per literas. Item per procuratorem habentem specialem mandatum.*
60 *Absolutio ab excommunicatione potest dari à Iudice Ecclesiastico, quamuis sit tantùm clericus, & non sit Sacerdos.*
61 *Vniuersitas non potest excommunicari, secùs tamẽ illi qui sunt de Vniuersitate, & de Collegio. & n seq. Collegium nequè item.*
62 *Interdictum fertur in Vniuersitatem, & Collegium.*
63 *Successores in Vniuersitate non ligantur excommunicatione lata contra suos Prædecessores. fallit. n. seq.*
64 *Excommunicatio non transit in successores.*

§. Quintus.

1 ET quãuis monitio omissa fuisset, siuè ordo excommunicandi iudiciarius non seruetur, tenet

tamen

tamen excommunicatio, licet sit iniusta. *glos. in d.c. reprehensibilis. verb. proferant. & ibi Host. nu. 2. de appellat. ead. glos. fin. in d. cap. statuimus. de sent. excom. in 6. & in c. per tuas. verb. contemnere videatur. & Abb. nu. 3. eod. idem Abb. in cap. ab excommunicato. n.* 10. *de rescript. & in cap. illud. num. 9. de cler. excom. ministr. Felin. in cap. Rodulphus. num.* 41. *de rescript. & in cap. cum sit Romana. nu.* 15. *de appellat. & in cap. sacro. num.* 2. qui dicit de communi. *vbi glos. verb. iusta. de sentent. excom. Rot. decis.* 10. *de sent. excom. in antiq. Couar. in d. cap. alma mater. par.* 1. *§.* 9. *n.* 7. *Sayr. latè thes. cas. cōsc. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 26. quod procedit, si feratur excommunicatio per Ordinariū, secùs verò per delegatum, cuius excommunicatio est nulla ipso iure, si proferatur nō præmissa monitione. *Rot. decis.* 10. *&* 23. *de sent. excom. in antiq.*

2 Sed talem proferens excōmunicationem plures pœnas incurrit, de quibus per *glos. fin. in d. c. statuimus. & ibi Host. nu.* 5. *Felin. in d. c. sacro. n.* 8. *vbi etiam Host. n.* 5. *& dicetur in* 2. *par. in tit. de pœnis Clericorum.*

3 Et licet excommunicatio iniusta teneat quoad homines, nō tamē tenet quoad Deum, si non subest causa rationabilis, sed si quis contemneret excommunicationem iniustam, tunc ligaretur ex contemptu etiā apud Deum. *Abb. in d. c. ab excommunicato. nu.* 11. *& in d. c. per tuas. n.* 4. excommunicatio etenim siuè iusta, siuè iniusta est timenda. *c.* 1. *c. si Episcopus. c. quibus. c. nemo. & c. non solum.* 11. *q.* 3. *D. Greg. Homil.* 26. *in Euangel.*

4 Et iniustè excōmunicatus debet euitari. *d. c. quibus.* & tolerandum est iugum, quod à Pastore imponitur. *cap. in memoriam.* 19. *dist. c. si clericus. & c. si Episcopus. & c. non solū.* 9. *cum ergo.* 11. *q.* 3. *c. per tuas. §. nos igitur. de sent. excom. Suarez de censuris. disput.* 4. *sect.* 7. *n.* 41. *&* 43. *Nauar. in Manual. c.* 27. *n.* 2. *&* 3. Prælatus etenim Ecclesiæ excommunicatione tanquam gladio spirituali vtitur, vt eo contumaces coerceat, & ecclesiasticam disciplinā tueatur, atque hi sunt duo gladij de quo loquitur *S. Luc.* 22.

5 Et si quis cōtempserit sentētiam pastoris iustam, aut iniustam peccabit mortaliter. *D. Tho. in* 4. *dist.* 18. *ar.* 1. *&* 4. *vbi etiā Palud. q.* 1. & de communi dicit *Ledesm. in* 4. *par.* 2. *quæst.* 23. *art.* 4. quia si daretur facultas cuilibet differendi, an causa sit iusta, vel non, esset magna confusio, & schisma. *Innocent. in d. cap. per tuas. §. verum.* Tribus verò modis excōmunicationis sententia dicitur iniusta, nempè ex causa, ex ordine, & ex animo. *Rot. decis.* 14. *n.* 2. *inter decis. Fastoli.*

6 In fulminandis autem excommunicationibus debent Iudices procedere sobriè, & magna circumspectione, nam si temerè, aut ex leuibus rebus incutiatur magis cōtemnitur, quàm formidatur, & perniciem potiùs parit, quàm salutem. *cap. non in perpetuum. vbi glos. fin.* 24. *quæst.* 3. *cap.* 1. *de sentent. excom. in* 6. *cap. reprehensibilis. de appellat. Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 3. *in princ. de reformat.*

7 Et quamuis contumacia sit digna excommunicatione. *c. non potest.* 2. *q.* 7. *c. qua frontis. §. sanè. vbi Abb. nu.* 10. *Franc. n.* 5. *& Præposit. nu.* 7. *de appellat. cap. ex parte. §. ad intelligentiam. vbi glos. verb. pro contumacia. & Innocent. num.* 4. *de verb. sign. glos. pen. in cap. duo sunt.* 96. *distinct. & in cap. Episcopi. verb. minimis.* 11. *q.* 3. non tamen pro quacunque re, seù leui excessu, sed pro grauibus causis est ferenda. *cap. nemo.* 11. *quæst.* 3. *glos. in cap. corripiantur. verb. maior.* 24. *quæst.* 3. *eadem glos. pen. in dicto cap. duo sunt. & in d. cap. Episcopi. d. verb. minimis.*

8 Nam excommunicatio dicitur grauissima pœna, & maximus gladius in Ecclesia. *c. dilecto. de sent. excom. in* 6. *& post Anan. & DD. dicit Felin. in cap. cum non ab homine. num.* 8. *vers. excommunicatio dicitur. de iudic.*

9 Nulla enim pœna maior excommunicatione in Ecclesia Dei reperitur. *d. c. corripiantur. Host. in d. cap. sacro. n.* 6. *Abb. in cap. mulieres. num.* 12. *de sentent. excom. & in cap. cum dilectus. numer.* 6. *de his quæ vi metusuè caus. & in clem. ex graui. num.* 13. *de vsur.*

10 Quia hæc separat à corpore Christi, quod est Ecclesia. *cap. Engeltrudam.* 3. *q.* 4. *cap. pen. de sent. excom.*

11 Et à communione fidelium, ità vt cū excommunicatis nō sit communicandum. *cap. excommunicatos. & c. cum excommunicato. cum seq.* 11. *q.* 3. *c. cum & plantare. §. excommunicatos. de priuil. d. c. Engeltrudam. & d. cap. pen.* nequè cum ijs, qui excommunicatis communicant. *cap. rogo.* 11. *quæst.* 3.

12 Et

12 Et propterea excõmunicatio interpretatur pœna mortis de iure canonico. Marian. Soccin. in cap. qui furatur. nu. 5. de furt. & in cap. 1. nu. 7. de homicid. & excommunicatus denũciatus caret omni iurisdictione Ecclesiastica, & seculari. c. 1. & ibi glos. verb. culpis. de supplen. negligen. Prælat. in 6. cap. 1. de offic. Vicar. in 6. c. sessitatus. de rescript. cap. ad probandum. & ibi Abb num. 20. & DD. de sent. & re iud. Soccin. in cap sacris. nu. 266. de sent. excom. Neque potest esse Iudex Ecclesiasticus, neque secularis. Soccin. in d. cap sacris. n. 245. Sayr. thes. cas. cõsc. lib. 2. c. 6. n. 14. vbi subdit sententias, cõstitutiones, & leges ab huiusmodi excõmunicato factas esse nullas ipso iure. d. cap. ad probandum.

13 Et excommunicatus traditur Sathanæ, quia per excommunicationem habet Diabolus maiorem potestatem super excommunicato. cap. audi. 11. quæst. 2. c alia. 16. quæst. 1. Archid. in cap. Romana. num. 5. de sent. excommunicat. in 6. Abb. in cap. si quis. num. 3. de reb. Eccles. non alien.

14 Quinimò fit membrũ Diaboli. Host. in cap. dilectis. num. 18. de appellat. Veruntamen antè secutam declarationem saltem per Cedulones non est euitandus excommunicatus. cap. pastoralis. §. verum. de appellat. cap. cum secundum. de hæret. in 6. clem. præsenti. de censib. Couar. in cap. alma mater. par. 1. § 9. col. 5. vers. licet monitio. de sent. excommunicat. in 6. Nauar consil. p 2. de sent. excommunicat. consil. 3. num. 2. cum per Concilium Constantiense duobus tantũ casibus dispositum fuerit euitandum esse excommunicatum, videlicet si fuerit publicus percussor clerici, vel denunciatus, & publicatus excommunicatus. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 76. num. 8. 13. & seq.

15 Non debet tamen imponi pœna excommunicationis, quoties non timetur, & hoc verisimiliter apparet. Felin. in cap. 1. num. 16. de offic. deleg. Host. in cap. solet. vbi etiam Io. Andr. de sentent. excommunicat. in 6.

16 Huiusmodi verò excommunicatus ab vno Episcopo est etiam ab alijs Episcopis euitandus. cap. si. quis à proprio. 11. q. 3. cap. ad reprimendum. de offic. Ordin. Host. in cap. pastoralis. num. 18. de appellat.

17 Idem dicitur de suspenso. Host. in eod. cap. pastoralis. num. 18. vbi quoque Dec. in §. verum. num. 24.

18 Quinimò Iudex excommunicans requirere potest Ordinarios, & alios, vt denũcient excommunicatos. cap. significasti. de offic. deleg. Imol. in c. pastoralis. §. verum num. 10. de appellat. cap. 1. in fin. de treug. & pac. Ricciull. de iur. person. lib. 4. cap. 62. num. 8. 10. & 13. & cap. 64. num. 14.

19 Potest autem excommunicatio ferri die feriata in honorẽ Dei. Federic. cons. 11. Franc. March. decis. 690. item & multò magis denunciatio excommunicationis fieri potest die feriata in honorem Dei. Gemin in cap. felicis. vbi etiam Franc. de pœn. in 6.

20 Et licet appellatio operetur sententiæ effectum suspensiuum, & deuolutiuum, nihilominus appellans ab excommunicatione operatur tantùm effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum. cap. ad hæc quoniam. & cap. pastoralis. §. verum. & ibi Abb. num. 1. 6. & 7. & Host. num. 10. vers. nos itaque. de appell. c. is cui. §. fin. de sent. excommunicat. in 6. Abb. in cap. per tuas. num. 2. eod. Bellem. decis. 313. Ricciull. de iur. person. lib. 4. cap. 64. nu. 1. & seq. Capell. Tholos. decis. 300. quia sententia excommunicationis est medicinalis, & relaxatur principaliter ad corrigendum. Abb. in cap. sæpè. num. 15. de appell. & in d. §. verũ. num. 7. & propterea excommunicatus ab Ordinario poterit denunciari excommunicatus non obstante eius appellatione, quia executionem excommunicatio secum trahit. dicto cap. pastoralis. §. verum. vbi Abb. num. 23. Capell. Tholosan. decis. 300. nu. 1. 2. & 3. Lamell. de attent. par. 2. c. 12. limit. 21. num. 16. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 22. num. 1. 4. & 7. Ricciull. de iur. person. lib. 4. c. 64. num. 10. & seq. nisi fuisset delatum appellationi interpositæ, vel appellatio fuisset admissa per Superiorem. cap. cum appellationibus. de appellat. in 6. Ricciull. d. cap. 64. num. 15. cum seq.

21 Iudex autẽ appellationis statim absoluere potest à censura lata per Iudicem à quo appellatur, si constiterit sententiam excommunicationis esse iniustam. c. ad reprimendam. vbi Abb. nu. 9. de offic. Ordin. c. venerabilibus. §. porrò. & §. fin. de sent. excommunicat. in 6. d. cap. per tuas. antequã sibi cõstet de veritate causæ, præmissa tamẽ saltem summaria cognitione, an fuerit appellatum ex legitima causa, & vocatis partibus, quòd si dubitetur, an sententia excommunicationis sit iusta, vel iniusta, tunc fiet absolutio cautione præstita, sin autem

de offensa, & contumacia constiterit, tunc nonnisi præmissa reali satisfactione. *c. Romana. & cap venerabilibus. de sent. excom. in 6. cap. ad reprimendam. de offic. Ordin. cap cum contingat. de offic. deleg. d. cap per tuas. vbi Abb. num. 6 & 8. vbi etiam glos. verb. ad cautelam. Sayr. thesaur. cas. consc. lib. 2. cap. 20 num. 17. & 23.* & in casu, quo præstari debeat cautio, potest excommunicatus absolui ea præstita, etiamsi aduersarius appellet, ne absoluatur. *c. qua frõte. de appellat. d. gloss. in verb. ad cautelam. Felin. in Rubr. de appellation. post num. 1.* Si verò constet sententiam valere, tunc licet Iudex appellationis absoluere possit, satiùs tamen erit pro absolutione eum remittere ad Iudicem, à quo fuit excommunicatus. *d cap. venerabilibus. § sanè.*

22 Excommunicationis verò sententia absolutè lata non potest per appellationem suspendi, neque ad tempus potest suspendi per Iudicem, qui eam tulit. *cap. ad hæc. vbi Dec. num. 5. Io. Andr. Butr. Imol. Abb. & alij. de appellat. dicto cap. is cui. & d. § verum. Imol. in cap dilectis. num. 23. & Franc. num. 18. de appellat. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 437.* quia excommunicatio aut totaliter tollitur, aut totaliter ligat, quamobrem requiritur formalis absolutio. *cap. nuper. & cap. cum desideres. de sent. excommunicat.* & post multos ab eo allegatos dicit *Couar in Epitom. de sponsal. par. 2. cap. 6. num. 16. Ricciull. de iur. person. lib. 4. cap 65. num. 6. cum seqq. Ricc. in prax resol. par. 1. resol. 437. num. 1. Antonin. c ar. resol. lib. 1. resol. 71. n. 1. 2. 10. & 11.*

23 Quare excommunicatio ratificari nequit, sed aut statim valet, aut non valet. *gloss in cap 1. verb. rata 9 quæst. 2. Innoc. in cap. prudentia num. 6. & Abb. num. 19. de offic. deleg. V golin. de censur. tab. 1. c. 2. § 11. num. 8.* & sequitur *Sayr. thesaur. cas. consc. de censur. lib. 1 cap. 5. num. 21.*

24 Suspensio quoque, seu interdictum per appellationem non suspenditur, quia quantum ad hunc effectum non differunt ab excommunicatione. *c. ad hæc. vbi glos. 1. de appellat. c. is cui. vbi glos. verb. sequentem. & DD. de sent. excommun. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 23. nu. 12. Ricciull. de iur. person. lib 4. cap. 64. numer. 4. Rot. decis. 19. num. 2. de sentent. excommunicat. in antiq.*

25 Excommunicatus verò pro contumacia manifesta, quamuis appellet, non tamen debet absolui, nisi refectis expensis, ac præstita cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo. *c. venerabilibus. § secus autem. vbi Franc. num. 4. de sent. excom. in 6. Ricciul. d lib. 4. cap. 63. num 25.* in ea designato. *glos. in clem. 1. verb. donec. de decim. Couar. d. num. 16.*

26 Appellatio autem à sententia Iudicis declarantis appellantem incidisse in sententiam excommunicationis à iure latam operatur effectum deuolutiuum, & suspensiuum. *Abb. in d. cap. peruenit. 1. num. 6. de appellat. Gemin. in d. cap. is cui. & ibi Anchar. & Franc. de sentent. excom. in 6. idem Franc. in d. § verum. num. 27.* & ratio, est quoniam illa sententia habet annexum factum, super quo potuit Iudex decipi, ideò appellatio suspendit. *Achil. decis. 4. num. 7. de sent. excom.*

27 Verumenimuerò appellatio non admitteretur à sententia Iudicis declarantis aliquem incidisse in sententiam excommunicationis à iure latam, si reus fuisset cõtumax, nam quando aliquis incurrit aliquam censuram à iure latam, capta informatione citatur ad dicendum causam, quare non debeat declarari incursus illam censuram ob prædictam causam, & si non comparuerit, contrà eum proceditur ad diffinitiuam sententiam, & declaratur ille incursus ex ea causa, ob quam fuit principaliter citatus.

28 Nam vbi de periculo animarum agitur, procedi potest ad diffinitiuam contrà contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis lite non cõtestata *c. quoniam frequenter. § porrò. & ibi Soccin. vt lit. non contest. Præposit. in c. de accusationibus. 3. q. 9. Lap. singul. allegat. 10.*

29 Et quamuis dicatur, quòd verus cõtumax non audiatur appellans. *cap. ei qui. § sunt etiam. 2. q. 6. cap. de illicita. 24. q. 3. l. properandum. § sin autem. C. de iudic. l. 1. & ibi DD. C. quor. appellat. Felin. in dicto § porrò. nu. 19.* quòd etiam censuit Sacra Congregatio causis Episcoporũ præposita facta priùs relatione Clementi VIII. à sententia, scilicet etiam diffinitiua contrà verum contumacem prolata non esse appellationem recipiendam; nec inhibitionem, aut aliam quamuis prouisionem cõcedendam, quandiù appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, vt constat ex Decreto edito sub die 16. Octobris 1600.

30 Licet secùs dicatur de ficto contumaci, qui auditur appellans. *glos. communiter recepta in clem. t. vbi etiam Imol. de dol. & contum. Rot. decis. 2. & decis. 16. per totam. de dol. & contum. in nou. Grauat. ad Vest. lib. 7 cap. 3. num. 54.*

31 Nihilominus in Vrbe, & in Statu Ecclesiastico vigore Motus proprij Pij IV. & Constit. Marchiæ absens, bannitus, & condemnatus minimè appellare potest, etiam quòd non sit verus contumax, ac etiam quod à statuto solùm habeatur pro confesso, *vt post Carthar. de executionib. sentent. cap. 1. numer. 54. & sequentibus. & num. 262. & sequentibus.* dicit *Farinacius quæst. 11. num. 48. versic. Apud nos tamen.* & de generali totius Italiæ consuetudine testatur idem *Farinac. dicta q. 11. num. 3. Clar. in §. fin. quæst. 44. num. 3. Ricc. collect. decis. par. 5. decis. 1855.* vbi in fine addit cõtumacem solùm posse audiri per amicum, aut consanguineum per viam nullitatis contumaciæ, quando nullitas contumaciæ propositæ probari posset ex eodem processu, & citatione, & refert ita fuisse decisum per Collaterale Concilium. Et in Signatura Iustitiæ anno 1618. instãte Fisco Ecclesiæ Archiepiscopalis Rauennæ fuit obtentum, & ad me tunc temporis Vicarium generalem eiusdẽ Ecclesiæ causa remissa, & moderata inhibitio ab Auditore Cameræ obtenta ad fauorem cuiusdam Mansionarij Ecclesiæ Metropolitanæ eiusdem Ciuitatis à me condemnati in contumacia etiam ficta, quamuis idem Mansionarius fauoribus esset potenter munitus.

32 Quinimò dicitur etiam verus contumax non solùm is, cui personaliter facta est citatio, sed etiam is qui mendicato recessu post delictum commissum ne apprehenderetur, vel citaretur personaliter, statim à loco delicti recessit, & aufugit, nam in sui odium habetur pro præsente, & dicitur verus contumax, *vt post Alexand. in d. §. fin autem nu. 14. & Nat. consi. 240. num. 3.* dicit *Tessaur. decis. 265. numer. 5.* & ideò non potest opponere declaratoriã Iudicis. *Tessaur. dicta decis. 265. numer. 2.* Dicitur quoque verus contumax, qui non comparuit, neque docuit de aliquo legitimo impedimento, præcedentibus tamen necessarijs citationibus, vel monitorio, in quo cõminatio fuisset apposita. *Alexand. consil. 212. numer. 11. & ibi addit. vol. 6. Seraphin. decis. 290. numer. 8. par. 1. Ricc. collect. decis. par. 6. decis. 2294.* vbi refert statutum esse per Constit. Regni, quod si Vassallus habens feudum tribus vicibus à Domino requisitus per tres citationes, vt præstet seruitium pro feudo, si contumax fuerit, priuetur feudo, & citat *Afflict. decis. 265.* Aliásq. pœnas contumacis enumerat.

33 Et in tantum denegatur appellatio, quòd si fuisset admissa, & cõpareat contumax coram Iudice appellationis, debet ille Iudex pronunciare non esse locum appellationi, & causam remittere ad primum Iudicem, vt illi debitus honor seruetur. *Dec cons. 34. num. 1. post Barb. & Castr.* ab eo relatos. *Tessaur. d. decis. 265. num. 3. Baiard. ad Clar. quæst. 64. num. 37.*

34 Inquiens contumaciam purgari coram Iudice à quo. *Farinac. d. quæst. 11. num. 6. 11. & 12.*

35 Et hoc vt illi satisfiat, cum fuerit à reo contemptus, nam contumacia dicitur delictum, & præcipuè vbi adest admixtus Iudicis contemptus. *Clar. in §. 1. num. 13. vers. quæro etiam nunquid.*

36 Minùs contumaci sunt danda acta, & processus. *Clar. in §. fin. quæst. 49. nu. 6. Tessaur. d. decis. 265. num. 12.*

37 Negari tamen non debet, quòd, quãuis contumax non possit appellare, potest nihilominus in Statu Ecclesiastico Iudex, qui iudicauit ex se, absque Principis licentia reum condemnatum spontè comparentem infrà annum admittere ad nouas defensiones, vigore Constitutionum Pij Quarti, & Pij Quinti, quamuis secùs si post annum compareat, quia tunc recurrendum esset ad Signaturam Gratiæ. *Farinac. d. quæst. 11. num. 68. & 89. vers. si verò.* licet iure communi inspecto comparens infrà annum, siuè post annum admitti debeat ad nouas defensiones à solo Principe. *Boss. in titul. de remed. contrà ban. numer. 3. & titul. de liter. Princip. bannit. admit. numer. 3.* & post *Boss.* dicit *Farinac. dicta quæst. 11. num. 14. versic. & propterea. & numer. 15. versic. respondeo secundo. & dicto num. 48. vers. apud nos. & num. 64. cum sequentibus. Clar. dicta quæst. 44. num. 10. & ibi Baiard. num. 57.* Fisco & interesse habentibus citatis. *Farinacius dicto versic. præterea. & dicto vers. respondeo secundò. & num. 67. vers. apud nos. & num. 68.*

38 Qui-

38 Quinimò etiam in casu, in quo reus non est verus cõtumax, si Iudex vltrà contumaciam rei habuit testes, quos examinauit, tunc & tanquam confessus, & conuictus reus non appellat, quamuis sententia fuerit lata non solùm ob cõtumaciam, sed etiam propter delictum. *Nell. in tract. de bannit. in 4. p. 1. temp. in 1. quaest.* & post eũ *Foller. & Bursat.* tenet *Carthar. de execut. sent. cap. 1. num. 55.* & singulariter *num. 63.* & sequitur *Farinac. d. q. 11. num. 48. vers. In hac opinionum contrarietate. Rot. diuersor. par. 1. decis. 68. num. 4. & 5. facit Seraphin. decis. 972. nu. 13. p. 1.*

39 Sententia autem lata in contumaciam resoluitur per comparitionem rei, qui contumaciam purgare potest. *Rot. d. decis. 68. per totam. & decis. 369. num. 5. & 6. ead. par. 1.*

40 Quòd si aliquis fuisset ignoranter excommunicatus, tunc appellatio à diffinitiua impedit, & suspendit excommunicationem. *Host. in d. cap. pastoralis. nu. 13. vbi etiã Io. Andr. Imol. Franc. & Praeposit. de appellat. Franch. in d. cap. si cui. & ibi Anchar. & Gemin.*

41 Absoluendus autem nemo est ab excommunicatione, nisi pars laesa fuerit vocata super satisfactione sua, quãdo offensa esset notoria, & quando ad instantiam partis fuit lata excommunicatio, nisi priùs satisfaciat eidem parti. *cap. ea noscitur. & cap. quamuis. de sentent. excommunic. gloss. in cap. de presbyterorum. verb. praemissa. 11. quaest. 4. & gloss. fin. in cap. Parochianos. & in cap. peruenit. 1. verb. ipso suo genere. de sentent. excommunication. Hostien. in dicto cap. ea noscitur. numer. 1. & ibi Abb. num. 4. eodem Abb. in dicto cap. peruenit. num. 11. de appellat. & in cap cum desideres. num. 5. in cap. ex tenore. num. 1. & in cap per tuas. de sent. excom. & in cap. qua fronte. nu. 7. vbi etiam Butr. num. 11. Dec num. 19. & DD. de appellat. Nauar. p. 1. cons. de Regular. lib. 3. cons. 75. dub. 11. nu. 36. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 11. n. 7. de sent. excom. in 6.* & post plures congestos dicit *Sayr. thes. cas. consc. de censur. lib. 2. cap. 18. numer. 6. & seqq. Ricciull. de iur. person. lib. 4. cap. 70. nu. 1. & seqq. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 15. num. 1. & 3.* etiam quando esset lata ex communicatio ex officio, nam tunc erit citanda pars. *d. cap venerabili. §. porrò. de sent. excom. in 6. Ricciul. d. cap 70. num. 2.* Quòd si periculum esset in mora, tunc dabitur absolutio absque partis citatione. *cap sacro. vbi DD. de sent. excommunicat. gloss. in cap. 3. verb. non relaxet. de offic. Ordin. Franc. in d. cap. qua fronte. nu. 31. vbi etiam Butr. num. 11. & Imol. num. 9. Abb. in d. cap per tuas. num. 13.* si tamen absolutio daretur sine citatione teneret. *cap venerabilibus. §. sanè certum. de sent. excommunicat. in 6.* & de communi dicit *Abb. in d. cap. qua fronte. numer. 6. & 7. DD. in tit. de contum. §. fin. vers. sed pone excommunicatus. Ricciul. d. cap. 70. n. 12. & seqq. Ricc. dicta resol. 15. num. 3. & 4.* Malè tamen faceret iudex, quia sic absoluendo suis subditis iurisdictionem non seruaret. *Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum. num. 6. de offic. Ordin.* iniusta etenim absolutio ab excommunicatione valet. *dicto cap. pastoralis. §. verum. de appellat.*

42 Excommunicatus item absolui poterit, quamuis aduersarius appellaret ne absolueretur. *d. cap. qua fronte. de appellat. Ricc. in prax. resolut. par. 1. resolut. 412. num. 3.*

43 Si verò pro contumacia quis fuerit excommunicatus, tunc ille absolui potest praestita cautione de satisfaciendo. *cap ex parte. 1. de verb. signific. gloss. in d. verb. praemissa. cap venerabilibus. §. porrò. de sent. excommunicat. in 6. Couar. in dicto cap. alma mater. par. 1. §. 11. num. 11. Sayr. thes. cas. conscient. de censur. lib. 2. cap. 18. num. 14. Ricciull. d. cap. 70. num. 11.*

44 Idem dicendum est si offensa sit dubia, quia priusquam absoluatur excommunicatus debet praestari eadem cautio. *dicto cap. ex parte. 1. & cap. venerabilibus. §. 1. de sent. excommunicat. in 6. Couar. in dicto §. 11. num. 11. Sayr. dicto cap. 18. num. 16.* Declaratus autem excommunicatos per sententiam Auditoris Camerae ob non solutionem pensionis satisfacit in vtroque foro mittens literas Cambij, ac posset tũc per Episcopum absolui. *Henriq. in Sum. lib. 13. cap. 28. num. 2. in fin. Nouar. quaest. forens. par. 1. quaest. 33. num. 2. & 3.* licet secus quando literae Cambij non habuerunt effectum. *Nouar. d. quaest. 33. num. 4. & seqq.* vbi dicit ità fuisse resolutum per Rotam.

45 Quòd si nec possit excommunicatus satisfacere pro manifesta offensa, neque pro dubia dare sufficientem cautionẽ, tunc satis erit, quòd iuratoriam praestet

cautionem, vt de communi dicit *Conar. d.num.*11.

46 Manifesta autem contumacia est, cum quis citatus ad iudicium, vel fatetur in iudicio se contumacem, vel cum cõstat eum respondisse se nolle ad iudicium, neque ad Iudicem accedere. *d.c. venerabilibus.§.1.verf.fecùs.Card.in clem.vnic.de dol.& contum. Innoc. in c.folet. verb. manifesta.de sent.excommunic.in 6.Conar.in d.§.11.num.11.vers.est autem manifesta.*

47 Debet postea absoluendus iurare de parendo mandatis Ecclesiæ, priusquam absoluatur. *cap. cum aliquis. & ibi gloss. verb.cautelam.*11.*quæst.*3.*d.cap.ex tenore. & ibi gloss.*1.*Host.num.*1. *Abb.num.*1.*& Felin.circà princ.clem.*1. *§.& cum absoluendus.de pœn. Abb.in d.c.cum desideres. num.*4. *Conar. d. num.*11. quandoque tamen potest absolui is, qui petit absolutionem, sed recusat præstare huiusmodi iuramentum, quia tale iuramentum est introductum ad cautelam ex consuetudine Ecclesiæ. *c.cum desideres. §. cui quæstioni. de sentent. excommunicat.* & propterea non est de substantia absolutionis, quæ sine iuramento data valet.*gloss.in d.cap.cum desideres.verb.præstitū. vbi etiã DD.Dec. in cap.quæstioni. num.*3.*de appel. Ricciul. d.lib.*4.*cap.*69.*num.*12.

48 Absolutus autem cum promissione de parendo mandatis, si non paruerit, non reincidit in excommunicationem ipso iure, sed opus est noua reintrusione. *cap.ad reprimendum. vbi Abb. in* 4. *not. de offic. Ordin. cap. ad nostram.* 1. *cap. quæstioni. cap.constitutionem. de appellat. Rot. decis. final. de sentent. excommunicat.in nouiss. & decis.*22.*eod. in antiq. Ricciull. d.lib.*4. *cap.*66.*num* 14.*&* 15. Quæ reintrusio fieri debet causa probata, parte citata, & præmissa canonica monitione. *Rot.decis.*7. *de sent.excom.Ricciull.d.num.*15.

49 In absolutione verò ab excommunicatione potest Episcopus imponere absoluendo pœnam pecuniariam conuertendã in pios vsus.*Symanc.de Catholic.Instit. tit.*27.*num.*50.

50 Et quamuis sententia declaratoria excommunicationis incursæ possit præcedente iusta, & legitima causa suspendi ad tempus. *Franc. in cap.dilectis.num.*18.*de appellat. Auctor Prax. Archiep. Neapol. cap.*23. *num.*6. *&* 7. *Suarez de censur. disput.* 3.*sect.*6.*num.*6.*&* 7.

51 Potest tamen aliquis absolui ab excommunicatione cum reincidẽtia ad certum tempus, quo elapso remanet ille excommunicatus ipso iure absque aliqua Iudicis declaratione. *cap. veniens. vbi Io. Andr. & Butr. de testib. cap. eos qui. vbi gloss.& DD. de sentent.excommunicat.in* 6. *Conar.in cap.alma mater.par.*1.*§.*11.*n.*6. *Dec. cons.* 145. *Ricc. in prax. resol. par.*1. *resol.*597. *num.*4.*& seq.*

52 Excommunicatus autem ad instantiam partis sub conditione, si non soluerit intrà mensem, si pars proroget terminum antè mensem completum, tunc censetur etiam prorogata excommunicatio. *Abb.in cap.præterea.*2.*num.*4.*de appellat.Felin.in cap.ad aures.num.*24. *de Simon. & in c.*2. *num.*4.*de sponsal.*

53 Excommunicatus verò ad tempus præstitutum putà donec satisfecerit, elapso tẽpore indiget absolutione.*gloss.in clem* 1. *verb.donec. de decim.* quam sequitur *Abb. in cap. cum desideres. num.*2. *de sentent. excom.& in cap.*1. *num.*6. *vbi etiam Ripa de iud.Conar.in c.alma mater.par.*1.*§.*11. *nu.*5.*de sent excom.in* 6. *Nauar. in Man. c.*27.*nu.* 161. *Ricciull. de iur. person.lib.*4. *cap.*65. *num.*25. *&* 27. vbi dicit communem.*& num.*28.*& seqq.* Idem dicitur de suspenso donec satisfecerit, qui eget absolutione finito tempore. *glos.in d.verb.donec.& in extrauag.*1.*Io.*22.*verb.donec.de elect.Innocent.in cap. cum bona. vbi Abb. de ætat. & qualit. Fel.in c pen.post princ. de Simon.Nauar.de seq. poss.cons.*2. Similiter dicitur de interdicto. *cap.quamquam in fin. de censib. in* 6. *Couar. in dicto §.* 11. *num.*7. quamuis in suspenso, & interdicto donec satisfecerit, alij dicant post satisfactionem non esse necessariam absolutionem, sed sufficere declarationem super satisfactione. *Ricciul.d.c.*65.*num.*35.*gloss.in d.clem.*1. *verb.donec. Couar.de sponsal.p.*2. *cap.*6. *num.*16. *Capel. Tholos. decis.* 366. *Farinac.de delict & pœnis.quæst.*18.*n.*39. *vers.& si contumax.*

54 Excommunicatus autem per annum in excommunicatione insordescens non solùm habetur pro confesso,& conuicto de delicto principali, pro quo fuit citatus, & non comparens excommunicatus.*cap.rursus. & cap quicunque.*11.*quæst.*3. *gloss.in cap. cum contumacia. verb. hæreticus. vbi etiam Franc. & Anchar. de hæretic. in* 6. *Ricc. in prax. resolut. par.*1. *resolut.*434.

*num.*2.

num.2. veruntamen etiam est suspectus de fide. *c. excommunicamus.1.§.qui autem. de haeretic. Conc.Trid.sess.25. cap.3.in fin. de reform. Abb.in cap.postulasti.num.4.& Felin. vers. dicitur autem. de homicid. Host. in cap. final. num.5. & 6. de poen. Vestr.in pract. ciuil.lib.8. cap.final.n.21. & 22.& ibi Granat nu.42.Isern.in cap.1. vers. post annum. de statut. & consuetud. contra libert. Eccles. Eymeric. in par.1. Director. Inquisit. quaest.47. Augustinus Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.40. num.48.*

55 Et potest beneficio priuari.*c.rursus. & cap. cuicunque. 2. 11.quaest.3. Granat. loco citato.num.43.* Quod tamen intelligendum est, cum pro crimine fuerit excommunicatus, secùs autē si pro causa ciuili, & nummaria. *Abb. in cap.24. de iudic.& in cap.contingit.num.7. de dol.& contum. Granat. loco citato. num.43.* post alios ab eo allegatos.

56 Et huiusmodi excommunicatus per annum eo modo in excommunicatione insurdescens potest etiam antè annum temporali poena per Iudicem Ecclesiasticum puniri, & superindè contra illum inuocari brachium seculare, si ille excommunicatus contemnat excommunicationem. *Felin.in d. cap.postulasti.circa princ. vbi etiam Anan. de homicid. Abb. in dicto cap. final. num.5. & Host.num.8. de poen. Couar.in d.c.alma mater par.1.§.7.nu.10. antè fin. vt dicetur in tit. de fauor. Clericorum real.in §.5.cas.18.*

57 Notandum est, quòd potest quis inuitus absolui ab excommunicatione. *Abb. in cap.clerico.n.5 de cohabit.cler. & mul. Felin in cap.1.n.16. de offic.deleg.D.Tho. in 4.distinct.18.quaest.2.art.5.quaest.2.Abb. in cap.nouit.num.35.de iudic.& in cap ab excommunicato. num.20. de rescript. vbi etiam alij.* non tamen id fieri debet nisi ex causa rationabili, nimirum quando excommunicatio non prodest excommunicato, & nocet Cōmunicanti, propter participationem. *Abb in cap. Apostolica. de except. Capell. Tholos. quaest.290.nu.3.Sayr.thes. cas.consc.lib.2.cap.21.num.9.*

58 Potest etiam dari absolutio ad cautelam ab excommunicatione.*cap per tuas. de sent.excommunicat.cap.solet.& cap.venerabilibus. eod.in 6.* necnon & à suspensione.*c.venerabili.eod.d.c.Apostolicae.*

59 Ab excommunicatione, vel ab alia censura poterit quis absolui absens, & per literas, vt dictum fuit superiùs *in tit. de Discipl.Clericali §.1. num.56. Riccius.de de iur.person.lib.4.cap.69.num.10. Laym. theol.moral. lib.1.tract.5.par.2.cap.6.n.9. & alij.* Item per procuratorem, qui tamen habeat mandatum ad id speciale. *Rot. decis.25.de sent.excom.in antiq.* vt similiter dictum fuit *d.§.1. num.57.* dummodò id fiat ex magna causa. *Abb. in c.cum desideres.vbi etiam Felin.de sentent.excom. addit.ad Capell.Tholos.quaest.56.* vbi subditur, quòd valeret absolutio, quamuis aliter fieret; Idemq. sentiendum de dispensatione super irregularitate, ita ex cōmuni: *Riccard.in 4. dist.18.art.10.q.2. Nauar. in Manual. cap.26.numer.14. Sot. in 4. dist.22.q.2.artic.3. in fin. Sanchez. lib 2. moral.cap.11. num.14. Auil. par.2. cap.7. disp.2.dub.1.Suar.disp.7.sect.7.num.4. & sect.9. in fin. & alij.* Nam excommunicatio est poena Ecclesiastica, quae sicuti absenti, & ignoranti, cuius tamen contumacia nota sit, infligi potest; ita multò magis eidem remitti potest sola voluntate absoluendi potestatē habentis, dummodò ea humano modo significata, & expressa sit. Ex quo infert Auila loco cit. rectè facere Praelatos ordinum, quùm in Capitulis Generalibus dantes absolutionē à censuris eam etiam extendunt ad absentes. Quemadmodum etiam Confessarius facultate absoluendi praeditus oblitus sit aliquem à censura absoluere, vel si aliquem absoluat à censura, à qua non poterat, quia erat superiori reseruata, posteà impetrata facultate poterit absolutionem etiam absenti conferre, si eum ad se accersere non posset, secùs de absolutione à peccato reseruato, cum haec sacramentalis sit, ideoq. praesentiam rei omninò requirat, vt dictū fuit superiùs *in tit. de Disciplina Cleric. §.1.num.55.*

60 Iudex autem Ecclesiasticus quamuis non sit Sacerdos, modò sit clericus absoluere potest ab excommunicatione, quia excommunicatio est iurisdictionis. *gloss. in cap. canonica. verb.presbyter. de sentent. excommunicat. D.Tho. in 4.sent. dist.18. quaest.2.art.2.* & post *Cald.* dicit *Abb.in capit. ab excommunicato. num. 16. de rescript.*

61 Notandum praetereà est, quòd Vniuersitas, & Collegium excommunicari non potest, cum excommunicatio sit poena

animæ, Collegium autem, siuè Vniuersitas animam non habeat, & insuper sequi exindè posset, quòd contingat nonnunquam innoxios irretiri. *cap. Romana. §. final. & ibi Archid. num. 5. & Hostien. num. 4. 5. 8. & 10. de sent. excommunicat. in 6. Felin. in cap. tam te. num. 14. & ibi Gemin. & alij. de rescript. Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 8. num. 9. & in d. cap. alma mater. par. 1. §. 9. num. 3. vers. hac & alia multa. Cassan. consl. 1. num. 37. Menoch. de arbitrar. centur. 6. cas. 598. num. 17. cum seqq.* & post multos ab eo cumulatos dicit *Sayr. thes. cas. consc. lib. 1. cap. 8. num. 15. & seqq.* & excommunicatio lata contrà formam. *d. §. final. est nulla. Archid. in dicto cap. Romana. §. prohibemus. n. 5. vbi etiam Host. n. 4.* & post alios citatos dicit *Felin. in cap. dilecta. num. 6. de except.*

62 Potest tamen sententia interdicti ferri in Vniuersitatem, Collegium, siuè Capitulum, cum & pro delicto alterius ferri possit. *cap. non est vobis. de sponsal. Host. in d. cap. Romana. num. 8. Sayr. dicto cap. 8. nu. 20. cap. si Ciuitas. de sent. excom. in 6. c. sanè quia nos. de offic. deleg.* Sententia verò excommunicationis non potest promulgari, & ferri nisi duntaxat in illos de Collegio, siuè de Vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit. *d. §. final. in fin. vbi gloss. verb. culpabiles. Ioan. Andr. & Franch. in princ. & Gemin. num. 3. Innoc. in c. eam te. num. 8. & 9. & Felin. num. 13. de rescript.* imò si constaret, quòd tota Vniuersitas esset in culpa posset ipsa Vniuersitas excommunicari, *DD. in d. §. fin. Couar. in lib. 2. var. resol. cap. 8 num. 9.*

63 Successores tamen ipsorum in dicta Vniuersitate non ligãtur prædicta excommunicatione.

64 Nam excommunicatio non transit in successores. *Felin. de communi in c. responsio. nu. 4. de sent. excommunicat. Bald. in l. si grege. & ibi Castrens. Imol. Aret. & alij. ff. de leg. 1.* nisi in eadem fuerint contumacia, in qua fuerunt antecessores. *c. aduersus. de immun. Eccles. Franch. in d. §. fin. vbi etiam DD.*

De fauore Clericorum Perſonali.

SVMMARIVM.

1 *Fauor clericalis triplex, perſonalis, realis, & mixtus.*
2 *Clericus non poteſt iudicari à Principe, ſiuè Iudice ſeculari.*
3 *Clericos ſubiectos eſſe poteſtati laicali dicere eſt opinio hæreticorum.*
4 *Clericus non poteſt iudicari à ſeculari, etiam pro crimine atrociſſimo.*
5 *Banniri non poteſt clericus à Iudice ſeculari.*
6 *Secularis non habet poteſtatem ſuprà corpus clerici.*
7 *Clericus non poteſt effici reus criminis læſæ maiſtatis temporalis.*
8 *Clericus non poteſt iudicari à Iudice ſeculari, etiam pro crimine læſæ maieſtatis.*
9 *Conſtantini Imperatoris dictum.*
10 *Papa à nemine iudicari poteſt.*
11 *Clericus ratione feudi, quod habet à laico non poteſt iudicari ab eodem pro delicto, etiam criminis læſæ maieſtatis.*
12 *Clericus ratione bonorum emphyteoticorum, quæ habet à laico, non poteſt iudicari criminaliter à laico.*
13 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim in iure eſt validum.*
14 *Princeps ſecularis in cauſa feudali, & emphyteoticaria ciuili poteſt iudicare clericum.*
15 *Clericus delinquens in officio, quod habet à Principe ſeculari, non poteſt iudicari ab eodem Principe.*
16 *Equites Hieroſolymitani delinquentes in officio, quod habent à Principe ſeculari, nequeunt ad eodem Principe iudicari.*
17 *Clericus coram Iudice ſeculari conueniri non debet pro ſolutione gabellæ, quæ ab eo ſoluenda foret ratione negociationis.*
18 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſeculari de iure Diuino.*
19 *Clericus quãdo ordinatur fit res ſacra.*
20 *Sacerdotes apud Romanos non erant ſubdsti poteſtati laicali.*
21 *Superior non poteſt iudicari ab inferiori.*
22 *Laici ſubijciuntur indicio Eccleſiaſticorum.*
23 *Eccleſia olim iudicabat omnes Chriſtianos, & in veteri teſtamento omnes præſertim cauſæ graues, & ambiguæ deferebantur ad Iudices Sacerdotes Leuitici generis.*
24 *Clerici nunquam fuerunt ſub Iuriſdictione laicorum.*
25 *Lex Imperialis eximens clericos à Iuriſdictione laicorum eſt declaratoria, non priuilegij conceſſoria.*
26 *Poteſtas Eccleſiaſtica non dependet à Rep. ſed eſt immediatè à Deo.*
27 *Poteſtas Epiſcoporum eſt immediatè à Petro, & à ſucceſſoribus eius, mediatè verò à Deo.*
28 *Poteſtas ſecularis eſt immediatè à Republica, & mediatè à Deo.*
29 *Imperator habet poteſtatem immediatè à Papa, nec iure dici poteſt Imperator, qui à Papa non fuerit approbatus.*
30 *Sacerdotes veteris legis iudicatos fuiſſe à poteſtate ſeculari quomodo intelligi debeat. & n.n. ſeqq.*
31 *Conſilium Hebræorum olim conſiſtebat Sacerdotibus.*
32 *Sacerdotes nouæ legis fruuntur maioribus priuilegijs, quàm Sacerdotes veteris legis.*
33 *Reges antiquitùs erant etiam Pontifices, Imperator Romanus olim Pontifex dicebatur.*
34 *Rex non eſt merè laicus, & quare.*
35 *Princeps ex priuilegio Papæ poteſt eſſe capax ſpiritualium, & quomodo. num. 37.*
36 *Princeps poteſt de conſuetudine habere ſpiritualia, & quomodo. num. ſeq.*
37 *Laicus ex poteſtate Papæ poteſt excommunicare.*
38 *Clerici ſunt ſubiecti Principi ſeculari quoad defenſionem, & protectionem.*
39 *Clerici fuerunt ſubiecti poteſtati ſeculari de facto, & ex vſurpatione.*

§. Primus.

§. Primus.

1 PRIAM dictum fuit de fauore Clericorũ Canonis, nunc liceat disquirere de fauore clericorum fori, quem triplicem esse censeo, personalem scilicet, realem, & mixtum. De personali autem tangente personam ipsius clerici modò videndum erit.

2 In eo verò præcipuè consistit fauor personalis, quòd nullus Princeps, vel Iudex secularis clericum quouis modò iudicare potest. *auth. statuimus.C.de Episc.& cler.vbi DD.*& præcipuè *Bal.* dicunt omnia iura ciuilia, quæ dicebant laicos habere aliquam Iurisdictionem in clericos, esse correcta per eandem *auth. statuimus. & per auth. vt cleric. apud propr. Episc. cap consulendum.in fin. 28.dist.c denique. 96.dist.c.1.& per totam.11.q.1. c.clerici. in princ.& ibi Abb.n.24.& per totum. & c.at si clerici.& c.qualiter.de iudic.c.nullus.c.si diligenti.& cap.significasti. de for. comp.c.si Iudex.de sent. excom in 6. Alex. cons 8. ferè per totum.vol.1. Rol.cons. 4. n.6.vol.1 & cons 12. nu. 34.vol.2.Grammat.decis.29.per totam.& decis.61. per totam. Couar. pract.quæst. cap.31.n.3.vers. tertia. conclusio.Clar. in §.fin. q.36. in prin.Decian.in tract.crim.tom.1.lib.4.c.9. n.1.Guid.Pap q 77.n.2.& 3.Afflict super Constit.Neapol.sub Rubr.43.vbi cler.in mal fic.ueb.conuen.lib.1.n.2.& 9.Vasq.de success.creat.lib.3.§ 22.n.60. & seqq. Rot. decis.10. num. 4. de consuetud. in antiq.. Tusc.pract .quæst. conclus.8. nu.1. tom.5. Diaz.in pract.crim canon.c.65.per totum.*

3 Et hoc adeò verum est, vt sit opinio hæreticorum dicere, clericos subiectos esse debere potestati laicali. *Albert. Pighius.de Eccles. Hierarch. lib.5.c.1. &.2. Sot.in 4.dist.25.q 2.art.2.in princ.Victor. de potest. Eccles.par.1.quæst. Vtrum clerici sint exẽpti. proposit. 1. Bellarmin.lib.2. controuers.2.controuers. de mẽbris Eccles. militan.lib.1.de clericis.cap.28.*

4 Et in tantum est verum hoc, vt nequeat Princeps, seu Iudex secularis iudicare clericos deprehensos in quibuscunque criminibus, quantumlibet atrocissimis. *c.cum non ab homine. de iudic. Rol. d.cons.4.n.22.Clar.d.q.36.vers.setas aut. Boss.in tit.de for.comp. n.127. & in tit. de crim.læs.Maiest.n.86.Couar.pract. quæst. c.32.n.2.vers.primum etenim.& lib.2.var. resol.cap.20:num.7.*

5 Neque clericos bannire. *Gramat. d.decis.29.n.3.& d.decis.61.n.16. Specul. in tit.de citat.§.1. vers.sed pone. num.20. Io.Andr.in c.si diligenti. vbi etiam Butr. & Abb.de for.comp.*

6 Nec etiã contra corpus clerici mortui potest laicus procedere propter characterem clerici. *Rebuff. in concordat. Rubr.de protect.concord.vers. imò.Bozius de iure status, seu de iure diuino. de immun.Eccles.lib.2.cap.fin.*

7 Et quamuis clericus non possit effici reus criminis læsæ Maiestatis, si quid contrà suum Principem temporalem commisit, cum non sit ei subditus, sed sit subditus Ecclesiæ. *l.cum clerici. C. de Episc. & cler.Bar.in extrauag. ad reprimendũ. verb. conditiones. Barbat.cons.22. num.2. & 4. vol.3. Rol. d.cons.4. nu.2.3.4. & per totum. vol.1. Gigas in tract. de crim. læs. Maiest. lib.1.q 68.Boss.eod.tit.n.86.& tit. de for.cõp.n.137.Clar.in §.læsæ Maiestatis. num. 7.* dicens de communi, *& in §.fin.q.36.nu.23. Couar. lib.2. var.resol. cap.20. n.7. Gom. in §.rursus.n.24.Inst. de action. Menoch.cons.99. nu.21. vol.1. Gregor.Tholos.Syntagm.iur.lib.35. cap.2. num.6. Mart.de Iurisd p.4.cas.133.n.30. & cas.134. Grammatic.decis.29. num.12. Ricc.in prax.resol.par.1. resol.311.* neque reus læsæ Maiestatis dici verè potest, qui subditus non est. *Card. in cap. vergentis. de hæretic. Arnald. Alberic. in cap. quoniam. in quæst. 11. vers. sexto fallit. de hæret.in 6.*

8 Tamen si daretur casus, quod efficeretur reus criminis læsæ Maiestatis contrà suum Principem temporalem, non potest per eundem Principem, neque per alium Iudicem secularem iudicari. *cap. in memoriam §.si verò. 19.dist. Mart.de Iurisd.par.4. cas.133.num.27. & cas.134. Barbat.d.cons.22.per totum.Bart.in dicta extrauag. ad reprimendum. vers. conditionibus. Rol.d.cons.4.* vbi latè discurrit. *Boss.in d.tit.de crim.læs. Maiest. num.86. & seq.Gig.in eod.tit.§.quis de crim.cogn. pot.Clar.in d.§.læsæ.Maiestatis. d.num.7. & in d.q.36.vers. quæro nunquid. Grammat.inter Decisiones.cons.1.nu.30. & 31.*

Io.

Io. de Terra Rubea in tract qui sint rebelles. art. 5. tract. 3. concl. 16. & 17. Boer. in tract. de seditiosis. col. 18. vers. præsuppono etiam. nu. 3. Foller. in pract. crim. p. 1. 2. partis n. 95. Decian in tract. crim. lib. 7. in tit qui commit crim. læs. Maiest. cap 8. Diaz. in pract. crim. canon. c. 119. Farinac. in prax crimin tom. 1. q 8. num. 28. Ruin. cons. 4. nu. 3. vol. 5. Afflict. super Constit. Neapolit. lib. 1. rubr. 43. numer. 2. & seqq. Carauit. super Rit. magn. Cur. rit. 135. in fin.

9 Quamobrem Constātinus Imperator præsidens in Synodo Nicęna, cum querelam quorundam clericorum coram se deferri conspiceret, Vos, ait à nemine iudicari potestis, quia ad Dei solius iudicium reseruamini. *c. satis. 96. dist. c. sacerdotibus. & cap. continua. 11. quæst. 1. cap. futuram. 12. quæst. 1.*

10 Multò magis hoc dicendum est de Summo Pontifice, qui à nemine prorsus iudicari potest. *c si Papa. 40. dist. c. nunc autem. 21. dist. & c. satis. 96. dist.* neque Papæ facta ab Imperatore iudicari possunt. *c. in scripturis. 96. dist* etiam quòd Papa iudicio Imperatoris se subijcere vellet, quod facere nequit, quia irrogaretur iniuria Deo, si Vicarius suus iudicaretur à laico. *Abb. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ numer. 7. vbi etiam Felin num. 5. de constit. Clar.* de communi *in §. final. quæst. 35. numer. 3. Azor. par. 2. Instit. Moral. lib. 4. cap. 7. quæst. 6.* quia prima sede à nemine iudicatur. *dicto cap. nunc autem.*

11 Neque clericus, si feudum à seculari teneret, posset ratione delicti, etiam criminis lęsę Maiestatis, personaliter distringi, cum Dominus ratione delicti non habeat in clericum Vassallum personalem districtionem. *Abb. in d. c. verum. nu. 17. 23. & 24.* vbi post *Io. Andr.* dicit hanc opinionem esse veriorem, & tutiorem, & ibidem *Barbat. de for. comp. Bald. in cap. dilectis. nu. 10. de appellat. DD. in clem. 1. de offic. Ordin. & in clem. pastoralis. de re iud. Io. Andr. in c. vnic. vbi etiam Gemin. de cler. coniug. in 6.* Nec vbi clericus Vassallus priuandus venit propter proditionem factam, seù læsam Maiestatem potest Dominus feudi, seù Iudex secularis cognoscere directè, neque indirectè, neque in consequentiam, putà ciuiliter de crimine ad priuationem feudi procedendo, sed solùm Iudex Ordinarius Ecclesiasticus ipsius clerici hoc facere poterit. *Innoc. in cap non minus. num. 4. de immunit. Eccles. & in d. c. verum.* vbi post eum dicit *Abb. n. 17. & Hostien. num. 2. Soccin. Sen. in cap. ex transmissa. in quæst. 1. & 3. principalis membri. de for. comp. & cons. 12. num 12. & 23. vol. 1. Hostien. in tit. de feud. §. fin. Roland. dicto cons. 4. num. 35. vol. 1. Bero. cons. 82. num. 11. & 12. vol. 1. Clar. in § fin. quæst. 36. numer. 23. Menoch. de recuper. poss. remed. 3. num. 422. & 477. Surd. cons. 338. numer. 23. vol. 3. Roderic. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 62. artic. 10. Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 10. cap 19. quæst. 9. & 10.* Et in euentum, quo à sententia per huiusmodi Iudicem Ecclesiasticum lata appellaretur, esset appellandum non ad Iudicem laicum feudalem, sed ad Iudicem Ecclesiasticum superiorem. *Bero. d. cons. 82. num. 13.*

12 Quod etiam dicendum est in Emphyteusi.

13 Cum valeat argumentum de feudo ad Emphyteusim. *Ias. in l. 1. nu. 6. & DD. C. de iur. Emphyt. Clar. in §. Emphyteusis. q. 50. & §. feudum. q. 3. vers. sed nunquid. Euerard. in locis legal. c. 17. Ruin. cons. 24. num. 8. vol. 1. Gig in d. tract. de crim. læs. Maiest. §. qualiter & à quibus. quæst. 68. num. 5.*

14 Si verò agatur in causis prædictis feudali, & emphyteoticaria ciuiliter, tunc Dominus feudi, seù emphyteusis, licet secularis est Iudex, vt dicetur inferius *in tit. De fauor. Cler. Real. in §. 3.*

15 Idem etiam dicendum est, si clericus fuerit per Principem seculare admissus in aliquo officio, si in eodem officio deliquerit, qui non poterit à Iudice seculari puniri. *gloss. 1. in capitul. dilectis. de appellation. Abb. in capitul. cum contingat. num 1. de for. compet. Aufrer. in clem. 1. num. 25. de offic. Ordin. Clar. in §. final. dicta quæst. 36. versic. quaro pone. num. 21.* vbi dicit de communi. *Couar. pract. quæst. capit. 33. numer. 6.* dicens pariter communem. *Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 143. Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 64. vers. si tamen.* neque carcerari proindè poterit. *Bald. in cap. dilectis. nu. 9. & 15. de appellat.*

16 Quod idem dicendum est de Equitibus Hierosolymitanis. *Franc. decis. 479. num. 4. & 5. par. 3. Caball. resolut. crim. cas. 64. per totum.*

17 Neque etiam poterit conueniri clericus coram Iudice seculari pro gabella, quæ ab eodem clerico soluenda foret ratione negociationis. Card. in clem. præsenti. in 6. quæst. de censib. Bald. in l. de his. C. de Episc. & Cler. Abb. in cap. qualiter. in fin. de iudic. Bertachin. de gabell. p. 7. q. 7. vers. præterea. Roland. cons. 71. num. 15. vol. 4. Salced. ad Diaz. in pract. crimin. canon. c. 55. vers. erit tamen hæc gabella. vbi dicit hanc opinionem veriorem esse, tùm quia delictum clerici, qui se immiscet negotijs secularibus, nō debet præiudicare Iurisdictioni Ecclesiæ. argum. cap. si diligenti. de for. compet. tum verò quia sufficit, quòd clericus teneatur soluere gabellam ratione negotiationis, ad cuius solutionem Iudex Ecclesiasticus potest illum cōpellere; Præterea libertas Ecclesiastica non potest tolli per legem, neque per consuetudinem secularem. c. nouit. de sent. excom. c. fin. de immunit. Eccles. in 6. Quamuis non desint, qui teneant petendam esse solutionem gabellæ coram Iudice seculari non contrà personā clerici, sed contrà bona. Guglielm. de Cun. in l. de his. & in auth. iubemus. C. de sacros. Eccles. Bened. in c. Rainutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. n. 322. de testam. Tiraql. lib. 1. de retract. cap. 32. gloss. 1. nu. 81. sed horum opinio reprobatur, quia cum clericus conuenitur, fit iudicium cum eo coram Iudice seculari, & ità coram Iudice incompetenti.

18 Supradictorum autem ea est ratio potissima, quia clerici sunt exempti à Iurisdictione Imperatoris, & laicorum de Iure Diuino. Genes. 47. Esdr. 8. Exod. 21. 3. Reg. 9. Matth. 12. 17. & 23. Nolite tangere Christos meos, idest clericos. Qui vos spernit me spernit, & qui tangit vos tangit pupillam oculi mei. Zachar. 2. Deus stetit in sinagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat, idest Ecclesiasticos dijudicat. Psalm. 71. cap. duo sunt. & cap. si Imperator. & ibi gloss. verb. discuti. 96. dist. cap. Sacerdotibus. & cap. Syluest. 11. quæst. 1. cap. tributum. 23. quæst. 8. cap. nimis. & ibi Abb. in fin. de iuretur. Concil. Trident. sess. 25. cap. 20. de reformat. gloss. in cap. quamquam. verb. Diuino. de censib. in 6. Innocent. in cap. si quis num. 1. & ibi Abb. num. 1. & 2. Hostien. nu. 5. Felin. num. 1. Goffred. Io. Andr. & alij. de maior. & obed. Abb. in cap. solita. num. 4. eodem Card. in repet. c. perpendimus. in 7. opposit. vbi fatetur communem. de sent. excom. Prapofit. in cap. in primis. §. de persona. numer. 6. 2. quæst. 1. Abb in dicto cap. at si clerici. num. 23. vbi etiam Bald. de iudic. Alciat. in cap. cum non ab homine. num. 2. & 47. vbi dicit communem. de iudic. Fel. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. nu. 6. vbi multos allegat. vbi etiam Dec. nu. 14. de constit. idem Felin. in cap si diligenti. num. 17. & in cap. verum. num 3. antè fin. de for. compet. Oldrad. cons. 83. num. 1. & 4. Barbat. cons. 45. num. 1. volum. 2. Roland. qui etiam de communi testatur d. cons. 4. num. 3. vol. 1. cons. 12. num. 44. & cons. 33. num. 10. vol. 2. Bursat. de magis communi consil. 42. num. 1. & 2. vol 1. Couar. pract. quæst. cap. 31 numer. 3. Clar. de communi in §. fin. dicta quæst. 36. num. 1. Nauar. qui etiam communem dicit in cap. nouit. numer. 6. & 32. & DD. de iudic. Rebuff. in concordat. Rubr. de protect. concordat. versic. & primo sciendum. & consil. 193. num. 5. Aufrer. in clement. 1. in princip. 1. quæst. de offic. Ordin. Aluar. Pelagius. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 54. Vasquez. de success. creat. lib. 3. §. 22. numer. 58. & seqq. Roman. singular. 419. Garzias de nobilitat. ad leg. Cordub. in pr nc. Alderan. Mascard. de general. statut. interpretat. conclus. 1. num. 73. & sequenti. Decian. in tract. criminal. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 1. Menchaca. de success. creat. §. 22. nu. 58. qui dicit pariter communem, & pluribus probat Bellarmin. Controuers. lib. 2. de membris Ecclesiæ militan. lib. 1. de clericis. cap. 28 proposit. 5. & hanc opinionem ex multis sacræ Scripturæ locis probat Thomas Bozius in tract. de iure status, siuè de iure Diuino, & natural. Eccles. libert. lib. 2. cap. 17. & cap. final. & lib. 4. capit. 3. & per totum. & lib. 5. capit. 1. & capit. seq. Vinius commun. opinion. verb. clerici à potestate. Tusc. pract. quæstion. conclus. 59. per totam. tom. 4. & de veriori, & communi consensu Canonistarum dicit, & sequitur Azor. lib. 5. Institut. Moral. par. 1. cap. 12. versic. ego profecto. & de communi pariter opinione Iuristarum dicit Duard in com. Bullæ Cœnæ Domini. lib. 2. Canon. 15. q. 18. nu. 6. vers. secunda sententia. vbi ad contraria respondet.

19 Nam eo ipso, quòd quis ordinatur in clericum, efficitur res sacra, & spiritualis, & in sortem, ac seruitium Domini transfertur, & ab omni vsu laicali separa-

tur.

tur. *cap. eius portio.* 12. q. 1. *gloss. pen. in d. c. si Imperator.* 96. *dist. Abb. in d. c. solitæ. n.* 4. *& in d. c.* 2. *n.* 1. *& Host. n.* 6 *de maior. & obed. Oldrad. cons.* 83. *nu.* 5. *Soccin. Sen. d. cons.* 12. *nu.* 16. *vol.* 1. *Alex. cons.* 8. *nu.* 1. *vol.* 1. *Roman. sing.* 414. *Azor. d. cap.* 12. *vers. & in dictis capitibus*. fuit etenim datum priuilegium à Deo, quòd in spiritualibus solus Papa, seu Iudices Ecclesiastici se intromittere possint. *cap. cum ad verum.* 96. *dist. c. quanto. & ibi gloss. fin. de iudic. Innoc. in c. nouerint circa princ. de sentent. excom.*

20 Apud Romanos quòque constitutum fuerat, quòd Sacerdos Maximus non esset subditus populo, neque Senatui, sed ipse Sacerdos habebat iurisdictionem in rebus, & personis sacris, vt testantur *Pomponius Lætus de Sacerdot. Roman. cap.* 10. *& Onuphrius Panuin. lib.* 5. *Fastorum. cap. de Pontifice Maximo*.

21 Est enim contrà iura diuina, & humana, & naturalia, vt inferior iudicet superiorem. *cap. cum. inferior. de maior. & obed.* & quòd maior exhibeat reuerentiā inferiori. *l.* 1. *§. sicut. vbi gloss. de aqu. plu. arcen.*

22 Propterea à *Gelasius Papa in Epistola ad Anastasium Imperatorem*, Nosti, inquit ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem.

23 Addatur etiam, quòd in primitiua Ecclesia non solum clerici, sed Christiani omnes ab Ecclesia iudicabātur. *D. Paul.* 1. *ad Corinth.* 6. *&* 1. *ad Timot.* 5. *c. quecunque. cap. placuit. ante fin. & cap. relatū.* 11. *quæst.* 1. *gloss.* 1. *in fin. in cap. Episcopus.* 6. *q.* 2. *Abb. in d. c. qualiter. n* 7. *de iudic. & plurib. probat. Petr. de Monte de potest. Pontif. Rubr. de Imper. maiest. orig. q.* 4. *num.* 6. *Duard. d. q.* 18 *nu.* 45. *& lib.* 2. *q.* 5. *num.* 7. *post Mart. ab eo citatum*. Quinimmò in veteri testamento causæ omnes præsertim graues, difficiles, & ambiguæ deferebantur ad Iudices Sacerdotes Leuitici ordinis. *Exod* 17. *cap per venerabilem. §. rationibus. vbi Innocent. & Abb. num.* 38 *qui fil. sint legit. Nauar. in relect. cap. nouit nu.* 133. *de iudic. Petr. de Monte de Pontif. potest. Rubr. de Imper. Maiest. orig. §. clarum autem. num.* 6. *Card. Alban. de potest. Pap par.* 2. *num.* 8. *Iacobat. de Concil. lib.* 7. *num.* 46. *&* 47. *& art.* 2. *n.* 43. *&* 44.

24 Neque fuerunt vnquam clerici sub iurisdictione laicorum. *gloss. pen. in cap si Imperator.* 96. *dist. Alex cons.* 8. *n.* 1. *vol.* 1. *Aufrer in clem.* 1. *in princ.* 1. *quæst. de offic. Ordin Tusc. pract. conclus. iur. cōclus.* 386. *nu.* 2. *tom.* 1. *Rebuff in concordat d. Rubr. de protect. concordat. vers. primo sciendum. & vers. nec obstat falsa. Bal. in auth. statuimus. in princ. C. de Episc. & cler. Praepos. in cap. cum ad verum. col.* 9. *vers. & licet attribuatur. & col.* 13. *vers. & bis rationibus.* 96. *dist. Archid. in c. nos si competenter. §. item notandum. num.* 4. *vbi etiam Turrecrem. in §. Item cum Balaam. num.* 2. *Gemin. Bellem. & Praeposit.* 2. *q.* 7. *Surd. cons.* 301. *num.* 54. *vol.* 3.

25 Quinimò Imperatorum Constitutiones, quæ eximunt clericos à Iurisdictione laicorum, prout fecit Imperator Iustinianus *in d. auth. statuimus.* sunt declaratoriæ, non priuilegij concessoriæ, & priuilegium clericorum, vt non conuenianter coram laicis, non fuit indultum dispositiuè, sed declaratiuè. *d. c. Sacerdotibus. gloss. in d. c. si Imperator. Abb. in d. c. si quis. nu.* 1. *vbi etiam Felin. num.* 1. *& DD. de maior. & obed. Barbat. d cons.* 45. *num.* 1. *Alex. de Neuo cons.* 50. *num.* 2. *Surd. cons.* 396. *n.* 14. *vol.* 3. quia vt dicit *gloss. in d. c. si Imperator. verb. discuti.* antequam emanasset constitutio Ecclesiastica, erāt clerici exempti, & liberi à Iudice seculari. *Bal. in d. cap si quis num.* 5. *Rol. d. cons.* 4. *nu.* 7. *Surd. dicto num.* 14.

26 Et ità clerici sunt de iure diuino immediatè subditi potestati Ecclesiasticę, quæ potestas nullo modo dependet à Rep. sed est immediatè à Deo. *c. in nouo* 21. *dist. c. legimus.* 93. *dist. c. sacrosancta §. hæc verò* 22. *dist. cap. nouit post mediū. vbi glo. verb. Iurisdictionē. Abb. n.* 11. *&* 12. *Dec. n.* 63. *& Nau.* 147. *de iudic. idē Nau. de spol. cler. §.* 2. *sub n.* 1. *Sylu. verb. Papa. Iacobat de cōcil. lib* 6. *art.* 1. *n.* 4. *Gramat. cōs.* 1. *n.* 34. *post decis. Sot. lib.* 4. *de Iust. & iur. lib.* 4. *ar.* 1. *cōcl.* 1 *&* 2. *Cou. pract. quæst. c.* 1. *n.* 2. *vers.* 2. *conclusio & in reg. peccatum relect par.* 2. *§.* 9. *n.* 6. *de reg. iur. in* 6. quoniam immediatè fuit trāslatum à Deo sacerdotium de Aron in Christum, & de Christo in Petrū. *Abb. in c. translatum. n.* 1. *de constit. Petr. à Monte de potest. Pontif. n.* 1. *Io. à Capistrano eod. tract.* 2. *par.* 2. *princ. num.* 68. *&* 171. eamquè Petrus, eiusque Successores habent immediatè à Deo. *Couar. d. vers. secunda conclusio. & in reg. peccatum.*

tum.par.2.§.9.nu.6.Nauar.in cap.nouit. num.3.illat.17.num.22.& illat. 25. n.92, de iudic.

27 Potestas verò Episcoporum est immediatè à Petro, & à successoribus eius, & mediatè à Deo. *Vargas.in tract. de Iurisd. Episc. confirmat.6. D.Thom.lib.4. contrà gent. cap.76. circà fin. Turrecrem. de Ecclef.lib.2. cap.54. Iacobat. de Concil. lib. 10.art.7.num.81. & seqq.*

28 Potestas autem secularis nõ est immediatè à Deo, sed à Rep.ex eius expresso, aut tacito cõsensu, mediatè autem à Deo, qui diuinitùs Rempub. erudiuit, vt ad eius rectam gubernationem institueret Principem; Saul etenim non immediatè, sed mandato Dei, mediante Samuele summo Sacerdote fuit Rex constitutus, & inunctus, 1. *Reg.89. D.Thom.p.2.q.97.art.3. ad fin. Sot. lib.4. de Iust. & iur. d. quæst.4. art.1. conclus.2. & art.2. vers.de hac quæstione. & lib.5.q.4.art.1.vers.per hæc ergo.Caiet. de potest.Pap.2.par.cap.2.9. & 10.Couar. d.cap.1. nu.1.3.& 6.Zecchus de Principe. lib.1.cap.5.nu.5. Nauar.in d. cap. nouit. not.3.n.147. Iacobat.tract.de Concil.lib.6, art.1.nu.4.* Princeps enim habet potestatem à populo. *§.sed & quod Principi. Instit.de iur. nat.gent. & ciuil. l.1.ff.de constit.Couar.in d.§.9.nu.6. vers. at temporalis potestas.*

29 Imperator autem habet immediatè potestatem à Papa. *Abb. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. in 1.lect. n.10. & in c.venerabilem.num.9.* vbi dicit communem. *& num.18. de elect. Nauar. in d.c.nouit. not.3.nu.147. Io. à Capistr. de potest.Pap. 2.par.princ.nu.162.* neque Imperator iure dici potest, qui à Papa non fuerit approbatus. *clem.vnic.in princ.de iureiur.Bart. in Rubr.ff.vet.num.15. Io. à Capistr. loco cit.n.214.Baron.Annal.tom.10.anno 871. §.dicis autẽ. & §.illud autẽ.& anno 888. §. eodem anno.* Verumenimuerò quando populus transtulit iurisdictionem in Principem, non propterea ei dedit dominium rerum. *Rebuff.tract.de congru.port.n.124. & seqq.* Et quamuis dicatur, quod Imperator sit dominus mundi. *l.deprecatio.ff.ad leg. Rhod. de iact.* hoc intelligendum est quoad Iurisdictionem, & præeminentiam, quia non est dominus rerum, nec bonorũ mundi. *Rebuff.d.tract.nu.128. & nu.135.* quare Domini prædiorum cogi nequeunt ad recognoscendum terras, pro quibus nihil vnquam soluerunt, vt post *Iacob.* dicit *Rebuff.d.tract.nu.132.*

30 Neque obstat, quòd dicatur in lege Hebræorum Sacerdotes fuisse sub potestate, & Iurisdictione Regum, vt 3. *Reg. c.2.* vbi Salomon priuauit Abietarem Sacerdotio, & Aaron, qui erat Sacerdos parebat Moysi, qui erat iunior, & Dux populi Israel. *Exod.28.& 32,* necnon Ioiadas summus Sacerdos paruit Ioas Regi Israel, 4. *Reg.* 12. & Reges superiores fuisse Sacerdotibus, & eos puniuisse. *D.Tho. lib.1. de regim.Princ.c.14. Nauar.in d.c.nouit. num.34. Alphons.Tostat.in Exod.cap.2.& Iosu.cap.3. &* 4. quia tunc non erant duæ Iurisdictiones, sicut nunc. *Tostat. in 3. Reg. cap.2.*

31 Nam respondetur dupliciter, primò quòd in Consilio Hebræorum, quòd appellabatur Zenadrio, septuaginta seniorũ omnes Consiliarij erant Sacerdotes, & legis Doctores, & Præses erat summus Sacerdos, atquè ità Sacerdotes iudicabantur à Sacerdotibus, & à summo Sacerdote, licet hoc fieret Iurisdictione Regia. *Pineda in Monarchia Ecclesiastica. lib.10. cap.7. §.1. & 2. & cap.12. §.1.*

32 Secundò. Respondetur multum interesse inter Sacerdotes legis antiquæ, & Sacerdotes legis Euangelicæ, nam illi maioribus priuilegijs, & prærogatiuis fruuntur. *D.Thom.de Regim. Princ. lib.1. c.14.Turrecrem. in Sum.Ecclef.lib.2.c.96. Leo Papa Serm.8.Passionis Dñi. Rebuff.in Concordat. in Rubr. de protect. concordat. vers.& primo sciẽdũ est.& vers. nec obstat falsa,& dãnata opinio.* Sacerdotes etenim veteris legis non recipiebant characterem ordinis, sed tantùm potestatẽ administrãdi ad altare in sacrificijs; at Sacerdotes legis Euangelicæ recipiunt characterem, & sunt perfectioris status, quàm Moyses, & Aaron propter potestatem soluendi, & ligandi. *Tostat.in Matth.to.1.cap.3. & Exod.to.1.*

33 Prætereà dato, quòd olim Reges iudicassent clericos, hoc tamen faciebant tanquam Pontifices, quia antiquitùs, qui Reges erãt, & Pontifices erãt. *Franc.Mar. decis.1024.n.12.* vndè & Romani Imperatores Põtifices dicebãtur. *c.cleros. §.Pontifex,21.dist.c.de capitulis.vbi glos.10.dist. Card.in clem.1.§.2.de iureiur.Euseb.lib.1. de Ecclef.Hierarch.c.5.Frãc.Turreblanc. in Epit.delict. lib.3.cap.4. num.5. & seqq.* quia cum antè legem Sacerdotium, & Im-

perium primogenito competeret, & ab eadem origine processerant, ideò Romanorū Reges, & Reges, & Pontifices dicebantur. *Tit. Liu. lib. 1. ab Vrbe condit.* Idem memoriæ protulit his verbis. Tunc Sacerdotibus creandis, *agendo de Numa Pompilio*, quàm ipse plurima sacra obibat, & maximè quæ ad Flamminem Dialem pertinent, quia maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset, & Sacerdos, & Pontifex. *Castald. in tract. de Imperator. q. 4. nu. 2. in fin. Bald. in probem. Decret. in verb. Rex pacificus. num. 12.* licet hodiè non debeat Imperator appellari Pontifex. *c. cum ad verum. 96. dist.*

34 Quamuis modo Reges nō sint merè laici. *Io. Monach. in c. 2. de praben. in 6.* sed habeant speciem Sacerdotij, nam vnguntur, consecrantur, & coronantur. *c. venerabilem. de elect.* & habēt ordinem consecrationis, licet non dicantur propriè habere ordinem sacrum. *Bald. in d. c. venerabilem.* & sic concordat cum *gloss. in cap. V alentinianus. 63. dist.* vt Rex non sit propriè Subdiaconus, sed habens militarem characterem gerit officium Subdiaconatus, & ministrat in Missa in officio Subdiaconatus, quando Papa Missam celebrat. *gloss. in d. cap. V alentinianus. Castald. in d. tract. de Imperator quast. 29. nu. 4. & 7.* nam & Imperator, quādo coronatur, creatur Canonicus Ecclesiæ Sancti Petri. *Card. in d. cap. venerabilem.*

35 Propterea ex priuilegio Papæ possunt Reges esse capaces spiritualium, vt beneficia conferendi. *gloss. in cap. decernimus. vbi Abb. de indic. & in c. quod autem. in fin. 19. q. 7. Abb. in c. quanto. num. 7. de iudic. Innoc. in cap. quod sicut. num. 3. vbi etiam Host. Card. & alij. de elect. Felin. in c. dilecto. de testib. Belluc. in suo Specul. Princip. Rubr. 11. §. videndum. num. 12. Aufrer. de potest. secul. super Eccles. 2. reg. fallen. 25. n. 25. Bald. in l. rescripta. col. 10. C. de precib. Imperator. offeren. Gratian. consl. 61. num. 22. & 23.*

36 Et non solùm ex priuilegio, sed de consuetudine potest Princeps habere spiritualia, vt decimas. *Innocent. in d. c. quod sicut. vbi Butr. nu. 16. & 19. Abb.* qui dicit communem. *Io. Andr. Anan. & alij. Boych. in cap. quamuis. de decim. Butr. in cap. cum Apostolicæ. nu. 17. vbi etiam Anan. num. 6. Ancbar. & DD. de his qua fiu. à Pralat. Corset. in tract. de potest. Reg. q. 7. num. 9. vers. vndecimò quæro. Alex consl. 74. nu. 10. & 30. vol. 4. Afflict. in probem. Constit. quast. 78. Isern. in probem. Constit. Regn. col. 13. in antiq. & col. 18. in nouis. Grat. d. consl. 61. num. 22. & 23.*

37 Potest item Papa cōcedere laico facultatem excommunicandi. *Io. Andr. in c. 2. vbi etiam Gemin. de praben. in 6. Fel. in c causam. de prascript. Abb. in c. sacrosancta. nu. 3. de elect. & in c. Ecclesia Sancta Maria. nu. 5. de constit.* Aduertendum tamen est, quòd quando Papa concedit laico decimas, non facit illum capacem iuris decimarum, sed fructuum decimarū. *gloss. in d. c. quāuis. & ibi Host. Io. Andr. & Abb. de decim. Butr. in d. c. cum Apostolica. Bonifac. in clem. per literas. n. 7. de praben.* Præterea quando spiritualia conceduntur laico, intelligitur, quod si non potest per eius personam, possit mediante persona capaci, & habili expedire. *Io. Andr. in clem. quia contingit. vbi etiam Ancbar. & Imol. de religios. dom. idem Io. Andr. in cap. 2. in fin. vbi etiam Butr. de praben. in 6.*

38 Insuper dato, quòd olim clerici subessent Imperatori. *auth. vt Eccles. Rom. cent. ann. gaud. prascript. circa princ. cap. Constantinus. 96. dist.* dicitur clericos fuisse Imperatori subiectos quoad defensionē, & protectionem. *gloss. in d auth. vt Eccles. Rom. verb. nostras. Alberic. in l. benè à Zenone. col. 1. C. de quadrien. prascript.* ex forma etenim iuramenti Rex debet protegere, & defendere Ecclesiasticas personas. *Afflict. decis. 33. num. 4.*

39 Vlteriùs si post aduentum Christi facultas iudicandi clericos fuit apud Principes seculares, hoc extitit de facto, & ex vsurpatione. *Castald. de Imperator. q. 50. nu. 13. Iodoc. Coccius in Thesaur. Cathol. p. 1. lib. 7. de hierarch. Eccles. art. 22.* nam Ecclesia non poterat resistere. *Bald. in c. si clericus. numer. 3. de pace tenen. in feudis. Benedict. in cap. Rainutius. verb. vxorem nomine Adelasiam. sect. 2. num. 165. Bald. in l. iubemus. numer. 3. C. de sacros. Eccles.* & propterea quæ de facto, & violenter, vel metus causa fiunt, nullam iurisdictionis tribuunt potestatem. *l. 2. vbi gloss. verb. nulla. ff. de iudic. Bart. in tract. de tiran. num. 4. Abb. consl. 3. num. 5. par. 2.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clerici etiam prima tonsura sunt exēpti à Iurisdictione secularium. Item laicus factus clericus à non suo Episcopo, & sine dimissorialibus proprijs Episcopi.*
2 *Clerici inseruientes, & verè adstricti alicui Ecclesiæ, quamuis primam tonsuram non habeant, sunt exempti à potestate seculari.*
3 *Religiosi cuiuscunque sexus sunt exēpti à potestate seculari.*
4 *Conuersi item.*
5 *Nouitij quoque Religionum gaudent priuilegio fori.*
6 *Nouitia filia in aliquo Monasterio, & hæres patris conuenienda est corā Iudice Ecclesiastico, si oriatur lis super bonis hereditarijs.*
7 *Clerici coniugati, si cum virgine contraxerint, & habitum clericalem, & tonsuram deferant, gaudent eadem exemptione.*
8 *Equites Hierosolymitani cōnumerantur inter personas Ecclesiasticas.*
9 *Clericus citatus coram Iudice seculari debet declinare Iurisdictionem, & protestari se clericum.*
10 *Clericus non declinans Iurisdictionem secularem est puniendus.*
11 *Confessio delicti quocunque modo facta per clericum tractum, & inuitum coram Iudice seculari non valet, nec facit indicium ad torturam.*
12 *Clericus citatus coram Iudice seculari non tenetur comparere, neque vt contumax reputari.*
13 *Processus factus à Iudice seculari contrà clericum non tenet.*
14 *Clericus non potest condemnari à Iudice seculari in expensis, quamuis citatus coram eo distulerit allegare clericatum.*
15 *Clericus calumniosè aliquem accusans coram Iudice seculari non potest ab eo condemnari in expensis.*
16 *Clericus differens allegare coram Iudice seculari priuilegium clericatus tenetur ad expensas.*
17 *Condemnatio clerici in expensas factas ex eo, quòd distulerit allegare clericatum, debet fieri à Iudice Ecclesiastico.*
18 *Clericus non potest prorogare Iurisdictionem in secularem, & quare. n. 23. & 24.*
19 *Clericus, qui coram seculari magistratu laicum se esse fingit, & spontè delictum fuerit confessus, potest ab Episcopo vindicari.*
20 *Clericus non potest consentire in laicū, etiam de licentia Episcopi.*
21 *Clericus consentire potest in personam Ecclesiasticam consentiēte Episcopo.*
22 *Clericus consentire potest coram Delegato Papæ, etiam sine consensu Episcopi.*
23 *Prorogatio extendit iurisdictionem in prorogantem.*
24 *Priuilegium fori est introductum non in fauorem personæ, sed totius ordinis clericalis.*
25 *Clericalem habitum, & tonsuram dimittens, & posteà reassumens gaudet priuilegio fori.*
26 *Laicus potest prorogare Iurisdictionē in Episcopum, neque ab eius Superiore potest inhiberi.*
27 *Iudex secularis non potest exercere Iurisdictionem in clericos, etiam Iudice Ecclesiastico negligente. & n. 40.*
28 *Iudex Ecclesiasticus potest supplere negligentiā Iudicis secularis, & quare.*
29 *Opinio existimantiū ejici posse Prælatos in aliquibus casibus damnatur.*
30 *Recursus ad Magistratus seculares, vt oppressi violentia Iudicū Ecclesiasticorū liberentur, est prohibitus, & qui talia committunt, incidunt in excommunicationē Bullæ Cœnæ Domini. & num. seq.*
31 *Recursus contra clericos Magistratus seculares à sacris Canonibus est prohibitus sub pœna excommunicationis.*
32 *Iudex secularis non potest esse Iudex clerici, etiam in absoluendo.*
33 *Clericus non potest capi à Iudice seculari.*
34 *Statutum disponens, vt villa teneatur capere malefactorem, non arctat ad capiendum clericos.*
35 *Clericus captus à curia seculari potest impunè eripi de manu ipsius Curiæ.*
36 *Laicus non potest iudicare clericum incidenter.*
37 *Clericus vacillans, siuè falsum deponens coram Iudice seculari non potest*

ab eodem Iudice torqueri, ſeù puniri, ſed remittendus eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum tàm reſpectu bonorum, quàm perſonæ.

38 *Clericus deponens falſum coram Iudice Eccleſiaſtico, licet non ſuo, poteſt per illum puniri.*

39 *Pignorationes, ſiuè repræſalia non poſſunt exerceri per laicos contra clericum.*

40 *Iudex ſecularis non poteſt compellere clericum ad reſtitutionem depoſiti, ſiuè ſequeſtri in manibus eiuſdem clerici facti.*

41 *Clericus tutor, aut executor teſtamentarius trahi non poteſt ad forum ſecularepro adminiſtratione, quãuis pupillus ſit ſecularis, & bona adminiſtrata laicalia.*

42 *Laicus clericum trahens ad iudicium ſeculare cadit à iure ſuo.*

43 *Clericus trahens clericum coram Iudice ſeculari quid incurrat.*

§. Secundus.

1 ET non ſolùm Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotes ſunt exempti à Iuriſdictione ſecularium, ſed etiam clerici conſtituti in minoribus ordinibus, & in prima tonſura. *l. presbyteros. C. de Epiſc. & cler. c. 2. de for. comp. cap. vnic. cum ibi not. de cler. coniug. in 6. cap. ſi Iudex. de ſent. excom. in 6. Abb. in cap clerici. num. 5. vbi etiam Dec. in fin. de iudic. Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform. Barbat. conſ. 45. num. 4. vol. 2. Alex conſ. 8. col 1. vol. 1. Socin. Sen. conſ. 12. nu. 16. vol. 1. Rol. conſ. 4. nu. 16. vol. 1. & conſ. 16. nu. 12. & 13. vol. 4. Alex. de Neuo. conſ. 56. nu. 1. Crau. conſ 616. n. 13. vol. 4. Ruin. conſ. 23. col. 5 in fin. vol. 2. Marſil. conſ. 67. num. 59. Cœpol. conſ. 11. num 15. Rimin. conſ. 278. num. 12. vol. 2. Couar. pract. quæſt. cap. 31. n. 5. in fin. & cap. 32. n. 1. Boſſ. in tit. de for. comp. n. 127. & in tit. quom. proced. per act. in delict. nu. 43. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 21. & 27.* & Laicus factus clericus à non ſuo Epiſcopo, & ſine dimiſſoria. *lib. propriȳ Epiſcopi. Ricciul. in prax. reſol. par. 2. reſol. 130.*

2 Necnon ij, qui inſeruiunt Eccleſiæ, & ſunt verè adſtricti, & deputati ſeruitio Eccleſiæ, vt fiant poſteà clerici, nam quã-uis non ſint in aliquo ordine Eccleſiaſtico, tamen tanquam de Eccleſiaſticis quoad Iuriſdictionem eſt iudicandum. *gloſſ. 2. in cap. 2. vbi Abb. nu. 5. & Barbat. n. 29. de for. comp. Decian. in d. cap. 9. num. 24.*

3 Quinimò comprehenduntur etiam quicunquè religioſi, ſiuè viri, ſiuè mulieres regulam aliquam à Summo Pontifice approbatam profitentes. *cap. fin. de relig. dom. cap. vnic. eodem in 6. Abb. in d. cap. 2. nu. 5. de for. comp. & conſ. 53. nu. 1. 2. & 3. Grammat. conſ. ciuil. 102. num. 7. Duen. reg. 100. n. 4. Bal. in auth. ingreſſi. nu. 24. C. de ſacroſ. Eccleſ. Capel. Tholoſ. deciſ. 8. & ibi addit. Decian. in d. cap. 9. nu. 24. & 29.*

4 Vbi idem dicit de Conuerſis, ſiuè profeſſionem emiſerint, ſiuè non dummodo ſint Deo dicati, *& num. 30. idem collig. ex Abb. in d. cap. cum non ab homine. in 2. not. de iudic.*

5 Nouitij quoque Religionum gaudẽt priuilegio fori, quia ſunt intra Religionẽ, ſuntque eius pars. *Nauar. par. 1. conſil. lib. 2. de for. compet. conſ. 6. & cad. p. de regul. conſ. 1. Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. n. 78. Farinac. in pract. crimin. q. 8. n. 46. Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 2 q. 11.*

6 Quare filia nouitia in aliquo Monaſterio, & hæres patris, cui illa ſuperuixit, conuenienda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi oriatur lis ſuper bonis hereditarijs, quia Nouitius eſt de foro Eccleſiaſtico. *Hoſt. in c. ſtatuimus. verb. poſſe. de regular. Archid. in c. religioſo vbi Io. And. Gemin. & Franc. de ſentent. excom. in 6. Iaſ. in auth. ſi qua mulier. num. 59. C. de ſacroſ. Eccleſ. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 8. num. 21.*

7 Idem dicitur de clericis coniugatis, ſi cum virgine contraxerint, & habitum clericalem, tonſuramque deferant, ſed vbi non incedant in habitu & tonſura, eo caſu nulla antè monitio requiritur ad hoc, vt ſint priuati priuilegio fori. *c. 1. de cler. coniug. in 6. Abb. in d. c. 2. n. 2. & 7. Dec. in c. at ſi clerici. n. 149. de iudic. Clar. in § fin. q. 36. n. 7. & ſeqq. Boſſ. in tit. de foro comp. num. 127. & ſeq. Couar. pract. quæſt. c. 31. nu. 9. Cucch. in tract. de priuileg. clericor. num. 15. Zecchius de Rep. Eccleſ. tract. de Clericis. verſ. 2. nu. 5. verſ. 3. priuilegium. circa med.*

8 Quod pariter dicitur de Equitibus Hieroſolymitanis S. Ioannis, qui connumerantur inter perſonas Eccleſiaſticas.

c.quisquis. & ibi gloss.17.q.4. Felin. in d.c.2.n.8.de fo.comp.Gemin in c.2.§.laici. de reb. Eccles.nō alien.in 6. Osasc.decis.27. num.28.Alderan.Mascard.de gen.statut. interpret.conclus.1.n.123.& seqq.Decian. tract.crim.lib.4.cap.9.n.36.tom.1.Nouar. quæst.forens.par.1.q.42.nu.2. Graff. de effect clericat.effectu.1.n.109.& seq. quānuis adhuc sint Nouitij, & nondum Professi. *Nouar. d.q 42.num.6.& seqq.*

9 Et si fortè trahatur clericus ad Iudicem secularem, debet protestari se clericum, & quod proindè non tenetur coram eo respondere, quòd si Iudex præcipiat, vt respondeat, & illi minetur tormenta, debet protestari se hoc facere vitibus, & metu ipsius Iudicis. *Io.Andr.in cap.si diligenti.col.6.vbi etiam Abb. num.17. de for. comp. Specul. in tit. de competen. iud. adit.§.1.nu.25.Cæpol.d conf.11.*

10 Quod si clericus hoc nō faceret, & non declinaret forū huiusmodi Iudicis secularis, puniri debet pęna extraordinaria, quasi trāsgressor Canonis. *Bal.in l.1.in fin.C.de Indict. viduit. tol. & in l.fin.C. de Iudic. Grammat.decis.29 nu 7.& decis.61.n.18. & inter Decisiones conf.1.num.34.Foller. in pract.crimin vers.audiantur excusatores.num.38.*

11 Et confessio delicti quocumque modo facta per clericum tractum, & inuitum coram Iudice seculari non solum non valet. *cap. at si clerici. de iudic. Blanc. de indic.& tort.vers. post homicid. num.214. cum seqq. Capell.Tholos.q.426.per tot.* sed nec facit indicium propter quod clericus ipse torqueri possit coram Iudice Ecclesiastico. *Felin.in cap. at si clerici de iudic vbi etiam Barbat.& alij. Duard.in cōm.Bull. Cœnæ Domini.lib.2.Canon.15.q.11.n.20. & seqq.*

12 Cum neque teneatur clericus citatus coram eo comparere, neque proindè possit, vt contumax, si non comparet, reputari, ex quo contumacia ipsa non tenet, quia citans nullo modo potest esse Iudex. *cap. 1. de cler. coniug. in 6. & post Io.Andr.& Butr.dicit Abb.in d.cap.si diligenti. num.31. Marian.Soccin.in cap.si clericus. num.5.vers.prima igitur. de for. comp. Bal.in l. si ex aliena. col. 2. C. de Episc.& cler. Alex.de Neuo.conf.56.nu 6. Nat.conf.495.nu. 17.vol.3. Dec.conf.241. vol 2. Barbat.conf.22. num.8. vol.3. Rol. conf.12 num.39.vol.2.Soccin. Sen.conf.57. num.12.vol.3.Grammat. decis.29.num.4. & d.conf.1.num.36.Guid.Pap. decis.450.* quia semper reperitur sententia à non suo Iudice lata. *Marian.Soccin.in d.c.si clericus.n.5.* nam quando citans est talis, quē citatus sua voluntate non potest facere Iudicem, nihil operatur taciturnitas ad faciendum Iudicem. *Marian Soccin.dicto num.5.*non enim clericus, quando citatur coram Iudice seculati, vel Iudex Ecclesiasticus inhibetur, potest dici contumax, cum citatio, siuè inhibitio sit ipso iure nulla, & consequenter Iudex procedendo non dicitur attentare. *Vant. de nullit. tit.quando, & contra quæ tempora. n.48.* quia citatio siuè inhibitio nulla non induit litis pendentiam. *clem.fin. vt lit. pend. Abb.in c.cum venissent. num. 4. de restit. in integr.Paris. conf.108. num.11. vol.1. Dec.conf. 460. num.15. & 28.* neque causantur attentata quando Iudex nulliter procedit. *Afflict.decis. 360.Lancellot. de attent. cap. 4. de attent. lit. pend. Bellem. decis.239.* quia iurisdictio non deuoluitur quando nulliter appellatur, & vbi nulliter inhibetur, non operatur appellatio reuocationem attentatorū. *Bellem.d.decis.239. Rot. decis. 43. 45. & 54. de appellat. in nouiss.*

13 Imò si Iudex laicus citat clericum, siuè sciens, siuè ignotans illum clericum, licet clericus non veniat, processus contra eum factus non tenet, & debet de facto reuocari quàm primùm nouit eum Iudex laicus esse clericum. *cap. aduersus. §.quia vero de immun Eccles.c.seculares. de for. comp.in 6 auth. statuimus. C. de Episc. & cler. Abb. in d. cap. si diligenti. num.31. Felin.in c cum ordinem.num.15. vers.quæ omnia intellige. de rescript. in cap.exceptionem.num 28. vbi etiam Butr. & Abb.de except.& in cap.veniens.nu. 5. vers.vltimo.* vbi dicit de communi. *de accusat.gloss.in cap. conuenior. verb. congrueret.23 q.8. Bal.in l.si quis ex aliena. ff.de iudic & in l.generaliter.col.2. C.de Episc. & cler. Barbat. d.conf.22. num. 8. Soccin.conf.12.num.20. & conf.99. vol.1. Rol.conf.52.nu.42.vol.2. Nat.d.conf.495. num.15.16.& 17.Vant de nullit. tit. de nullit. ex defect. Iurisd.num.101. Couar. pract.quæst.cap.33.num.2.Clar. in §.fin. q. 36.nu.4. Vrsil. ad Afflict. decis.2. in princ.Decian.in tract.crimin lib.4. cap.9. nu.61. & nu.115.* & multo magis si eum

haberet in carceribus detentum, vt dicetur inferiùs in §.12.

14 Neque potest Iudex secularis condemnare in expensis clericum, qui distulit priuilegium sui clericatus deferre vsque ad sententiam, & executionem. *Nat. dicto cons. 495. nu. 18. Couar. d. c. 33. nu. 2. vers. qui tamē. & Dec. cons. 241. Surd. cons. 396. num 29. vol. 3. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 65. nu. 6. & 7.* quia in talibus expensis nullam habet auctoritatem, cum nec etiā in his, quæ incidēter veniunt, contrà clericum potestatem habeat. *Dec. d. cons. 241. col. penult. in princ. vers. primo dicendum. Rolana. d. cons. 12. num. 42.*

15 Minùs potest Iudex secularis condemnare in expēsis clericum, qui aliquem coram eo calumniosè accusanit, vt post *Host.* dicit *Ancbar. in cap. ea quæ nu. 26. de reg. iur. in 6. Surd. cons. 396. nu. 28. vol. 3.*

16 Talis tamen clericus tenetur ad expensas actori, licet processus, & acta sint nulla. *c. exceptionem & ibi gloss. verb. condemnādus. vbi etiam Felin. in princ. vers. & per istum. de except. Cal. consil. 12. de iudic. Dec. d. cons. 241. Couar. d. c. 33. nu. 2. versic. sed hæc opinio. Bellem. decis. 226. addit. ad Mohed. decis. 4. de constit.*

17 Condemnatio autem in huiusmodi expensis fieri debet à Iudice Ecclesiastico, & non à seculari. *Carau.* de cōmuni super *Rit. magn. Cur. rit. 235. num. 11. Clar. in § fin. q. 36. vers. est autem num. 4. Couar. d. nu. 2. vers qui tamen. & Dec. Farinac. in prax crim. tom. 1. par. 1. q. 8. nu. 17.*

18 Neque consentire potest clericus, aut prorogare Iurisdictionem in seculare tacitè, siuè expressè, neque renuntiare priuilegio fori. *c. cum non ab homine. & c. at si clerici. in princ. de iudic. c. si diligenti. & ibi gloss. pen. & Abb. num. 1. & 25.* dicens de veriori. *& DD. c. significasti. vbi glos. fin. de for. comp. glos pen in c. contingit. 1. de sent excom. Abb. in cap. dilecti. nu. 4. de for. comp. & in c. cæterum. n. 11. de iudic. & in cap perpendimus. nu. 10. de sent. excom. Alexand. cons. 8. col. 1. vol. 1. Imol. cōs. 107. nu. 4. & 5. Cæpol. d cons. 11. nu. 14. & seqq. Alex. de Neuo cons. 56 num. 1. Roland. cons. 4. nu. 9. vol. 1. & cons. 12. nu. 36. vol. 2. Grat. cons. 87. num. 3. & seq. vol. 1. Barbat. cons. 65. col. 10. vers. nec est vera responsio aliquorum. vol. 4. Honded. cons. 3. num. 21. vol. 1. Couar. d. c. 33 nu. 2. Afflict. decis. 85. nu. 1. in fin. Grammat. decis. 29. n. 5. Foller. in pract crim. vers. audiātur excusatores. nu. 38. Dec. cons. 150. nu. 4. & cons. 241. n. 2. Diaz. in pract. crim. canon. c. 65. n. 2. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 486.*

19 Imò clericus, qui coram seculari Magistratu laicum se esse fingit, & spontè delictū fuerit confessus, potest ab Episcopo vindicari, ne his dolis, & fallacijs Ecclesiæ iurisdictio defraudetur. *Bald. in l. si qua per calumniam. C. de Episc. & cleric.* & hanc esse verissimam opinionem dicit *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 65. num. 4.*

20 Neque potest clericus consentire in laicum, etiam de licentia Episcopi. *gloss. in c. significasti. verb. clerici. de for. comp. Rol. d. cons 4 n. 8. & seq. vol. 1. Surd. d. cōs. 396. num. 15. & decis. 129 num. 6.*

21 In personam tamen Ecclesiasticam potest clericus consentire Episcopo consentiente. *d. c. significasti. c. seculares. de for. comp. in 6. gloss. fin. in cap. non liceat. 3. q. 6. Abb. in d. c. dilecti n. 4. & in d. c. cæterum. nu. 11. & in c. fin. nu. 37. de for. comp. & in d. c perpendimus. n. 10. Soccin in regul. 56. Couar. pract. quæst. c. 10. nu. 5. vers. octauo. Alex. d. cons. 8. col. 1. Roland. d. cons. 4. n. 10. & d. cons. 12. num. 36.*

22 Verùm coram Delegato Papæ benè licet clericis prorogare Iurisdictionem, etiam sine consensu Episcopi. *Bellem. in c. Romana in princ. n. 7. de for. comp. in 6. §. si verò Ecclesiasticū. auth. de sanct. Episc.*

23 Ratio autem quare clericus nō possit in Iudicem laicū consentire ea est, quia Iudex habet Iurisdictionem, vndè per prorogationem clericus subijceretur Iurisdictioni Iudicis secularis, quia per prorogationem extenditur Iurisdictio in prorogantem, & Iudex iudicat iure suo, & Iurisdictione præscriptiua. *l. 1. & l. 2. ff. de iudic.* quod circà clericum fieri non potest, tùm quia laicus non habet Iurisdictionem in clericos ratione incapacitatis, vt dictū est superiùs in §. 1. tùm verò quia non potest prorogari ad aliam speciem Iurisdictionis, tunc enim nō esset prorogatio, sed nouę Iurisdictionis datio. *Abb. cons. 33. n. 1. p. 2. & not. in c. P. & G. de offic. deleg. & per Cyn. in l. testamenta. C. de testam.*

24 Alia est etiam ratio, quare clericus non possit prorogare Iurisdictionem sui Iudicis, neque fori priuilegio renunciare, quia priuilegium fori est introductum non in fauorē personæ, sed totius ordinis clericalis, cui fauori renunciari non potest.

d.c.si diligēti.in fin.& ibi glos.pen.& DD. de for.comp. glos.fin.in fin.in d.c significasti.vbi etiā Abb.n.2.eod.glos.pen.in c.contingit.1. & glos.fin. in cap.contingit.2. de sent. excom. Felin. in cap. Ecclesia Sancta Maria.num.6.de constit.& cons.9.num.5. Alex.d.cons.8.col 1.vol.1.Calcan.cons.108. col.1.Alex.de Neuo.cons.56.nu.1.Roland. d.cons.4.nu.9. vol.1. Couar. in c.quamuis. par.2. initio.num.9. de pact.in 6. Foller.in d.verb. audiantur excusatores.n.38. Scaccia de iudic.caus.ciuil.crim.lib 1.c.11.n.35. & 36. Galles.de Cameral oblig. q.2.nu.1. & seq. Surd.cons. 396.nu.14. & seq.vol.3. Et ideò clericus, qui renunciauit priuilegio fori, potest contrauenire, etiamsi iurauerit. *d.c.si diligenti.* quamuis interuenerit consensus Episcopi. *gloss.fin in d.c.significasti.vbi Abb nu.25. Alex. d.cons.8.col.1. Roland.d.cons.4.nu.16. Clar.in §.feudum. q.90.n.10.* Præterquamquòd cum clericus sit maior quouis laico, nam & Vicarij Christi, & Angeli, & Dij clerici appellantur, vt dictum est *in tit.de Disciplina Clericali.§.1.* indecorum est, quòd maior iudicetur à minore. *c.submittitur.& c.inferior.21.dist.* nam sunt à iudicibus secularibus honorandi clerici, & non iudicandi. *c.sacerdotibus.11.q.1.*& laicis obsequendi clericis manet necessitas, non imperandi auctoritas. *c.benè quidem. 96.dist. d.c.Ecclesia Sancta Mariæ.de constit. c.solitæ. de maior.& obed.& cap.cum laicis. de rebus Eccles.non alien.Barbat.cōs.45.n.2.vol.2.*

25 Quinimò si clericali charactere insignitus beneficium Ecclesiasticum obtinuit, cui posteà animo vxorem ducēdi vnà cum clericatu renunciauit, deindè non secuto matrimonio clericalem habitū reassumpsit, & aliud beneficium exigui redditus est adeptus, ille gaudet priuilegio fori, quia priuilegio clericali renunciari non potest, cum in fauorem totius ordinis clericalis introductum sit, vt dictū fuit paulò antè. *d.cap si diligenti.* & ità censuit Congregatio Cardinalium super *Conc.Trid. sess.23.c.6.de reform. §.quidam clericali.* Neque obstat *gloss.fin. in fin. in cap. tua. de apostat.* dicens clericum in minoribus ordinibus constitutum posse clericali ordini renunciare, quia illud intelligendum est, vt possit renunciare facto, exercendo scilicet, negotia secularia, iuxtà *c.fin. de vit.& honest. cleric.* non autem verbo. *Io. Andr.in d.c.tua.& Cæpol. d.cons.11.n.16.*

26 Laici tamen possunt prorogare Iurisdictionem Episcopi, & se eius foro submittere, etiam sine licētia Superioris, cum speciale sit in clericis. *l.si qui.& l.Episcopale.vbi DD.C.de Episc.aud. Bart.in l.1. §.& post operis. ff.de nou.oper. nunc Abb. in c.1. nu.16. 19. & sqq. vbi etiam Dec. num 162. & seq. de iudic. Franc. Marc. decis 82.Gratian.Rot.March. decis 111. n.15.*neque superior ille potest huiusmodi laicis inhibere ne coram Iudice Ecclesiastico litigent, vt post alios dicit *Osasc. decis.78. num.4.* Quinimò Iudex secularis non potest prohibere subditis suis, quos intelligit litigare coram Iudice Ecclesiastico, ne coram eo litigent, quando partes prorogassent Iurisdictionem. *Alber.in l.1. col 3. vers.sed nunquid. ff. de iudic. Alex. in l.1.dicto §.& post operis.col.final. vers. vtrum autē.* quos sequitur *Osasc.decis.78. num.4.*

27 Et in tantum est verum, quòd Iudex secularis non possit exercere suam Iurisdictionē in clericos, siuè in cognoscēn & iudicañ causis ad Ecclesiam pertinentibus, vt neque etiā id facere possit, etiamsi Iudex Ecclesiasticus fuerit negligens in puniendo ipsos clericos, quia non potest Iudex secularis supplere negligentiam Iudicis Ecclesiastici. *c placuit. vbi gloss.1.in fin.11.q.1.c.licet. de supplen. neglig.Prał. clem.1.eod.c.qualiter.in fin vbi Abb.nu.7. Butr.nu.8. Imol nu.7. Barbat.nu.23. & Anchar.n.5. Card.in fin Io.Andr.& alij. de iudic. Archid.in c filijs. num.2. 16.q.7. Abb.in c.2.nu.7.de concess. præben. Boss.in tit.de for.comp.nu.130. Azor.Inst Moral. p.1.lib.5.c.14.q.2.* ideò negligente Ordinario Ecclesiastico recurretur ad alium Ecclesiasticum Superiorem ipsius negligentis, & omnibus negligentibus ad Papā. *d.c.placuit.& d.c.qualiter.in fin.*quicquid dicant *gloss.in d.c filijs. verb. Regis. Host. in Sum.de for comp. §.liquet etiam. vers. sed nunquid Iudex secularis. Menoch. de retinen.poss.remed.3.nu.354. Azor d.c.14. q.6.vers sed certè. Farinac.in prax.crim. par.1.tom.1.q.8.num.23. in fin. per tex.in d.c.filijs.*ponderando ibi dictionem *Regis,* quia licet in *d.cap.filijs.* disponatur quod Episcopo negligente, vel nolēte iustitiam administrare tunc Regis hoc auribus intimetur, non tamen dicitur, quòd Rex iudicet, sed vt admoneat, vel instet coram Superiore ipsius Iudicis Ecclesiastici, vel

adiu-

adiuuet, vt ibidem aduertit Arebid. d. n. 2. Abb. in d. c. qualiter. nu. 7. nam ad Papam spectat prouisio. Afflict. in cap. si clericus. vbi etiam DD de pacetenen & ità fuit resolutum per Rot. in vna Oscen. Canonicatus 1. Decemb. 1595. corã Penia. n. 8. & 9.

28 Potest tamen Iudex Ecclesiasticus supplere negligentiam Iudicis secularis. c. ex transmissa c. licet. & c. ex tenore. de for. comp. Azor. lib. 5. Instit. Moral. par. 2. cap. 12. vers. sed dubitari. & dicetur in tit. De fauor. Clericor. Real. in §. 5. in 4. casu. quia ille est maior isto. d. c. solitæ. & c. denique. 96. dist. Ratio autem quare Iudex Ecclesiasticus potest supplere negligentiã Iudicis secularis, non autem conuersò, duplex esse potest, tum quia maior minoris negligẽtiam supplere potest, non è contra, vt dictum fuit, tùm verò quia Ecclesia habet Iurisdictionem in seculares in temporalibus. c. omnes & ibi gloss. verb. cælestis. 22. dist. clem. pastoralis. de sent. & re iud. Bald. in proœm. Decretal. num. 6. Aluar. Pelag. de planct. Eccles. lib. 1. c. 14. Abb. in d. c qualiter. nu 7. in c. nouit. n. 2. & 11. de iudic. & in c. licet. n. 2. 3. & 7. de for. comp. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 4. c. 19. & dicetur in tit. De fauor. Cleric. Real. in §. 5. in princ. quam Iurisdictionem exercere potest, & maximè negligente Iudice seculari. Abb in d c. qualiter. nu. 7. atque etiam in alijs casibus, vt in gloss in c. per venerabilem. verb. certis causis. qui fil. sint legit. Iudex autem secularis nullam prorsus habere Iurisdictionẽ in clericos actu, neque habitu, imò est penitùs huius Iurisdictionis incapax, vt dictũ fuit superiùs in §. 1.

29 Neque obstat dictum quorundam Politicorum, qui maximã iniuriam irrogantes vigilantiæ, & pastorali Episcoporũ solicitudini, zeloq. iustitiæ, & æquitatis Summi Pontificis existimant, quòd si habitus fuerit recursus ad Papam, & Papam prouidere nollet, vel plus debito differret, tunc si fierent violentiæ per Prælatos, & imminerent pericula, si Iudex secularis faceret ad defensionem, ad pacem conseruandam, & ad euitanda scandala maiora, & vt Prælati à violentijs desisterent, posset Iudex secularis eijcere Prælatos vim vi repellendo cum moderamine tamen, vt ipsi inquiunt, non statuẽdo per viam legis, citationis, condemnationis, siuè alicuius Iudicis Iurisdictionem ostendentis, sed per viam defensionis. Clar. in §. fin. q. 36. n. 20. vers. cæterũ. Couar. pract. quæst. c. 35. n. 3. & 4. Cassen. in cõsuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. nu. 84. Afflict. decis. 24. vbi etiã Vrsill. Auendan. de exequen. mãdat. reg. c. 1. n. 32. lib. 1. & lib. 2. tit. 6. vers. decimus casus. Azeued. tom. 1. lib. 4. recompilat. Salzed. ad Diaz. in pract. crim. can. c. 106. Menoch. de retin. possess. rem. 3 n 356. & cõs. 1000. vers sexta cõclusio. vol. 10. Osasc. decis. 180. n. 13. & seqq. Tum quia ex hactenus deductis in præsenti titulo eorum opinio damnata apparet, vt post Afflict. decis. 85. per totam docit Graff. de effect. cleric. effect. 1. n. 1036. tùm etiam quia irrogatur maxima iniuria Papæ, ad quem recurri debet, qui nemini iustitiam denegat, cum sit cultor Iustitiæ, neque Ecclesia quæ est cultrix, & acutrix iustitiæ patitur contrà iustitiam aliquid fieri. Anchar. cons. 23. n. 3. Roman. cons. 2, 8. nu. 2 Dec cons. 329. in fin. Bald. cons. 24. circà fin. vol 2. Afflict. decis. 261. nu. 8. Præterea per Bullam Cœnæ Domini sub n. 11. excommunicantur omnes interficientes mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinẽtes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Card. Archiepiscopos, Episcopos, Sedisq. Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, territorijs, terris, siuè dominijs eijcientes. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. c. 15. num. 8. Vgolin. de censur. Sed. Apost. reseru. p. 2. verb. aut eos à suis Diœcesibus. Graff. decis. aur. super Bulla Cœnæ Dñi in c. 8 in princ. n. 5. & in verb. præterquã. n. 82. Suar. super ead. Bulla disp. 21. sect. 2. vers. vndecima censura num. 70 Franc. à Victor. de potestate Eccles. relect. 1. sect. 7. vers. octaua propositio Sot. in 4. sent. dist. 25. art. 2. in fin. Molin. de Iust. & iur. disp. 31. vers obseruat. Guliel. de Bened. in d. verb. vxorẽ nomine Adelasiã. decis. 2. n. 262. vers. vbicunque Ecclesiastica. & decis. 5. n. 470.

30 Nequè sustineri valet, quod saltem dicatur tàm Ecclesiasticos, quàm seculares oppressos violentia Iudicum Ecclesiasticorum adire posse Magistratus seculares, vt eos sub pœna reductionis bonorum ad manus Domini, & alijs pœnis à violentia, & oppressione liberent, vel id præstent donec vel à Iudice superiori, vel à Romano Pontifice debitum iure præstetur auxilium. Azeued. Salzed. Menoch. Clar. Cassan. Afflict. Auendan. & alij superiùs allegati. Couar. practic. quæst. c. 35. Osasc. decis. 181. Nam contrà sacros Canones est,

vt Magistratus seculares de Ecclesiasticis causis iudicent,& clericos ad sua Tribunnalia vocent, ac pœnas constituant in Ecclesiasticos Indices, cum Iudices Ecclesiastici ab eorum Iudice Ecclesiastico superiore puniri debeant, quando pœna digni videbuntur, vt post *Turrecrem. in Sum. de Ecclesijs lib. 2. cap. 106. Sylu. verb. Papa. quæst. 4. vers. adde tu, & Palud.* reprobato *Couar.* prosequitur *Azor. p. 1. Instit. Moral. lib. 5. cap. 14. q. 14. vers. sed certè. & ita fuit etiam resolutum per Rot. in vna Oscen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram Penia. nu. 8.* Quinimò qui etiam prætextu violentiæ prohibendæ talia committunt, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini *sub num. 14. vers. etiam prætextu violentiæ prohibendæ.*

31 Præterea huiusmodi recursus ad magistratus seculares sunt à sacris Canonibus prohibiti; nam recurrentes sunt ipso iure excommunicati per *c. nouerit. & cap. grauem. de sent. excom.* atque etiã per Bullam Cœnæ Domini *sub n. 13. 14. & 16.* vt plures per *Rot.* fuisse decisum testatur *Auctor Prax. Archiep. Neapol. in addit. ad cap. 25. nu. 15. & seq. vt in vna Oscen. Canonicatus. 1. Decembris 1595. corã Penia, & in alia Oscen. 10. Aprilis 1595. coram Blanchetto, & in vna Leodien. 11. Martij coram eodem, & in alia Vlissiponen. Beneficij 16. Ianuarij 1598. corã Litta. Thesaur. for. Eccles. par. 3. cap. 3. num. 9. cum seq. Farinac. consil. 68. per totum.* non obstante consuetudine aliquorũ locorum de qua dicunt *Couar. practic. quæst. cap. 35. & Osasc. decis. 180. circà fin. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 356. & seq. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 70.* quæ consuetudo, cum supponat clericos Iurisdictioni laicorum, improbatur, etiam quòd immemorabilis prætenderetur. *cap. nouerit. de sent. excom. & in Bulla Cœnæ Domini in fine. vers. non obstantibus, & in illa Oscen. Canonicatus coram Penia. nu. 14* & Iudices, ac Magistratus seculares in criminalibus contra clericos agentes incidunt in Bullam Cœnæ Domini. *num. 19. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 71. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2.*

32 Verùm si prædicti Iudices Ecclesiastici compellantur exire à Curia Principis secularis, vel ex alio loco, qui non sit Diœcesum ipsorum, tunc quamuis eijcientes peccent, non tamen excommunicationem incurrunt. *Nauar. in Manual. c. 27. num. 67. Sayr. d. num. 8. Suar. de censur. disp. 21. sect. 2.*

33 Neque si eueniat clericum nõ condemnari, sed absolui, adhuc Index secularis illum absoluere potest. *Bal. in auth. clericos. num. 10. vbi etiam DD. C. de Episc. & cler. Cagnol. in l. nemo qui condemnare. in fin ff. de reg. iur. Surd. dicto cons. 396. num. 28. vol. 3.* qui enim condemnare nequit defectu Iurisdictionis, nec etiam absoluere potest. *l. solent. in princ. & ibi Bal. in 2. not. ff. de offic. Proconsul. d. l. nemo qui condemnare. & ibi Cagnol. in fin. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 9.* nisi fortè declarando sentẽtiam nullam, non autem absoluendo simpliciter. *Surd. d. num. 28.*

34 Multò minùs potest clericus capi, seu carcerari à Iudice seculari, seu eius familia. *gloss. 1. in c. cum non ab homine. & ibi communiter DD. de iudic. Boss. tit. de captura. nu. 35. & tit. de for. comp. n. 150.*

35 Et ideò statuta disponentia, vt Villę teneantur capere malefactorem, non censentur arctare laicos, vt capiant clericos. *Bal. in d. c. cum non ab homine. Boss. d. tit. de captura. num. 35.*

36 Et si capiatur clericus, potest impunè eripi de manu Curiæ secularis. *Guid. Pap. q. 73. num 2. Farinac. post alios in prax. crim. tom. 1. par. 1. q. 8. num. 115. & q. 32. num. 72* nisi in casibus de quibus dictum est in *tit. de fauor. Cler. Can. in §. 2.*

37 Minùs laicus potest esse Iudex clerici incidenter per viam exceptionis, vt putà si obijciatur contra Instrumentum, quòd contractus in eo descriptus sit fœneraticius, poterit quidem recipere probationes, & deindè causam instructam remittere ad Iudicem Ecclesiasticum, vt is sententiam ferat. *Abb. in cap. at si clerici. in princ. num. 21. de iudic. Rip. in cap. decernimus. num. 17. eod. Gemin. in cap. si Iudex. de sent. excom. in 6. Bal. in l. quoties. num. 2. & 3. C. de iudic. Rol. d. cons. 12. num. 41. vol. 2. Nat. cons. 495. n. 15. vol. 3. Menoch. cons. 268. num. 21. vol. 3.* Et quod neque incidenter Iudex secularis clericũ iudicare possit dicit. *Abb. in d. cap. si diligenti. num. 28. & 31. & in c. verum. n. 21. de for. comp. Dec. in d. c. at si clerici. n. 154. Rol. d. cons. 12. num 38. & seqq.*

38 Quamobrem si testis clericus corã Iudice seculari vacillet etiam deponendo

cum

cum licentia sui Superioris, siue falsum deponat corã eodem Iudice seculari, siuè alio modo delinquat coram eo, non potest ab eodem Iudice torqueri, seu puniri. *c. verum, & ibi Host. num.4. Felin. n.5. vers. contra clericum.* vbi testatur de communi. *Abb. num.21. Innoc. Butr. & Io. Andr. de for. cõp. Abb. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. num. 2. de constit. Io. Andr. in d. cap. at si clerici. & Felin. num. 10. vers. fallit tertiò. Bal. in cap. 2. num. 1. de confess. Anan. in cap. 1. num. 3. de crim. fals. Soccin. in c. postulasti. num. 12. de for. com. Curt. Iun. in l. 1. n. 23. de iudic. Bar. in l. si Diuus. nu. 4. ff. ad leg. Cornel. de fals. Aret. in tract. malefic. in ver. falsario. vers. quaero testis. Couar.* de communi *pract. quaest. cap. 18. num. 8. vers. sed & locus erit.* post multos ab eo allegatos. *Aufrer. in repet. clem. 1. q. 3. princ. vers. quaeritur vtrum Iudex laicus. de offic. Ordin. & ad Capell Tholos. q. 179. num. 2. & 3. Diaz. in prax. crim. can. cap. 96. num. 2. vbi etiam Lopez vers. non potest puniri. Azor. par. 1. Inst. Moral. lib. 5. cap. 13. q. 2. Mart. de Iurisd. p. 4. cas. 128. nu. 9. Franch. decis. 417. Bertach. in tract. de Episcop. in 5. p. lib. 4. num 65. Boss.* dicens cõmunem *in tit. de fals. n. 110. Clar. in §. fin. q. 38. vers. sed hic quaero. num. 13.* dicens hanc opinionem in practica seruari. *Maran. in Specul. par. 6. act. 12. num. 4. Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. num. 50. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap 9. num. 22. Rol. d. cons. 12. an. 34. vsque ad fin. Surd.* dicens de communi *d. cons. 396. n. 27. Afflict. decis. 230. num. 3. & ibidem Vrsil.* vbi subdit Episcopum posse hoc casu inhibere Iudici seculari. *Farinac. d. q. 8. nu. 26. & de testib. q. 67. §. 2. num. 56.* sed ad Iudicem Ecclesiasticũ est remittendus vt torqueatur, seu puniatur. *Capic. decis. 5. num. 13.* quicquid dicat *Thom. Triuisan. decis. 8. lib. 2.* Potest tamen Iudex secularis eo casu cognoscere de falso ad solum finem, vt irritetur, & repellatur depositio clerici testis. *Abb. in d. cap. verum. num. 21. & Felin. num. 5. vers. declara. Soccin. in d. cap. postulasti. num. 12. de for. comp. Lopez ad Diaz. d. vers. non potest puniri. in fin.* & licet aliqui existiment Iudicem secularem, coram quo clericus falsum deposuit, procedere non posse contra personam clerici, sed contra bona, nihilominus, ille clericus falsum deponens coram Iudice seculari est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum tãm respectu personæ, quám respectu bonorum, quia ille actus testificandi non mutat Iurisdictionem, & alias numquam per Ordinarium Ecclesiasticum concederetur licentia clericis testificandi coram Iudice laico, si ipsi daretur potestas puniendi clericum periurum, & propterea probationes coarctarentur in damnum Reipublicæ.

39 Si autem clericus falsum deponat coram Iudice Ecclesiastico, non tamen suo, potest per illum Iudicem puniri. *Rol. d. cons. 12. num. 49.*

40 Neque per laicos contra clericum, & eorum bona possunt exerceri pignorationes, seu repræsaliæ. *cap. 1. de iniur. & damn. dat in 6. Bart. in tract. de Repræsal. q. 7. princ. q. 5. num. 6. Alberic. de statut. par. 1. q. 13. nu. 3. Boss. tit. de iniurijs. n. 36.* vbi dicit communem. *Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 34. num. 22.* Nec etiam quando Iudex Ecclesiasticus, qui debet facere iustitiam requisitus facere negat, vel dissimulat, datur potestas laicis eas repræsalias faciendi. *Boss. in d. tit. de iniur. num. 36. & 37.* quamuis alioqui quando Iudex, qui debet facere iustitiam, & requisitus illam recusat, seu dissimulat, detur potestas foro aliàs eam non habenti in materia repræsalium. *Bald. in auth. sed omninò. n. 5. & ibi DD. C. ne vxor pro mar.*

41 Minùs Iudex secularis cõpellere potest clericum ad restitutionem depositi, siuè sequestri in manibus eiusdem clerici facti. *Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. gloss. 7. num. 10. Surd. d. cons. 396. num. 33. & seq. vol. 3. Gratian. discept. forens. c. 28.* Et licet contrarium tenuerit *Bald. in l. acceptam. num. 4. vbi etiam Salicet. C. de vsu. & in l. si fideiussor. §. si satis datum n. 4. ff. qui satisd. cogan. vbi etiam Ias. & Bald. in 1. lect. Rebuff. in l. sequester. num. 109. ff. de verb. sign. Archid. in cap. 1. vbi Abb. num. 7. deposit. Maran. de Ordin. Iudic. par. 4. dist. 11. num. 62. Aufrer. ad Capell. Tholos. q. 168. num. 2. Gayl. lib. 1. obseruat. cap. 37. num. 6. Menoch. de recuper possess. remed. 15. num. 214. Marc. decis. 1037. Caroch. de deposit. tit. de causis. num. 40. Afflict. decis. 24. num. 3. & alij quos citat Surd. d. cons. 396. num. 11.* Nihilominus cum horum opinio non fundetur super iuribus Pontificijs, sed super Imperialibus, quæ non obligant clericos, ideò non est atten-

attendenda, vt contrà *Bald.* & alios docet. *Mart. de Iurisd. p.4. cas.* 104. & eo maximè cũ clericus neque principaliter, neque incidẽter possit subijci Iurisdictioni laicali, vt superiùs dictum fuit, sitq. laicus incapax Iurisdictionis suprà clericum, & ex alijs rationibus tàm in §. 1. quàm in hoc §. 2. deductis, & quæ deducentur in §. seq. Prætereà quia Iudex Ecclesiasticus est cõpetẽs ad restitutionẽ depositi. *c. 1. depositi.* tum quia clericus depositarius est reus cõuentus, & ità petens depositum est actor; quamobrem debet reum conuenire coram suo Iudice. *cap. si clericus. de for. compet. L. actor. C. vbi in re act.* Tum quia potest contingere, quòd depositum sit perditum, & sit tractandum de dolo, vel culpa depositarij, vel quia depositarius vsus sit re deposita, & tunc cum furtum committatur. *l. qui sacculum. ff. depositi. l. 3. C. eod.* quo casu Iudex secularis non potest cognoscere. Tum quia potest depositarius aliquãdo opponere exceptionẽ retẽtionis, vel alias exceptiones. *Soccin.* 143. *in fin. Caroc. de deposit. tit. de causis. nu.* 47.

42 Neque etiã clericus tutor, aut executor testamentarius trahi potest ad forũ seculare pro administratione, quamuis pupillus secularis sit, & bona, quæ administrauit, sint laicalia. *Duard. in com. Bulla Cœna Domini. lib. 2. canon.* 15. *q.* 11. *n.* 38. *& seqq Mart. de Iurisd. p.* 4. *cas.* 148. qui refellit *Aufrer. de potest. secul. in Eccles. regul.* 2. *fallen.* 28. *& regul.* 4. *fallen.* 25. *Specul. de instrum. edit. §. nũc aliqua. vers. sed an simplex executor. Castr. consil.* 335. *vol.* 1. & alios contrarium sentientes.

43 Quòd si clericũ laicus in criminali causa, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contrà Constitutiones Imperiales, & Canonicas sanctiones, cadit à iure suo, & iudicatum non tenet, & Iudex ex tunc est iudicandi potestate priuatus. *auth. statuimus. C. de Episc. & cler. c. inolita & c placuit.* 2. 11. *q.* 1. *Abb. in d. c. si diligenti. nu.* 6. *post Io. Andr. de for. compet. Rol. consil.* 23. *n.* 14. *Specul. in tit. de compet. iudic. §.* 1. *num.* 24.

44 Clericus verò clericum trahens coram seculari Iudice non solũ causam perdit, sed debet communione sacramentorum priuari. *Specul. d. §.* 1. *num.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo laicorum etiam in certis casibus exceptis, prout fit in Gallia non tollit exemptionem clericorum.*
2 *Consuetudo tribuere potest merum, & mixtum Imperium.*
3 *Præceptum prohibitiuum obligat semper, & ad semper.*
4 *Consuetudo, quæ est contrà ius Diuinum, non valet.*
5 *Consuetudo contrà Canones non valet.*
6 *Consuetudo contrà ius scriptum est iniqua, & irrationabilis.*
7 *Papa non potest generaliter, & in totum derogare priuilegio fori clericis concesso.*
8 *Consuetudo, vt praiudicet, debet esse super re, quæ possit præscribi.*
9 *Laicus prouidens spiritualia semper dicitur esse in mala fide, & ideò compelli potest ostendere titulum.*
10 *Consuetudo valet vbi Papa sciuit, & tolerauit, & quomodò intelligatur. n.* 12.
11 *Consuetudo antiqua habet vim legis.*
12 *Consensus Principis longi temporis taciturnitate probatur.*
13 *Consuetudo contrà priuilegium fori clericis concessum vbi Papa etiam sciuisset, non suffragatur.*
14 *Ecclesia quandoque propter scãdalum vitandum tolerat crimen.*
15 *Consuetudinis sola probatio non sufficit, vt laicus habeat Iurisdictionem in causis profanis clericorum.*
16 *Papa potest quoad quosdam clericos ipsorum priuilegio fori derogare, & ratio. num.* 26.
17 *Papa committere potest etiam fœminæ, vt iudicet clericum.*
18 *Papa laico cõcedere potest capacitatem spiritualium.*
19 *Fœmina ex priuilegio Apostolico potest habere ius conferendi beneficia Ecclesiastica.*
20 *Fœmina ex indulto Apostolico potest habere curam animarum exercẽdam per Vicarium.*
21 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij, concessionis, contractus, ac instrumenti publici. & nu.* 22.
22 *Ioannes Vaudus laudatur.*
23 *Præscriptio immemorabilis quam vim habeat.*

24 Con-

24 *Consuetudo immemorabilis parificatur cum priuilegio Apostolico.*

25 *Consuetudo non valet contrà clericos.*
Consuetudo non valet contrà libertatem Ecclesiasticam.

26 *Immemorabilis licet habeat vim priuilegij, non tamen est verum priuilegium, imò immemorabilis sola cum allegatione priuilegij non suffragatur, quando adest incapacitas nisi fama priuilegij concurrat.*

27 *Præscriptio immemorabilis non parificatur priuilegio data incapacitate personæ præscribentis.*
Par in parem non habet imperium.

28 *Papa facit vnum tribunal cum Iesu Christo.*

29 *Papa ex causa publica dispensare potest in his, quæ spectant ad statum vniuersalem Ecclesiæ.*

30 *Ius diuinum quomodo recipiat declarationem.*

31 *Ius diuinum potest declarari, distingui, & modificari.*

32 *Episcopus causas clericorum criminales laico delegare non potest.*

33 *Episcopus causas clericorum criminales laico, & clerico simul delegare nequit.*

34 *Episcopus causas clericorum ciuiles an laico delegare possit.*

35 *Omninò, dictio inducit necessitatem præcisam.*

36 *Clericus non potest iudicari ab alio clerico delegato Principis, seù Iudicis secularis.*

37 *Osasc decis. 180. reprobatur.*

38 *Clericus recurrere non potest ad Principem secularem ad hoc, vt rescribat Iudici Ecclesiastico, à quo se prætēdit grauatum, vt informationes, quibus contrà ipsum procedere intendit, edoceat, & similia, quia huiusmodi literæ licet in forma familiarium, & commendatitiæ, sunt contrà libertatem Ecclesiæ.*

§. Tertius.

1 EX supradeductis, & allegatis nō video quomodò induci possit cōsuetudo procedendi contrà clericos etiam in quibusdam criminibus exceptis, vt fieri dicitur in Gallia, vbi proceditur contrà clericos in crimine violationis saluæ guardiæ, portus armorum, falsæ monetæ, læsæ Maiestatis, & in alijs criminibus, de quibus dicit *Boer. decis. 297. num. 14. Benedict. in c. Raynutius. verb. ad vxorē. 144. de testam. Guid. Pap. decis. 139. Aufrer. de potestate secular. super Eccles. reg. 1. & reg. 2. nu. 5.* vbi dicit per huiusmodi consuetudinem iudicari in Gallia clericos in actione reali, quam consuetudinem appellat corruptelam. *Mart. de Iurisd. cas. 134. Rebuff. in l. armorum. ff. de verb. sign.* vbi ait quod Iudices Galliæ sibi vsurparunt correctionē clerici circà portum armorū, & propterea quatenùs esset priuilegium, siuè consuetudo illa essent per Bullam Cœnæ Domini reuocata *sub nu. 15. Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap. 58. vers. apud Gallos.*

2 Nam huiusmodi consuetudo non potest clericorum exemptionē tollere. *c. clerici. vbi gloss. fin. & DD. de iudic. c. 1. & 2. 11. q. 1. c. inferior. 21. dist. auth. statuimus. de statut. & cōsuetud. contrà libert. Eccles. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 6. vers. ex quo inferunt.* post *Oldrad. Abb. Imol. Gemin. & Rot.* ab eo allegatos. *de constitut. Soccin. in cap. si quis clericus. fallen. 19. de for. comp. Alex. cons. 8. nu. 1. vol. 1. Roland. cons. 4 nu. 12. vol. 1. cons. 12. nu. 45. & cons. 13. nu. 9 vol. 2. Couar. pract. quæst. cap 31. nu. 5. Boss. in tit. de for. comp. num. 130. & in tit. quom. proced. per act. in delict. nu. 43. & Clar. in § fin. q. 36. nu. 2. Scaccia de iud. caus. ciuil. crim. lib. 1. c. 10. num. 42.* vbi dicit de communi. *Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 10. cum seqq. vbi nu. 10.* ampliat hanc ampliationē etiam quòd talis consuetudo sit inueterata, & immemorabilis, vt dicit etiam *Boss. d. nu. 130. Card. in cap. 2. vbi etiam Felin. de maiorit. & obed. DD. in cap. causam. de præscript. Rot decis. 10. de consuetud. in antiq. Thesaur. for. Eccles. par. 3. c. 7. n. 95. & 98. Surd decis. 129. nu. 4. & 5. Vasq. de success. creat. lib. 3. § 22 nu. 60. Duard. in Comment. Bulla Cœnæ Dñi lib. 2. Can. 15. q. 11. num. 59. vers. decimotertio. Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. nu. 65.* quamuis alioquin consuetudo regulariter tribuere possit merum, & mixtum imperium, & Iurisdictionem. *c. clericus laicum. vbi glos. & alij. de for. comp. Bald. in l. etiam. col. 3. C. de except. rei iud.*

3 Est enim talis consuetudo contrà libertatem Ecclesiæ, & sanctorum Patrum

insti-

instituta, atque contra præceptum prohibitiuum, & negatiuum. *cap.2. de for. comp. Rot. decis.* 10. *num.* 2. *de consuetud. in antiq.* quòd præceptum obligat semper, & ad semper secũdum Theologos. *Rot. dicta decis.*10. *num.*3. cui præcepto per clericos renunciari non potest. *d. c. si diligenti.* & est contra legem diuinam, per quam clerici sunt exempti à Iurisdictione Principum secularium, vt dictum fuit superiùs in §.1.

4 Consuetudo autem quæ est contrà ius Diuinum non valet. *cap. fin. de consuetud. cap. clerici vbi Abb. num.*5. *& 6. & Dec. num.* 35. *de iudic. Innoc. in cap. postulasti. de for. comp. Alex conf.*8.*n.*1.*vol.*1. *Nat. conf.* 495 *num.* 14. *Vasq. de success. creat.* §.10.*num.*651. *Put. decis.*365 *nu.*2. *Azor. Instit. Moral. par.*1.*lib.*5.*c.*13.*q.*2. vbi ait hanc esse communem Theologorum, & Iurisperitorum sententiam. *Surd. conf.*301.*num.*52. *& seqq. vol.*3.

5 Itemque talis consuetudo est contra canonica instituta, proindè non valet. *c. ad vestram. & c. ad audientiam. de consuetud. cap. cum satis. de offic. Archid. c. cæterum. de donat. cap. cum causa. de sent. & re iud. c. clerici. & ibi gloss. verb. consuetudine. de iudic. Abb. in cap. clerici. num.*6. *& ibi Dec. num* 35. *eod. Felin. in cap.*2. *num.*1. *& 3. post Io. Andr. & Gemin. de Maior. & obed. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num* 6. *vers. ex quo inferunt. de constit. in cap. si diligenti. num.*17. *de for. comp. & in cap. accedentes num.*6. *vers. fallit quarto. de præscript Soccin. in cap. si quis clericus. num.*28. *& in cap. fane. num.* 10. *de for. comp Dec. in cap* 2. *num.*167. *de iudic. & conf.*50. *col.*2. *Rol d. conf.*4 *num.*11. *&* 13. *& d. conf.*12. *nu.*43. *& seq. Alex. d. conf.*8. *col.*2. *in princ. Nat. conf.*495. *n.*14. *vol.*3. *Euerard. conf.*42. *nu.* 38. *Rebuff. conf.*193. *num* 7. *Rot. d. decis.*10. *de consuetud. in antiq. Couar. pract. quæst. cap.*31 *num.*5. *Azor. Instit. Moral. par.*1.*lib* 5. *cap.*12. *vers. sed dubitari posset.* Præterea huiusmodi consuetudo graue damnum infert quieti, & tranquillitati ministrorum Dei, qui debent vacare orationibus. *cap.*1. *de consuetud. Nat. d. conf.*495. *num.* 14. *&* 15. *Couar. d. num.*5.

6 Nam consuetudo contra ius scriptũ, & potissimum iure diuino, & naturali fundatum præsumitur iniqua, & irrationabilis. *Bero. in cap. sicut. nu.*26. *vers. secunda ratio. & nu. seq.* & iuri gentium, vel naturali aduersans, vi, atque metu paulatim introducta creditur. *Sola in probem. Constit. antiq. Sabaud. gloss. fin. in princ.*

7 Neque huic priuilegio fori cum sit concessum clericis de iure diuino Papa generaliter, & in totum derogare potest. *cap. qui resistit.* 11. *q.* 3. *Abb. in d. c.*2. *nu.*2. *de maior. & obed. Felin. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n.*6. *& in d cap si diligenti. n.*17. *vbi etiam aly. Cara in c. perpendimus. de sent. excom. Roman. singular.*418. *Rol. d. conf.* 4. *num.*15. *& d. conf.* 12. *num.*46. *& d. conf.*23. *num.*11. *Barbat. conf.*45. *col.*1. *in fin. vol.*2. *Couar. d. cap.*31 *num.*4. *vers. primum etenim. Clar. in* §. *fin. q.*41. *vers. sed quid dicendum.* dicens communem. *Boss. in d. tit. de for. comp. num.*130. *Grammat. decis.*29 *num.*11. *& decis.*61. *nu.*10. *& seq.* Et talis consuetudo potiùs corruptela dicitur, quàm consuetudo. *c. sacrosancta. & cap. Massana. de elect. cap.*1. *& cap.*2. 11. *quæst.*1. *Alex. de Neuo conf.*48. *num.*6.

8 Addatur etiam quòd ad hoc, vt cõsuetudo præiudicet, inter alia requiritur, quòd sit tale ius, quod possit præscribi, nam quædam sunt, quæ nullo vnquam tempore præscribi possunt saltem à laicis, vt spiritualia. *d. cap. Massana & cap. sacrosancta. de elect. c. hanc consuetudinem.* 10. *q.* 2. *gloss. in c. fin. verb. legitimè. de consuetud. c. ap. causam. vbi gloss. fin. Abb. num.*2. *de præscript. Plot. de in lit. iuram* §. 47. *n.*8. *Vasq. de success. creat. lib.*3. §.22. *num.*60. *Azor. Instit. Moral. par.*1. *lib.*5. *cap.*12. *vers. quòd verò. Anan in cap. ad hoc. de simon. Bal. in l. omnes. in fin. C. de præscript.*30. *an. Card. conf.*89. vt decimæ, quæ sunt res spirituales, non possunt à laico præscribi, item & iurisdictio in clericos. *c. quamuis. vbi gloss. Abb. & aly. de decim. Abb. in cap quanto. num.*2. *de consuetud. & in cap. ad aures. num.* 2. *& in cap. causam quæ. num.*2. *&* 3. *vbi etiam gloss. fin. de præscript. Io. Andr. in cap.* 2. *& aly. de præben. in* 6. *Rebuff. in tract. de decim. q.* 13. *num.* 55. *Nauar. par.* 1. *conf.* 2. *n.*5. *de decim. Azor. Instit. Moral. par.*1. *lib.*7. *cap.*25. *q.*4. quia laicus est incapax potestatis Ecclesiasticæ. *Azor. Instit. Moral. p.*1. *lib.*5. *cap.*14. *q.*6. *in fin. & d. vers. quod verò.*

9 Quinimò laicus possidens spiritualia semper præsumitur esse in mala præscri-

ptione, & ideò cōpellitur ostēdere titulū, alids nulla tēporis præscriptione quantūuis immemorabili iuuari potest. *Innocen. in c.constitutis.de elect. Bal.in l.malè agitur. C.de præscript. 30.ann. & in l.super longi.C.de præscript.long.temp.* Cum igitur clerici sint exempti de Iure diuino, & quæ sunt de Iure diuino nullo vnquam tēpore præscribi possint vulgatissimis iuribus, dicendum venit talem consuetudinem esse corruptelam, & abusum. *Felin. dicto cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ.num.6.*

10 Neque obstat, quod fortè diceretur valere huiusmodi cōsuetudinem, vbi Papa sciuisset, & tolerasset, & maximè vbi essemus in consuetudine antiqua, nam consuetudo antiqua excusare videtur.

11 Et habet vim legis. *c.fin.de consuet. l.de quibus. ff.de legib.*

12 Et consensus Principis probatur taciturnitate longi temporis. *Menoch.de præsumption lib.2.præsumption.3.Marsil. cons.45.num* 10.

13 Quia etiam quod Papa de tali consuetudine sit cōscius, nō suffragatur huiusmodi consuetudo. *Decian.in tract. crim. tom 1.lib.4.cap.9.nu.11.cum sequentibus. Farinac.in prax crimin.tom.1. par.1. tit. de Inquisit.quæst.8.num.3.*nam licet Papa sciat, non tamen voluntariè tolerat, sed facit ad euitandum scandalum, & maius malum, & hoc casu illius scientia non excusat, vt post *Ioan.de Lignan. & Cald.* tenet *Abb. in cap. clerici . num. 6. de Iudic.* & post eos tenet *Surd. cons.301. num.57. & seq. & cons.396. num.33. vol.3.* & colligitur ex Bulla Cœnæ Domini Pauli Papæ Quinti *sub numer.20. versic. declarantes*, neque propterea Papa approbare censetur, nec voluisse consuetudinem introduci. *Abb. in cap.at si clerici. in princ. num.25. de iudic. Felin. in d.c.2. num.1. de maior. & obed. & in d. cap. si diligenti. num.17. vers. primum corollarium. de for. compet. Dec. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num.15. Couar.* de communi *pract.quæst. cap 31. num.5. & per decisionem Rotæ* 10. *de consuetud. in antiq.* fuit resolutum non valuisse huiusmodi consuetudinem in Anglia introductam. *Clar. in §.fin. quæst.36. vers.sed ea retenta.nu.2. Decian. in d.c.9. num.* 10. *& seqq.* quia ista scientia Papæ proficit potius ad euitandum scandalum, quam ad transferēdum ius aliquod ad inducendam consuetudinem, vt post *Ioan.de Lignan.& Cald.* scripsit *Surd.d.cons.301. num.58.*

14 Nam propter scandalum Ecclesia aliquando crimen tolerat. *cap. denique. 4.dist. cap.quoties.1.q.2. cap.ordinationis. 8.quæst.1.cap.ipsa pietas.& cap. non potest. 23.quæst.3.Felin.in cap.2.de præscription.* & eò maximè propter multitudinem peccantium. *cap.constitueretur. 50.dist.* multi enim per tolerantiā sustinendi sunt, quamuis sententia diuini iudicij sint condemnati. *cap.vnus. 2.q.1.*

15 Neque etiā consuetudinis sola probatio sufficit, vt laicus habeat Iurisdictionem in causis prophanis clericorum, nisi probetur etiam priuilegium. *Rot. diuers. par.3.lib.3.decis.1027.nu.1.* Verumtamen quando Princeps secularis haberet priuilegium à Sede Apostolica, vel delegationem procedendi etiā contrà clericos certi loci, vel territorij, tunc non esset difficultas.

16 Quia Papa licet non possit generaliter, & in totum quoad omnes clericos, & quoad omnes causas exemptionem tollere. Potest tamen quoad quasdam eorum causas fori priuilegio derogare, & illas cōmittere Iudicibus secularibus. *c. Mennam.2.q.4. c.nos etsi. 2.q.7. c.illud.10.q.3. cap.verum. 22.dist. gloss.1. in c.clericum nullus.11.q.1. Archid.in c.ab arbitris. n.1. de offic.deleg. in 6. Host. in c.decernimus. nu.1. vbi etiam Io.Andr.& DD.de iudic. Abb.in c literas.nu.13.& 14.de rest.spol. Card.in cap.perpendimus.in 6. opposit.de sent.excom.Felin.in d.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ nu 6.vers.& pro limitatione.& in cap.2.n.2.& 3.de maior. & obed. Io.Andr. in c.vnic.de cler.coniug.in 6. Bald.in l.rescripta.C.de precib. Imperat.offer. Socein. in reg.56. fallen.1.Gigas in tract.de crim. læs.Maiest.quæst.68.§.quis de crimine læs. nu.20.Couar.d.c.31.nu.4.& 6. Clar.in § fin.q.41.num.7.Barbat.cons.45.num.3. volum.2. Cassen.in Consuetud. Burgund. Rubr.1. §.5. verb. Archidiaconi. Decian. d.c.9.nu.66.70.& 76. Menoch.de retinen. poss.remed.3.nu.400.Surd.decis.129.nu.5. Vasq.de success. creat. lib.3.§.22.num.60. Grat.cons.61.nu.22.& seq.lib.1.*

17 Nam Papa etiam fœminæ committere potest, vt clericum iudicet.*d.c.Mennam. gloss.pen in c.peruenit.7.q.1.* quam sequitur *Alex.cons.74. n.9. vol.4. Roland. cons.23.num.19.vol.2.*

18 Cum Papa possit laico concedere

capacitatem spiritualium. *cap. Adrianus. & c.seq. vbi Archid. Præposit & Turrecr. 63. dist. Io. Andr. in cap. 2. de praben. in 6. Grat. cons. 61. num. 22. vol. 1.*

19 Ex priuilegio etenim Apostolico potest etiam fœmina habere ius conferendi beneficia Ecclesiastica. *c. dilecto. vbi Host. in princ. Abb. nu. 1. Felin. nu. 1. Innoc. Io. Andr. Butr. de testib. gloss. in cap. decernimus. vbi etiam Rip. nu. 4. & Abb. de iudic. Boer. decis. 32. num. 10.*

20 Et habere curam animarum, quam per Vicarium exercebit. *Rot. decis. 21. n. 3. & 4. de praben. & decis. 3. de cōcess. praben. in antiq.* Huiusmodi autem priuilegium Regem Galliæ non habere, sed præsumi habere refert idēmet *Anfrer. d. tract. reg. 1. num. 20.* vbi respondendo ad contrarium dicit verum esse, quòd solum temporis cursu quis non potest fieri capax de incapaci, fallit tamen si vnà cum possessione immemorabili concurrat fama priuilegij, quia ne pereat ius partis propter difficultatem probandi rem ità antiquam, præsumitur pro priuilegio: Ecce quòd priuilegium dicitur præsumptū; quæ probatio priuilegij ex præsumptione nō est veritas. *Bart. in l. 1. prope princ. C. de fid. instrum. lib. 10. Bald. in l. ciues. in princ. C. de appell.* Præterea priuilegium est quid facti, quod non præsumitur, nisi probetur. *l. in bello. §. capti. ff. de captin. & post lim. reuers.*

21 Et quamuis dicatur, quòd consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria, vicem priuilegij constituti, concessionis, seù dispensationis, & contractus, ac instrumenti publici obtineat. *l. 1. §. denique. l. 2. §. apud Namusam. in fin. vers. planè si fossa. ff. de aqua plu. arc. l. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqu. quot. cap. super quibusdam. §. præterea. vbi gloss. verb. non extat memoria. de verb. sign. Dec. cons. 85. num. 2. & cons. 117. in fin. Ruin. cons. 28. num. 11. vol. 1. Soccin. Iun. cons. 49. nu. 23. Crauet. cons. 259. vol. 1. Gratian. d. cons. 61. num. 22. Menoch. cons. 43. num. 7. Afflict. decis. 254. num. 4.*

22 Et vt ista præscriptio procedat, nihil requiri docebat Ioannes Vaudus in Taurinensi Gymnasio Præceptor meus, cuius memoria sit in benedictione, in expositione. *l. 1. ff. de vsucap.*

23 Quia dicebat ille vir doctissimus, quid vis aliud quàm contractum, & instrumentum, & priuilegium, quorum vim habet huiusmodi immemorabilis præscriptio? habet enim vim tituli melioris de mundo, & legis, ac veritatis, & pacti, ac denique habet eandem potestatem, quam habet Imperator, quando cum causa procedit. *Put. decis. 205. nu. 2. & 3. lib. 1. Rot. diuersor. par. 2. decis. 717. nu. 2. latè Gabriel. tit. de præscript. num. 1. 44. & seqq.*

24 Et consuetudo immemorabilis, & priuilegium Apostolicum pari passu ambulant. *d. §. præterea. glos. in c. nouit. verb. consuetudinem. & ibi Abb. nu. 22. de iudic. Felin. in c. accedentes. nu. 6. de præscript.*

25 Tamen non valet consuetudo contra clericos, & vbi aliquid fit contrà neruum, vel libertatem Ecclesiæ. *cap. cum terra. cap. sacrosancta. cap. Massana. & ibi gloss. fin. de elect. cap. cum inter. cap. cum venerabilis. & c. ad nostram. de consuetud. cap. quamquam. de censib. in 6. auth. cassa. C. de sacros. Eccles. gloss. in cap. fin. verb. rationabilis. de consuetud. Felin. in d. cap. accedentes. nu. 6. vers. fallit quartò. Bart. in l. de quibus. num. 5. & in 2. lect. nu. 30. ff. de legibus. Boss. de for. compet. num. 130. Euerard. cons. 30. nu. 9. & cons. 42. nu. 38.* Vel contrà spiritualem causam, quæ consuetudine, vel præscriptione etiam longissima à Iudice seculari cognosci nequit. *cap. causam. vbi gloss. Io. Andr. Abb. & alij. de præscript. & cap. prohibemus. de decimis. Azor. par. 1. Instit. Moral. lib. 7. cap. 25. quæst. 4.* vbi reprobat *Couar. & Carol. de Graff* in contrarium sentientes. Et consuetudo immemorabilis dat quidem ius ei, qui capax est potestatis secundum id, quod habetur *in c. 1. de præscript. in 6. & in l. 2. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. & astiu.* sed non dat ius vllum ei, qui capax non est. *Azor. dicto cap. 25. quæst. 6. in fin.* & dictum fuit superiùs *nu. 8. in fin.* Quinimò quando etiam simpliciter à lege derogatur cōsuetudini vti reprobæ, ac malæ, censetur quoque futuræ consuetudini derogatum. *Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 13. conclus. 4. & Azor.* dicens communem. *Institut. Moral. p. 1. lib. 5. cap. 18. in fin.*

26 Insuper licet immemorabilis habeat vim priuilegij, non tamen est verum priuilegium. *Soccin d. cons. 160. d. nu. 22.* cum multa possint acquiri per viam priuilegij, quę non possunt per viam immemorabilis. *Soccin. d. n. 22. Rot. diuers. par. 1. decis. 744. nu. 6.* Imò immemorabilis sola etiam cum

alle-

allegatione priuilegij non suffragatur, quando adest incapacitas, nisi fama priuilegij concurrat. *Felin. in c. causam. nu. 2. & Abb. nu. 3. de praescript. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 38.* vbi allegat plures, & adducit Rotae decisiones.

27 Neque immemorabilis praescriptio aequiualet priuilegio, vbi adest incapacitas praescribentis. *Abb. in dicto cap. nouit. num. 22. Felin. in d. cap. accedentes. nu. 6. Io. Monach. in c. 2. vbi etiam Io. Andr. & alij de traben in 6. sequitur Couar. lib. 1. var. resol. c. 17. nu. 6. Gutierez lib. 1. pract. quaest. q. 14. & 15. Menchac. lib. 2. controu. illustr. cap. 89.* Et multò minùs procedit talis consuetudo, cum huiusmodi priuilegium fori concessum clericis sit de Iure diuino, quòd nulla consuetudo, quamuis longissimi tēporis abrogare potest, quia par in parem non habet imperium. *l. nam & Magistratus. ff. de arbitr.* multò minùs minor in maiorem. *l. minor. ff. de minor. c. inferior c. denique. c. nunc autem. & in c. tantum. 21. dist. cap. cum inferior. & ibi Abb. in princ. de maior. & obed.*

28 Ratio autē, quare Papa causas clericorū criminales alicui seculari delegare possit, ea est, quia Papa facit vnū Tribunal cum Iesu Christo *c. verum. 22. dist. c. quāto. de translat. Episc. Barbat. cons. 45. num. 11. vol. 2.*

29 Papa etenim dispensare potest ex causa publica in his, quę pertinent ad vniuersalem statum Ecclesiae. *cap. quanto. de consuetud. Angel. in l benè à Zenone. C. de quadrien. praescript.* quem sequitur *Felin. in c. quae in Ecclesiarum nu. 24. de constit. & in c. 1. eod. DD. in c. fin. de consuetud. Alex. cons. 1. vol. 2.*

30 Concurrente enim causa publica, quę concernat statum Ecclesiae, recipit tūc Ius diuinum declarationem à naturali ratione, quod semper licet, si causa praedicta concurrit, & ex declaratione non inducatur peccatum. *Abb. in d. c. fin. de cōsuetud. & in d. c. quae in Ecclesiarum. vbi etiam DD. de constit. Bart.* de communi *in l. omnes. nu. 22. ff. de Iust. & iur. Couar. pract. quaest. cap. 31. nu. 4. & in Epitom. Decretal. ... 2. cap. 6. §. 9. num. 4.*

31 Et licet Ius diuinum in totum tolli nequeat, potest tamē Papa illud interpretari, mutare, declarare, restringere, remittere, & amplificare. *Abb. & DD. in dicto c. fin. de consuetud. Couar. d. §. 9. num. 2. 3. & 4. Anchar. in cap. possessor. col. 5. de reg. iur. in 6. Bal. in tract. de praescript. par. 5. princ. q. 7. num. 11.* vbi citat DD. *in l. fin. C. si contrà ius, vel vtil. Parisi. cons. 25. nu. 21. & 25. vol. 4. Monet. de decim. cap. 5. nu. 87. & seqq. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 4. c. 18. q. 2.* vbi conciliat cum Canonistis Theologos contrariū tenentes. *& p. 3. c. 5. lib. 1.* Verùm quando laici cognoscunt causas clericorum, non cognoscunt iure proprio, sed auctoritate delegantis, in cuius persona fundatur Iurisdictio. *l. 1. §. qui mandatum. ff. de offic. eius. Innoc. in c. quod sicut. & ibi Host. & Card de elect. Felin. in d. c. 2. de maior. & obed. Decian. cons. 82. nu. 2. Clar. in §. fin. q. 41. vers. sed quid dicendum.* & tanquam ministri, & organi Papae. *l. pater ex propria. ff. de manu. vind. Igneus. in l. necessarias. §. non aliàs. nu. 336. ff. ad Senatus cons. Syllaian. Innoc. in d. c. quod sicut. vbi etiam Host. & Card. de elect. Aufrer. in clem. 1. num. 93. de offic. Ordin.*

32 Episcopus tamen clericorum causas criminales seculari delegare non potest. *d. c. decernimus. vbi Host. nu. 1. Abb. nu. 4. & 5. Dec. nu. 25. & seqq. & Rip.* de communi *nu. 34. de iudic. gloss. 1. in c. peruenit. 95. dist. Barbat. d. cons. 45. nu. 8. & per totum. vol. 2. Clar. in §. fin. q. 41. vers. quaero.*

33 Neque etiam laico, & clerico simul illas Episcopus committere potest, vt post *Abb.* dicit *Dec.* de communi *in d. c. decernimus. nu. 44. Innoc. in c. quanto. vbi etiam Franc. & alij. de consuetud. Clar. in § fin. d. quaest. 41. d. vers. quaero nūquid. Roland. d. cons. 4. nu. 4. vol. 1. Decian. d. c. 9. nu. 70. & 73. Scaccia d. tract. lib. 1. cap. 11. nu. 39. & 41.*

34 Causas nihilominùs ciuiles clericorum Episcopus laico delegare poterit, citrà tamen potestatem imponendi censuras. *Dec.* de communi *in cap. 2. nu. 25. cum pluribus seqq. de iudic. Scaccia d. cap. 11. nu. 41. Decian. d. cap. 9. nu. 73. Farinac. in prax. crim. par. 1. tom. 1. tit. de Inquisit. q. 8. nu. 4. vers. sublimita.* Quod tamen intelligitur in vna causa, secùs autem in vniuersitate causarum. *Dec. in d. cap. 2. nu. 43. de iudic.* Praetereà procedet hoc, vbi non reperitur clericus idoneus, & ità in subsidiū. *Dec. in d. cap. 2. num. 38. cum seqq. Barbat. d. cons. 45. nu. 8. & 10. arg. cap. relatum. ne Cler. vel Monach.* Veruntamen licet hoc sit aequum, non tamen est necessarium, vt

de cõmuni recentium opinione dicit *Abb. in cod. c. 2. nu. 5. de iudic.* Quicquid tamen sit, ego existimo, quod Episcopus non solũ non possit laico causas clericorum criminales delegare, sed nequè etiam causas ciuiles pecuniarias. per *c. nullus. vers. sine permissu. de for. comp.* vbi requiritur permissio Papæ. *c. qualiter. vers. quod omninò fieri prohibemus. de iudic. Barbat. cons. 45. num 8. & 9. vol. 2.*

35 Quæ dictio, omninò, inducit necessitatem præcisam. *c. qualiter. 2. vers. omninò. de accusat. c. ex parte. 1. verb. omninò. de offic deleg. c. Pisanis. verb. omninò. de rest. spol. c. sicut ex literis. verb. omninò. de iuretur. c. 2. vers omninò. de pact.* præterquamquòd cũ de natura iudicij sit, vt sibi parcatur. *l. fin ff. de Iurisd. omn Iud.* & laicorum sit obsequi clericis, non imperare, vt dictum fuit, Ergò videtur omninò dicendum secularem non posse esse Iudicem clerici, quia tunc imperaret, quod esse non posset, vt fuit similiter dictum.

36 Et adeò verum est, quod clericus iudicari non possit per Iudicem secularem, vt nec etiam possit iudicari ab alio clerico delegato Principis, seù Rectoris secularis. *Felin. in cap. cum sit. nu. 44. vers. & hinc. est. de for. compet. Bertrand cons 9. num. 7. vol. 2. Decian. in d. tract. lib. 4. cap. 9. nu. 63. & 75. Farinac. dicta quæst. 8. num. 46. vers. amplia. 22.*

37 Ex allegatis in §. 1. 2. & 3. atque ex his quæ deducentur *in tit. de exempt. cler. à statut. secular. & in tit. de exēptione clericorũ à muneribus public.* Apparet perperã loqui. *Osasc. decis. 180. per tot.* & alios, qui dicunt, quòd clericus citatus à Iudice Ecclesiastico, si pretẽdat se grauatũ, recurrere possit ad Principem secularẽ, quo casu Princeps ille possit Iudici Ecclesiastico rescribere, vt informationes, quibus contrà clericum procedere intendit, edoceat, & in eiusmodi casibus ad secularẽ Principem per clericum recursus haberi possit.

38 Quia non facit, quòd huiusmodi literæ Principis, siuè Magistratus fuerint conceptæ in forma familiarium, seù commendatitiarum, vel conseruatoriarum literarum, quia consideratur ad quem effectum dirigantur Iudicibus, alijsq. personis Ecclesiasticis. *l. cum pater. §. donationis. vbi Bart. ff. de leg. 2. Alex. cons. 211. nu. 11. vol. 2.* nam si non expressè, & directè, saltẽ tacitè, & indirectè tales literæ erunt contrà libertatem Ecclesiasticam, vt notatur inferiùs *in tit. de exempt. cleric. à statutis secular. §. 1. nu. 24. & seqq.* secùs autem si ea intentione emanarũt huiusmodi literæ ad effectum interim habendi recursum ad Sedem Apostolicam, & cum effectu ad ipsam recurratur, in quibus terminis habet locum opinio Graffij, de qua in suis decisionibus, & ità ipse declarat *Bullam in Cœna Domini nu. 14. & Nauar. nu. 69.* Multò minùs id facere possunt Magistratus laxantes, vel decernentes literas contrà Iudices Ecclesiasticos, siuè inhibitiones cum praeceptis de transmittẽdis actis, aut præcepta pœnalia. *c. quoniam. de immunit. Eccles. in 6.* & reprobata opinione *Couar. pract quæst. c. 35.* & illius sequacium, pluribus auctoritatibus, & rationibus probat *Azor p. 1. Instit. Moral. lib. 5. cap. 14. §. sed certè. vsque in fin. Thesaur. for. Eccles. p. 3. cap. 7. n 85. cum seqq.* vbi *nu. 92. cum seqq.* testatur pluries per Rot. fuisse decisum.

SVMMARIVM.

1 *Clericum se faciens post delictum commissum, an, & quomodò gaudeat priuilegio fori. & n. n. seqq.*

2 *Clericatus quando dicatur assumptus in fraudem.*

3 *Clericis nonnisi degradatis pœna mortis imponi debet.*

4 *Fideiussor de repræsentando reum si non repræsentet conuenitur ad pœnam pro qua fideiussit.*

5 *Cõtractus factus in iudicio habet vim confessionis.*

6 *Confessionem in iudicio sequitur executio.*

7 *Fideiussor de repræsentando reum, si non repræsentet, non potest ad pœnam cõueniri quãdo reus mutauit statum.*

8 *Fideiussor laicus si assumit clericatum, non potest coram laico conueniri.*

9 *Clericus fideiubens pro laico coram Iudice seculari non potest coram eodem Iudice conueniri.*

10 *Laicus relegatus à Iudice seculari, si post clericatum assumptum frangat relegationem, non potest ab eodem Iudice puniri pro huiusmodi fractura.*

11 *Clericum se faciens post contractum ciuilem debet conueniri coram Iudice Ecclesiastico, etiam quòd lis esset incœpta.*

12 *Clericus pendente lite in Curia Epifcopali fuper caufa Ciuili, quàuis creetur Epifcopus, poterit in eadem Curia iudicari.*
13 *Monachum fe faciens poft delictum commiffum, fiuè contractum celebratum in caufa ciuili debet conueniri coram Iudice Ecclefiaftico.*
14 *Clericum fe faciens poft delictum commiffum puniri poteft à Iudice Ecclefiaftico.*
15 *Bulla Syxti Quinti fuper recipiendis ad Religionem.*
16 *Clericus poft delictum commiffum factus laicus debet puniri à Iudice Ecclefiaftico pro huiufmodi delicto.*
17 *Clerico facto poft delictum an credatur, fi dicat fe factum clericum ex voto.*
18 *Iuramento afferentis ftatur in his, quæ in animo confiftunt, & quando hoc procedat.*
19 *Equitem Hierofolymitanũ, vt aliquis fe faceret, fi obtenta gratia factis probationibus, & delictum committit, poteft pro tali delicto puniri à Iudice feculari.*

§. Quartus.

1 Dvbium autem non leue eft, An coram Iudice feculari laicus conuentus, qui poftea factus eft clericus, mutet forum, ità vt quæftio incœpta per Iudicem fecularem fit terminanda coram Iudice Ecclefiaftico? Hæc quæftio eft valdè perplexa, quæ tamen plana reddetur cum diftinctione, quæ colligitur ex doctrina DD. huiufmodi quæftionem tractantium. *vt Io. Andr. in c. 1. n. 19. verf. quinta opinio. & num. 20. vbi etiam Abb. nu. 5. verf. fi quæritur & Anan. n. 7. de oblig. ad ratiocin. non ordin. Archid. in cap. 1. nu. 2. 11. q. 1. Socein. in c. propofuifti. nu. 53. vbi etiam Boych. de for. comp. Bart. in l. cum quadam puella. nu. 3. & ibi DD. ff. de Iurifd. omn. Iud. in l. adulter. §. 1. n. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.* & poft *Dyn. Specul.* & alios ab eo citatos *in l. 1. num. 3. ff. de pœn. & in fuo tract. de Iurifd. nu. 8. Dyn. in l. Idem Vlpianus. ff de excufat. tut. Angel. in l. fi quis poftea. nu. 4. ff. de iudic. Alberic. in l. cum ratio. §. ex bonis. nu. 2. ff. de bon. damnat. Salyc. in auth. ftatuimus. num. 2. C. de Epifc. & cleric. Couar. pract. quæft. c. 32. nu. 4. Surd. conf. 396. n. 20. vol. 3. Boff. in tit. de pœn. num. 38. Clar. in §. fin. q. 36. n. 38. Placha Epitom. delict. lib. 1. c. 35. n. 1. Carrer. in pract. crimin. § homicidium. leg. vlt. fub nu. 92. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 9. nu. 60. Farinac. in prax. crimin. tom. 1. par. 1. quæft. 8. num. 104. cum feqq. Franc. decif. 209. n. 2. & feqq. & decif. 384. per totam. par. 2.* Aut talis delinquens fufcepit clericatum in fraudem, vt fcilicet fe eximeret à Iurifdictione feculari, & tũc non liberatur à Iudice feculari.

2 Dicitur autem clericatus in fraudem affumi poft delictum, fi poft diffamationẽ, vel accufationem, feù inquifitionem, aut citationem, vel contumaciam, fiuè condemnationem affumatur. *l. fin. ff. de bon. eorum qui fibi mort. confciu. l. fin. ff. de re milit. Bart. in l. fi quis poftea. vbi etiã alij. ff. de iudic. & in d. l. 1. col. 2. verf. aut eft dubium. ff. de pœn. Iaf. in l. cũ quadam puella. ff. de Iurifd. omn. Iudic. Boff. in d. tit. de pœn. num. 38. & alij.* quos citat *Farinac. d. q. 8. nu. 110. Clar. in §. fin. d. q. 36. nu. 39. Roderic. quæft. Regular. tom. 2. q. 2. art. 3. Imol. conf. 118. Duard. in comment. Bull. Cœn. Domini lib. 2. c. 15. q. 11. nu. 6. Ricc. in prax. refol. p. 2. refol. 59.* Aut verò talis delinquẽs clericatũ affumpfit abfque fraude, tunc eximitur à Iurifdictione Iudicis laici, & relinqui debet Iudici Ecclefiaftico puniendus. *Bald. in l. affinitatis. C. cum de fucceff.* quem fequitur *Hippolyt. fing. 480. in fin.* quia ordo Ecclefiafticus liberat à Iurifdictione Iudicis fecularis. *Oldr. cõf. 4. Aufrer. in clem. 1. reg. 1. fallen. 11. de offic. Ordin. Clar. in § fin. q. 36. Mar. de Iurifd. par. 4. caf. 121. nu. 11.* nam ratione excommunicationis incurrendæ non attenditur tempus commiffi delicti *l. 1. ff. de pœn.* fed fententiæ. *Clar. l. citato. nu. 43. Lomell. de attent p. 2. c. 4. de attent. lit. pend. limit. 20. nu. 16.* In cafu tamen quo huiufmodi delinquens affumpfiffet clericatum in fraudem, & delictum exigeret pœnam furcarum, feù alioqui vitæ, dicit *Bart. in d. l. 1.* poft multos citatos *de pœn. Abb. in d. c. 1. nu. 3. verf. ex his patet quid de tertio cafu. de oblig. ad ratiocin. non ordin.* quod Epifcopus debebit eum degradare, & tradere Iudici feculari. *c. cum non ab homine. de iudic. auth. clericus. C. de Epifc. & cler. & l. qui cum vno. §. reus ff. de re milit.* idem tenet *Bald. in l. Officiales. C. de Epifcop. & cleric.*

3 Et

3 Et quamuis Iudices seculares de talibus etiam non degradatis soleant quandoque sumere supplicium, quādo Episcopi se difficiles reddunt in huiusmodi degradationibus faciendis. *Bart. in l. 1. num. 3. ff. de pœn. Bald. in l. nemo potest. vbi etiam Angel. & Imol. ff. de leg. 1. & in d. cap. cum non ab homine. num. 8. de iudic. Anchar. in c. ad falsariorum. col. 13.* & post eum *Anan. de fals. Card. in clem. ne in agro. §. quia verò. q. 8. de stat. Monach. Oldrad. consf. 4.* Hoc tamen est contrà iustitiam, & malè, ac pessimè faciunt Iudices seculares ipsis non degradatis pœnam imponentes. *Bart. d. nu. 3. in fin. Abb. in d. c. 1. nu. 5. propè fin. de obligat. ad ratiocin. Clar. in §. fin. dicta quæst. 36. vers. sæpenumerò. Couar. d. c. 32. num. 4. vers. tertia conclusio. Farinac. dicta q. 8. num. 109.* Si verò non est præuenta persona, seu executio, quia non capta, sed sola causa, vel iurisdictio, vt quia est citatus, vel lis contrà eum est contestata, tunc nulla fieri debet districtio per eundem Iudicem secularem contrà clericum, vt poni in carceribus, detineri, & similibus, neque etiam aliqua executio in personam clerici, nam clericatus eximit personā quoad omnem manus iniectionem, & districtionem, sed nō eximit causam à Iurisdictione præuenientis quoad ipsius processum, & instātiam finiēdam, & realiter quoad bona exequenda, & ità erit Iudex causæ, non personæ. *Io. Andr. Abb. & alij locis citatis. Purpurat. consf. 77. num. 1. vol. 1. Specul. in tit. de reor. vers. sed quid si est criminalis. Scap. de iur. non script. lib. 1. cap. 1. num. 6. Germon. de sacror. Immun lib. 3. c. 15. n. 77.* Et vt paucis complectar in casu, quo quis cum fraude clericatum assumpserit, licet possit à seculari Iudice puniri, non tamen poterit corporaliter, sed tantummodò in pecunia, & bonis, & sic erit Iudex causæ, non personæ, vt dictum fuit. *Archid. in d. c. 1. n. 2. 11. q. 1. Io. Andr. in d. c. 1. n. 19. in fin. vers. puto quod. & ibi Abb. num. 5. & Anan. col. fin. vers. quandoque. de oblig. ad ratiocin. Salic. in d. auth. statuimus. nu. 2. Boss. in tit. de for. comp. n. 144. & in tit. de pœnis. n. 38.* vbi dicit de communi. *Couar. d. cap. 32. nu. 4. vers. tertia conclusio. Clar. d. q. 36. num. 38.* vbi testatur communem. *Cartar. in tract. de execut. sentent. cap. fin. num. 308. Franc. decis. 209 nu. 1. Farinac. d. q. 8. num. 107. Roderic. quæst. Regular. d. q. 2. art. 3. vers. quarto.*

4 Ex supradictis colligo, quòd licet fideiussor de repræsentando reum, si non repræsentet, conuenitur ad pœnam Iudicis officio, & contrà ipsum proceditur summariè, executiuè, & sine libello. *l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. Bart. in l. si quis reum. in fin. & Angel. nu. 7. & DD. ff. de custod. reor. Bald. in l. qui crimen. num. 13. C. qui accus. non pos. Boss. in tit. de carcer. fideius. commit. num. 60. Farinac. de carceribus, & carcerat. q. 34. nu. 29.*

5 Tùm quia contractus factus in iudicio habet vim confessionis. *l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pact.*

6 In confessum autem iudicij ordo non requiritur, sed sola restat executio. *l. si cō fessus. ff. de custod. reor. l. proindè. §. final. ff. ad leg. Aquil. l. 1. & l. 3. C. de confess. c. 1. de confess.* tùm verò quia in criminalibus ex quo iudex semel est aditus, omnia potest, neque circumscribitur edictum, licet accusatus sit absens. *l. quamuis. C. de adult. Farinac. d. q. 34. num. 60.*

7 Tamen illud non habet locum quādo reus principalis mutauit statum, putà quia existens laicus tempore fideiussionis factæ euaserit posteà clericus, tunc enim cum mutet forum, nec possit ipse amplius cōueniri coram Iudice laico, coram quo fuit præstita fideiussio, idcircò fideiussor liberatur. *Card. in clem. 1. in quæst. 9. de elib. Bald. in l. si filius. ff. de tutel. & ration. distrah. Boss. dicto tit. de carcerat. fideiuss. commit. num 42. Cephal. consf. 187. num. 8. vol. 2. Horat. Luc. inter Consilia criminalia diuers. consf. 163. nu. 11. vol. 1. Marsil. in Rubr. ff. de fideiussor. q. 12. n. 132. & seqq. Muscatel. in pract. fideiussor. in 1. par. modo 19. num. 17. Farinac. in prax. crim. tom. 1. p 1. q. 34. n. 38.* quicquid aliter sentiat *Bald.* non sibi constans *in l. vnic. in fin. n. 10. C. de priuil. dot. Afflict. decis. 206. num. 1. Guid. Pap. decis. 562.*

8 Dicimus etiam eum, qui fideiussit, si est laicus, si posteà assumpserit clericatū, non posse coram laico conueniri, sed conueniēdum esse corā Ecclesiastico. *Marsil. in Rubr. de fideiuss. n. 110. Surd. consf. 396. per totum. vol. 3.*

9 Clericum item pro laico fideiubentē esse remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum, nec posse conueniri coram laico, neque contrà eū mitti posse executioni sententiam contrà laicum latam. *Dyn. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier.* quē sequitur

Anchar. in cap.ex qua. nu. 27.de reg. iur. in 6. Bald. in l.1. in fin. C. de execut. rei iud. Surd.d. conf.396. num 23.

10 Colligo secundo, quòd clericus, qui dum esset laicus, fuit relegatus à Iudice laico, si frangat relegationem postquam assumpsit clericatum, non potest puniri à Iudice laico pro fractura prædicta, sed est puniendus ab Ecclesiastico, cum sit nouũ delictum commissum à persona, cuius status est mutatus, & effecta exempta. *Franc. decis.395. par.2. Mart. de iurisd. par.4. cas. 121. num.10. & cas. 176.nec.* tenetur Iudex Ecclesiasticus in hoc casu stare processui Iudicis laici, qui posuit pœnam relegationis. *Vallasc. lib.Consultat.tom.1. consultat. 48.* nec duplicatur sibi tempus relegationis iuxta *l. aut damnum §.quisquis.& ibi Bart.& alij.ff. de pœn. Duard. in comm. Bulla Cœna Domini lib. 2. can. 15.q.11.num.8.*

11 Idem dicendum venit non solùm in delictis, sed etiam in contractibus & in causa ciuili, nam si contractus fuisset celebratus ab aliquo dum esset laicus, si postea ille fiat clericus, debet conueniri coram Iudice Ecclesiastico, quia licet ratione contractus quis conueniri possit in loco contractus, etiamsi mutauerit domicilium, fallit tamen, quando mutatus est personæ status, putà quia laicus efficeretur clericus, nam tunc non poterit conueniri nisi coram Iudice Ecclesiastico etiã quòd lis esset incœpta, antequam ille fieret clericus. *Felin. d. num.19. Butrigar. in l. quisquis. C. de Episc.& cler. Cyn. in auth. causa qua. C. eod. Alex. in l. cum quadam puella, num.3. ff. de iurisd.omn. Iud. Felin in cap.ex tenore. num.19.vers. fallit. vndecimo.de rescript. & in fin. n.14. de constit. Vincent. de Franc. decis. 400. addit. ad Capell. Tholos. decis. 144. latissimè Surd. cons.396. nu.19. & per totum. vol.1.*

12 Clericus tamen pendente lite in Curia Episcopali super causa ciuili, quamuis creetur Episcopus poterit iudicari in eadem Curia. *Ricc. in prax. resolut.par. 1. resol. 519. num.1. vbi num, 4.* dicit ita fuisse resolutum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, licet ipse contrarium sustinere conetur.

13 Quæ omnia procedunt etiam in Monacho antè ingressum religionis delictum committente. *Bart.in repet auth. ingressi. col pen. vers. pro hac tamen induco. C. de sacros. Eccles. Ias. in auth. si qua mulier. circà fin. vers ego teneo. C. eod. Clar. in §.fin. d.q.36. n.38. & 39. Castr.cons.432. col.2. vers. tertio principaliter. vol.1. Farinac d. q.8. num. 104. Roderic. d. art.3. per totum.*

14 Si tamen laicus, qui commisit vnũ, vel plura delicta, de quibus non fuit punitus, efficiatur clericus, puniri potest per suum Iudicem Ecclesiasticum. *latè Oldrad. d. cons.4.* vbi dicit ità sæpius suo tempore practicatum fuisse. *Anan. in d. cap. ad falsariorum. in fin. Abb in cap.fin.num. 3. de purgat. canon.* & ità fuisse conclusum Bononiæ in casu occurrẽti refert *Io. And. in d.cap.1. vbi etiam Card.* qui dicit hanc opinionem communẽ. *& Anchar. de obligat. ad ratiocin. Ferret. cons.366. nu.16.*

15 Et circà Monachum antè ingressum Religionis delictum committentem animaduertendum est, quod Syxtus Quintus omnes, & quoscunque criminosos, vel suspectos, aut æri alieno, vel reddendis rationibus obligatos ad Religionem perpetuò inhabiles declarat, & si qui eorum temerè ad Religionem admittentur, tàm susceptionem habitus, quàm professionem indè secutam pari modo irritat, & annullat, viribusquè, & effectu carere decernit, & iubet eos, qui sic de facto recepti erunt habitu spoliari, & à Religione expelli, & nihilominus si expulsi non fuerint, voluit, & pariter declarauit habitus susceptionem, & professionem penitus nullam esse, & censeri, ac propterea attenta nullitate habitus, & professionis licere quibuscunque Iudicibus, & Curijs, etiam secularibus ad quos, seù quas spectat contra eos vt prius iuris, & facti remedijs opportunis ex officio, vel ad cuiuscunque instantiam, vel querelam ciuiliter, criminaliter, aut mixtim procedere, vt in sua Constitutione 73. incip. *Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus. §. cæterum. edita anno 1587. sexto Kal. Decembris. Roderic.d.q.2.artic.3.*

16 Quid è conuerso si clericus committat delictum, & post commissum delictum ducat vxorem, vel alioqui fiat laicus, à quo Iudice erit puniendus, an à Iudice Ecclesiastico, an verò à Iudice seculari? & Respondetur esse puniendum à Iudice Ecclesiastico, quia inspicitur tempus delicti commissi. *Bal. in l.affinitatis. C.commun.*

de

de succeff. Grammat. decif.10. per totam. vbi dicit ità fuisse resolutum in facti contingentia per Magnam Curiam Vicariæ. *Franc. decis. 417. num.4. & 5. par.2.* eo etenim ipso, quòd quis delinquit, acquiritur ius ei, cuius iurisdictioni subiectus est. *Bald. in l. Officiales. C. de Episc. & cleric. Franc. d. num.4.* nam viceuersa dicitur, quòd clericus relegatus à Curia Ecclesiastica, si durante relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationem potest puniri à Iudice laico. *Alberic. in l. meminisse. ff. de offic. Proconsul. Franch. decis. 395. per tot.*

17 In eo autem, qui dicit se factum clericum ex voto, communis opinio est eius iuramento standum esse, nam in his, quæ in animo consistunt, prout est votum, statur proprio iuramento ipsius vouentis, & tunc non potest puniri à Iudice seculari. *gloss. in §. alia. Inst. de act. & in c. significasti. 2. verb. credendum. de homicid. Bart. in l. interdictum. §. qui furem. ff. de furt. Bald. in l. 1. in fin. num. 11. C. an seru. pro suo fact. Iaf. in l. eum quedam. nu. 11. & seq. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Marsil. singul. 534. Viuius in commun opin. vers. clericus. sub verb. ordo Ecclesiasticus. in fin.* qui hanc esse magis communem sententiam testatur.

18 Quam tamen opinionem improbat *Couar. pract. quæst. d. cap. 32. in fin.* & sequitur *Franch. decis. 449. numer. 6. & 7.* Et re vera reijciẽda est talis opinio, quando votum non aliter probatur, quàm per iuramentum, nam licet verum sit in ijs, quæ à solo animo dependent, stari iuramento ità asserentis, nihilominus vbi de graui præiudicio tractatur, tunc existimo illud non procedere, quia eo casu plenior, & certior requiritur probatio. *c. ex insinuatione. de procurat. Abb. in c. quosdam. nu. 3. de præsumpt. Felin. in c. cognoscentes. num. 14. vbi etiam Dec. in 1. lect. propè fin. num. 50. de constit. Couar. d. cap. 32. in fin.* In hoc autem agitur de maximo præiudicio, cum de enormi læsione Reipublicæ, & Ecclesiastica iurisdictione tractetur. Prætereà sequeretur maximũ absurdum, quòd multi efficerentur clerici post delictum, vt forum seculare subterfugerent, & ad effugiẽdas graues pœnas seculares millies iurarent se tale votum fecisse. Si verò cum iuramenti assertione concurrat aliqua alia probatio etiam non plena, putà si probetur hunc reum antè commissum delictum extraiudicialiter fassum esse se fecisse illud votum, vel concurrat aliqua alia præsumptio, putà si reus iurasset se emisisse votũ intrãdi Religionẽ eo tempore, quo euasit periculum grauis infirmitatis, seu naufragij, probeturque, quòd eo tempore fuit in tali infirmitate, seu naufragio, adeò quòd facilè præsumi potest eum tale fecisse votum, tunc vtique posset stari illius iuramento, etiam quòd agatur de graui præiudicio, & multò magis si votum fuit per testes plenè, & concludenter probatum. *Bald. in l. 1. nu. 11. C. an seru. ex suo fact. Iaf. in d. l. eum quedam. n. 11. ff. de Iurisd. omn. Iud. Couar. d. cap. 32. num. 4. Farinac. d. q. 8. num. 114. vers. arbitror.*

19 Si quis autem, vt fieret Eques putà Hierosolymitanus fecit probationes, & obtinuit gratiam suscipiendi habitum, ac soluerit viaticum, & se præparauit ad iter pro suscipiendo habitu, interim delinquat, poterit puniri à Iudice seculari, quia nondum est Eques. *Franc. decis. 449. per totã p. 3. Cabal. resolut. crim. cas. 65. per totum.* & multa poterant accidere, vt habitum nõ assumeret, & pœnitere poterat. *Franc. d. decis. 449. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps secularis non potest cogere clericos ad sibi præstandum iuramentum fidelitatis, nisi pro feudalibus.*
2 *Episcopi quibus in casibus possint iurare fidelitatem Principi seculari.*
3 *Episcopi non possunt compellere clericos ad sibi præstandum iuramentum obedientiæ, nisi ratione administrationis eis concessæ.*
4 *Princeps secularis non potest eijcere clericum, qui obtinuit aliquam Ecclesiam in Dominio ipsius Principis.*
5 *Princeps secularis quando possit non admittere in Episcopum personam sibi suspectam.*
6 *Clericus non potest à solo Iudice laico dari tutor pupillo seculari.*
7 *Laicus non potest esse tutor pupilli clerici, neque Iudex laicus potest clerico minori tutorem dare.*
8 *Legitimari nõ potest clericus per Principem secularem.*
9 *Clericus nõ potest se subijcere potestati etiam voluntariæ laici.*
10 *Campegijs Bononien legitimandi facultas concessa non se extendit ad legiti-*

gitimationem personarum Ecclesiasticarum.
11 *Legitimari potest clericus à Principe seculari quoad bona patre petente.*
12 *Filius clerici potest legitimari à Principe seculari.*
13 *Emancipatio clerici per patrē fieri potest coram Iudice seculari.*
14 *Curator ad litem clerici debet dari à Iudice Ecclesiastico, quando agitur de beneficio possesso per ipsum clericum.*
15 *Clerico minori quando litigat tanquā actor coram Iudice seculari potest dari à Iudice seculari.*
16 *Curator ad omnes causas generaliter dari debet à Iudice Ecclesiastico.*

§. Quintus.

1 EX supradeductis ego infero, quòd neque Princeps secularis cogere possit clericos ad sibi præstandum iuramentum fidelitatis, nisi pro feudalibus, quæ habent ab ipso, neque pariter Episcopos. *Isern. in cap. de form. fidelit. num. 6. cap. nimis. vbi Host. nu. 5. circà fin. Bald. & Abb. in princ. Butr. num. 1. & 2. Imol. num. 1. & 2. Io. Andr. num. 1. 2. & 3. & cap. petitio de iureiur. Abb. in cap. 2. num. 3. de maior. & obed. Afflict. super Constit. Neapol. de cleric. conuen. super possessor. num. 5. & de indemn. Rubr. 45. lib. 1. num. 38. gloss. in cap. porrò. 63. dist. Concil. Lateran. sub Innoc. iij tom. 3. Concil. Platin. in Vita eiusdem Innoc. §. Otho verò.* nam & Abbatissæ pro feudis, quæ habent ab ipso Principe seculari, tenentur præstare iuramentū. *cap. vnic. §. verum. de stat. regular. in 6. Rot. diuers. par. 1. decis. 41. num. 5.* neque obstat *gloss. in cap. pen. verb. laico. in fin. 22. q. 5.* vbi habetur Episcopos præstare iuramentum Imperatori: quia eadē *gloss.* nulla lege, aut ratione fulcitur, quare non creditur glossæ, nisi legem alleget. *Bald. in l. Resp. num. 2. C. quibus ex caus. maio. Dec. cap. ad hæc num. 41. de postul. Prælat. addit. ad Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur.*

2 Si autem Episcopi iurant fidelitatem Principi seculari, hoc faciunt, vel pro feudis, quæ habent ab ipso Principe, vt dictum fuit superius, vel ex priuilegio speciali, & locali eidem Principi concesso, super Ecclesias pertinentes ad regnum Theutonicum tantùm, de quo meminit *Sigon. de Regn. Ital. lib. 10. ann. 1122. §. Ego Calistus.* priuilegium autem locale nō extenditur ad alia loca. *Couar. practic. quæst. cap. 31. num. 3. vers. secundò ex præmissa. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 353.* & in simili dicitur, quòd consuetudo vnius Prouinciæ non extenditur ad alias. *Bursat.* post alios *cons. 311. num. 17. Honded. cons. 101. nu. 38. vol. 1.* Et quamuis videatur quod Ecclesiarum Prælati teneantur saltem prò bonis allodialibus ad præstandum iuramentum de non conspirando, vel non machinando contra Principem. *gloss. in c. petitio verb. extorsit. vbi Butr. numer. 8. de iurtiur. VVesembec. in suis paratit. de iureiur.* quia tenentur ad illa duo, de nōn machinando, neque conspirando, nihilominus neque ad huiusmodi iuramentū tenentur. *Abb. in d. cap. petitio. n. 1. Isern. in c. vnic. num. 6. qual. Vassal. verb. deb. fidel. in feudis. Grammat. decis. 61. num. 4.* cum neque clerici consiliarij Principum, aut alij ministri Clerici cogi possint ad præstandum assecurationis iuramentum, quāuis sua sponte illis iurare liceret. *Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. §. qui quidem inuestiti. numer. 7. Afflict. super Const. Neapol. de fernand. indemn. n. 58. Carol. de Grass. de eff. cleric. effect. 2. num. 213.* nam tale iuramentum assecurationis, quòd est desumptum ex *c. vnic. §. si verò qual. iur. deb. Vassal. de feud. & ex cap. vnic. §. ego iuro. de nou. form. fidel. & cap. de forma. 22. q. 5.* habet vim, & effectum fidelitatis. *Host. in d. c. petitio in fin. Isern. super Constit. Regn. Sicil. tit. 36. nu. 40. lib. 2. Capic. decis. 9. num. 5. & 6.* quæ fidelitas à Prælatis Ecclesiasticis præstari non debet laicis. *cap. nimis. de iureiur.* neque officit *d. c. petitio. & ibi gloss. verb. extorsit.* quia licet Papa ibi moneat clericos à machinatione, & conspiratione contra Principem, non loquitur tamen de iuramento præstando; quare non sunt extendenda verba legis ad non expressa. *c. in memoria. 19. dist.* Minùs obstant *VVesbec. & alij.* quia procedunt in feudis, quæ habent Prælati ab aliquo Principe, pro quibus tenentur ad iuramentum fidelitatis. vt dictum est. Si tamen huiusmodi assecurationis iuramentum præstarent Prælati, esset seruandum, quia multa facta te-

nent, quæ fieri prohibentur. *c. ad Apostolicam. de statu Regul.*

3 Neque Episcopi possunt compellere clericos ad sibi præstandum iuramentum obedientiæ, nisi ratione administrationis eis concessæ. *cap. nullus. de iureiur. c fin. 22. q. 5. c legebatur. de maior. & obed.*

4 Minùs potest Princeps secularis clericum eijcere, aut arcere, siuè bannire, si aliquam Ecclesiã obtinuit à Papa in Dominio ipsius Principis, nisi de licentia ipsius Papæ. *Bald. in c. 1. §. si clericus. & DD. de pace tenen. Boss. in tit. banniri qui poss. n. 6.*

5 Licet possit alioqui non admittere in aliqua Ciuitate sui Dominij in Episcopũ, siuè in beneficiatum personam sibi suspectam, de qua non posset confidere, ne fortè reuelet aduersarijs secreta sui Dominij, *c. constitutus. 16. quæst. 1. Innoc. in c. super his, num. 8. vbi etiam Io. Andr. nu. 6. Host. nu. 6. Butr. n. 22. & Felin. de accusat. Abb. in cap. 1. nu. 9. in fin. & in cap. cum terra. num. 2. & in cap. quod licet. vbi DD. de elect. Isern. in probam. Constit. Regn. vbi etiam Afflict. q. 18. Lambert. de Iurepatr. par. 1. lib. 1. q. 11. princ. art. 11. nu. 14. Bald. in cap. 1. §. si clericus. vbi etiam Præposit. n. 3.* & post multos allegatos dicit *Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 1. nu. 1038. & seq.*

6 Neque clericus pupillo seculari à Iudice laico tutor dari potest, quia clericus eidem Iudici nõ subest, neque ab Episcopo solo poterit dari, quia pupillus Episcopo non subest, sed ab ambobus dabitur, & ab Episcopo, & à Iudice seculari. *Bald in l. generaliter. 2. C. de Episc. & Cler. Bero. cons. 102. numer. 23. vol. 3.* quicquid dicat *Castr. cons. 352. num. 1.*

7 Non potest tamen laicus esse tutor pupilli clerici. *Dec. cons. 150. num. 8.* quia tutela est potestas in capite libero, & datur principaliter personæ, *addit. ad Rot. decis. 14. nu. 6. de iudic. in antiq.* neq. Iudex laicus potest clerico minori tutorẽ dare. *Bart. in l. 1. ff. de tutor. & curator. Ruin. cons. 89. num. 1. vol. 5.*

8 Nec legitimari potest clericus etiam in minoribus solùm ordinibus constitutus per Comitem Palatinum, seu alium Principem secularem, quia duo sunt impedimenta, vnum quod laicus non potest de rebus Ecclesiæ disponere, atque ità legitimando efficere, vt Ecclesia exclusa admittatur filius ille, qui alioqui non erat successurus, alterum est impedimentum, quia non potest laicus exercere iurisdictionem suam, etiam voluntariam in clericum.

9 Cum potestati etiam voluntariæ laici se subijcere non possit clericus, vt scribunt *Anchar. cons. 321. Alex. cons. 67. n. 8. vol. 1.* & hoc dicunt *Dec in c. 2. num. 184. de iudic. & cons. 150. num. 4. & cons. 241. num. 2. Surd. decis. 129. num. 6.* & post multos ab eo citatos dicit *Paris. cons. 2 n. 16. & 24. vol. 2. Bero. cons. 169. nu. 1. cum seqq. vol. 2. Achil. decis. 8. in princip. qui sil. sint legit. Caputaq. decis. 146. nu. 5. & seq. p. 2.*

10 Quare facultas legitimãdi concessa Campegijs Bononien. laicis non illis competit tanquam laicis, respectu personarum Ecclesiasticarum; quamuis extendatur ad bona emphyteotica, & Ecclesiastica. *Seraphin. decis. 5. per totam. par. 1.*

11 Quoad bona tamen patre petente huiusmodi clericus legitimari potest per Principem secularem. *Cassen. in consuet. Burgun. des successions des pasteur. §. 5. vers. vt in patrimonialibus. Achil. dicta decis. 8. nu. 2. Veral. decis. 149. nu. 3. par. 2.* & ità procedit *Veral. decis. 75. 76. 77. 146. 147. 148. 149. par. 2.* quibus habetur, quòd Imperator, vel habens causam ab eo possit legitimare clericum, etiam filium clerici patre petente.

12 Filius tamẽ clerici quamuis Sacerdotis potest legitimari à seculari, quia, eũ legitimatio sit actus ipsius Principis, potest ab ipso Principe exerceri in filium laicum alicuius clerici. *gloss. in §. fin. verb. participium. auth. quib. mod. natur. effic. Castr.* de communi *cons. 226. vol. 2. Dec.* de communi *cons. 150. num. 5. Corn. cons. 1. nu. 18. vol. 3. Couar. in 4. Decretal. cap. 8. par. 2. §. 8. numer. 19.* vbi dicit de communi, & veriori opinione, quam secuta fuit Rota, vt per *Achil. decis. 7. num. 2.* vbi plures allegans dicit hanc esse communiorem opinionem, *qui fil. sint legit. Veral. d. decis. 146. num. 11. & d. decis. 147. nu. 2. & 3. par. 2. Vasq. de success. creat. tom. 1. lib. 3. §. 22. num. 51.* quicquid in contrarium sentiant *Gemin. in cap. si annum. de iudic. in 6. Barbat cons. 58. col. 3. volum. 2. Soccin. Sen cons. 65. numer. 4. vol. 3. Curt. Iun. cons. 84. num. 9. & cons. 136. num. 8. Paris. d. cons. 2. nu. 24. & 30. Soccin. Iun. cons. 100. n. 19. vol. 2. Port. cons. 105. n. 21. Menoch. cons. 181. n. 21. vol. 2.* vbi conatur respondere contrarium sentientibus,

13 Eman-

13 Emancipatio item clerici per patrē fieri poteſt coram Iudice laico, nam illa eſt actus ipſius patris, & non filij, & propterea eſt ſolemnizandus à Iudice patris, & non filij, & ius patriæ poteſtatis introductum eſt à poteſtate ſeculari, & non ab Eccleſiaſtica. *Gemin. in cap. fin. §. ſi verò. col. 2. de iudic. in 6. Dec. in d. c. 2. nu. 220. eod. & d. conſ. 150. num. 3. Ferret. conſ. 105. num. 2. & ſeq. Bellem. deciſ. 732. per totam. Rot. deciſ. 7. per totam. de iudic. in nou.*

14 Curator autem ad litē quando agitur de beneficio poſſeſſo per clericum minorem debet dari à Iudice Eccleſiaſtico, non à ſeculari, quia hoc euenit uedum ratione perſonæ, ſed etiam rei Eccleſiaſticæ, ſuper qua laicus nullam habet diſpoſitionem. *cap. ſi annum. de iudic. Rot. d. deciſ. 7. num. 3.*

15 Quod ſi clericus minor litigat tanquam actor coram Iudice ſeculari, poteſt idem Iudex ſecularis dare curatorem ad litem illam ſuper bonis patrimonialibus, ſi de illis erit controuerſia, quia curator datur rebus, non perſonæ. *Oldrad. conſ. 55. addit ad Rot. dicta deciſ. 7. num. 6. ead. Rot. deciſ. 14. de iudic. in antiqu. Achil. deciſ. 8. nu. 4. & 5. qui fil. ſint legitim. Gemin Dec. & Ferret.* locis allegatis.

16 Curator verò generalis ad omnes cauſas, & omnium bonorum clerici dari debet à Iudice Eccleſiaſtico ipſius clerici, non autem à Iudice ſeculari, quia vltra quod continentur ſpiritualia, inhabilitatur etiam perſona clerici. *Oldrad. dicto conſ. 55. addit. ad Rot. dicto num. 6. Achil. d. deciſ. 8. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus incorregibilis puniri poteſt per Iudicem ſecularem.*
2 *Incorrigibilis clericus quādo dicatur.*
3 *Clericus depoſitus verbaliter tenetur viuere clericaliter.*
4 *Degradatio actualis requirit ad amiſſionem priuilegij fori clerico conceſſi.*

§. Sextus.

1 Clericus tamē incorrigibilis poteſt per Iudicem ſecularem puniri. *cap. cum non ab homine. vbi Hoſt. num. 11. Abb. num. 5. & 28. Felin. nu. 9. Dec. nu. 70. Io. Andr. Card. & Imol. de Iudic. gloſſ. in cap. ad abolendam. verb. prærogatiua. de hæretic. Archid. in c. Abbates. nu. 6. 18. q. 2. Boſſ. in tit. de for. compet. nu. 131. Clar. in §. fin. quæſt. 36. verſ. dixi etiam. nu. 32. Couar. pract. quæſt. c. 32. nu. 2. verſ. ſecundo eſt adnotandum. Alexand. de Neuo* dicens communem *conſ. 59. nu. 28. & 30. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 131. verſ. & nota quod clericus incorrigibilis.* Neque in caſu iſto requiritur declaratio Iudicis Eccleſiaſtici, quòd clericus talis perdiderit priuilegium clericale, quia ex quo præceſſit depoſitio, ſecuta excommunicatio, & anathematis promulgatio, & ille non reſipiſcit clariſſimè cōſtat de eius incorrigibilitate. *Abb. in d. c. cum non ab homine. num. 29. vbi etiam Dec. num. 72. Io. Andr. Butr. & DD. de iudic. Alex. de Neuo d. conſ. 59. num. 28.*

2 Dicitur autem corrigibilis quando fuit excommunicatus, & anathematizatus, & vtriuſque tàm depoſitionis, quàm excommunicationis fuit contemptor, & eſt degradatus actualiter. *d. c. cum non ab homine. vbi Hoſt. num. 10. & Felin. nu. 9. Alciat. nu. 8. & DD. de iudic. Boſſ. in d. tit. de for. comp. nu. 132. Clar. in d. q. 36. nu 30. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. nu. 63 Viuius comm. concluſ. verb. clericus Apoſtata. Mar. de Iuriſdict. par. 2. caſ. 36. Duard. in comment. Bull. Cœn. Domini lib. 2. Canon. 15. quæſt. 11. num. 86. cum ſequentibus.*

3 Si verò clericus non ſit incorrigibilis, ſed tantùm depoſitus verbaliter propter aliquod crimen etiam cauſans irregularitatem, vt homicidium, adhuc gaudet priuilegio clericali, cum clericus depoſitus teneatur viuere clericaliter. *c. dictum. 81. diſt. gloſ. in d. c. ad abolendam. verb. prærogatiua. & in c. 2. verb. negotia. de cler. non ordin miniſtr. Abb. in d. c. cum non ab homine. nu. 5. in c. tua. nu. 2. de pœn. & in c. nouimus. 2. not. n. 2. de verb. ſign. Roland. conſ. 4. num. 23. vol. 1.*

4 Ideò ad amiſſionem dicti priuilegij fori requiritur degradatio actualis, per quam ipſo facto clericus priuatur omni priuilegio Eccleſiaſtico. *c. 2. de pœn. in 6. Abb. in d. cap. tua. in vlt. not. num. 2. & in d. c. nouimus. in 2. not. num. 2. Rol. d. conſ. 4. num. 24. Clar. in d. q. 37. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus se in enormitatibus immiscēs à Iudice seculari puniri potest, & quomodo. n.n. seqq.*
2 *Clericus se in enormitatibus immiscēs perdit priuilegium fori. & Canonis.*
3 *Clericus se immiscens in enormitatibus adhoc, vt à seculari Iudice puniri possit, quæ requirantur. n.n. seqq.*
4 *Deprehensus in enormitatibus quando quis dicatur.*
5 *Enormia delicta quæ dicantur.*
6 *Assassinus clericus an possit puniri à Iudice seculari.*
7 *Assasinij declaratio contrà personas Ecclesiasticas spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

§. Septimus.

1 A Iudice seculari pariter puniri potest clericus, qui se in enormitatibus immiscet. *c. perpendimus. & ibi Abb.nu.*1.*&* 6. *& communiter DD. de sent. excom. Boss. in tit de for. comp.num.*134.139. *& seq. Clar. in §. fin. q.*36. *vers.quæro modò. Alexand. de Neuo cons.*59.*num.*12. *& seqq. Decian in tract. crim.tom.* 1. *lib.*4.*cap.*9. *nu.*88. *Scaccia de Iud.caus.ciuil.& crim.cap.*11.*n.*62.*&* 78. *in fin.Farinac.in prax.crim.tom.*1. *par.*1. *quæst.*8.*num.*53.

2 Quod procedit, vt non tantùm talis clericus perdat priuilegium fori, sed etiā priuilegium Canonis, quando enim iura propter delictum priuant clericum priuilegio clericali, priuant eum vtroque. *c. in audientia. & c.contingit.*2.*de sent excom. c.*1.*de vit.& honest.cler. in* 6.*c.*1.*de bigam. in* 6.*Alex.de Neuo d.cons.*59.*n.*14.*& seqq.*

3 Ad hoc autem, vt clericus se in enormitatibus immiscens à Iudice seculari puniri possit, & sic perdat priuilegium fori, plura requiruntur, de quibus *Butr.in c.* 1. *de apostat. Rol.cons.*4. *nu.*32. *vol.*1. *Cæpol. consil.* 11. *col.*8. *versic.ex quibus iuribus.* Primum, vt præcesserit trina monitio. *c.fin. de vit.& honest. cleric.d.cap.in audientia. Host.in d.cap.perpendimus. nu.*1. *vbi Io. Andr.& Butr.de sent. excom. Couar.pract. quæst.cap.*32.*nu.*2. *in fin.* & de communi, & obseruata cōsuetudine testantur. *Alber. in* 2.*par.statut.lib.*3.*quæst.*42.*Alex.cons.*8. *nu.*2. *vol.*1.*Cæpol.d.cons.*11.*n* 18.*& seqq. Roland.d.cons.*4.*num.*31.*Capic. decis.*161. *n.*2. *Afflict.in Constit.Regn.lib.*1.*Rubr.*3. *super Const.*1.*Apostatantes. n.* 10. *Grāmat. vot.*33.*nu.* 11. *Apostil. ad Diaz. in pract. crim canon c.*142. *verb vt tradatur.vers. multis tamen. Boer.decis.*69 *nu.*17. *Alex. cons.*8.*vol.*1. & alij relati per *Farinac.tit. de Inquisit.q.*54. Quamuis non desint, qui teneant clericum in enormitatibus se immiscentem absque alio, & nō præuia trina monitione posse puniri à Iudice seculari per *tex.in c.*1.*de apostat. c. ex parte.* 3. *& ibi glos pen.de priuil.& d.c.perpendimus. Boss.in tit de for.comp.num.*134.*&* 138.*in fin. Clar in §.fin. q.*36. *vers.quæro modò. Alex.de Neuo d.cons.*59.*num.*14. *& seqq. Decian.in tract.crim. to.*1. *lib.*4. *c.*9.*n.*90. Tamen istarum opinionum contrarietas fœdere distinctionis conciliari potest, vt scilicet prima opinio procedat in clerico in sacris constituto, Secunda autem in clerico primæ tonsuræ, seù ordinum minorū, & ità distinguēdo post *Goffred.*dixit *Butr. in d.cap.*1.*in fin.de apostat. & in d.cap ex parte.* & cum eadem distinctione sentire videtur *Couar. dicto cap.*32. *num.* 2. *&* 3. Secundum requisitum est, quòd ad priuandum clericum beneficiu, & priuilegio fori, & ad hoc, vt dicatur se in enormitatibus immiscuisse non sufficit vnum delictū enorme, sed plura requiruntur, quia requiritur etiam quòd sit inueteratus, & perseueret. *d.c.*1.*de apostat. d.c.cum non ab homine.de iudic.d.cap.ex parte.*3. *& d.c.contingit.*2. *Abb.in d.c.perpendimus.num.*6.*vbi etiam Io.Andr.& Butr.de sent.excom. Imol.in cap.fin. col.* 5.*de vit. & honest.cler. Couar. d.c.*32.*nu.*2.*vers.tertio his erit adijciendū. Boss de for.compet.num.*134.*&* 139. *Alex. de Neuo d.cons.*59.*n.*20.*&* 21. *Castellion. cons.*5.*in fin.Roland.d.cons.*4.*n.*32. *Capic. decis.*161.*n.*1.*Cabal.resol.crim.cas.*60.*n.*17. Tertium, quod incedat sine habitu, & tonsura. *d.c.* 1.*de apostat.Abb.in d.cap.perpendimus.num.*6. *Boss.de for.comp.num.*134. *Clar. dicta quæst.*36. *vers.cæterū. Roland. d.cons.*4.*nu.*32. *Farinac.d.quæst.*8. *nu.*56. Quartum, vt prius degradetur, si sit in sacris ordinibus constitutus, licet secùs in clericis primæ tonsuræ, & in ordinibus minoribus constitutis. *Couar.dicto cap.*32. *nu.*2.*in fin.& nu.*3.*Farinac.d.q.*8.*nu.*57. Quintum, quod in illis enormitatibus deprehendatur. *d.cap.*1. *de apostat. d.cap.ex*

parte.3.d.c.cum non ab homine. & d.c.perpendimus.Cœpol.conf.11.num.34. Alex.de Neuo d.conf.59.in fin Rol.d.conf.4.nu.32.

4 Deprehensus autem dicetur, si in flagranti fuerit captus. *l.palàm. §. quæ in adulterio.ff.de rit. nupt. cap.si quis Diaconus.vbi gloss. verb deprehensi. 50.distinct. d.c.cum non ab homine.* Vel si ipse, antequã opponat de priuilegio clericali, delictum fateatur, seu de eo sit legitimè conuictus, vel si crimen sit adeò notorium de facto, vt nullus sit inficiationi locus. *d. c. si quis Diaconus.c.tua.& e fin.de cohabit. cleric. cap.euidentia.de accusat. gloss.1. in cap.ex literarum.de eo qui dux.in matrim. Alex. de Neuo dicto conf.59. numer. 10. in fin.* Sextum, vt delicta sint enormia. *Farinac. dicta quæst.8.num.59. Boss.& Clar.* locis allegatis.

5 Enormia autem delicta de iure ciuili dicuntur ea, quæ cum dolo in magnum damnum, & iniuriam alterius perpetrantur. *l.auxilium. §.in delictis. ff.de minor. l.ea.ff.de reg.iur.* prout si quis faciat seditionem in populo. *Abb.in d.cap.perpendimus.n.3.vbi etiam Felin.in 2.not.* De iure tamen Canonico dicuntur enormia illa, in quibus post peractam pœnitentiam non consueuit dispensari. *c.at si clerici.de iudic.* & illa, quæ ad normam plenè redire non valent, & in quibus semper aliquid remanet de pœna, quæ saltem ordinis executionem, & beneficiorum retentionem impediat, prout est homicidium, hæresis, & simonia. *cap.miror.50.dist.cap.si quis omne. 1.q.7.* & alia quæ refert *Farin. d.q.8.n.59.*

6 Et licet pro crimine assassinij dicatur, quòd Iudex secularis clericum punire possit, quia ratione tanti sceleris clericus ipso iure spoliatus remanet omni priuilegio clericali, & positus in potestate Iudicis secularis. *Marsil.in pract. crim. §.diligenter. num.166. & in §.examinanda. col.7. Gemin.in c.1.vbi etiam Franc. & alij.de homicid.in 6.Roland.conf.24.nu.10. vol.1. Clar.in §.assassinus.vers.videndum.& in §. fin.q.36.vers.item quæro.Boer.decis.69. nu.18.Couar.pract.quæst.c.32. nu.2.vers. primum etenim. Boss. de for.comp.nu.140. & 142.* & de cõmuni *Gabriel.lib.7.concl.1. num.24.ampliat.5. Diaz.in pract. crimin. canon. cap 91. num.26.* Tamen non potest clericus vti assassinus à Iudice seculari puniri, nisi prius constet de qualitate assassinij, & nisi postquam vti assassinus fuerit ab Ecclesiastico Iudice iudicatus, diffidatus, & condemnatus. *Io.Andr.in d.cap.1. vbi etiam Gemin. de homicid. in 6. Alexand.* de communi *conf.166.nu.5. vol.7. Roland. d.conf.24.nu.62. Alban.conf.13. Scaccia de Iudic.caus.ciuil.crim. lib.1.cap.11. nu.70. Farinac. dicta quæst.8.nu.85. & 86. Clar. in §.fin.quæst.36.nu.26. Couar.lib.2.var. resol. cap.20. nu.10. vers.sexto.*

7 Nam in crimine assassinij contrà personas Ecclesiasticas declaratio spectat ad Iudicẽ Ecclesiasticũ, vt sanciuit Clem. VIII. in sua Constitut.37.quæ incipit. *Aequa, & circumspecta.* vbi idem dicit de militibus, alijsque personis Conuentus, & Hospitalis S.Ioannis Hierosolymitani.

SVMMARIVM.

1 *Clericus incedens sine habitu, & tonsura clericali non gaudet priuilegio fori, si ter fuerit monitus.*

2 *Monitio, vt clericus incedat cum habitu, & tonsura clericali debet fieri à Iudice Ecclesiastico.*

3 *Monitio huiusmodi qualis esse debeat.*

4 *Monitio facta in Synodo sub expressa cõminatione, & pœna, licet sit vnica, sufficit tamen pro trina monitione.*

5 *Monitio facta in Synodo habet vim Constitutionis.*

6 *Monitio debet esse specialis in personam facta quando agitur de incurrendo pœnam impositam à Iure post trinam monitionem.*

7 *Clericus beneficiatus non gestans habitum, & tonsuram clericalem quas pœnas modò incurrat.*

8 *Clericus ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori, an requiratur, quòd deferat habitum, & tonsuram clericalem copulatiuè.*

9 *Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori, siuè agatur ciuiliter, siuè criminaliter.*

10 *Clericus coniugatus, vt gaudeat priuilegio Canonis, & fori deferre debet habitum, & tonsuram clericalem copulatiuè.*

11 *Clericus coniugatus solo Canonis, & fori priuilegio gaudet, non autem immunitate quoad gabellas, collectas, & alia huiusmodi.*

12 *Clericus coniugatus mortua eius vxore si remaneat in habitu, & tonsura*

sit immunis à solutione gabellarum, & aliorum onerum.
13 *Habitus clericalis qualis esse debeat.*
14 *Pensionarius, si non incedat in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio clericali.*
15 *Clericus reassumens habitum, & tonsuram aliquo tempore dimissum gaudet priuilegio fori.*
16 *Habitus clericalis reassūptio in fraudem non prodest clerico quoad priuilegium fori.*
17 *Habitus clericalis quæ dimissio priuet priuilegio clericatus.*
18 *Verba sunt intelligenda ciuili modo.*
19 *Continuum recipit aliquod interuallum.*
20 *Cōtinuò fieri dicitur, quod fit pro maiori parte temporis.*
21 *Verba statim, mox, confestim, continuò, illicò, sunt intelligenda cum temperamento.*
22 *Clericus tonsuratus gaudet priuilegio Canonis, quamuis non seruet requisita necessaria ad priuilegium fori.*

§. Octauus.

1 NEque priuilegio fori gaudet clericus in minoribus ordinibus constitutus incedens sine habitu, & tonsura, si trina monitione præcedente, non vnica etiam peremptoria, vt illum deferat, adhuc in cōtumacia non deferendi persistat. *c. fin. de vit. & honest. cler. cap. in audientia. & c. contingit. 2. de sent. excom. clem. 1. & ibi gloss. verb. tertio. vbi etiam Card. & Imol. de vit. & honest. cler. Abb. in cap. tua. nu. 3. de apostat. & in c. sacerdotibus. n. 6. & 7. ne Cler. vel Mon. Soccin. in reg. 56. fallen. 5. & 6 Boss. de for. comp. num. 127. in fin. 133. & 140. Couar. pract. quæst. cap. 31. nu. 6. vers. quinto hinc apparet. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 16. vers. hæc autem. Alex. de Neuo cons. 59. num. 1. & cons. 60. nu. 1. Roland. cons. 4. nu. 28. vol. 1. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 88. & 89. Farinac. d. q. 8. n. 60. Ricciul. de iur. person. lib. 7. cap. 6. nu. 4.* talis enim quis præsumitur, qualis in habitu reperitur. *cap. in audientia. de sent. excom. & c. si Iudex laicus. eod. in 6.*

2 Huiusmodi autem trina monitio fieri debet à Iudice Ecclesiastico, & non à seculari. *d. c. in audientia. & d. c. contingit. Cæpol cons. 11. nu. 41. Brun. consil. crimin. diuers. 115. num. 56.*

3 Et non solùm debet esse trina, sed specialis nominatim, & in personam facta, neque sufficit generalis vnica. *clem. 1. & ibi gloss. verb. tertio. Abb. nu. 7. Card. Imol. & DD. de vit. & honest. cler. Boer. decis. 69. nu. 13. Couar. pract. quæst. d. cap. 32. num. 1. vers. sed ex Alexandrina. Alex. de Neuo cons. 60. num. 7.*

4 Nisi fortè fuisset huiusmodi monitio facta in Synodo sub expressa cōminatione, & pœna, quia tunc illa vnica sufficit pro trina monitione. *Host. in c. 2. nu. 4. in fin. & nu. 5. Io. Andr. Ancbar. Card. & Butr. ne Cler. vel Monach. Io. Andr. in c. Apostolica de cler. excom. minist. addit. ad Abb. in d. c. sacerdotibus sub num. 7.* & de communi testatur *Clar. in d. q. 36. nu. 17. vers. sed quid si facta. Alex. de Neuo d. cons. 60. num. 14. Ricciul. d. cap. 6. num. 5. Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 72. vers. glossa ibi.*

5 Monitio etenim facta in Synodo habet vim Constitutionis, & vbi fit Constitutio, non requiritur trina monitio, neque est necessarium, quòd fiat monitio specialis, seu nominatim. *cap. 1. de locat. cap. 2. de constit. in 6. Clar. in dicto vers. sed quid si facta. Alex. de Neuo d. num. 14.*

6 Quando autem tractatur de incurrendo pœnam impositam à iure post trinam monitionem, tunc monitio debet esse specialis in personam facta. *gloss. in clem. 1. verb. nominatim. vbi etiam Card. Imol. & aly de vit. & honest. cleric.*

7 Veruntamen clerici beneficiati hodiè non gestantes habitum, & tonsuram clericalem præter alias pœnas contrà eos inflictas, quibuscunque etiam beneficijs, & pensionibus sunt priuati, ac sine vlla alia monitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio ipso facto declarati, & eorum beneficia dispositioni Sedis Apostolicę reseruata, per Constit. Syxti Quinti, quæ incipit. *Cum sacrosancta.* vt dicetur *in 2. p. in tit. de pœnis Clericor.* Propterea post Conc. Trid. Sacra Congregatio Card. super *cap. 6. sess. 23. de reform. in §. clericus in minoribus. §. alicui Ecclesia. & §. cui reseruata.* censuit, quòd si non incedat clericus in habitu, & tonsura non requiritur alia monitio per illam dictionem *Nisi*, positam *in d. c. 6.* quæ excipit. *l. actione. C. de transact.*

8 An autem requiratur, quòd clericus ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori, deferat habitum, & tonſuram clericalem copulatiuè? Reſpondetur ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori, gerere debet tonſuram, & habitum clericalem coniunctiuè. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 6. vbi etiam cenſuit Congregatio Cardinalium. *§. idem erit. & §. cui reſeruata. de reform. Gemin. in cap. ſi Iudex. de ſent. excom. in* 6. Diſtinguendum tamen eſt; quòd ſi clericus ſit in ordine ſacro conſtitutus, etſi nec geſtet habitum, neque tonſuram, ſiuè ſimul, ſeù diuiſim, vel ſi eſt beneficiatus, retinet priuilegium, ſed punitur, *Clar. d. q.* 36. *num.* 16. *verſ. hac autem. Fariuac. dicta q.* 8. *num.* 70. *Conc. Trid. d. cap.* 6. *Innoc. in cap.* 1. *num.* 3. *de apoſtat.* maximè vigore dictæ Bullæ Syxti V. Si verò ſit in minoribus ordinibus, & delinquit priuatur priuilegio fori poſt dictam trinam monitionem. *d. cap. in audientia. de ſent. excom. & d. cap. fin. de vit. & honeſt. cler. Alex. de Neuo d. conſ.* 59. *n.* 1. & 8. niſi ſe immiſceat enormitatibus, putà quòd ſit ſeditioſus, quo caſu ipſo facto priuatur priuilegio fori per *gloſſ. in d. c. perpendimus.* & ità cenſuit Congregatio Card. ſuper *d. cap.* 6. *§. de iure communi.*

9 Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori ſiuè agatur criminaliter, ſiuè ciuiliter. *cap. unic. vbi Anchar. num.* 4. & *Gemin. de cler. coniug. in* 6. *Alex. conſ.* 8. *vol.* 1. *Socein. Sen. conſ.* 11. *num.* 18. *vol.* 1. *Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *§.* 5. *verſ.* 10. *Couar. pratic. quæſt. cap.* 31. *num.* 7. *Lap. allegat.* 118. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem. *Specul. de compet. iud. §.* 1. *num.* 29. *Cuual. in Specul. pract. quæſt. quæſt.* 193. vbi plures cumulat, & teſtatur de magis communi opinione. *Nouar. quæſt. forenſ. par.* 1. *q.* 79. *num.* 1. & *ſeqq. Ricc. decis.* 308. *Mart. de Iuriſd. par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 153.

10 In eodem autem clerico coniugato requiritur pariter vtrunquè copulatiuè ad hoc, vt poſſit gaudere priuilegio Canonis, & fori. *cap.* 1. *de cler. coniug. in* 6. *Gemin. in d. c. ſi Iudex. de ſent. excom. in* 6. *Imol. in cap. Ioannes. num.* 3. *de cler. coniug. Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſc. & cler. Couar. d. cap.* 31. *num.* 7. *verſ. aut incedit. Guid. Pap q.* 138. *Clar. in d. q.* 36. *num.* 7. *Lap. alleg.* 41. & 118. *Diaz. in pract. crimin. canon. cap.* 65. *num.* 13. *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *verſ. in clericis. de reformat.* quod vltra ea, quæ in *d. cap. unic.* continentur, requirit eoſdem clericos coniugatos ab Epiſcopo eſſe deputatos alicuius Eccleſiæ miniſterio, & quòd actualiter eidem Eccleſiæ inſeruiant.

11 Nam præter priuilegia Canonis, & fori nullo alio priuilegio gaudet clericus coniugatus: quare non habet immunitatem quoad gabellas, munera ſecularia, collectas, & alia regalia. *d. cap.* 1. *de cler. coniug. in* 6. *gloſſ. in d. cap. ex parte. vbi etiam Abb. eod. Couar. d. cap.* 31. *num.* 9. *Capra concluſ.* 97. *num.* 85. *Guid. Pap. deciſ.* 383. *num.* 2. *Graſſ. de effect. cleric. effect.* 3. *num.* 34. vbi fatetur de magis recepta opinione. *Ricc. decis.* 169. *par.* 3. neque gaudet beneficio. *cap. Odoardus. Nat. conſ.* 356. *Coſta. de remed. ſubſid. cap.* 29. *Graſſ. de effect. cleric. effect.* 67. *num.* 52. *Ricc. in prax. reſol. parte prima. reſol.* 253.

12 Clericus tamẽ coniugatus vbi mortua illi fuerit vxor, & ipſe remaneat in habitu, & tonſura, ſit immunis à ſolutione gabellarum, collectarum, & aliorum regaliũ, & gaudet omnibus, & ſingulis priuilegijs, quæ competunt clericis non coniugatis. *Abb. in cap. clericus.* 2. *nu.* 4. *de vit. & honeſt. cleric. Couar. d. cap.* 31. *num.* 7. *Graſſ. de effect. clericat. effect.* 1. *nu.* 90. *Nouar. quæſt. forenſ. par.* 1. *q.* 88. *num.* 2. & *ſeqq.*

13 Habitus autem clericalis debet eſſe vſquè ad talos demiſſus, vt dictum fuit *in tit. De Diſciplina Clerical. in §.* 16. *num.* 13.

14 Neque penſionarius, ſi non incedat in habitu, & tonſura, gaudet priuilegio fori, vt fuit per dictam Congregat. Card. deciſum ſuper. *d cap.* 6. *§. cui reſeruata. Pariſ. de reſignat. benef. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 70. & *lib.* 2. *q.* 15. *nu.* 15. *Diaz. in pract. crim. can. c.* 65. *n.* 10. qui *n.* 11. & 12. idem indicat de clericis habentibus præſtimonium, ſiuè Capellaniam, ſed circà Penſionarios intelligitur de penſionarijs non excedentibus penſionem ſexaginta ducatorum auri de Camera, vt in Bulla Syxti Quinti, quæ incipit. *Paſtoralis.* edita ann. 1589. pridiè Kalend. Februarij.

15 Minùs perdit priuilegium fori clericus ſi habitum, & tonſuram aliquo tempore dimiſſum reaſſumpſerit. *Alexand. de*

Neuo

Neuo conſ.62.n.7.Capel.Tholoſ.q.103.n.1. *Capra* de cõmuni *conſ.97.n.33. eum ſeqq.* etiam quod tempore commiſsi delicti non geſſerit habitum, modò poſt delictum illũ reaſſumpſerit. *clement.1. & ibi gloſſ.verb. quandiu de vit & boneſt. cleric. Alex.* de communi *conſ.8.num.4 vol.1.& conſ.149. num.7.vol.6.Couar.pract quaſt cap.32.in fin.Gomez tom.3.var.reſol. cap.10.nu.50. Clar. d.q.36. num.12. verſ.ſed hic quaro. Couar.d.cap.31.nu.7. verſ.quinto potiſſimum.*& antè condemnationem, vel capturam illum reaſſumpſerit. *Capel. Tholoſ. deciſ.144.& deciſ.147.Cap.d.cõſ.97.n.111.*

16 Dummodò reaſſumptio habitus non fuerit in fraudem. *Clar.d.q.36. d.verſ.ſed hic quaro.* & ità cenſuit Congregat. Card. ſuper *d.c.6. §.Congreg. cenſuit clericum.*

17 Animaduertendum tamen eſt, quòd vnica omiſsio habitus nõ priuat clericum priuilegio clericatus, ſed eſt neceſſaria tanta perſeuerantia, vt publicè exiſtimetur laicus, vel quòd contrarius animus in eo diſcernatur, vt poſt *Caſtillion.* dicit *Farinac.d.q.8. n.48.* & ità cenſuit Congr. Card.ſuper *d.cap.6. §.Congreg. cenſuit,vt clericus.Riccius.de iur.perſon. lib.7.cap.6. nu.17.*non enim priuatur priuilegio fori,ſi iuſta cauſa timoris exegerit,quod clericus habitu transformetur. *cap. clerici officia. de vit. & boneſt.cler. clem.fin. & ibi gloſſ. verb. rationabili. eod.* vel ſi maneat in domo ſine velle ob infirmitatem. *Capel. Tholoſ.deciſ.204.*vel alia cauſa rationabili arbitrio boni viri. *dicta clem fin.vbi gloſſ. d.verb.rationabilis. & DD.*

18 Quoniam verba debẽt intelligi ciuili modo. *cap.nunquam. de conſecr. diſt.5.l.ſi cui. ff.de ſeruit.*

19 Nam & continuum recipit aliquod internallum.*c fin.iuncta gloſſ. verb. continuè.de verb.ſign. in 6.§.ſedebunt. auth. de iudic.*

20 Et continuò dicitur fieri, quod pro maiori parte temporis fit. *DD. in l.1. ff.ſolut. matrim.* vt ſeruitus dicitur continua, & aqua quotidiana. *l. foramen. ff. de ſeruit.vrb.prad.l.1. §.quod autem. ff.de aqu. quot. & aſt.* & fluuius dicitur continuus, qui quandoque exareſcit. *l.1.ff.ne quid in flum.publ.*

21 Quemadmodum dicimus etiam de verbis, ſtatim, mox, confeſtim, continuò, illicò,& incontinẽti, quæ ſunt intelligenda cum temperamento. *l.fin.C.de Iudic. cap. prætereà.§.præſenti & ibi gloſſ.verb.continuò de hæretic.c prætereà.de teſtib cogen. Menoch.de arbitrar.lib.2.caſ.9.nu.4.Rot. diuerſ par.1.deciſ.476.num.8.*

22 Notandum tamen eſt,quòd clericus tonſuratus, vel in minoribus ordinibus conſtitutus gaudet priuilegio.*Can.ſi quis ſuadente. 17.q.4.* quamuis non ſeruet requiſita neceſſaria ad priuilegium fori, quia quoad hoc Conc.Trid.nihil innouauit,nec iuri communi derogauit, vt cenſuit Cong. Card.ſuper *d.c.6.§.clerici qui hoc decreto. Gonzalez ſuper Regul.8. Cancel. gloſſ.5. §.5.num.7.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus ioculator, vel buffonus, ſeù exercẽs officia ſordida quomodo amittat priuilegium clericale.*

2 *Armorum, & militaris artis exercitio clericus incumbens amittit priuilegium fori, & quomodo id intelligi debeat.*

§. Nonus.

1 Clericus exiſtens ioculator, vel buffonus, ſeù exercens ſordidas artes, ſiuè officia ſordida non obſtantibus monitionibus factis, ſi in tali arte per annum perſeueret, amittit priuilegium clericale. *cap.1.& ibi Innoc.& Io. Andr.de vit.& boneſt.cler.in 6. Abb.in c.perpendimus.nu.7. vbi etiam Hoſt nu.2. de ſent.excom.Gemin.in c.ſi quis. 32.diſt. Alexand conſ.8.verſ. nec etiam perderet. vol.1. Alexand.de Neuo conſ.59.nu.20.& conſil.61. numer.1.* vbi dicit de communi. *Bertrand.conſ.13.nu.5. Boſſ. de for.comp. num.139. Capra concl.97. num.75.79.88. & 90. Clar.in §.fin. q.36. verſ. hac verò. Decian.in tract.crim.lib.4.cap.9.num.86.* huiuſmodi enim hominum genus coinquinat ordinem clericalem.*cap.cum decorem. de vit. & boneſt. cler.* Quæ opinio procedit non in omnibus negotijs ſecularibus, ſed tantum in his, quæ à ſacris Canonibus ſunt clericis interdicta. *Alexand.de Neuo dicto conſ.61.nu.1. Clar. d.verſ.hac verò. Farinac.in prax.crim.tom.1.p.1. quaſt.8. num.97.verſ.ſublimita.*

2 Perdit item priuilegiũ fori clericus, qui incumbit armorum exercitio, & arti militiæ. *gloſſ.1.in c.fin. de cler. non reſid.*

Clar. in d. q. 36. vers. hac verò. Alexand. de Neuo d. cons. 61. n. 4. Foller. in pract. crim. vers. audiantur excusatores. n. 48. Decian. d. cap. 9. num. 87. Quod tamen intelligē, vt sit primò ter monitus à suo Prælato, vt deferat habitum, & tõsuram iuxta doctrinam Clar. in d. quæst. 36. vers. hac autem. si enim non fuerit tertiò monitus non perdit propterea priuilegiũ clericale. Innoc. in cap. 1. gloss. 1. circà med. de apostat. Io. Andr. in cap perpendimus. de sentent. excommunic. Specul. in tit. de leg. §. iuxta propositum. vers. miles autem. Soccin. Sen. cons. 12. num. 19. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Degradatus potest à Iudice seculari puniri, & quomodo hoc procedat.*
2 *Iudex Ecclesiasticus tradens clericum Curiæ seculari debet pro eo intercedere, quòd non moriatur.*
3 *Degradatio est duplex, verbalis, & actualis.*
4 *Degradatio verbalis quæ sit.*
5 *Degradatio actualis quæ sit.*
6 *Degradatio actualis in quibus casibus fieri solet.*
Curiæ seculari traditio in quibus casibus fieri solet.
7 *Degradatio à quo facienda.*
8 *Degradatio quomodo facienda.*
9 *Degradatus actualiter à solo Papa restitui potest.*
10 *Degradatus, clericus licet remoueatur à gradu suo, non tamen pro hoc perdit characterem impressum in anima.*
11 *Clericus degradatus, si post degradationem celebret, quamuis grauissimè peccet, & acriter puniendus esset, tamen conficit vere Eucharistiæ sacramentum.*

§. X.

1 Clericus degradatus potest à Iudice seculari puniri. cap. 2. de pœn. in 6. Abb. in c. cum non ab homine. num. 5. de iudic. Soccin. regul. 56. num. 11. Conar. de communi pract. quæst. cap. 32. nu. 2. vers. primum etenim. Roland. cons. 4. num. 22. vol. 1. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 30. vers. sciat autem. Boss. in tit. de for. compet. num. 140. Quod tamen procedit in actualiter degradato, non verbaliter, Alciat. de communi in d. cap. cum non ab homine n. 108. Clar. in d. vers. sciat autem. Scaccia de iudic. caus. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 11. nu. 73. & in tradito Curiæ seculari. Conar. d. cap. 32. num. 2. vers. primum etenim. Roland. d. num. 22. Clar. d. vers. sciat autem. Abb. d. num. 5.

2 Quando autem traditur clericus, siuè aliquis alius Curiæ seculari, debet Iudex Ecclesiasticus intercedere pro eo, quòd non moriatur. cap. nouimus. in fin. de verb. sign. Abb. in d. c. cum non ab homine. num. 6.

3 Degradatio verò est duplex verbalis, scilicet, & actualis. Clar. in §. fin. quæst. 74. per totam.

4 Verbalem appellant DD. illã, quando Iudex sententiam pronunciat contra clericum, eum suspendendo clericalibus ordinibus, seu veriùs ordinum ministerio, siuè executione, quæ propriè depositio potiùs, quam degradatio appellatur. cap. sacerdos. 81. dist. d. c. 2. de pœn. in 6. quamuis plerunquè à DD. etiam degradatio dicatur.

5 Degradatio autẽ actualis est, quando clericus non modò per sententiam, sed etiam personaliter priuatur, exauctorizatur, exuitur, & spoliatur ordinibus Ecclesiasticis per detractionem clericalium insignium, sicque à clericali militia remotus clericus reijcitur priuatus consortio, & priuilegio clericali. d. cap 2. de pœn. in 6. Clar. d. q. 74. vers. sed quæro quot. Sciendum est, quòd quando in iure, vel in aliqua Constitutione reperitur imposita pœna degradationis, est intelligẽdum de leuiori, & sic de verbali degradatione, non autem de actuali. Foller. in pract. crim. num. 27. vers. quid si statutum simpliciter.

6 Actualis autem degradatio, siuè Curiæ seculari traditio in aliquibus casibus fieri solet, quorum aliquos recẽset. Conar. var. resol. lib. 2. c. 20. n. 2. Primus est in crimine falsi in literis Apostolicis commissi. c. ad falsariorũ. de crim. fals. gloss. in d. c. cũ non ab homine. verb. postmodum. & in c. ad abolendam. verb. relinquatur. de hæretic. Conar d. nu. 7. Veruntamen licet clericus de crimine falsi conuictus sit degradandus, & tradendus Curiæ seculari per d. cap. ad falsariorum. nihilominus hoc regulariter non seruatur. Clar. d. q. 36. nu. 34. vers. videmus etiam. Dec. in c. at si clerici. nu. 142. & seq. de iudic. nisi sit incorrigibilis. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. c. 10. n. 6. Conar. d. n. 7.

Secundus casus est in crimine hęresis *dicto c. ad abolendam. & c. excommunicamus. 2. de haeretic. Dec. in d. c. atsi clerici. nu. 227. & seq.* Quod tamen intelligendum est si fuerit relapsus, & nolit se corrigere, secus autem si non relapsus velit se emendare, quia tunc non traditur Curiæ seculari, sed ad pœnitentiam in carcerem detruditur. *c. pen. §. pen. de haeretic. Boss. in d. tit. de for. comp. numer. 137. Soccin. regul. 55. fallen. 5.* Tertius casus in crimine conspirationis contrà proprium Episcopum. *cap. si quis sacerdotum. 11. q. 1. Dec. in d. c. atsi clerici. num. 243. Boss. de for. comp. nu. 135.* Quod tamē procedit, si fuerit incorrigibilis, aliàs secus. *gloss. fin. in d. c. cum non ab homine.* quæ est cōmuniter recepta, vt tradit *Clar. d. q. 36. nu. 35. vers. hinc infertur. Boss. de for. comp. nu. 135. & 137.* Quartus in simplici homicidio, si fuerit incorrigibilis. *Soccin.* de communi *reg. 55. fallen. 4. & 5. Alexand. de Neuo cons. 59. nu. 21. Roland. cons. 4. nu. 23. vol. 1.* secus si non fuerit incorrigibilis, quia tunc esset deponendus, & in carcerē detrudendus. *Diaz. in pract. crim. canon. c. 88. Soccin. Roland. & Alex. de Neuo* in locis citatis. Quintus in homicidijs qualificatis, vt per insidias, & industriam; ac in proditorijs, parricidio, fratricidio, in combustione Ecclesiæ, assassinio, & similibus enormissimis delictis, etiam nulla expectata incorrigibilitate. *Abb. in cap. 1. num. 3. de his qui fil. occid. in cap. 1. nu. 2. de homicid. & in d. cap. atsi clerici. num. 39. vbi etiam Dec. num. 25. cum seqq. Felin. in cap. 1. nu. 49 de constit. & in cap. inquisitionis. num. 2. de accusat. Benedict. in cap. Rainutius. post 3. partem repetit. nu. 40. in fin. de testam. Clar. dicta quæst. 36 num. 26. vers. sed quaero. Barbat. cons. 63 col. 3. vol. 1. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 90. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 14.* vbi testatur de communi *Farinac. in prax crim. tom. 1. p. 1. quæst. 8. nu. 81. Scaccia de iud. caus. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 11. num. 65. & seq.* qui dicit de magis seruata opinione, quamuis dicat contrariam opinionē esse in omnibus prædictis casibus de iure veriorem, quando non sit clericus incorrigibilis, & huius contrariæ opinionis sunt etiam *Aret. in d. cap. cum non ab homine. num. 80. Dec. in d. cap. atsi clerici. nu. 258. vbi etiam Bero. de iudic. Boss.* dicens communem. *d. tit. de for. comp. nu. 136. & 141. Couar. d. cap. 20. nu. 7. vers. ea tamen:* neque dissentire videtur *Clar. in d. quæst. 36. num. 35. in fin.*

7 Degradatio autem, siuè depositio ab ordinibus est à proprio Episcopo facienda sibi assistentibus secundum sacros Canones sex Episcopis, si degradatur presbyter, si Episcopus duodecim Episcopis, si verò Diaconus, siuè Subdiaconus tribus Episcopis. *cap. si autem presbyteri. cap. si quis tumidus. & c. felix. 15. quæst. 7. gloss. in cap. 2. verb. canonibus. de pœn. in 6.* Veruntamen quia tantum Episcoporum numerum adhiberi posse aliquando difficile est, si quando autem interuenire possent eorū residentia intermitteretur, propterea Concil. Trident. *sess. 13. cap. 4. de reformat.* statuit & decreuit Episcopo per se, seù illius in spiritualibus Vicario generali contrà clericum in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum etiā ad illius cōdemnationem, necnon verbalē depositionē, & per seipsum etiā ad actualem, atquè solemnem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum Episcoporum pręsentia in numero à Canonibus definito requiritur etiam absque illis procedere liceat adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus vsum mitræ, & baculi ex priuilegio Apostolico habentibus, si in Ciuitate, aut Diœcesi reperiri, & commodè interesse possint, alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant.

8 Fiet autē degradatio eodē modo, quo fit exauctorizatio eius, qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, sicq. à militia remotus castris reijcitur priuatus cōsortio, & priuilegio militari; clericus igitur degradandus vestibus sacris indutus in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentū, seù ornamētum ad ordinē suū spectans, ac si deberet in officio suo solēniter ministrare ad Episcopi, seù eius Vicarij præsentiam adducitur, cui Episcopus publicè singula, siuè sint vestes, calix, liber, seù quæuis alia, quæ illi iuxtà morem ordinandorū clericorū in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita, seù collata singulariter auferat ab illo vestimento, seù ornamento, quod datum, vel traditum fuerat vltimò inchoando, & descendendo gradatim degradationem continuet vsque ad primam vestem, quæ da-

tur in collatione tonsuræ, tuncq. radatur caput illius, seu tondeatur, ne tonsuræ, seu clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit autem Episcopus in degradatione huiusmodi vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolatæ, dicendo presbytero hæc, vel similia verba in remotione planetæ, Auferimus tibi vestē sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus, sicquè in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens. In ablatione vltimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infrascripto, vel alio simili modo pronunciet, siuè dicat, Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ac nostra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus,& exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali, & ità constitnit *Bonifacius Octauus in d. cap. 2. de pœn. in 6.*

9 Notandum est, quòd verbaliter depositus potest per solum Episcopum restitui, secùs si est actualiter degradatus, quia tunc solus Papa restituit. *Abb. in cap. ex transmissa. num. 8. de renunc.* & clericus degradatus actualiter non est vlteriùs sub protectione Ecclesiastica, secùs autem si degradetur verbaliter, putà deponetur. *Abb. in cap. tua. num. 2. de pœn.*

10 Degradatus antè clericus licet remoueatur à gradu suo, non tamen per hoc perdit characterem impressum in anima, quia est indelebilis; adeò vt remaneat etiā post mortem, vndè clericus resuscitatus non est denuò ordinandus *gloss. final. in cap. 2. 32. quæst. 7.* sed amittit exercitium. *Abb. in cap. non potest. num. 1. de sentent. & re iudic.*

11 Nihilominus si celebraret post degradationem, etiam solemniter factam, quāuis grauissimè peccaret, atque acriter puniendus esset, conficeret verè Eucharistiæ sacramentum, etiamsi esset hæreticus dummodò Ecclesiæ intentionem haberet. *gloss. fin. in cap. 2. de cleric. excom. minist. & in cap. 2. verb. priuilegio. de pœn. in 6. Theologi in 4. sent. distinct. 13. D. Thom. 2. 2. q. 39. artic. 3. & 3. par. quæst. 82. art. 4. addit. ad Abb. in d. c. non potest. sub nu. 1. Alphons. de Castr. de iust. hæret. punit. lib. 2. cap. 21. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in quibus casibus à sæculari capi, seu carcerari potest ad effectum illum remittendi ad suum Iudicem.*

2 *Clericus in casibus, in quibus potest capi à sæculari, nequit detineri in carcere laicali vltrà viginti horas.*

§. XI.

1 Dantur etiam aliqui casus, in quibus potest clericus à Iudice sæculari capi, seu carcerari. Primus est, quando capitur propter delictum commissum ad effectum illum remittendi ad Iudicem Ecclesiasticum, quia tali casu, si de fuga sit suspectus, licitè capi potest, & carcerari. *gloss. in c. cum non ab homine. verb. deprehensus. vbi Abb. nu. 12. Felin. n. 3. in fin.* dicens de quasi communi opinione. *& Alciat.* dicens communem. *n. 22. de iudic. Innoc. in c. vt fama. de sent. excom. Card. in clem. 1. in 1 quæst. vbi etiā Imol. col. 2. de offic. Ordin. Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. Bald. in l si qua per calumniam. C. de Episc. & Cler. Boss. in tit. de for. comp. num. 150. & in tit. de captura. n. 38. Clar. in § fin. q. 28. nu. 6. vers. si verò loquimur.* vbi dicit de communi. *Menoch. de arbitrar. cas.* 180. *n.* 23. quicquid dicant *Dec. in d. c. cum non ab homine. nu. 45. & seq. & alij.* Secundus, quando agitur de delicto committendo, & tunc, vt obuietur delicto futuro, potest pariter clericus per laicum capi, & carcerari. *Abb. in d. c. cum non ab homine. num. 12. Felin. nu. 1. Dec. nu. 36. & seqq. Alciat. nu. 38. Aret.* & communiter *DD. de Iudic. Boss. in d. tit. de captura.* vbi fatetur communem. *num. 39. Diaz. in pract. crim. canon. c. 114. vers. an autem per laicum. Farinac. in prax. crim. tom. 1. par. 1. q. 8. nu. 120.* Tertius, quando clericus reperitur in flagranti crimine: vt illum præsentet suo Iudici Ecclesiastico. *l. raptores. C. de Episc. & Cler. l. capite. ff. de adult. Felin.* de communi *in c. si verò. n. 2. de sent. excom. & in d. cap. cum non ab homine. nu. 3. & Dec. num. 46. Imol. in d. c. vt fama. vbi etiam Io. Andr. de sent. excom. Bald. in l. fin. C. de requ. reis. Boss. de for. comp. nu. 150. Clar. d. q. 28. vers. si verò loquimur,* vbi dicit hanc esse communem opinionem. Quartus casus est, quando ca-

pitur per familiam secularem de mādato Iudicis Ecclesiastici. *d.c vt fama.§.fin.vbi Felin.in pen not. Dec.in d.cap.cum non ab homine.nu 46. Felin nu.2. & Aret. col 4. Boss.in d tit.de captura.nu.37. & in d.tit. de for.comp.n.150.* & alij relati per *Farin. d.q.8.nu.121.* Quintus casus est, quòd licite potest Iudex secularis capere clericū debitorem ex causa ciuili, si de fuga sit suspectus. *Felin.in d.c.cum non ab homine. nu.1.in fin.& nu.4.& Dec.nu 48. & seq. Abb in d.c.vt fama.num 6.de sent excom. Bald in c.dilectis.nu.9. de appell. Imol.in c.1.deposit. Boss.in d.tit.de captura.nu.27.* si autem clericus offerret cautionem idoneam, tunc laicus debet illam acceptare, & non illum capere. *Bald.in d c.cum non ab homine.num.7. Farinac.d.q.8.nu.119.* Sextus, familia Iudicis secularis potest etiam capere clericum incedētem diù, seù noctù cum armis prohibitis, & illum ducere ad Iudicē ipsius clerici: vt puniatur. *Abb.in eod.c.cum non ab homine.num.15. vbi etiam Dec.num.40.& in d.c.vt famæ. nu.4.Io.de Plat in § item Iulia. Instit.de public.iudic. Couar.pract.quæst. c.37.n.7. Clar.in §. fin q.36. vers.vlterius quæro. Menoch.de arbitrar.cas.393.num.3.*

2 Notandum tamen est, quòd laicus in casibus, in quibus potest capere clericum, non potest ipsum in carceribus retinere vltrà viginti horas. *gloss. in d. l.capite. & ibi Bart ff.de adult.Abb.in d.c.cum non ab homine. nu 11.* & de communi testatur *Farinac.d.q.8.nu.118;* vt dictum fuit superiùs *in tit.de fauor. Cleric. Can.in §.2.* Faciunt pro supradictis casibus ea, quæ dicta sunt *in tit.de fauor. Clericor. Canon. in d.§.2.cas.7.& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis si cœpit, vel detinet clericum debet illū remittere ad suū Iudicem, etiam nemine petente.*

2 *Iudex secularis est ipso iure excommunicatus, si recusat remittere clericū.*

3 *Clericus quando captus est à Iudice seculari sine habitu, & tonsura, potest detineri in carceribus eiusdem Iudicis, donec probatus fuerit clericatus.*

4 *Cognitio clericatus pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.*

5 *Iudex secularis tenetur cassare processum factum contrà clericum*

6 *Sententia & statutum pari passu ambulant*

7 *Iudex secularis recusans cancellare processum factum contrà clericum peccat mortaliter.*

8 *Iudex secularis recusans cancellare huiusmodi processum tenetur ad interesse.*

9 *Iudex secularis recusans cancellare talem processum potest excommunicari, imò & est excommunicatus ipso iure.*

10 *Iudex secularis recusans cancellare talem processum est priuatus auctoritate iudiciaria, & feudis, quæ habet ab Ecclesia.*

11 *Iudex secularis grauans clericum per pignorum captionem, vel bonorum sequestrationem non est excommunicatus, modò cesset à captura personæ.*

12 *Iudex secularis capiens siuè sequestrās fructus, siuè prouentus ad clericos ratione Ecclesiarum. & beneficiorum pertinentes, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.*

13 *Iudex secularis remittens clericum ad suum Iudicem præmium acquirit.*

14 *Episcopus potest, & debet repetere clericos à Iudice seculari.*

15 *Episcopus non repetens clericos à Iudice seculari potest puniri.*

16 *Episcopus non repetens clericum à Iudice seculari est causa multorum inconuenientium.*

17 *Episcopus tenetur repetere à Iudice seculari clericum etiam inuitum.*

18 *Iudex secularis in remissione clerici, quæ fit Iudici Ecclesiastico, non potest præcognoscere de delicto clerici, antequā illum remittat.*

§. XII.

1 Ex allegatis in toto hoc titulo inferri potest, quòd Iudex laicus si cœperit, vel detineat clericum in carceribus, siuè illum etiam condemnauerit, debet eundem clericum ad Iudicem Ecclesiasticū remittere etiā, quòd Episcopus illum non repetat. *cap si Iudex laicus.de sent. excom. in 6. Alex. de Neuo cons.56.à nu.1.vsque ad nu.9.* vbi constat captum esse clericum, seù quando dubium est, an captus sit clericus, & reperitur esse in possessione clericatus, vt quia defert habitum, & tonsuram. *Alex.de Neuo cons.62.*

num.1.

*num.*1. *Iaſ.conſ.*121.*in* 1.*dub. lib.*4. *Ricc. in prax. reſol. par.*2. *reſol.*475. nam ipſe Iudex ſecularis tenetur clericum, & ipſius clerici cauſam remittere nemine petente. *c.vt fama.vt Abb.in* 3. *not. de ſent. excom. Felin in c fin.nu.*18.*de for. comp. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. Rubr.*1.*§.*5.*n.*7. *verſ.ſed quia dicitur. Guid.Pap.deciſ.*77.

2 Imò ſi ab eo petatur remiſſio, & renuat illam facere, eſt ipſo iure excommunicatus. *Rip.in c.*2 *n* 29.*&* 73.*de for.comp.* etiamſi ab eo non petatur huiuſmodi remiſſio. *Barbat.in d.c.*2.*num.*58. *vbi etiam Rip d.num.*29. *&* 73. *Nauar.in Manual. cap.*27 *num.*70.

3 Quando autem captus non eſt in poſſeſsione clericatus, vt quia quando fuit captus, incedebat ſine habitu, & tonſura, tunc non præſumitur clericus, ex quo non reperitur in poſſeſsione clericatus, ſed poteſt detineri in carceribus Iudicis laici, donec ille probet ſe clericũ, & hoc caſu onus probãdi pertinet ad ipſum clericũ captũ.

4 Licet cognitio pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum. *Alex. de Neuo d. conſ.*62. *num.*1. vt dicetur inferiùs in *§.*14.

5 Teneturque idem Iudex ſecularis, & debet caſſare, & cancellare proceſſum, & condemnationem factam de ipſo clerico. *Alex.de Neuo conſ.*56.*num.*9. *&* 10. quia proceſſus talis, & condemnatio ſunt contrà libertatem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarũ perſonarum, quo caſu nedum ſunt nullæ. *auth.caſſa.C.de ſacroſ.Eccleſ c.at ſi clerici. de iudic. Alexand.de Neuo conſ.*61. *nu.*3. vt fuſiùs dicetur *in tit.de exemption. cler. à ſtatut. ſecular.* ſed etiam mandatur omnibus Officialibus ſecularibus, quòd debeant illa caſſare. *c. nouerit. & c.grauem. de ſent.excom.*

6 Et licet *d.auth. caſſa. & d.c.nouerit. & d.c.grauem.* videantur loqui tantum de ſtatutis contrà libertatem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum, tamen eſt eadem ratio in ſententia, & Canones non faciunt differentiam inter ſtatutum, & ſententiam. *c.*2.*de conſtit.in* 6. quinimò etiam de Iure Ciuili valet argumentum de lege ad ſententiam. *l.*2. *§ poſt originem. ff.de orig.iu. & l.ſi de interpretatione.ff.de pœn.*

7 Quod ſi huiuſmodi Iudex ſecularis noluerit cancellare talem proceſſum, nec condemnationem, neque clericum remittere, peccat mortaliter. *Alex. de Neuo d.conſ.*56.*nu.*14.*& conſ.*61.*num.*3.

8 Et tenetur ad intereſſe nõ ſolũ ipſius clerici, quem non remittit, verumetiam ad intereſſe Eccleſiæ, & Iudicis Eccleſiaſtici. *l.ſi quis ab alio. §.fin.ff.de re iud. l ſtipulationes non diuiduntur. verſ.Celſus. ff.de verb. oblig.*

9 Et non ſolùm per Iudicem Eccleſiaſticum excõmunicari poteſt. *Alex.cõſ.*149. *vol.*6 *Rol.conſ.*16. *num.*13. *vol.*4. *Scaccia de iud.cauſ.ciuil. & crim. lib.*1.*c.*11.*n.*47. ſed etiam eſt excommunicatus ipſo iure. *c.adminiſtratores.vbi gloſſ fin.* 23.*quæſt.*5. *d.cap.nouerit. & cap.quoniam. de ſentent. excommunic. in* 6.

10 Et priuatus auctoritate iudiciaria, & feudis Eccleſiæ, & actor ſua cauſa. *auth. ſtatuimus.C.de Epiſc & Cler. d.c.grauem. Abb.in c.ſi diligenti nu.*6. *poſt Io.Andr.de for.comp. Alex de Neuo d.conſ.*56. *nu.*15. *& conſ.*59.*nu.*12. *Rol.d.conſ.*16.*nu.*14.

11 Non eſt tamen excõmunicatus ipſo iure Iudex laicus violans forum clericale, vt grauãs clericum de facto captis pignoribus, vel per ſequeſtrationem bonorum ipſius clerici, modò ceſſet à captura perſonæ, ſed debet talis Iudex compelli per cenſuras Eccleſiaſticas ad deſiſtendum. *Alex.de Neuo d.conſ.*59.*num.*13.

12 Niſi caperet, ſiuè ſequeſtraret fructus, redditus, & prouentus ad clericos ratione Eccleſiarum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, quia tunc incidit in ſententiam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini *ſub num.*17.

13 Et quemadmodum punitur Iudex laicus, ſi audeat clericos iudicare, ità remittens eos ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum non minùs præmium acquirit, quàm ſacerdos ſacrificium offerens altari opus miſericordiæ exercet, Deumquè habet retributorem hic, & in alio ſeculo. *Alexand. conſ.*8.*in princ. & nu.*11. *cum ſeqq.vol.*1. Cuius autem expenſis, & qualiter fieri debeat huiuſmodi clerici remiſsio dictum fuit ſuperiùs *in tit. de fauor. Clericorum Canon. in §.*2.

14 Epiſcopus verò non ſolùm poteſt clericos repetere à ſeculari Iudice, etiãſi ipſi clerici confeſſi fuiſſent ſe laicos. *d.c.ſi Iudex. Bald.in l.ſi quis per calumniam. col.*2.*C.de Epiſc.& Cler.* & poſt eũ *Gemin. & Franc.* dicit *Couar.pract.quæſt.cap.*33. *nu.*2.*verſ.bis accedit.Diaz. in pract.crim. canon.c.*65.*n.*4. *Federic. de Senis conſ.*135. *num.*2.

15 Sed

15 Sed ad id tenetur, ità vt si non vult repetere huiusmodi clericos in carceribus detentos à Iudice seculari, puniri possit, tanquam negligens. *cap dilectis vbi Abb. nu. 4. Dec.n.2. & DD.de appell.Chassen. cons.* 38. & post eum dicit *Clar. in §. fin. q.36. num.18. in fin.* quia tenetur subditos suos, quantum possibile erit seruare illæsos, seruare iura, & omnibus, vbi iuris erit, iustitiam exhibere. *auth. iusiur.quod prast. ab his qui admin. accip.*

16 Est etiam causa multorum incōuenientium, & ad multa tenetur, prout latissimè *Chassen.cōs.38. per totum.*& ad illas pœnas tenetur, quas incurrit in non defendendo clericorum immunitates, vt dicetur *in tit.de exēpt.Clericor. & eorūd. bonor. à muner. public. in §.9.* Præterquā quòd non repetendo clericum per Iudicē secularem detentum non potest subterfugere periculum irregularitatis, si Iudex ille secularis ipsum condemnat ad pœnā mortis, vel mutilationis; quia dedit causā morti, vel mutilationi illius non repetendo, cum posset. *cap.sicut dignum.§. fin. & ibi Abb. de homicid. Alex. de Neuo dicto cons.61. nu.4. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol.* 475. nam qui non occurrit cum possit, vt particeps iudicatur. *c. consentire. 83.dist. cap.facientes. 86. dist.*

17 Quinimò Iudex Ecclesiasticus tenetur clericum repetere ipso etiam clerico inuito, cum illud priuilegium non solùm sit datum clerico, sed ordini Ecclesiastico. *Gemin. post alios in d.cap.si Iudex laicus. de sentent. excom. in 6. Chassen.dicto cons.* 38. *num.*25. *Ricc.in d.resol.* 475.

18 In remissione autem clerici, quę fit per Iudicem secularem Iudici Ecclesiastico, non potest ipse Iudex secularis præcognoscere de delicto clerici antequā illum remittat. *c.at si clerici. vbi DD. de iudic. Bald. in l. eos. §. super his. C. de appell.Oliua ad Rit.Cur. Archiep. Neapol. cap.*38. *nu.*33. *Nauar. in Manual. c.*27. *num.*70. Quemadmodum neque in remissione suspecti de hæresi potest Iudex secularis præquirere causæ cognitionem. *c.inquisitioni. § prohibemus. de heret. in 6. Bart. in l.Diuus.ff.de custodi. reor. Ias.in l.magistratibus. ff. de iurisd. omn. Iudic.* Quāmuis in aliis casibus possit Iudex secularis, quando petitur remissio, cognoscere summariè super delicto. *gloss. in in clem. pastoralis. verb.mera. de sent & re iudic. Bart.in l.*1. *vbi etiā Bald.C.vbi de crimin ag. Arg. in l.*1. *num* 10. *C.vbi caus.stat.Felin.in cap.fin. num.*10.*de for. compet. Guid. Pap. decis.*202. *in* 4. *requisito. Ricc. in prax. resol.par.*2. *resol.*86. vbi multos adducit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per Iudicem secularē contra clericum.*
2 *Testiū depositionibus in alio foro examinatorum non creditur.*
3 *Iudex secularis ad quem remittitur delinquens condemnatus à Iudice Ecclesiastico, an debeat statim exequi, vel super ipso crimine de nouo cognoscere.*

§. XIII.

1 IVdex autem Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto à Iudice laico contra clericum, qui remittitur Curiæ Ecclesiasticæ. *Bald.in c.at si clerici. num.*2. *Abb. n.*12. *in fin. Felin. n.* 4. *Dec.n.*22. *& DD.de iudic. Bart. in l. magistratibus. & ibi Castr.ff.de Iurisd. omn. Iud. Clar in § fin. q.*36. *nu.*44. *Boss. in tit. de for. comp. num.*87. *Couar.pract. quast. cap.*33.*n.*7.*&*8. *Lopez ad Diaz. in pract. crimin.canon. cap.* 125.*in fin.Ricc. in prax.resol.p.*1. *resol.*400. *n.*4.qui *nu.*5. subdit in Curia Archiepiscopali Neapolitana seruari, quòd quando clericus remittitur à Curia seculari cum actis, constituitur reus ex illis actis, & quando vult habere eosdem testes pro repetitis proceditur ad vlteriora. *idem Ricc. in par.*2. *resol.* 89. *num.*1.*vers. quàm conclusionem* sed debet de nouo inchoare processum, aliàs non potest nec procedere ad capturam contrà clericum, neque inquisitionē formare ex processu fabricato à laico, & Iudice incompetente. *Ruin. cons.*7.*nu.*6. *vol.*5.*Baiard. ad Clar.in §. fin.q.*36.*n.*53. licet dicatur, quòd Iudex Ecclesiasticus tenetur sequi acta coram Iudice seculari, quia hoc intelligitur ad instructionem tantum, non ad punitionem clerici. *Bald. in auth. clericus. C. de Episc. & cler. & in l.eos. §. super his.C.de appellat. Suarez in sua prax. tom.*2. *pralud.*2.*num.*12.

2 Dicimus etiam testium depositionibus

bus in alio foro examinatorum credendũ non esse. *l. 3. §. idem Diuus Adrianus. & ibi gloss. verb. non testimonijs. ff. de testib. Nat. cons. 29. in prin. Osasc. decis. 135. n. 12.*

3 Neque Iudex secularis, quando ei remittitur reus condemnatus, tenetur stare processui per Iudicem Ecclesiasticum facto contra ipsum reum. *Abb. in c. ea quæ nu. 13. de stat. Monac. Innoc. in cap. 1. vbi Alciat. nu. 100. & Barbat. de offic. Ordin. Bart. in l. Diuus. ff. de custod. & exhib. reis. Clar. in § fin. q 96. n. 7.* vbi fatetur communem. *Boss. in tit. de denunciat. n. 11. Chartar.* de communi opinione legistarũ *de execut. sent. c. fin n. 6. Bald. cons. 260. num. 2. vol 3. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 89. n. 1. vers. amplia secundò.* Neque tenetur imponere ipsi reo pœnam ad voluntatem Ecclesiæ, sed prout ipsi videbitur. *Abb. in c. cum non ab homine. n. 9. de iudic. & Felin. in d. c. at si clerici. nu. 4.* Fallit tamen in crimine hæresis, in quo tenetur stare processui per Inquisitorem facto. *Abb. in d. c. 1. n. 12. de offic. Ordin. & in dicto c. ea quæ. nu. 13. Felin. in d. c. at si clerici. n. 4. vbi etiam Dec. n. 100. Clar. in d. q. 96. n. 7. Boss. d. n. 11. Bart. in l. Magistratibus. ff. de Iurisd. omn. Iud.* sibi cõtrarius. nam *in d. l. Diuus.* dixerat illud etiã procedere in crimine hæresis. *Franc. in c. inquisitioni. n. 3. & ibi appostil. de hæretic. in 6.* vbi dicitur, quod crimẽ hæresis est adeò merè Ecclesiasticum, vt Iudex secularis nullo modo possit de eo cognoscere, sed sola nuda executio ad eum pertinet, & dicetur *in tit. de fauor. Cler. Real. in. §. 1.* Idem dicitur quando crimen est merè Ecclesiasticum, & non mixti fori, quia tunc Idem secularis tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici. *Abb. in d. c. 1. n. 12. de offic. Ordin. Dec. in d. c. at si clerici. n. 100. Boss. d. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Cognitio, an aliquis sit clericus, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, non autẽ ad secularem.*

2 *Cognitio, an aliquis sit clericus, quomodo fieri debet.*

3 *Quæstio quando contingit inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem super Iurisdictione, tunc quæstionis cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

4 *Cognitio super vestibus, & habitu clericali spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

5 *Cognitio, an priuilegium concessum clericis competat etiam eorum famulis, vel ne, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem secularem.*

6 *Cognitione pendente super dictis controuersijs Iudex secularis supersedere debet in causa. & n. 9.*

7 *Clericus potest ostendere Iudici seculari instrumentum clericatus.*

8 *Cognitione clericatus pendente, an possit captus detineri in carceribus laicalibus.*

9 *Confessio delicti facta per clericum coram Iudice seculari non valet.*

10 *Iudex secularis priusquàm remittat clericum coniugatum detentum, ad Ecclesiasticum Iudicem, potest cognoscere, si talis clericus contraxerit cum vnica, & Virgine, & habitum clericalem detulerit.*

11 *Clericum aliquem esse allegans talem illum probare tenetur.*

12 *Clericatus quot, & quibus modis probetur. & n. n. seqq.*

13 *Ordinationis instrumẽtum probat aliquem esse clericum.*

14 *Commendatitiæ literæ Episcopi probãt clericatum, si habent sigillum.*

15 *Enunciatiua verba an, & quomodo, & quando probent.*

16 *Tempus antiquum dicitur etiã quinquaginta annorum. & n. 27.*

17 *Clericatus potest probatione semiplena probari.*

18 *Præsũptio clericatus in beneficialibus non est sufficiens ad beneficium adiudicandum, nisi verus titulus probetur.*

19 *Testes ad probandum clericatum qualiter deponere debeant.*

20 *Testes deponentes non de reputatione per plubicam vocem, & famam: sed de propria reputatione nõ probãt.*

21 *Pensio nõ venit appellatione beneficij.*

22 *Pensio potest assignari laicis.*

23 *Canonicus ex eo quod quis sit, seù habeat beneficium potest dici clericus.*

24 *Ordines minores non præsumuntur ex ordinibus maioribus. & n. seq.*

25 *Consequens qui vult, tenetur velle omne necessarium antecedens, & quomodo intelligatur.*

26 *Sententia redditur nulla sineactis, & an hoc sit perpetuò verum.*

27 *Sententia antiqua probat etiam sine actis.*

28 *Sententia dicitur antiqua, quæ excedit 40. annos.*

29 *Tempus 60. annorum in materia testili dicitur antiquum.*

§. XIV.

1 QVando autem captus est clericus criminosus per Iudicem secularem, & controuertitur, vtrum ille sit clericus, vel non, tunc huiusmodi quæstionis cognitio, & decisio nō ad Iudicem laicum pertinet: sed ad Ecclesiasticum. *cap. si Iudex laicus. & ibi gloss. in formatione casus. & DD. de sent. excom. in 6. Rip. in c. decernimus. n. 4. de iudic. Bald. in l. si qua per calumniam. col. 2. C. de Episc. & cler. Fulgos. cons. 8. col. 3. vol. 1. Alex. cons. 8. col. penul. vers. & cognoscere. vol. 1. Alex. de Neuo cons. 56. num. 16. & cons. 59. n. 24. Rol. cons. 4. n. 20. vol. 1. Cæpol. cons. crim. 10. nu. 6. & cons. 11. Couar pract. quæst. cap. 33. nu. 1.* vbi fatetur communem. *Boss. in tit. de for. compet. n. 151. 152. & 155. Rot. decis. 7. num. 4. de iudic. in nou. Clar. in § fin. q. 36. num. 11. vers. dixi clericum. in fin.* qui dicit de magis communi opinione. *& n. 181. vers. regulariter. Mascard. de probat. concl. 964. n. 3. Farinac. in prax. crim. tom. 1 p. 1. q. 8. num. 33. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. n. 69. Diaz. in pract. crimin. cap 65. n. 14.*

2 Quæ tamen cognitio fieri debet vocato, & citato Iudice seculari, & eo cuius interest. *d. c. si Iudex laicus. & ibi Archid. num. 1. Cæpol. d. cons. 11. n. 2. Boss. d. n. 151. & 155. & tit. de captura num. 40.* Sed si captus incedebat in habitu laicali, & laicus existimabatur, tunc potest detineri per Iudicem secularem donec sit cognitum per Iudicem Ecclesiasticum. *Boss. in d. tit. de for. comp. num. 152.*

3 Vbi enim contingit quęstio inter Iudicem secularem, & Ecclesiasticum super Iurisdictione, Iudex Ecclesiasticus propter maiorem auctoritatem, & non secularis de ea cognoscere debet. *Innoc. in cap. cæterum. vbi etiam. Butr. de iudic. Felin. in c. pastoralis. num. 4. vers. limitatur. & Dec. num. 8. de rescript. Ias. in l. 2. col. 5. circa fin. ff. si quis in ius vocat. non ler. Couar. d. c. 33. n. 1. vers. primum illud. Boss. d. n. 155.* & de veriori, & tutiori opinione dicit *Mascard de probat. concl. 689. n. 7. & seqq.* vt tangetur quoque *in tit. de fauor. Clericor. Real. in §. 5. in fin.*

4 Quod idem dicendum est quando vertitur controuersia super vestibus, & habitu clericali, an scilicet sint vestes, siuè sit habitus, seù tonsura clericalis, quia tunc huiusmodi cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum non autem ad secularem, quia habitus est quid accessorium ad spirituale. *Gemin. in c. 1. §. fin. in fin. de cler. coniug. in 6.* quē sequitur *Cæpol. d. cons. 11. vers. etsi vestes. Card. in clem. 2. de vit. & honest. cler. Capel. Tholos. q. 117. Clar. dicta q. 36. num. 11. & 18. Couar. d. n. 1. d. vers. primum illud.* vbi refellit contrarium sentientes, & obseruantes, & dicit eorum opinionem esse falsam, & omninò contrariam communi omnium sententiæ, ac denique Pontificiæ Constitutioni. *in d. c. si Iudex laicus. Mascard. locis citatis.* Hoc pariter dicitur, quando esset cognitio, an clericus perdiderit priuilegium clericale, nam spectaret ad Iudicem Ecclesiasticum, nō ad secularem. *d. c. si Iudex laicus. Alex. de Neuo cons. 56. num. 1. & cons. 59. n. 27. Couar. d. vers. primum illud.*

5 Similiter quando disputatur, an priuilegiū concessum clericis competat etiā eorū famulis, huiusmodi cognitio si cōpetat, vel ne spectat ad Iudicē Ecclesiasticū. *c. cum. venissent. de iudic. Alex. in l. quoties. vbi etiam. Rip. C. de iudic. Couar. in 4. Decretal. c. 8. §. 12. n. 3. Federic. cons. 136. Gayl. lib. 1. obseruat. 140.*

6 Dum autem pendet cognitio coram Iudice Ecclesiastico super his cōtrouersijs, debet Iudex secularis supersedere à progressu in causa delicti. *d. c. si Iudex laicus. in fin. Bald. in d. l. si qua per calumniam. num. 4. Cæpol. d. cons. 10. num. 6. & dicto cons. 11. n. 2. Rol. d. cons. 4. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 21.* tum quia pendet quæstio præiudicialis suæ iurisdictioni, tùm verò quia interim nescit se Iudicem. *Cou. d. c. 33. n. 1. & 3. circa fin. Farinac. d. quæst. 8. n. 35.*

7 Potest tamen clericus ostendere Iudici seculari instrumentum clericatus, vt eum instruat. *vt post Cæpol. dicit Boss. de for. comp. n. 156.*

8 Nihilominus clericus captus potest ab eodem Iudice seculari custodiri in carceribus, si antè deprehensionem publicè

captus se gerebat pro laico, ac pro tali communiter habebatur, quamuis deprehensionis tempore fuerit etiam in habitu clericali, secùs autem si fuit captus in habitu clericali, siuè etiam laicali, & fama erat publica, & notoria quòd ille esset clericus, & pro laico publicè se non gerebat, quia tunc est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum incontinenti etiã antè cognitionem clericatus. *d c si Iudex laicus. & ibi gloss. in formatione casus antè fin. Alex. de Neuo cons. 59 num. 24. & seqq. Couar. d.c. 33. n. 3. vers. fortassis. Boss. de for. comp. nu 151. & seqq. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 18. Mill. in pract. crimin. §. fori praescriptio. num. 11. & 12.*

9 Iudex autem secularis non potest interim clericum ità detentum examinare, quinimò si hoc facere auderet, & clericus etiam coram eo delictum confiteretur talis confessio, huiusmodique processus coràm eodem Iudice seculari factus tãquam à Iudice incompetenti factus non valeret. *c. atsi clerici. in princ. de iudic. Dec. in c. 2. nu. 170. 185. & 186. eod. & cons. 150. col. 3. in fin. Bald. in d. l. si qua per calumniam. col pen vers. sed ponamus. Bart. cons. 225. Butr. cons. 81. Roman. cons. 450. circà fin. Cald. cons. 12. de for. comp.*

10 Potest nihilominus Iudex secularis cognoscere, si clericus coniugatus per ipsũ detentus cõtraxerit cum vidua, & virgine, & habitũ detulerit clericalẽ, priusquã remittatur. *Rot. decis. 3. de sent. excõ. in nou.*

11 Allegans verò aliquem clericum tenetur probare illum esse clericum, quia nemo praesumitur clericus, clericatus etenim non est qualitas, quae insit à natura, sed extrinsecùs venit. *c. presbyteri. 68. dist. c. legum. 2. q. 1. Rip. in cap. 2. nu. 4. de iudic. Bald in cap. fin. nu. 4. de praesumpt. Dec. in c. cũ adeò. n. 13. de rescript. & cons. 125. n. 6. Rol. cons. 32. n. 5. vol. 2 Crau. cons. 72. nu. 2. Brun. cons. 38. nu. 9. Chassen cons. 44. n. 13.*

12 Probatur igitur clericatus multis modis.

13 Primò per publicum instrumentum ordinationis, & literas commendatitias proprij Episcopi mentionem facientes de ordine *c. legum. 2. q. 1 d. l. si qua per calumniam. vbi Butrigar. C. de Episcop. & Cler. gloss. in d. c. si Iudex laicus. verb. fecerit. in fin. Felin. in c. post cessionem. nu. 3. & 15. de probat. Alex. cons. 149. vol. 6. Alex. de Neuo cons. 59. nu. 4. Roland. d. cons. 4. nu. 5. Couar. d. c. 33. n. 3. Gemin. cons. 91. Rebuff. in prax. benefic. de form. lit. tons. num. 22. Grammat. decis. 81. num. 1. Boer. decis. 171. num. 25. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. nu. 26. & seqq. & nu. 112. Mascard. de probat. conclus. 305. num. 2. & 4. Seraphin. decis. 713. nu. 1. p. 1.* etiam per literas Episcopi ordinãtis, licet nõ proprij Episcopi, modò constet de licẽtia, *Seraph. decis. 742. per totam par. 1.*

14 Huiusmodi tamen literae commendatitiae sine sigillo non probant. *Felin. in d. cap. post cessionem. num. 4. & 15. Bellem. cons. 10. col. 2. Crau. cons. 134. nu. 41. vol. 1.* Secundò probatur clericatus per literas Papae, in quibus captus nominatur clericus. *Io. Andr. in c. non licet actori. de reg. iur. in 6. Felin. in c. nõnulli. §. sunt & alij. numer. 6. vers. amplia quarto. de rescript. Mascard. d. conclus. 305. num. 113.*

15 Et licet verba enunciatiua non probent. *l. ex his cum ibi not. C. de testam. mil. l. epistola. ff. de pact. Bart. in l. gerit. n. 15. ff. de acqu. hered. & in l. ex hac scriptura. ff. de donat. Dec. cons. 42. nu. 9. vers. quartum dubium.* Hoc tamen intelligendum est, quotiescunque agitur de praeiudicio alterius, nã eo casu neque verbis enunciatiuis Principis, seu Papae super facto alieno datur fides. *cap. si Papa. de priuil. in 6. Felin. in d. vers. amplia quarto. Dec. in c. quae in Ecclesiarum. nu. 131. vers. non obstat. clem. 1. de consist. Lap. alleg. 7. vbi etiam Mandos. verb. disceptatio. Bursat. cons. 310. nu. 44. vol. 3. Osasc. decis. 122. n. 4. Diaz. d. cap. 65. nu. 16.* Si verò dicta verba narrant proprium factum Principis, siuè non tangant praeiudicium tertij, recipiunt fidem. *d. cap. si Papa. & clem. 1. de probat. Lap. d. allegat. 7.* & post eum *Federic. Ioan. Andr. Butr. & Gemin.* dicit *Felin. d. vers. amplia quarto. Dec. in d. c. quae in Ecclesiarum. nu. 130. & 131. Rum. cons. 103. nu. 10. vol. 5. Grammat. d. decis. 81. n. 5. & 6. Osasc. d. decis. 122. nu. 4.* In antiquis tamen adhibetur fides verbis enunciatiuis plurium Instrumentorum, etiam contrà tertium. *gloss. 2. in c. cum olim. & ibi DD. de censib. Dec. in l. ex his. nu. 24. & seq.* post *Alex. Butr.* & recentiores ab eo allegatos. *C. de testam. mil. Alex. cons. 71. vol. 4. & cõs. 219. nu. 26. vol. 5. Crau. de antiquit. temp. p. 1. c. 1. n. 7. 8. & 74. Achil. decis. 5. de Iurepatr. Rot. diuers. p. 1. decis. 684. n. 1.* & vbi sumus in antiquis, & agitur de probando aliquos

esse descendẽtes ex tali stipite sufficit probatio, quæ colligitur ex verbis enunciatiuis Instrumentorum antiquorum. *Alex. cons. 90. vol. 6. Alba. cons. 83. numer. 3. & cons. 355. num. 6.*

16 Verùm vnica enũciatiua in antiquis non probat, sed debent esse saltem duæ. *Rot. diuers. p. 1. dec. 462. n. 3. & p. 2. dec. 168. num. 8.* tempus autem antiquum censetur, si instrumenta sint 50. annorum, maximè in casu probandæ filiationis, & consanguinitatis. *Ias. cons. 114. col. 4. 5. & 6. Alba d. cons. 355. num. 9. Afflict. decis. 13. nu. 23.* Tertiò, quoad effectum remittendi clericum ad Iudicem Ecclesiasticũ sufficit probare clericatũ per præsumptionem, dummodò ea tanta sit, quæ in aduersariũ transferat onus probãdi in cõtrarium, vt quãdo quis multo tempore seruiuisset in ordine clericali, vel quando quis incedebat in habitu clericali, siuè si fama, seù communi æstimatione erat clericus reputatus. *d. c. si Iudex laicus. & c. inter quatuor. & ibi gloss. verb. argumenta. de cler. peregrin. Alex. de Neuo d. cons. 59. n. 4. Boer. decis. 171. n. 25. Mascard. de probat. concl. 302. Rot. decis. 8. de caus. poss. & propriet. in antiq. Farinac. d. quæst. 8. num. 44.*

17 Nam ad probandum clericatum sufficit semiplena probatio. *Seraph. decis. 162. nu. 5. & 8. & decis. 713. num. 1. & 6. par. 1.* & sufficiunt in hac materia probationes leuiores. *Seraphin. d. decis. 713. nu. 5.*

18 In beneficialibus tamen præsumptio clericatus non est sufficiẽs ad beneficium adiudicandum, nisi verus titulus probetur. *Rot. d. decis. 8. nu. 2.* Quartò probatur clericatus ex celebratione corã suo Episcopo, seù eo sciente, & patiẽte, vel ex communi reputatione ex diuturnitate temporis, vt quando quis longo tempore celebrauerit. *Castr. cons. 202. col. 2. vol. 1. Dec. cons. 135. col. 1. & cons. 152. col. penult. post med. Crau. cons. 93. nu. 5. & cons. 134. nu. 4. cũ seqq. vol. 1. Rot. diuers. p. 3. decis. 1163. nu. 6.* Quintò probatur etiam iuramento, vt si quis incedens in habitu, & tonsura defendit se pro clerico, vt non soluat gabellam, nec habet in promptu probationem, cũ sit forensis, tunc statur iuramento suo. *gloss. in clem. præsenti. verb. non negotiandi. de censib. Abb. in c. ex parte. 3. nu. 2. de priuileg. Anan. in c. licet Heli. de simon. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 12. nu. 30.* Sextò probatur quoquè per testes deficiẽtibus scripturis deperditis. *gloss. penult. in d. c. inter quatuor. & in d. c. si Iudex laicus. verb. fecerit. in fin. Felin. in c. cum causam. n 3. vers. & per hanc doctrinam. de testib. Cyn. Bald. & Alberic. in d l. si qua per calumniam. Ias. in repet. l. admonendi. col. 3. ff. de iureiur. & in l. rescripta. col. 3. C. de precib. Imperat. offe. Marsil. in l. 1. §. idem Cornelio. col. fin. ff. de quæst. Alex. cons. 107. nu. 7. Cæpol. cons. 11. Rol. cons. 4. n. 5. vol. 1. Couar. pract. quæst. c. 33. nu. 3. Mascard. de probat. d. conclus. 303. nu. 1. 2. & 7. Nouar. quæst. forens. par. 1. q. 132. nu. 1.*

19 Veruntamen si testes deponãt se vidisse, quòd talis erat clericus, non probant clericatum, sed oportet, quòd reddant rationem, videlicet quòd viderint eum ordinari, seù quòd viderint illum incedere publicè cum habitu, & tõsura. *Felin. in dicto c. cum causam. n. 3. vers. & per hanc doctrinam.* nam alioquì testis nõ reddens rationem dicti sui non probat. *Felin. d. num. 3. vers. & per hanc fallentiam.*

20 Nam neque probant testes deponentes non de reputatione per publicam vocem, & famã, sed de propria reputatione. *Bart. in l. actuarios. C. de actuar. lib. 12. Alex. cons. 138. vol. 1. Rot. diuers. decis. 350. par. 3. lib. 3. arg. cap. illud. de præsumption.* Septimò probatur item per vnicum testẽ, quando non agitur de præiudicio alicuius, vt quando clericus vult celebrare, vel alia sacra exercere. *Bald. in c. licet. num. 4. vbi etiam Felin. in fin. de testib. idem Bald. in c. nuper. n. 3. & 4. eod. Ias. in d l. admonendi. nu. 198. Purpurat. in l. 1. nu. 551. ff. de offic. eius. Crauet. cons. 613. nu. 13. & cons. 616. num. 18. vol. 4. Couar. d. c. 33. nu. 3. Gerard. sing. 19.* secùs autem vbi ageretur de præiudicio tertij, putà quia lis esset super beneficio, quia tunc non probatur clericatus per vnicum testem. *Bald. in d. c. nuper. n. 3. & 4. Rebuff. in tractat. nominat. quæst. 14. nu. 32. & 52. Couar. d. c. 33. nu. 3. Gomez. in reg. de Annal. q. 39. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 9. nu. 111. in fin. Diaz. c. 65. nu. 17. pract. crim. canon.* Octauò probatur clericatus confessione partis, vbi agitur possessorio in quo sufficit leuior tituli probatio, quæ est possessionis coloratio, quod maximè procedit in odium spoliationis. *Crau. cons. 93. num. 4. vol. 1. Rot. decis. 17. num. 1. & decis. 19. nu. 1. de restit. spol. in nou.* licet secùs sit, vbi ageretur petitorio ad effectum adiudicationis beneficij habendæ, *Crau. d. cons. 93.*

d.conf. 93.nu.1.& 4. Gemin.conf.38.col.2. Barbat.conf.10.col.2.vol.3.Rot.d.decif.17. nu.1.& d.decif.19.n.1. Diaz.d.c.65.n.16. Nonò probatur per attestatione Notarij, cui attestationi statur, cum sit modici præiudicij. *Put. decif. 359. lib. 1. Seraphin. decif.755.nu.1.par.1.* probatur etiam clericatus ex reputatione per trienninm. *addit. ad decif.2.num.7.*

21 Non probatur tamen quis clericus, ex eo, quòd obtinet pensionem Ecclesiasticam, quia cum annua pensio non dicatur beneficium Ecclesiasticum, neque veniat appellatione beneficij. *c.ad audientiam.2. & ibi Felin.num.2.& Abb. in 1.notab. de rescript.cap.quamuis.1.vbi Gemin.num.2. Anchar.in 3.notab.& DD.de præben.in 6. Gigas de pension.quæst.28.per totam.* & sit quid merè temporale separatum formaliter, & per se distinctum à beneficio. *Abb. in d.c.ad audientiam.in 1.notab.Gig.dicta q.28.Bombin.conf.30.per totum.Crescen. decif.14.num.1.de re iud. Cæsar. de Graff. decif.3.nu.8. de præben. Rot.diuerf.par.1. decif.425.num.2.*

22 Et posit assignari laicis. *Felin.in d.c.ad audientiam.2.nu.2.verf.prima conclusio. Archid.in c.si motu.num.1.verf.sed putò contrarium.de præben.in 6.* ideò non dicitur probatus clericatus ex pensione obtenta.

23 Verumtamen clericus quis dici potest, ex eo quòd est Canonicus, seu habet beneficium Ecclesiasticum. *Abb.in c.bonæ memoriæ.1.nu.3.& 4. de postul. Pral.* vbi in simili dicit, quod omnes Canonici sunt clerici, ex quo qui est homo est animal. *Rot.decif.13.numer.1.de probat. in antiq. Bombin.d.conf.30.num.4. eum seqq.* quod tamen ego existimo intelligi, quando non agitur de præiudicio tertij, vt suprà dictum fuit.

24 Et quamuis non desint, qui dicant, quòd si quis ostēdat literas Presbyteratus, præsumitur pro ordinibus præcedentibus, & non per saltum. *Lopez ad Diaz.in pract. crim.canon. c.24. verf.illud.* Nihilominus ex maioribus ordinibus non præsumuntur minores, quia potuit quis per saltum promoueri. *c.1. & ibi Innoc.de cler.peregrin. cap.1.de cler.per salt.prom.Bart.in l.illud. ff.de acqu.hæred.Rebuff.in prax.benef.tit. de form. lit. tonf.nu.28. Crau.d.conf.134. n.45.vol.1. & conf.484.n.8. & 23. vol.3. Gemin.conf.91.Bellem.conf.30.col.2.circà fin.Menoch.de præsumpt.lib.6.præsüpt.66. nu.3.Mascard.de probat.conclus.1140.*

25 Neque obstat regula, quòd qui vult consequens, tenetur velle omne necessariū antecedens ad illud. *l.ad legatum. & l.ad rem mobilem. ff.de procurat.* quia illa regula procedit in his, quę dependent à mera voluntate disponentis, secùs in alijs, collatio autem ordinum non depēdet à mera voluntate ordinantis, nisi præcedant requisita iuris.

26 Ideò si producitur sententia, non sequitur, quòd processerint acta necessaria ad eam, nisi probetur. *c.quoniā. de probat. Bart.in auth.si quis in aliquo. & ibi DD. C.de eden.* nam sententia redditur nulla, si non constet de processu præcedenti. *Purpurat conf.425. per totum. vol.2. Rot. diuerf.par.1.decif.704. & par.2.decif.196. num.5. & par.3.lib.3.decif.1011.* etiam quòd esset lata partibus præsentibus, & non appellantibus. *Rot. d.decif.196. nu.5.*

27 Nisi sententia fuerit antiqua, nam eo casu creditur sine processu, quoniam iuuatur tempore, nisi probetur processus nullus. *Cassad.decif.3.num.3. de procurat. Rot. diuerf. par.3.lib.3.decif.1302.num.1.* antiquum autem appellatur etiam annus quinquagesimus quartus antè litem motā. *Rot.d.decif.1302.num.1.*

28 Et antiqua sententia satis dicitur, quę excedit quadraginta annos. *Seraphin. decif.580. nu.4. par.1.* & multò magis dicitur de antiquo, quæ excedit sexaginta annos. *Seraphin. decif.928.num.1.*

29 Et in materia testium tempus sexaginta annorum dicitur antiquum. *Verall. decif.298.p.3. Put.decif.506.lib.2. Seraph. decif.75.*

SVMMARIVM.

1 *Immunitate Ecclesiæ, an gaudeant clerici, ità vt ab ea extrahi nequeant.*

§. XV.

1 SEd An clericus gaudeat immunitate Ecclesiæ, ità vt nō posit ab Ecclesia extrahi per suum Iudicem Ecclesiasticum? Respondetur eū non gaudere tali immunitate, si Iudex ipsius causa disciplinæ, & non odij vult eum arcere ab Ecclesia, & extrahere, incarcerare, & punire. *glos.1.in c.nullus.17.q.4.Abb.in*

*c.inter alia.n.*13. vbi pluribus rationibus hoc probat. *de immun. Eccl.* qui tamē hoc relinquit cōsuetudini, quæ in hoc multùm attēdi debet, vt ibidē notat *Innoc.*itá etiā tenēt *Syluest.verb immunitas.*3.*q.*2. *vers. tertiū clerici. Io.Fab.in l.*1.*C.de his qui ad Eccl.confug. Boer.decis.*109.*nu.*3. & hanc opinionem sequūtur,& in practica seruari testantur *Clar.in §.fin.q.* 30.*n.*15. *Remig. de Gon.tract.de immunit. Eccles.fallen.* 21. *in fin.* vbi dicit hodiè seruari indistinctè opinionem *Abbatis.Nau. in Manual.c.*25. *nu.* 22. *Diaz.in pract.crim. canon. c.*126. *vbi etiam addit. Auctor.prax. Archiepisc. Neapolit.cap.*18.*nu.*11. *in fin. Rodriquez quæst.Regular.tom.*2.*q.*50.*art.*4.*Farinac. de carcerib.& carcerat. q.*26.*nu.*7. *Azor. Instit.Moral. par.*2. *lib.*9.*cap.*9.*q.*9. *vers. quid de pagano.Suarez de stat. relig lib.*3. *cap.*10. *num.*6. vbi adducit rationes, nam aliàs Regulares nunquā carcerari possent, quia sēper sunt in Monasterio.Item maior est immunitas personalis, quæ clericis cōceditur ratione suæ consecrationis, quàm illa, quæ prouenire potest ex circunstantia loci, cum tamen illa immunitas personalis non impediat, quin à suo Prælato clericus carcerari, & puniri possit, licet de iure forté esset verior opinio eorum,qui dicunt clericos gaudere huiusmodi immunitate, vt dicūt *Remig.de Gon. in tract.de immun. Eccles.d.fallen.* 21.*nu.*1. *Clar.& Farinac.* locis citatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus, an debeat cognoscere causam delicti, in quo interuenerunt clerici, & laici, & an omnes tàm laici, quàm clerici sint ad Iudicem Ecclesiasticum remittēdi, & n.n.seqq. & nu.*27. *vbi conciliantur opiniones.*

2 *Iudex Ecclesiasticus non secularis cognoscit causam ciuilem,in qua cōtingit clericum, & laicum esse consortes in lite, quamuis agatur de patrimonialibus.*

3 *Causarū continentia non debēt diuidi.*

4 *Dignius trahit ad se minùs dignum.*

5 *Laudi super compromisso facto in clericum, & laicum simul reductio est petenda coram Iudice clerici.*

6 *Diuisio facta inter clericum, & laicū est inseparabilis, & fori Ecclesiastici.*

7 *Præscriptio centum annorū iuuat laicum habentem rem communem cum Ecclesia.*

8 *Priuilegiatus, qui non est, concurrens cum priuilegiato gaudet priuilegio priuilegiati.*

9 *Causa, si est communis inter laicum, & clericum, forus clerici extenditur ad laicum.*

10 *Monachus habens rem communem cum laico potest procurare pro laico.*

11 *Testes non possunt produci publicatis testibus.*

12 *Testes cum instrumento produci possunt publicatis test:bus.*

13 *Socius ratione socij vtit eius beneficio.*

14 *Domestici dictum non reputatur integrum.*

15 *Domestici dictum habens contestem habilem reintegratur.*

16 *Testis vnius fides supplet imperfectam fidem alterius.*

17 *Iuspatronatus clerici, & laici regulatur, vt Iuspatronatus Ecclesiasticū.*

18 *Patronus non præsentans non dicitur priuari facultate præsentandi, si compatronus præsentat.*

19 *Socius gaudet priuilegio socij, limitatur in onere personali. nu.seq.*

20 *Immunitas concessa Doctoribus competit etiam fratribus Doctorū simul in communione habitantibus.*

21 *Domus clerici habitata cum eius fratribus, & alijs consanguineis est immunis ab hospitio militum.*

22 *Pater duodecim filiorum excusatur à muneribus, & oneribus.*

23 *Clericus habens bona indiuisa cum alijs potest illa defendere à collectis, & alijs oneribus.*

24 *Executoribus testamentarijs existentibus clerico, & laico hæres si voluerit detrahere legitimam, & Trebellianicam debet illos conuenire coram Iudice ipsius clerici.*

25 *Pupilli priuilegiū prodest maiori habenti rem communem cum pupillo.*

26 *Socius delinquens consequitur ex persona socij beneficium,quod ex persona propria consequi non potest.*

27 *Appellatio vnius prodest alteri secum habenti negotium commune.*

28 *Vniuersitas commixta maiori numero laicorum, quàm clericorum coram quo potest conueniri.*

§. XVI.

1 QVid dicendum de laico ſimul delinquente cum clerico, ſeù de laicis cum clericis, ſiuè plures laici eſſent conueniẽdi cum vno clerico, ſiuè plures clerici cum vno ſolo laico, ſiuè crimiualiter, vel ciuiliter à quo Iudice ſint puniendi. ſeù iudicandi, au omnes à Iudice Eccleſiaſtico, ſiuè ſeculari, an verò clerici à Iudice Eccleſiaſtico, & laici à Iudice ſeculari. Circà hoc dubium reperiuntur duę opinioues. Prima eſt exiſtimautium Iudicem laicum cognoſcere qnoad laicos, & Eccleſiaſticũ Iudicẽ qnoad clericos. *Crau.cõſ.232.vol.2.Clar. in §.fin.q.36.num.41. Couar.pract.quaeſt. c.34.n.1.Capic.deciſ.173. Oſaſc.deciſ.103. nu.9.& 10.* & aliorum dicentiũ hanc opinionem ſeruari in practica, pro qua facit *l.ſi quis vxori in princ.ff.de furt.* vbi ſubtrahens cum vxore res mariti furti tenetur, vxor vero ſecùs, ſed actione rerum amotarum. Altera opinio eſt tenentium huiuſmodi laicos ratione connexitatis delicti non poſſe ab alio Iudice puniri, quàm ab Eccleſiaſtico ex eo, quòd clericus, qui ſimul cũ laicis deliquit, nõ poteſt puniri à Iudice ſeculari, quæ opinio eſt originalis. *Anton. de Prato in l.1. in fin. ff. quæ ſent. ſine appel.* & poſt eum *Felin. in c.1. nu.6. verſ. & dixit Dñs Antonius.de praeſcript. Soccin Sen.in c.1.col.4. verſ.octauo fallit. de mutu. petit. & conſ.12. num.17. vol.1. Soccin.Iun.in l.cum Senatus.in fin.* vbi dicit ſe in facto obtinuiſſe. *ff.de reb.dub. & conſ.34.n.1.& 2. vol.1. Caſſen.conſ.1.p.4. num.47.& in conſuetud.Burgun.rubr.1. §.5.nu.18.Marant.de ordin.iudic. par.4. diſt.11.num.22. Alban. conſ.13. Ludouic. deciſ.26.n.18.Farinac.tit.de inquiſit.9.8. nu.151.Bart.in l præcipimus.§.eodem obſeruando. C.de appell. Abb.in ſua quaeſt.6. incip.Gandulphus.n.11. Roman.conſ.195. circà fin.Decian.in tract.crim. to.1.lib.4. c.9.nu.44.& ſeqq. Mart.de Iuriſd. par.4. caſ.118. & ſeq. Pariſ.154. in princ.vol.4. Nat.conſ.590.numer.18.Marſil.ſing.180. Ferrat. caut.10. Boer. deciſ.300. Rimin. Iun.conſ.261.n.42.vol.3.Boſſ.* de cõmuni *tit.de for.compet.nu.110.& ſeqq.& n.146. cum ſeqq. Clar.in §.fin.q.36.num.41.* qui dicit ità eſſe de iure. *Menoch.de arbitrar. caſ.371.n.13.in fin.* vbi teſtatur de magis communi, *& de adipiſcen.poſſeſſ.remed.4. nu.475.Couar pract.quaeſt. cap.34. Oſaſc. deciſ.103.num.3.Surd.conſ.301.num.81. & conſ.396.nu.15.17.& ſeq.vol.3.* Quod adeò verum eſt, vt etiam non petente clerico talem remiſſiouem laici eam petere poſſint. *Zuccard.in l.poſthumo.nu.36.C.de bon.poſſ.contrà tab. Rim.d.conſ.261. n.43.*

2 Et hoc non ſolùm procedit in cauſa criminali, ſed etiam in ciuili, in qua ſi cõtingat clericum, & laicum eſſe conſortes in lite, ſiuè correos, tuuc tale iudicium coram Iudice Eccleſiaſtico, non coram ſeculari eſt agitandum. *Bald.in l.præcipimus. §.eodem obſeruando. vbi etiam Bald. C.de appellation. Barbat.in Rubr.de offic.deleg. Matthesil.not.164.Soccin. Sen.d.conſ.12. nu.17.Iaſ.in l.ſi emancipati.nu.13.C.de collat. Seraphin.deciſ.957.numer.2.par.1.* etiam quod agatur de patrimouialibus. *Seraphin. ead.deciſ.nu.2.& 3.* vt dicetur *in tit.de fauor.Clericor.Real.in §.1.*

3 Tùm qnia plures in eadem cauſa ferrentur ſententiæ, & cauſarum continentiæ diuiderentur contrà *l. nulli. C. de iudic.* quia omnes habent eandem cauſam, & ne ſequatur abſurdum, & variæ proferantur ſententiæ. *Soccin.Sen.d.nu.17.verſ.omnes etiam laici. Felin.in d.c.1. num.6. verſ.& dixit Dominus Antonius.de praeſcript.*

4 Tùm verò quia priuilegiatum, & magis dignum trahit ad ſe non priuilegiatum, & minùs dignnm. *l.ſi communem. ff.quemad.ſeruit.amit.l.per minorem.ff.de iudic.c.quãto.de iudic.c.per tuas.de arbitr. c.quod in dubijs.de conſecr. Eccleſ. vel alt. gloſſ.1.in c.vnic.de iurepatr.in 6. Bart.in d.§.eodẽ obſeruando. Aret.conſ.25.Lãbert. de Iurepatron.lib.1.par.1.q.1.art.6.nu.3. cum ſeqq.& num.15. & ferè per totum.* vbi tractat multa non valerę per ſolum, quæ tamen valent cum ſocio adiuncto.

5 Et ideò ſi aliqua cauſa compromittatur in clericum, & laicum ſimul, & corũ laudum petatur reduci ad arbitrinm boni viri adeundus eſt Epiſcopus Iudex clerici, & non Iudex laici. *Felin.in d.cap.1. nu.6. verſ.not.2.de praeſcript. Butr.in cap.quod clericus.de for.comp. Bart. in l.Iuriſperitis.§.cum. oriundus.ff.de excuſ. tut. Bald. in d.l.præcipimus. in fin. C.de appell. Dec. in Rubr.de appell.nu.13. Aufrer.de poteſt. Eccleſ.nu.49.Pariſ.conſ.45. nu.11.& 65. vol.1.Alex.de Neuo conſ.74.nu.8.* etiamſi res illa, ſuper qua fuit factum compromiſ-

sum fuerit prophana. *Bart in repet. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Specul. in tit. de arbitr. §. 1. vers. sed quis erit. vbi etiam Io. Andr. Soccin. Sen. cons. 18. nu. 31. vol. 1.*

6 Et diuisio facta inter clericum, & laicum dicitur actus mixtus, & inseparabilis, & fori Ecclesiastici. *Soccin. Sen. cons. 14. num. 3. vol. 4.*

7 Item, si laicus rem communem cum Ecclesia habeat, contrà eum nō præscribitur, nisi spacio centum annorum. *Innoc. in c. ad audientiam. in 7. not. de præscript. Soccin. Iun. cons. 141. num. 32. vol. 2.*

8 Nam quando non priuilegiatus concurrit cum priuilegiato, vterque vtitur priuilegio. *cap. cum super Abbatia. de offic. deleg. c. pen. de concess. praeben. l. loci corpus. §. si fundus. ff. si seruit. vend. l. 1. & 2. C. si vnus ex plur. & l. 1. C. si in com. eademque caus. Bart. in l. solent. ff. de alim. & cibar. leg. & in l. is qui duas. ff. de liberat. leg. Alex. cons. 122. volum. 4. Surd. cons. 301. num. 81. vol. 3.*

9 Et si causa est communis inter laicū, & clericum, forus clerici extenditur ad laicum. *Bart. in l. praecipimus. §. eodem. n. 1. C. de appel. & fuit decisum in vna Romana domus de Scaputijs 19. Ianuarij 1611. coram Coccino. num. 7.* & potest laicus eo casu rationem ipsius clerici dare declinatoriam fori. *Aret. cons. 25. in 2. dub.* & post eum, & alios dicit *Vrsill. ad Afflict. decis. 213. num. 2.*

10 Et hoc adeò verum est, vt si laicus habeat causam communem cum Monasterio, poterit Monachus procurare pro laico. *clem. si religiosus. de procurat.* vt dictum fuit superius *in tit. de Discipl. Clerical. in §. 27. & §. 28.* & si laicus, & Ecclesia communem pariter causam habent, poterit clericus aduocare, seù procurare pro laico. *Imol. in c. fin. de postul.* prout fuit similiter dictum *in d. §. 27. & in d. §. 28.*

11 Et licet publicatis testibus non possint produci testes. *auth. qui semel. C. de probat. c. fraternitatis. & ibi Soccin. n. 24. de testib. clem. fin. eod. Bellon. cons. 25. n. 6. Grauat. ad Vestr. in pract. ciuil. lib. 4. c. 4. num. 25.*

12 Tamen produci poterunt testes cum Instrumento. *Alex. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & cons. 213. vol. 2.*

13 Et ita socius ratione socij vtitur eius beneficio. *Anchar. in cap. canonum statuta. col. 11. q. 12. & 14. de constit.*

14 Quemadmodū etiam dicitur, quod licet domestici dictum non reputatur integrum. *l. etiam & ibi DD. C. de testib. l. 1. §. ad quaestionem. vbi etiam DD. ff. de quaest. c. si testes. §. testes. 4. q. 3. c. in literis. de testibus. Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 533. num. 1. & lib. 3. conclus. 1357. num. 46.*

15 Si tamen habeat contestem habilem, & idoneum reintegrabitur eius dictum. *l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. Anchar. in cap. super eo. 2. de testib. Angel. cons. 1. Bertazzol. cons. 191. num. 4. vol. 1. Gabriel. conclus. de testib. lib. 1. conclus. 10. num. 48. in princ.*

16 Quinimò si vnus testis est infamis infamia facti, alter verò multùm fide dignus, isti duo faciunt plenam probationem, quia integerrima fides vnius supplet fidem alterius imperfectam. *Ias. in leg. si emancipati. C. de collat. Roman. cons. 290. Bald. in d. §. cogentur. Alex. cons. 78. vol. 1. cons. 24. cons. 56. vol. 2. cons. 93. vol. 4. & cons. 149. vol. 5. cum cumulatis per Lambert. d. art. 6.*

17 Et ita etiam dicitur, quando laicus, & clericus habent simul Iuspatronatus in aliqua Ecclesia, quòd huiusmodi Iuspatronatus regulabitur secundum priuilegiū patroni Ecclesiastici. *gloss. fin. in c. vnic. de Iurepatr. in 6. Alex. de Neuo cons. 74. n. 9.* vt dicetur *in 2. par. in tit. de Iurepatron. Clericorum.*

18 Et patroni aliqui non præsentantes non dicuntur priuari facultate præsentandi, si compatroni præsentarunt. *Abb. cons. 54. num. 3. par. 1. Caputaq. decis. 292. par. 2. Achil. decis. 5. num. 6. & 7. de caus. poss. & propr.* Nam dicimus etiam quòd si duo fratres teneant feudum indiuisibile negligentia vnius in iuuando Dominum palliatur ex diligentia alterius. *Fel. in c. verum. num. 5. de for. comp.*

19 Et socius, vel coniunctus gaudet priuilegio socij, & mediante illius persona consequitur id, quòd aliàs non consequeretur. *l. Aristo. ff. quae res pignor. l. illud. §. fin. ff. de contra tab. Felin. in d. c. 1. n. 6. de praescript. Ias. in d. l. si emancipati. C. de collat. Aret. cons. 25. n. 3. Surd. dicto cons. 301. num. 81.*

20 Hinc dicitur, quòd immunitas concessa Doctoribus cōpetit etiam fratribus Doctorum simul habitantibus, & manen-

tibus in cõmunione bonorũ,socius etenim præstat immunitatem socio. *gloss.in l. fin. C. de muner. & honor. lib.* 10. *Marsil. sing.*180. *Bald.cons.*301. *Nat.cons.*1.*nu.*9. & 10. & *cons.*65. *num.*2. *vol.*1. & priuilegium concessum socio competit alij socio, quando onus est reale, secus si personale. *Roman.cons.*195. *Nat.d.cons.*1. *d. num.*9. & 10.

21 Et domus clericorũ,si habitent cum fratribus, alijsque cõsanguineis est exempta ab hospitio militum. *Genuen. in practicabilib. Ecclesiasticis.q.*635.

22 Et quando quis consecutus fuit immunitatem propter numerum duodecim filiorum, nam pater duodecim filiorũ excusatur à muneribus, & oneribus.*l.*2.*ff.legem. vbi Bart. ff. de iur. immun. l.si quis decurio.C.de decur.lib.*10.*Franc.dec.*259. *num.*1.*par.*2.*Imol.cons.*77.*per totum*. huiusmodi immunitate gaudere debent fratres simul habitantes, *vt post Marsil.dicit Nat.d.cons.*1.*num.*9. & 10.

23 Et clericus habens bona indiuisa cum alijs potest prætextu priuilegij clericalis illa defendere à collectis, & alijs muneribus. *Speeul.in tit.de cleric. coniug. num.*13.

24 Et si vnus ex testamentarijs executoribus sit clericus, & alter laicus hæres volens detrahere legitimam, & Trebellianicam debet conuenire dictos executores coram Iudice Ecclesiastico respectu clerici. *Alexand.de Neuo cons.*74.*nu.*7.8. & 9. nam quando clericus, & laicus commiscentur in executione alicuius negotij, clericus semper est præponendus tãquam dignior in gradu. *cap.statuimus.de maior. & obed.Io. Andr.in c.Ioannes. vbi etiam Anchar. de testam. Alexand. de Neuo d.cons.*74. *num.*9. corroboratur per *text. in c.per tuas.in fin.de arbitr.* vbi qualitas duorum laicorum per se inhabilium habilitatur per adiunctionem vnius clerici; Ex quo *Marian. apud Felin.d.numer.*6. existimat posse inferri, quòd si inter plures laicos inter quos esset agendum duplicibus iudicijs, esset aliquis clericus, tàm contrà laicos,quàm contrà clericum, esset adeundus Iudex Ecclesiasticus.

25 Item priuilegium pupilli suffragatur maiori, si maior habeat rem communem cum pupillo.*l.si communem fundum, ff.quemad.seruit.amit. gloss.fin.in c.vnic. de iurepatr. in* 6. *Felin.in d.cap.*1. *num.*6, *cum seqq.de præscript.Marsil.in Rubr. de fideiuss.num.*130.*cum seqq.* & *sing.*180.

26 Hinc si duo sint socij in molendino, quorum vnus commiserit delictum,potest alter socius impedire volẽtem construere molendinum in parte superiori, & non perdit ius prohibendi constructionem molendini in loco superiori. *Rot. diuers. par.*1. *decis.* 717. *num.* 1. ille enim socius delinquens ex persona socij, vel adiuncti consequitur beneficium, quod ex persona propria consequi non potest. *Bald. in c.*1. *num.*12. *quib.mod. feud. amit. Felin.in d.c.*1.*n.*6.*vers.* & *dicit Bald. de præscript. Roman.cons.*195.*num.*4. Hinc etiam dicimus domum, vel turrim communem cum fratre nõ debere destrui propter delictum ipsius fratris habentis partem inferiorem. *Abb.in c.super specula,num.*2.*in fin. de priuil.Bart.in l.Athenis.* §.*de eo. circà med. vers. primo casu.vbi etiã Cuman.* & *Roman. ff.de aqu.plu. arcen.Clar.in* §.*fin. quæst.*82. *vers.sed quid si delinquens. Rot. diuers.d.decis.*717.*nu.*4. & *seqq.* vbi multos citat,& testatur de communi,& æquiori opinione.

27 Item appellatio vnius prodest alteri, si communi iure iunctur, & idem sit negotium, eadem defensionis causa, & sint eadem sententia condemnati. *cap.vna. de appellat.* Veruntamen hæ opiniones conciliari possunt cum distinctione, quam afferunt *Bart. in d.l.præcipimus.* §.*eodem obseruando.C.de appellat.* & *in l.Iurisperitos.*§.*fin.ff.de excusat.tut.Boss.* & *Osasc.* atque alij supracitati. *Couar.pract.quæst. d.cap.*34.*num.*1. & 2. vt prior opinio procedat in causis diuiduis, quia tunc quilibet conueniri deberet coram Iudice suo. Secunda verò opinio procedat in indiuiduis, & connexis, & ità quoque videtur intelligere *Felin. in dicto cap.*1. *numer.*6, *versic. sunt autem prædicta. de præscript. Soccin.Sen.d.cons.*12.*nu.*17. *Aret.cons.*25. *nu.*3.*Nat.cons.*280.*n.*3. *Lambert.d. art.*6. *nu.*2. & 15. *Roeb. tract.de statut. sect.*8. *q.*11.*nu.*62.*Speeul.in tit.de cleric. coniug. vers.sed quid si clericus. Decian. in tract. crim.lib.*2. *c.*35.*nu.*6. & *lib.*4.*c.*9.*nu.*44. & 46.*Surd.d.cons.*396.*nu.*15.

28 Nequè obstat quod dicatur, quòd si aliqua Vniuersitas est commixta ex clericis, & in ea sit maior numerus laicorum, quàm clericorũ,tunc potest cõueniri corã Iudice laico. *Bart.in l.*1.*ff.de colleg.illicit.*

& *in*

& in l. sed etsi non sint. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg. Bald. in auth. habita. vbi etiam Salicet. C. ne fil. pro patr. Innoc. in c. dilecta. de excess. Prael. Anchar. in c. ex literis. de cõstit. & in c. ea quae. de reg. iur. in 6. Quia illud procedit in Vniuersitate, quod est corpus fictum, & imaginarium. *l. proponebatur ff. de iudic. cap. Romana. §. in Vniuersitatem. de sentent. excommunicat. in 6. Soccin. Sen. d. cons. 12. num. 17.* quare conueniendo Vniuersitatem non dicuntur conueniri singuli de Vniuersitate. *l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. §. qui manumittitur.* 11. *q.* 2. *Soccin. Sen. d. cons.* 12. *n.* 17. *& in c.* 1. *declarat.* 14. *de for. comp. Couar. d. cap.* 34. *nu.* 1. in terminis autem nostrae quaestionis conueniuntur singuli vti singuli, & non vt Vniuersitas, & ideò attenditur persona clerici, licet laici sint plures. Praetereà quando Iurisdictiones concurrunt, vt quando delictum est mixtum, & lis est coepta coram Iudice seculari, tunc non fit remissio respectu laicorum, sed attenditur praeuentio, vt de communi opinione dicit *Osasc. decis.* 103. *num.* 10.

De

De fauore Clericorum Reali.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro causa, seù actione ciuili corā seculari Iudice cōueniri nō potest.*
2 *Clericus neque etiam pro rebus patrimonialibus conueniri potest coram Iudice seculari.*
3 *Iudex secularis non est competens contrà clericum possessorem, qui ratione possessionis opponit se executioni eiusdem Iudicis laici.*
4 *Iudex secularis potest cognoscere cōtrà clericum in articulo merè possessorio.*
5 *Iudex secularis non potest contrà personas Ecclesiasticas, & Monasteria in causa finium regundorum procedere ad restitutionem terminorum amotorum per easdem personas.*
6 *Clericus occasione hæreditatis sibi relictæ nō potest cōueniri corā Iudice laico.*
7 *Clericus hæres non potest conueniri coram Iudice seculari, quamuis cœptū fuisset iudicium contrà defunctum.*
8 *Opinio, quæ plurium testimonio roboratur, est verior, & tenenda.*
9 *Clericus ratione collectæ, siuè tributi soluendi pro suis possessionibus debet conueniri coram Iudice Ecclesiastico, & non seculari.*
10 *Executio sententiæ latæ contrà clericū à Iudice seculari in casibus, in quibus potest, non potest fieri nisi ministerio Iudicis Ecclesiastici.*
11 *Declaratoria Iudicis Ecclesiastici requiritur, quando prætenditur, quòd Ecclesia ceciderit in commissum propter cessationem à solutione tributi.*
12 *Coloni Ecclesiæ an collectari possint, & an cognitio sit Iudicis Ecclesiastici, siuè secularis.*
13 *Familia clericorum quomodo gaudeat priuilegio eorundem.*
14 *Familia Episcopi gaudet priuilegio eiusdem Episcopi tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
15 *Episcopis multa conceduntur, quæ alijs denegantur.*
16 *Priuilegium Scholaribus concessum intelligitur etiam concessum eorum nuntijs, & famulis.*
Item cōcessum Vicario generali Episcopi dicitur concessum eius familiæ.
17 *Familiæ appellatione, qui veniant.*
18 *Notarij Curiæ Episcopi gaudent priuilegio fori.*
19 *Fiscalis Episcopalis graudet priuilegio Episcopi. & nu. 24.*
Nuntij item Episcopales. & nu. 24.
Custodes carcerum similiter. & n. 24.
Familia armata pariter. & num. 24.
20 *Familiam armatam possunt habere Episcopi. Item Inquisitores S Officij.*
21 *Episcopus punire potest excessus suæ familiæ, & Officialium suæ Curiæ.*
22 *Prætor potest punire suos Officiales, præsertim pro delictis in officio cōmisis.*
23 *Episcopi habent Fiscum.*
24 *Notarij Curiæ Episcopi, Fiscalis, & alij supradicti gaudent priuilegio fori, quāuis non viuant expēsis Episcopi.*
25 *Familiaritatis Episcopi literas habentes, an gaudeant priuilegio fori.*
26 *Familiaritatis literas Cardinalis habens quando sit exemptus à coercitione Diœcesani, & Ordinarij.*
27 *Vxores clericorum sortiuntur forum eorundem clericorum.*
28 *Vxor honore mariti cingitur, & genere nobilitatur.*

§. Primus.

1 NEDVM clericus criminaliter, vt dictum fuit *in tit. de fauor. Cler. Person.* coram Iudice seculari conueniri potest, sed neque etiam pro causa ciuili, & actione reali. *auth. statuimus. C. de Episc. & Cler. cap. statuimus. in fin. c. inolita. & ibi gloss. 2. c. placuit. & c. nullus. 11. q. 1. c. causam. de rescript. c. qualiter.* vbi post *Collect.* tenet *Abb. n. 8. & Io. And. & c. fin. de iudic. c. 2. & c. significasti. de for. comp. Archid. in c. vnic. nu. 2. vers. sed dicit Hu. de cler. coniug. in 6. Bald. in c. decernimus. in fin. de iudic. Barbat. cons. 1. nu. 62. vol. 3. Soccin. Sen. cōs. 13. n. 12. & 30. vol. 4. Rol. cons. 23. n. 13. & 37. vol. 2. Hond. cōs. 3. nu. 21. vol. 1. Rot. decis. 5. per totam. de for. cōp. in antiq. V ant. de nullit. ex def. Iurisd. n. 54. vers. qua procedit. Menoch. de arbit.*

*lib.2.cent.3.cas.246.n.5.Villalob.*de communi *in com.opin.vers.clericus.n.70.Scaccia de iudic.caus.ciuil.& crim.lib.*10.*c.*11. *n.*28.*&* 30.*Boer.* de communiori, veriori, & tutiori opinione dicens *decis.69.nu.*20. *&* 35. *Farin.in pract.crim.tom.1.p.1.q.8. n.21.Barbos.in l.Titia. ff.sol.matr.Thusc. pract.conclus.tom.1.concl.285. nu.*14. facit quoque. *c.si clericus laicum. de for. comp.* vbi clericus potest trahere laicum coram Iudice Ecclesiastico, si cõstat rem esse suã, fortiùs ergò quando clericus est reus, & conuenitur actione reali, quia tunc debet conueniri coram suo Iudice. *Abb.in c.si diligenti.n.2.de for.comp.* Quamuis nõ desint qui cõtrarium teneãt. *Misinger.obseru.*22. *cent.1.Guliel.de Cun.in l.de ys.& in auth. clericis.C.de Episc.& Cler.Nouel.in addit. ad reg.Duennas reg.20. limit.2. Faber.in §.fin.col.2.Inst.de satisd.Aufrer.in clem.1. reg.2.n.5.de off.Ordin.Guid.Pap.dec.139. Boer.d.decis.69.n.22.Tiraq.*qui plures citat, *de retract.lignag.§.32 glos.1.n.1.*quorum tamẽ auctoritas procedit non de iure, sed de locali apud eos consuetudine, de qua ipsi testantur, *Boer.d.decis.19.per tot.* quam nõ valere, & apud alias regiones nõ extendi dixit *Couar.pract.quæst.c.31.n.5. vers.secundo ex præmissa. Menoch. de retinen.poss.remed.3.nu.353.Bald.in d.c.decernimus.nu.18.de iudic.*

2 Neque potest clericus cõueniri corã Iudice seculari, etiamsi conueniendus sit actione reali pro rebus suis patrimonialibus. *l.decernimus. C.de Episc. aud. c.constitutus.de in integr. rest. gloss.fin. in c.is qui in ius.vers.item fallit in conuentionibus. de reg.iur. in 6. Felin.in c.cum sit.in princ. vers. clerici in patrimonialibus. & vers. amplia etiam in clerico. de for. comp. & in c.Ecclesia S.Mariæ. nu.8. de constit. Soccin.in c.sané.n.*10.vbi etiam alij. *& in c.si clericus.n.2.vers.secũdo. & in c.si quis. clericus n 24. vers.vigesima quinta declaratio.& in c.si diligenti. n.4. vers.quinto. de for.comp.Barbat.cons.1.n.66.vol.3.Rol. cons.23.nu.13.vol.2.Seraph.decis.957.n.2. & 3.p.2.Bursat.cons.42.n.2. vol.1. Menchaca de successs.creat.lib.3. §.22.limit.17. n.58.* siue obligatio sit realis, siuè personalis. *c.statuimus.11.q.1. Menoch.de arbitr. cas.246.n.5.* etiamsi essent plures fratres, inter quos vnus sit clericus, & agẽdum sit de patrimonialibus, nam iudicium agitandũ est in foro Ecclesiastico. *Serapin.dicta decis.957.n.2.& 3.*vt dictum fuit *in tit.de fauor.Cleric.Person.in §.16.num.2.*

3 Neque laicus est Iudex competens contrà clericum possessorem, qui ratione possessionis opponit se executioni sententiæ eiusdem Iudicis laici, quia ipse clericus, qui rem possidet, in qua est tentata executio, & ad suam possessionem defendendam executioni se opponit, reus iudicatur. *Purpurat cons.26. per totum. vol.*1. Quod tamen intelligendum est cum distinctione, quam affert idẽ *Purpurat. in dicto cons.26.n.4.& 5.* videlicet aut quærimus, an Iudex secularis, qui vult exequi sententiã, cognoscere possit de possessione clerici se opponẽtis executioni ad effectum, vt intelligat, an sit legitimus contradictor, & tunc potest Iudex secularis, quia hoc tẽdit ad decernendum, an clericus debeat sustinere partes rei, & ità procedit. *Aufrer. in repet. clem.1.in regul.2.col.5. vers.decimo fallit.de offic.Ordin.Ancbar.cons.*33.

4 Quia in articulo merè possessorio super re prophana Iudex secularis contrà clericũ cognoscere potest. *Barbat.in c.fin. de iudic. Purpurat.d.n.4. & 5.* & inferiùs dicetur, aut verò quærimus, an Iudex secularis cognoscere possit ad effectum actionis reuocatoriæ, vel proprietatis, & tunc non potest. Quinimò nõ exigitur probatio possessionis ex parte clerici, sed sufficit sola possessionis allegatio. *Ancbar.in repet. c.ea quæ. col.27.in q.17. vers. qua ratione dicẽdum,de reg.iur.in 6. Abb.in c.cum sit. n.13.vbi etiam Innoc.& alij. de for.comp. Purpurat.d.cons.26.num.5.*

5 Minùs causa finium regundorum potest Iudex secularis procedere contra personas Ecclesiasticas, & Monasteria ad restitutionem terminorũ amotorũ per easdem personas Ecclesiasticas, sed còram Iudice Ecclesiastico sunt conueniendæ, quia cum agens remedio finium regundorum sit actor, & teneatur probare dominium contra reum conuentum, tenetur sequi forum rei. *l.actor. C. de probat.* actio etenim finium regundorum continet in se causam proprietatis. *l.si quis.vbi Bald.& Castr.C.fin. regun.Cœphal. cons.63.nu.8. vol.1.Benintend.decis.86.num.2.*Prætereà agens actione ista tenetur se probare dominũ. *Faber in §. quadam actiones.n.32. vbi etiam Angel.n.11. Instit.de act.Bald. cons.379. & 420.vol.1. & cons.286.vol.2. Ias.cons.6.vol.1. & cons.200.vol.2.*

6 Et

6 Et in tantum est conueniendus clericus coram suo Iudice Ecclesiastico, vt quamuis sit hæres institutus à laico, ratione huiusmodi hæreditatis non possit conueniri coram Iudice seculari pro debito defuncti, sed sit conueniendus coram Iudice Ecclesiastico. gloss. 1. in cap. clericum nullus. & ibi Archid. n. 3. Gemin. & Præposit. 11. q. 1. & gloss. fin. in c. is qui in ius. vbi Io. Andr. de reg. iur. in 6. Abb. in cap. quia V. nu. 12. & ibi addit. ad Felin. num. 3. vers. limita secundò Butr. nu. 12. & Dec. num. 31. de iudic. Bart. in l. hæres absens. & ibi communiter DD. ff. eod. Ias. in auth. quas actiones. num. 39. vbi etiam Bald. & Fulgos. C. de sacros. Eccles. Bald. in l. 2. C. vt in poss. legat. Maran. in spe cul. par. 5. num. 13. Rot. decis. 5. num. 1. de for. comp. in antiqu. Couar. de communi pract. quæst. cap. 8. num. 4. vers. tertia conclusio. & vers. quarta cõclusio. Dec. cõs. 700. num. 6. etiam quòd laicus cuius est hæres clericus, esset obligatus in forma Cameræ cum renunciatione priuilegij fori. Galles. de Cameral. obligat p. 2. q 2. nu. 1. Scaccia de iudic. cau. ciuil. & crim. lib. 1. c. 11. n. 23. qui testatur de communi, magis communi, & seruata opinione. Seraphin. decis. 957. nu. 5. par. 1. Nequè opus est, quòd comparеat clericus ad declinandam iurisdictionem, quia nihilominus processus est nullus. Fel. in cap cum ordinem. num. 15. de rescript. Seraphin. d. decis. 957. num. 5.

7 Etiam quòd cœptum fuisset iudiciũ contrà laicum prædecessorem. Abb. in d. cap. quia V. num. 12. vers. & per hoc infertur. & ibi addit ad Felin vers. limita. 2. qui dicit de veriori opinione. vbi etiam Butr. nu. 12. & Imol. sibi contrarius. & Dec. n. 37. vbi post Aret. dicit istam opinionem in practica præualere, & moderni omnes. de iudic. Angel. in l. tàm ex contractibus. ff. eod. Bald. in l. 1. & Salicet. in fin. C. si pend. appel. Alex. in l. si constante. §. fin. & ibi Roman. ff. solut. matrim. Cagnol. in l. 2. nu. 186. C. de pact. inter empt. & vendit. vbi dicit de communiori opinione. Ias. in l. emancipati. num. 3. C. de collat. Rip. in cap. decernimus. num. 22. de iudic. Antonin. var. resol. lib. 1. resolut. 49. Surd. cons. 222. num. 4. & decis. 110. num. 1. & 2. Oldrad. cons. 83. nu. 3. Aufrer. de pot. iud. secul. super Eccles. q. 126. Boer. dicens de veriori, communiori, & tutiori opinione decis. 69. num. 35. Afflict. in prax. iud. §. 2. cap. 12. nu. 54. qui testatur de magis communi, & veriori opinione. Tusch. qui dicit hanc esse communiter receptam opinionem Canonistarum, quam etiam maior pars legistarũ tenet in pract. conclus. 451. num. 38. & seq. tom. 4. quoniam ex persona successionis forus mutatur. gloss. in cap. vnic. verb. semestre. de iurepatr. in. 6. & quia Iudex secularis nullo modo clericum criminaliter, siuè ciuiliter iudicare potest. Dec. post plures ab eo citatos in c. 5. n. 36. & seq. de iudic. & de communi opinione dicit Thusc. d. conclus. 451. n. 38. & 44. tom. 4. Rot. d. decis. 5. de for. comp. in antiqu. & de veriori, & communiori opinione dicit Purpurat. cons. 83. per totum. vol. 1. Mysing. singul. obseruat. centur. 3. obseruat. 45. n. 2. qui testatur hanc opinionem esse magis communem, & melioribus rationibus fundatam. Mart. de iurisd. p. 4. cas. 33. Thessau for. Eccles. cap. 38. nu. 80. Seraphin. d. decis. 957. nu. 9. nam licet iudicium esset cœptum cum defuncto, non tamen fuit incœptum cum clerico, quamobrem semper obstat, quòd clericus iudicio laici se submittere non possit. cap. si diligenti. de for. com. cum alijs iuribus vulgatis. Et multò minùs, quando clericus succedit laico, potest executio fieri per Iudicem secularem contra eum, quamuis defuncti obligatio haberet vim rei iudicatæ, quia vbi contrà heredem fieri debet executio, præmitti oportet vocationem, & aliquam causæ cognitionem, quam in clericis Iudex secularis præmittere non potest. Soccin. in cap. proposuisti. nu. 54. & 55. de for. comp. Rot. d. decis. 5. Franc. decis. 656. Lap. alleg. 118. num. 4. Boer. in consuetud. Bituricen. §. 21. col. 3. & 4. Non desunt tamen qui dicunt clericum conueniri posse coram Iudice seculari, si coram eo incœptum fuerat iudicium contrà laicum defunctum. Castr. in dicta l. hæres absens. num. 4. & ibi Ang. ff. de iudic. Imol. in l. si eum hominem. ff. de fideiuss. qui tamen non audet hoc firmare, sed post argumenta hinc inde facta dicit, tene quod vis, quia passus est dubius. Barbat. in c. quia. nu. 45. de iudic. Viuius com. opin. verb. clericus. num. 48. liber. 1. Bursat. cons. 93. num. 42. vol. 1. Vasqu. de success. par. 1. lib. 3. §. 22. num. 70. Couar. pract. quæst. d. cap. 8. n. 2. vers. 2. conclusio. Osasc. decis. 78. num. 18. Surd. decis. 110. per totam. vbi defendit clericum succeden-

tem laico ligati instantia iam cœpta, Sed reuera prior opinio plurimorum testimonio roboratur, quàm posterior, & ideò illa est tenenda, *l. 1. ff. de offic. quæst.*

8. Nam opinio quæ constat plurium Iurisconsultorum testimonio est verior, & assumenda, *d. l. 1. Couar. in reg. possessor. par. 3. in princ. nu. 2. vers. cæterum. de reg. iur. in 6.* Prætereà nõ reperitur iure cautũ, quòd hæres teneatur prosequi corã Iudice seculari iudiciũ cœptum. *Fel. in c. quia V. n. 4. de iudic. Asin.* post alios *in d. c. 12. n. 54.*

9. Sed an ratione tributi, siuè census soluendi ex suis possessionibus clericus conueniri possit coram Iudice seculari, an verò debeat conueniri coram Iudice Ecclesiastico? *Guilielm. de Cun. in l. de his. C. de Episc. & Cler.* dicit clericum posse trahi coram Iudice seculari ratione tributi soluendi ex suis possessionibus, quia secundum eum magis conuenitur possessio, quàm persona. *gloss. in cap. Princeps. & in cap. conuenior. 23. q. 5. Marian. Soccin. in cap. 1. limit. 27. de for. comp.* sed *Bald. in d. l. de his. n. 1.* improbat hoc dictũ, quia licet possit fieri missio in possessionem pro tributo, persona tamen non potest per Iudicem secularem distringi, seù conueniri, & sequitur *Soccin. in cap. sanè. col. 10. de for. comp. Abb. in cap. qualiter. num. 9. de iudic. Barbat. cons. 1. num 62. & 63. vol. 3. Purpurat. cons. 335. num. 10. vol. 1.* nam licet conuenire clericum ratione tributi respiciat onus reale, stare tamen in iudicio respicit personã, cum in iudicijs quasi contrahatur, & personaliter obligetur. *l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. l. 2. ff. de prætor. stipul. Dec. in cap. at si clerici. n. 161. de iudic.* Ergò neque etiam respectu tributi conueniri poterit clericus, quia persona subijceretur Iudici seculari cõtrà *dicto cap. si diligenti. cap. 1. & cap. 2. 11. quæst. 1. cap. si Imperator. iuncta gloss. penult. 96. distinct. Abb. in d. cap. qualiter. n. 6. & 8.* Idem dicitur, vbicunque clerici tenentur ad aliquod onus collectarum, nam illis casibus compulsio ad solutionem fieri debet per Iudicem Ecclesiasticum, non autem per secularem. *Bellem. cons. 45. in fin. cons. 46. num. 1. 2. & 4. & cons. 47. num. 1. vers. super sexto. Cald. cons. 2. de censib. Corn. cons. 32. col. fin. vol. 4. Bald. cons. 346. Purpurat. cons. 335. num. 10. & seq. vol. 1. & cons. 485. num. 3. & 4. vol. 2. & post Anchar. Salic. Abb. Couar.* & alios, quos refert, & sequitur, *Menoch. cons. 800. n. 17. 19. 50. & 51. vol. 8. Guid. Pap. q. 77. in fin.* & dicetur *in tit. de Exempt. cleric. à muner. public. in §. 2.* Neque obstat quòd dici possit clericos per Iudicem secularem compelli ad solutionem huiusmodi oneris per occupationem ipsarum possessionum; quia ipsa prædia occasione tributi vel censentur obligata. *Bart. in l. rescripto. §. fin. n. 1. & seqq. ff. de mun. & honor. gloss. in l. munerum. §. patrimoniorum. verb. Pontifex. ff. eod. Castr. in l. 2. num. 3. & 4. C. sine cens. vel reliqu. Bald. in auth. sed & periculum. & ibi Salicet. C. eod. & in l. de his. C. de Episc. & Cler.* per doctrinam fundamentalem. *Innoc. in cap. postulasti. de for. comp.* Nam respondetur *Innoc.* loqui in casu singulari, nempè si Iudex requisitus negat administrare iustitiam, quia tunc secundum ipsum possent clerici omni meliori modo compelli. Quod tamen neque subsistere potest, quia Iudex secularis, cum sit inferior, non potest supplere negligentiam Iudicis Ecclesiastici, qui est superior. *Abb. in d. c. qualiter. nu. 8. de iudic.* vt dictum fuit superiùs *in tit. de fauor. Cler. Person. in §. 2.* dicetur quoque inferiùs in §. 5. Prætereà si Iudex Ecclesiasticus non facit iustitiam, tunc recurrendum erit ad Superiorem ipsius Iudicis. Præterquamquòd si compellerentur clerici eo modo per Iudicem secularem, molestarẽtur ipsi clerici per indirectum, quod fieri non potest, quia priuilegium cõpetens Ecclesiæ non solùm respicit personas Ecclesiasticas, sed etiam bona. *Abb. in d. cap. qualiter. num. 8. Nat. cons. 27. nu. 4. & per totum. vol. 1.* vt superiùs insinuatum fuit, & dicetur *in tit. de exempt. clericor. à statut. secular. in §. 1.* Quod si bona translata fuissent in Ecclesiã, siuè Ecclesiasticam personam sub conditione soluendi onera, & huiusmodi personę Ecclesiasticæ recusarent soluere, tunc ego dicerem licere laico propria auctoritate illa capere. *cap. verum. de condit. apposit. Bellem. cons. 4. n. 4. Angel. cõs. 102. Barbat. cons. 1. col. 10. in fin. vol. 3.* & post eos, & alios allegatos dicit *Alderan. de general. statut. interpret. concl. 1. nu. 100. circà fin.*

10 Quinimò etiam clerico cõdemnato per Iudicem secularem in casibus, in quibus Iudex secularis posset, non fit executio sententię contrà clericum super bonis Ecclesiasticis, neque contrà personam procedi potest, nisi ministerio Iudicis Eccle-

siastici, *Dec. in tract. crim. lib. 4. c. 11. nu. 3.*

11 Et si daretur, quòd Iudex secularis posset illam missionem facere in re tributaria ab Ecclesia possessa propter tributũ non solutum, exigitur tamen declaratoria Iudicis Ecclesiastici, quod Ecclesia cessauerit à solutione tributi antequàm laicus missionem faceret. *Abb. in d. cap. qualiter. n. 9. in fin. sequitur Felin. in c. Rodulphus. nu. 35. vers. sed sententia declaratoria. de rescript. & in c. cum non ab homine. nu. 9. versic. vtrum autem. de iudic. Purpurat. d. cons. 335. nu. 10.* Nequè si possessio caderet in commissum debet Iudex secularis extendere manũ, nisi priùs declaretur per Iudicem Ecclesiasticum. *c. cum secundum leges. de haeretic. in 6. Abb. in d. c. qualiter. nu. 9. Felin. in d. c. cum non ab homine. n. 9. & in d. c. Rodulphus. nu. 35. vers. sed sententia declaratoria. Bart. in l. eius qui delatorẽ. ff. de iu. fisc. Nat. cõs. 27. n. 5. vol. 1.*

12 Si autem collecta in casu permisso imponatur colonis Ecclesiarum, tunc cognitio erit Iudicis secularis, ex quo pars fructuum à solo separatorum pertinẽs colonis subijcitur Iurisdictioni suç, sed si tractaretur de exigenda collecta à clericis in casu, in quo diceretur Ecclesiam teneri, tunc cognitio erit Iudicis Ecclesiastici. Verùm si incideret quaestio, An coloni Ecclesiae collectentur permissiuè, vel nõ permissiuè sincerè, vel in fraudem, tunc cognitio erit pariter Iudicis Ecclesiastici. *Purpurat. cons. 594. in fin. vol. 2. facit. c. si Iudex laicus. de sent. excom. in 6.*

13 Familia item clerici, vt sunt mancipia, & famuli, & coloni perpetui eorundem clericorum, & Ecclesiarum gaudent eodem priuilegio fori, quo gaudent eorum Domini. *gloss. in cap. 2. verb. de iure. vers. item laicos. de except. in 6. Bald. in l. 1. num. 2. & in l. 2. num. 4. C. de Episc. & Cler. Abb. in c. 2. n. 6. vbi etiam Felin. n. 2. & Butr. de for. comp. Niger in extrauag. vnic. nu. 89. de vit. & honest. cleric. Capic. decis. 12. numer. 2. Capel. Tholos. decis. 378. Thessau. decis. 22. nu. 5. & decis. 116. n. 12. Gratian. Rot. March. decis. 233. nu. 3. & 4. Federic. cons. 111. nu. 10. Decian. cons. 51. per totum. vol. 3.* & de recepta omnium sententia testatur. *Menoch. de arbitrar. cent. vlt. cas. 562. nu. 3. & 20.* licet secùs sit de famulis, aut colonis clericorum temporalibus, vel conductitijs, & mercenarijs precio seruiẽtibus, etiam quod sint famuli ad beneplacitum. *Capic.* de magis cõmuni *d. decis. 12. nu. 2. Clar. in § fin. q. 35. nu. 12. Nat. cons. 576. num. 3. 6. & 17. Grammat. cons. ciuil. 102. nu. 14. Couar. pract. quaest. c. 35. n. 2. vers.* nõ video. *Menoch. d. cas. 562. num. 11. Thessau. d. decis. 22. & decis. 116. Federic. de Senis cons. 3. nu. 9. Specul. tit. de competen. § 1. num. 27.* & secundum istam distinctionem sunt intelligendae. *gloss. in c. clericum. 11. q. 1. & in c. eos. verb. eos qui. 32. dist.* dicentes familiam clericorũ gaudere eodem priuilegio, quo gaudent ipsi clerici. Non desunt tamen, qui teneant colonos Ecclesiarum conueniendos coram Iudice Ecclesiastico. *l. 1. §. ibi verum etiã hominibus eorundem. C. de Episc. & Cler. Capic. d. decis. 12. in fin. Rip. in tract. de peste. tit. de praeseruat. remed. 5. num. 124. Zeuallos in suis resolut. crim. cas. 12. nu. 4.* quia exempta persona ab alicuius foro, videtur exempta tota eius familia, & domus. *l. non aliter. ff. de iudic. l. 1. C. si quacunque pradit. potest. c. continua. 11. q. 1. Castr. in l. si quis. C. vbi caus. fiscal. Ias. in l. cum quadam. ff. de Iurisd. omn. Iudic.*

14 Familia quoq. Episcopi gaudet priuilegio fori, tàm in ciuili causa, quàm criminali, etiamsi sit secularis, neque statutis secularium ligatur. *cap. fin. vbi Host. num. 14. Abb. num. 5.* & communiter DD. *de offic. Archid. Abb. in d. cap. cum non ab homine. num. 2. de iudic. & in d. c. 2. nu. 6.* vbi testatur de communi, *& Felin. de for. comp. & in cap. Ecclesia. nu. 9. de immun. Eccles. l. 1. & 2. C. de Episc. & Cler. Bald. in l. omnes in princ in 3. not. & ibi apostil. C. eod. Calcan.* qui fatetur communem *cons. 72. Oldrad. cõs. 293. n. 5. vers. potest & alia. Marsil. cons. 67. n. 60. Nat. cons. 576. nu. 6. Bursat. cons. 35. nu. 13. vol. 1. Suar. de defens. fid. cathol. lib. 4. c. 29. n. 3. Campanil. diuers. iur. canon. Rubr. 9. cap. 9. num. 12. Io. Anton. de Nigr. in d. Extrauag. vnic. num. 89. de vit. & honest. cleric. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 75.* vbi agit de Cancellarijs, & Notarijs fori Episcopalis, & *lib. 3. resol. 14. numer. 2. & 3. Auctor prax. Archiep. Neapol. c. 9. Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 471. n. 5. & decis. p. 4. decis. 292.* cũ alijs ibid. allegatis. *Menoch. de arb. cas. 562. nu. 13. Clar. d. q. 35. n. 12. Boss.* de communi *in pract. crimin. tit. de for. comp. num. 127. Capic. d. decis. 12. n. 1.* vbi testatur de communi opinione. *Thessau. d. decis. 22. num. 6. Viuius decis. 116. lib. 1. Maran. in suo*

Specul.par.4 dist.11.num.4. Capel.Tholos. decis.378. Gratian.Rot.Marcb.decis.233. nu.1. & disceptat. forens. cap.340. nu.31. & seq. Decian in tract. crim. tom.1. lib.4. c.9.nu.47. Farinac. in prax. crim. tit. de Inquisitione.q.8.num.46. vbi fatetur communem.

15 Quia multa Episcopis conceduntur, quæ alijs denegãtur *c.fin.de sent.& re iud. in 6.c.fin. de priuil.eod. c.quia periculosũ. de sent.excom. eod. Niger in d.Extrauag. vnic.n.89. Menoch.de arbitr.cas.336.n.10.* nam & familiares militum, vt sunt scutiferi, & familiares necessarij, gaudent priuilegio militum. *Bald.in l. 1. post Cyn. C.de vxor.milit.Dec.in c.sanè. nu.15.de priuil.* exempta etenim persona ab alicuius foro, vt dictum est suprà, videtur etiã exempta tota eius familia.*c.1. de priuil. in 6. l.non aliter.ff.de iud.l.2.C.de Episc.& Cler.l.1. C.si qua pradit potest. Oldrad. d.cons.293. Menoch.de arbitr.cas.306. & cas.562.n.7. Ricc.in prax. resol.p.1. resol.471. nu.7.& par.2.resol.393.nu.1.& 2.*

16 Et itá priuilegium concessum Scholaribus intelligitur etiam concessum eorũ nuncijs, & famulis.*cap.1. cap.clericum.& c.continua.11.q.1.c.1.de offic. Archid.glos. in c.eos. 32.dist. Bald. in auth.habita.C.ne filij pro patr. Abb.cõs.53.Grãmat.cons.120. n.15.& 16.* Quæ omnia procedunt etiam in familia Vicarij generalis Episcopi. *Io. Anton.de Nigris in Extrauag.vnic.n.21. de vit.& honest.cler. Ricc.d.resol.471.n.6.*

17 Familiam autẽ non capio pro agnatione, sed alio modo, & tũc familiæ appellatione veniũt omnes, qui in seruitio sunt. *l.Aediles.1.§.familiæ.& ibi Bart.ff.de adil. edict.l.2.§.familia.ff.de vi bonor.rapt.l.1. §.familia vbi glos.verb.seruorũ.ff.de vi, & vi arm.l.pronunciatio.§.seruientiũ.vbi Alciat.ff.de verb.sign. l.fin. C.de prox. sacror.scrin.lib.11.glos.1.in c.1.3.q.5.Card. in clem.1.in princ.in not.12.de exces.Prał. addit.ad Abb.in d.c fin.n.5. de offic.Archid. Fel.in c.in literis.nu.1.vers.tertio nota.de testib.Menoch.de arbitr.cas.552.nu.2.cum seqq.Farinac.de test.q.55.num.133.* Et familiæ appellatione veniunt omnes, qui cũ aliquo habitant. *gloss. in d. cap. in literis. verb.familia. vers. familiares appellãtur. vbi etiam Felin. d.vers.tertio nota.*

18 Hinc infero Notarios Curiæ Episcopi gaudere priuilegio fori. *Gratian. Rot. Marcb.d.decis.233.per totam. & disceptat. forens. cap.340.ferè per totum. Campanil. in Diuers. Iur. Can. Rubr.9 c.9.n.14. Antonin. lib.1. var.resol. d.c. 75.* & faciunt dicta per *Albèric. in l.inter eos.ff.ex quib. caus. maior. Imol. in clem.vnic.num.9.de reliqu. & venerat. sanct. Bald. in auth. habita. C.ne fil.pro patr. Host.in c.1.nu.5. de locat.* vt de scriptoribus scholarium, qui gaudẽt priuilegio scholarium. *Afflict. in Rubr. Iur. prothomis. num.3. Rebuff. de priuileg. scholar. quæst.166. numer.4.* tùm quia Notarij dicuntur de Curia Episcopi. *Castr.in l.nulli.nu.6.C.de Episc.& cler.* & cõsequẽter de Iurisdictione ipsius; cum hoc importet verbum Curia. *Soccin. cons.86.num.5. vol.1.* tùm verò quia cum Notarij dependeant ab Episcopo, ita vt sine illis commodè officium suum Episcopus exercere nequeat, eis est concedendũ huiusmodi priuilegium, prout regulariter vbi priuilegiatus non potest vti commodè suo priuilegio, nisi includeretur familia sua, tunc illa includitur. *Felin.in c.2.n.2. vers.tene istam. de foro comp. Bart. in tract.de Represal.q. 7.princ.q.6. Niger.in d.Extrauag. vnic.n.93. Oldrad. cons.293. num.5. Gratian. d.cap.340. nu.1.& seqq. Dec. in cap.sanè. nu.13.de priuileg. Ricc. in prax. resol.par.2.resol.393.num.2.& 3.*

19 Ex supradeductis infero quòd priuilegium fori, quod habet Episcopus tanquã principalis, & caput, trahatur etiam ad Episcopi membra accessoria, & appendices, & personas illi necessarias, vt Fiscalem, Nuncios, Custodes carcerum, necnon lictores, & familiam armatam. *Felin. in d.cap.2. num.2.in fin. de for.comp. Soccin. in cap. si quis clericus. declarat. 18. eod. Mandos. de priuileg. ad instar. gloss. 11. num.32.Rebuff.de priuileg. scholar.q.166. num.1.Gratian.Rot Marcb.d.decis.233. num.12.& 20.*

20 Episcopi enim possunt habere familiam armatam. *Innoc.in c.venerabilem. de sent. excom. Angel. in l. vnic. num.3. C.ne quis in sua caus. Bald. in l. nam salutem. §.fin. ff.de offic. Praf. vig.* quem sequitur *Dec.* dicens de veriori opinione *in cap.significasti. nu.19.21. & seqq.* vbi respondet ad omnia, quæ in contrarium adduci possent. *de offic. deleg. & in dicto cap.cum non ab homine. num.29. & 30.de iudic. Aufrer. in tract. de potest. Eccles. super laic.col.5.cas.24. vers. Episcopus potest habere. Oldrad. consil. 89. Neuizan.*

cons.83.

*conſ.*83.*Pegna in Directior.Inqu.com.*105. *par.*3.*verſ poſtremò.* vbi allegat plures hoc tenentes. *Rol.conſ.*37.*per tot. vol.*4.*Diaz. in pract. crimin. canon. cap.*154.*num.*23. vbi fatetur hanc eſſe communem opinionẽ. *Antonin. var. reſolut. lib.*3.*reſol.*14.*nu.*1. *Galleſ. de oblig. Cameral. cap. reliqua de proceſſu.n.*48.*&* 54. *Concil. Trid.ſeſſ.*25. *cap.*3. *verſ. per vos proprios, vel alienos executores. de reform. Campanil. diuerſ. iur. canon. Rubr.* 12.*cap.*13.*num.* 87. *& ſeq.* vbi multos allegat. *Ricc. in prax. reſol.par.*1.*reſol.* 473. *Mart. de Iuriſd. par.*1.*caſ.*50.*num.*5.*& ſeq.& p.*4.*caſ.*111. *num.*5. *Caball.lib.*1.*reſol. crimin. caſ.*94. *Lelius Iordanus in tract. de Roman. Sed. orig. c.*8.*per totum. & in tract. de maior. cauſ. per tot. Theſau.for.Eccleſ.c.*9. *n.*19. *cum ſeqq.& cap.*16.*num.* 16.nam cum ſint conceſſa Epiſcopo ea omnia, ſine quibus officium exequi non poteſt. *c. preterea de offic. deleg. l.*2. *ff. de Iuriſd. omn. iud.* videtur etiam conceſſa familia armata,quicquid aliter ſentiat. *Abb. in d.cap.cum non ab homine. num.*8.*& in d. cap.ſignificaſti. num.* 10.*vbi etiam Felin. num.*4. Inquiſitores etiã poſſunt habere familiã armatam.*Simanc.deCathol.inſtitut.tit.*41.*n.*15. *Pegn. inDirect.Inquiſit par.*3 *q.*56.*com.* 105.eorundem Inquiſitorum Officiales arma deferre valent diù, noctuq. non obſtante quacumque lege Ciuili, vel municipali in contrarium edita, vel edenda, & ratio,quæ eſt in Inquiſitoribus, eadem in Epiſcopis reperitur. *Pegn.d.com.*105. *verſ. poſtremò.* ergo idem ius ſtatuendum erit. *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* & habet Epiſcopus Carceres, ac in eos conijcere poteſt reos.*c. cumEpiſcopus.de offic.Ordin. c. nouimus. de verb. ſign. clem.*1. *de hæret. Dec.in cap ſignificaſti.n.*8.*de offic.delegat.* facit *D. Thom.* 2.2.*q.*40.*art.*2.

21 Hinc dicũt Doctores poſſe Epiſcopum, ſiuè eius Vicarium punire exceſſus Officialium laicorum, qui Curiæ Epiſcopali inſeruiunt, vt ſunt Cancellarij, Notarij, Nuntij, & Executores. & eorum, qui ſunt de ſua familia. *l.*2.*C deoffic.magiſ. milit. Arebid.in c.ſiEpiſcopus. vbi etiã Io. Andr de offic.Ord.in* 6.*Barbat.latiſsimè in c.cum contingat.n.*13.*& ſeqq.de for.comp. Aufrer.depoteſt.Eccleſ.ſuper laic.num.*25. *Calcan.cõſ.*72.*Marc.deciſ.*281.*inſin par.*1. *Boer.deciſ.*9.*n.*7.*&* 8.*Couar.pract.quæſt. c.*10.*n.*2.*Nat cõſ.*576.*Gratian.Rot. Marc. d.deciſ.*233.*num.*19.*& d cap.*340.*num.*31. *Deeian. in tract. crimin tom.*1.*lib.*4.*c.*10. *n.* 3. *Ricc. in prax. reſol. par.*1. *reſol.*471. *num.* 9. *&* 10. *Antonin. var. reſol. lib.* 3. *reſol.*14. *num.*2.

22 Quemadmodum dicimus Prætorem habere poteſtatem puniendi ſuos Officiales, vt Notarios, Nuncios, Biruarios, & huiuſmodi,pręſertim pro delictis in officio commiſſis. *Alberic. in l.nulli. num.*1. *& Angel. nu.*2.*C. quor. appellat. Boer. dicta deciſ.*9.*per totã.Farinac.de var.ac diuerſ. quæſt. q.*101. *num.*86. *tom.*1.*par.*2.

23 Habent etiam Epiſcopi Fiſcum. *c. ſi quis.*17.*q.*4.*cap.quia diuerſitatem.vbi glo. Butr. & Imol. de conceſſ. preben. clem. nolentes. de hæretic.Afflict. de iur.prothomiſ. §.*9.*num.*22.*Felin.in c.irrefragabili. §.*1. *num.*21. *de offic.Ordin.Couar.*dicens de veriori, & magis recepta opinione *lib.*2. *var. reſol. cap.*9. *num.*11. vbi multos allegat. *Capell. Tholoſ.q.*229. *nu.*3. *& q.*275. *num.*6. *Ricc. in prax. reſol.par.*1. *reſol.*300.*num.*1. *& reſol.* 479.*nu.*3. Nec non habet territorium Epiſcopus.*c. omnes baſilicæ.*16.*q.*7. *cap.fin. de conſtit.in* 6.*vbi Gemin.vlt. not. Hoſt. in c.cum contingat. vbi Innoc. Io.Andr. nu.*4.*&* 5.*& Barbat. de for.comp. Abb.in c.cum Eccleſiarum num.* 10. *de offic. Ordin.* omnis enim iuriſdictio ordinaria requirit territorium,cui cohęreat, & ſine eo ſubſiſtere nequit. *Bal. in l.quiſquis ex conſenſu.n.*9. *in fin. C. de Epiſc.audien.Boer. deciſ.*227.*n.*7.Prętereà Diœceſis idem in effectu ſignificat quoad iuriſdictionẽ Eccleſiaſticã,quoad territorium, quoad temporalem. *Io. Andr. in cap.cum Epiſcopus. num.* 1. *vbi Gemin. & DD. de offic. Ordin. in* 6. *gloſſ.in §. non aliter. verb. Diœceſeos. vbi Angel. nu.*8. *& DD. auth. quom. Epiſc. Alberic. in Dictionario verb. Diœceſis.*

24 Et in tantùm Notarij Curiæ Epiſcopi, Fiſcalis, & alij ſupradicti gaudent priuilegio fori, vt illo etiam fruantur,quãuis non viuant expenſis Epiſcopi,nam ſufficit, quòd ſintEpiſcopo neceſſarij ſecundùm ipſius dignitatem, & actu ſeruiant in officio Epiſcopatus,vt pluribus comprobat *Gratian. d. cap.* 340. *n.*8. *cum pluribus ſeqq.*

25 Hi verò,qui habent ſolùm literas familiaritatis ab Epiſcopis, non habebunt huiuſmodi priuilegia, quaſi non ſint in famulatu, & ſeruitio actuali. *Abb. in c.cum dilectus. de cler. non reſid. Menoch. de arbitr.*

*arbitr. caf.*552. *nu.*8. vbi subiungit idem dici de habentibus literas familiaritatis Cardinal. *Azor. p.* 1. *Instit. Moral. lib.*5. *cap* 22. *q.* 8. *Gomez. in regul. de impetra. benefic. vacant. per obitum famil. q.* 13. *Gratian. d. cap.*340. *num.* 20.

26 Neque habentibus huiusmodi familiaritatis literas à Cardinalibus exemptionis priuilegium suffragatur, quominus coercitioni Diœcesanorum, & Ordinariorum subiaceant, nisi fuerint actu domestici, & continuò commensales, vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa ad tempus à Romana Curia absentes fuerint, vt sanciuit Leo X. in sua Constitutione decima, quæ incipit. *Regimini.* familiaris etenim ad hoc, vt gaudeat priuilegio Domini, debet accipere victum à Domino, & illi actu inseruire, & continuò. *cap. fin. de verb. sign. in* 6. *Menoch. de arbitr. cas.*552. *num.*3. *cum seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 257. *num.* 40. *par.* 2. Minùs, qui inseruiūt dietim Episcopo, siuè ad modicum tempus, vt ad pingendam Capellam, potandas vites, & ad alia huiusmodi gaudet priuilegio Episcopi. *Io. Ant. de Nigris in extrauag. vnic. num.*90. *de vit. & honest. cler. Soccin. in c. si clericus. num.*2. *de for. compet.*

27 Vxores clericorum coniugatorum eundem cum eisdem clericis forum sortiuntur. *gloss.*1. *in cap. clericum.* 11. *q.*1. *& in c. cos. verb. eos qui.* 32. *dist. Abb. in d. cap.*2. *num.*6. *&* 7. *& Felin. num.*3. *vers. vxor clerici. de for. compet. Soccin. Sen. cons.*12. *num* 18. *vol.*1. nam vxor ratione matrimonij sortitur forum viri. *l. cum quadam. ff. de Iurisd. omn. Iud. l. ea qua. & l. fin. §.*2. *ff. ad municip. l. fin. C. de incol. lib.* 10. & mulieres honore maritorum cinguntur, & genere nobilitantur. *l.* 1. *C. de prepos. Lab. l. fin. C. de incol. lib.* 10. *Tiraq. in tract. de nobilit. cap.* 18. adeoquè gaudet vxor priuilegio fori eius mariti, vt etiam eo mortuo illud illi remaneat, donec alteri nubat. *l. filij. §.* 1. *ff. ad municip. Soccin. Sen. d. cons.* 12. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Laicus nequè principaliter, nequè incidenter potest esse Iudex in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus.*

2 *Laici non habent potestatem disponendi de Ecclesijs, & de rebus Ecclesiasticis. & n.*9.10. *& seqq.*

3 *Scamnorum in Ecclesia retinendorum cognitio ad laicos non spectat. Sepeliendi nequè item.*

4 *Spirituales actiones quæ dicantur.*

5 *Processiones publicas indicendi, & faciendi officium est Episcoporum.*

6 *Processionum publicarum causa clerus debet conuenire ad Cathedralem.*

7 *Præcedentiæ causa in huiusmodi Processionibus, si oriatur differentia, præcedere debent illi, qui in tali possessione reperiuntur, & eis manutentio est danda.*

8 *Festorum obseruatio non potest indici à secularibus.*

9 *Consuetudo laicorum non potest introducere diem festum.*

10 *Ecclesiasticarum rerum iudicium non pertinet ad seculares.*

11 *D. Martini dictum de causis Ecclesiæ.*

12 *D. Gelasij dictum de obsequio præstando Episcopis.*

13 *Constantini Magni dictum de iudicio Ecclesiæ.*

14 *Theodosij Iunioris Imperatoris dictū, quod laici non debeant se immiscere rebus Ecclesiasticis.*

15 *Basilij Imperatoris dictū de rebus Ecclesiasticis.*

16 *Laici non possunt cognoscere super annexis spiritualibus.*

17 *Remissio causæ Ecclesiastica, & spiritualis ad Iudicem Ecclesiasticum fieri debet.*

18 *Iudex secularis non potest præfigere terminum Iudici Ecclesiastico decidendi quæstionem spiritualem corā eodem Iudice seculari incidentem.*

19 *Vsuræ exceptio coram Iudice laico opposita debet à Iudice Ecclesiastico cognosci, qui potest inhibere Iudici laico, ne procedat in executione Instrumēti, donec dicta exceptio sit terminata.*

20 *Hospitale quando opponit exemptionē Episcopo visitāti, tunc ad Episcopum exemptionis cognitio spectat.*

21 *Peccati cognitio ad Episcopum solum spectat.*

22 *Laici sunt subiecti Canonibus prohibētibus aliquod, quod peccatū inducit.*

23 *Hæresis cognitio ad solum Iudicem Ecclesiasticum pertinet, item & suspitionis hæresis. num.*27.

24 *Sigismundi Primi Poloniæ Regis dictum de verbo Dei.*
25 *Hæreticorum libros ab Ecclesia dãnatos Princeps secularis potest abolere, & prohibere, secùs si ab Ecclesia non fuerint damnati.*
26 *Simoniæ crimen ad solum Iudicem Ecclesiasticum spectat.*
27 *Vxorem secundam ducens altera viuente est suspectus de hæresi. Secùs si tantum capitula matrimonialia celebrauerit, quia hoc casu non potest inquiri tanquam suspectus de hæresi.*
28 *Matrimonialis causa ad solum Iudicem Ecclesiasticum spectat.*
29 *Natalium causa spectat ad forum Ecclesiasticum.*
30 *Matrimonialium dependentia, vt diuortia, separatio thori ad solum Iudicem Ecclesiasticum pertinent.*
31 *Cognitio causæ annexa spiritualibus spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*
32 *Sponsa debet compelli à Iudice Ecclesiastico ad contrahendum matrimonium cum sponso, quid si promissioni interueniße negaretur ab altero ex sponsis, an iuramentum suppletorium in huiusmodi causa matrimoniali sit deferendum.*
33 *Sponsa quomodo compelli poßit ad contrahendum cum sponso, & è contrà. & num. seq.*
34 *Excommunicatus potest etiam ex causa inuitus absolui.*
35 *Sponsus si carnaliter cognouerit sponsam potest carcerari, imò excommunicari, si matrimonium contrahere recusat.*
36 *Ecclesia quãdoquè sustinet minus malum ad euitandum maius.*
37 *Meretrices quare tolerentur.*
38 *Coniuges compelluntur à Iudice Ecclesiastico ad cohabitandum.*
39 *Vxori non licet propria auctoritate à viro discedere.*
40 *Iudex causa principalis est etiam Iudex incidentium.*
41 *Iudex Ecclesiasticus quando cognoscit de legitimatione, potest etiam cognoscere super hæreditate.*
42 *Puella potest aßignari in loco tuto ad finem explorandi eius voluntatem circà matrimonium.*
43 *Puella qualiter poterit deponi ad instantiam coniuncti id requirentis.*
44 *Puellæ depositio, siuè sequestratio est arbitraria Iudici.*
45 *Arbitrium qualiter esse debeat.*
46 *Iudex secularis potest etiã sequestrare puellam in loco tuto ad tollendum violentias.*
47 *Mulieri, quæ discesit à viro propter sæuitiam, potest Iudex Ecclesiasticus aßignare locum tutum.*
48 *Iudex Ecclesiasticus potest decernere alimenta esse præstanda, & litis expensas vxori lite pendente super matrimonio.*
49 *Vxori sunt præstanda alimenta per virũ lite pendẽte super matrimonio. Vxori præstandæ sunt expensæ litis per virum lite pendente super matrimonio.*
50 *Vxori debet vir alimenta, & litis expensas præstare, etiam quòd lis pendeat super adulterio, siuè super separatione thori.*
51 *Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de dote.*
52 *Dos peti potest corã Iudice Ecclesiastico.*
53 *Iurispatronatus causæ cognitio spectat ad solum Iudicem Ecclesiasticum.*
54 *Funerandi iuris cognitio ad solum Iudicem Ecclesiasticum spectat. Mortuariorum item.*
55 *Laici non poßunt leges ferre circà funera defunctorum, & modum, vel circumstantias in eis seruandas.*
56 *Intortitia cerei, & candelæ, quæ tàm per viam circà cadauera deferũtur, quàm in Ecclesijs, vbi sepeliũtur, circà ea ponuntur, sunt æqualiter diuidenda inter ipsas Ecclesias, & proprios Parochos ex Constitutione Vrbani Octaui.*
57 *Papa potest ad libitũ disponere de iure sepulchrorum, & de Iurepatronatus.*
58 *Iudex secularis potest cognoscere de iure funerandi, & de Iurepatronatus, quando quæstio est facti, secùs si quæstio est iuris.*
59 *Iudex secularis potest incidẽter cognoscere in matrimonio, quando quæstio est facti, secùs si quæstio est iuris.*
60 *Iudex secularis in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis cognoscere potest, quando quæstio est facti, secùs si quæstio est iuris.*
61 *Excommunicationis cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.*

§. Secundus.

1 NEquè laicus potest esse Iudex principaliter, siuè incidenter in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, vt in causis, quæ tractant de ordinibus, sacramentis, obseruationibus, alijsquè rebus Ecclesiasticis diuinum cultū concernentibus, & spirituales actiones, & de quouis denique, quod inter quoscunque christianos contingēs ortum habet ex aliquo, quod specialiter ad Ecclesiam pertinet, vt electionum, præsentationum, postulationum, prouisionum, dignitatum, officiorum, Canonicatuum, etiamsi eadē causa spiritualis, & Ecclesiastica sit inter laicos. *c. benè quidem. 96. dist. c. tuam. & ibi Abb. n. 7. & 9. de ord. cognit. c. lator. c. causam. 1. & c. causam. 2. qui fil. sint legit. c. cum laicis. & ibi Abb. n. 4. & 5. de reb. Eccles. non alien. c. 2. vbi Abb. nu. 1. 3. 4. 5. 7. 10. & 19. & Dec. nu. 165. & 173. cum seqq. de iudic. gloss. in c. si Iudex. verb. spirituali. de sent. excom. in 6. & gloss. fin. in fin. in c. contingit. vbi Host. n. 2. & 4.* & communiter DD. *de arbitr. Abb. in c. de prudentia. nu. 2. de donat. inter vir. & vxor. Dec in c. at si clerici. n. 134. de iudic. Gemin. in c super literis. de rescript. Bart. in l fin. ff. de colleg. illicit. Roman. cons. 179. per totum Nat. cons. 495. num. 15. 16. & 17 vol. 3. Boss in tit de for. comp. nu. 169 Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. n. 54. & seqq.* & est communis per *Viuium in commun. opin. lib. 11. vers. Iudex laicus. Farinac. in prax. crim. tom. 1. quæst. 8. num. 20.*

2 Laicis etenim nulla datur facultas disponendi de Ecclesijs, & de rebus Ecclesiasticis siuè in temporalibus, siuè in spiritualibus. *d. c. benè quidem. c. non placuit. c. laicis. & seqq 16. q. 7. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. c. decernimus. vbi DD. de iudic. Innoc. in cap. cum venerabilis.* vbi etiam alij. *de except.*

3 Neque etiā retinēdi sedes, siuè scamna in Ecclesijs, nam ea ex gratia laicis ab Episcopo permittuntur, sicut Iuspatronatus, & ius funerandi, & sepeliendi. *Abb. in cap. abolenda. de sepult. Sebast. Medic. de sepult. quæst. 6. num. 3.*

4 Actiones autē spirituales præter superiùs dicta sunt actus confitēdi, communicandi, audiendi Missas, sepeliendi mortuos in loco sacro, vel non sacro cum illis, aut illis ceremonijs, & orationibus: item præscribendi modum, & ordinē incedendi in associando funere, & in Processionibus, comitandi Sanctissimum Sacramentum, deferendi habitum, & huiusmodi. *Nauar. cons. 3. de for. comp. Vant. d. n. 54. Suarez de virtut. & stat. relig. lib. 4. cap. 15.*

5 Et publicas Processiones faciēdi ad obtinendum à Deo temporale beneficium salutis, victoriæ, aut fructus terræ, siuè pro communibus necessitatibus ad Pastorem Ecclesiæ spectat nō ad laicam potestatem: idē dicitur de ieiunio, & huiusmodi. *Suar. de virtut. & stat. relig. lib. 2. c. 12. & lib. 4. c. 15.* Et propterea ad Episcopum spectabit dirimere controuersias, quæ oriuntur in Processionibus non solùm inter personas Ecclesiasticas tàm seculares, quàm Regulares. *Concil. Trid. sess. 25. cap. 13 de Regular. & Monial.* sed etiā inter laicos. *Grat. decis. 232. Cened. in suis quæst. Canon. q. 26. nu. 19. Vincent. de Ann. sing. 3.* & decernere, atque edicere quò, & quà Processiones dirigi, quasuè ad Ecclesias nominatim perduci debeant, vt declarauit Cong. super Conc. Trid. *d. c. 13. §. ad Episcopum. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 308. nu. 7.*

6 In huiusmodi autem Processionibus, maximè si sunt generales, vt Rogationum, & huiusmodi omnes clerici debent ad Cathedralem conuenire. *c.quoniam.* 38. *dist. Seraphin.decis.*15.*per totam.par.*1.

7 Occasione autem huiusmodi praecedentiae cõsiderata ratione possessionis obtinere debet mandatum de manutenendo, qui est in possessione praecedendi. *Tiraq. de nobilit.c.*20.*n.*50.*&* 51.*Garz.eod.tract. gloss.*18.*nu* 44.*& gloss.*48. *nu.*3.*Cassan.in Catalog. glor. mun.p.*1.*consid.*12. *Franc. decis.*153.*n.*4.*p.*2. *Gratian. discept.forens. p.*1.*c.*310.*&p.*2.*c.*298.*Seraphin.decis.*402. *& decis.*716. à quo non datur appellatio. *Greg.XIII. Constit.* 13. *Scaccia de appell. limit.*6. *membr.*2.*nu.*37. *T bessau. decis.*1. *Seraphin.d.decis.*402. *& decis.*706.

8 Festorum item obseruatio ad publicum Dei cultum ordinata inter spiritualia continetur. *Suarez d.c.*12. quare Princeps secularis nõ potest subditis suis indicere, & praecipere obseruantiam alicuius festi sine auctoritate Episcopi. *Abb.in c.*2.*n.*2. *de ferijs.*& post eũ *Syluest. & D.Antonin.* dicit *Suarez d.c.*12.*per totum. Azor. Inst. Moral.par.*2.*lib.*1.*c.*26. *vers.quinto quaritur.*

9 Neque sola consuetudo laicorum introducere potest diem festum, quia consuetudo non habet vim inducendi obligationem legis, nisi includat consensum, & voluntatem eius, qui expressè talem legem ferre posset, cum sine voluntate Episcopi non possit ferri lex de obseruatione festi, dicendum venit quòd neque etiam consuetudine. *Suarez d.c.*12. *Azor.d.c.*26. *vers.sexto quaritur.*

10 Et quod iudicium de rebus Ecclesiasticis ad seculares etiam Principes non pertineat, sed ad Iudices Ecclesiasticos spectet, habetur quoquè ex *S.Athanasio Patriarcha Alexandrino in Epist.ad solitariam vitã agentes. D.Ambros. in Epist.*33. *ad sororem,& in oratione de tradendis Basilicis. D. August. in Epist.*46.50.*&* 165. *D.Gregor.lib.*5. *Epist.*21. *Sozomen.lib.*6. *Histor.cap.*7.

11 Hinc Sanctus Martinus Turonensis Episcopus Maximo Imperatori in faciem dixit, Nouum esse, & inauditum nefas, vt causam Ecclesiae Iudex seculi iudicaret. *Sulpit.lib.*2.*Sacra Histor.*

12 Et Sanctus Gelasius Papa in Epist. ad Anastasium Imperatorẽ, Nosti, inquit, fili clementissime, quod licet praesideas humano generi dignitate rerum terrenarũ, tamen Praesulibus diuinarum deuotus colla submittis.

13 Propterea Constantinus Magnus cũ Donatistae non contenti Episcopali iudicio ad ipsum causam Ecclesiae detulissent, ità exclamasse fertur; O rabida furoris audacia? sicut in causis Gentilium fieri solet appellationem interposuerunt, vt refert *Optat. Miliuitan.lib.*1. *contrà Parmenianum.*

14 Et Theodosius Iunior Imperator in Epistola ad Synodum Ephesinam, Illicitũ, inquit, est illum, qui non sit ex ordine Sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus.

15 Ac Basilius Imperator Oratione habita in octaua Synodo, Haec, dicit, inuestigare, & quaerere Patriarcharum, Episcoporum, & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi, qui ligandi potestatem habent, qui Ecclesiasticas adepti sunt claues, non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus.

16 Neque super annexis spiritualibus possunt cognoscere seculares. *Abb. in d.c.cum laicis.nu.*5. nam de annexis idem est iudiciũ. *c.translato.de constit.c.quanto. de iudic. Crau.cons.*275. *n.*5. neque super incidentibus. *Franc.decis.*189.*num.*3.

17 Et ideò quando coram Iudice seculari opponitur, quòd causa, quae occurrit, sit Ecclesiastica, & spiritualis, tunc ad Iudicem Ecclesiasticũ remitti debet. *l.omni. C.de sacros. Eccles. gloss.in d. cap.si Iudex laicus.* in formatione casus. *in* 1. *not. de sent.excom.in* 6. *Archid.in c.*1.*n.*6.11.*q.*1. *Dec.in d.c.*2. *nu.*176. & interim per Iudicem secularem supersedendum est in articulo prophano, & praeiudiciali. *d.c.tuam. de ord.cog. Rot.diuers.p.*2.*decis.*200.*nu.*9. 10.*&* 11.

18 Quò tamen casu nõ potest Iudex secularis praefigere tempus Iudici Ecclesiastico, infrà quod oppositam corã ipso quaestionem decidere debeat, neque parti ad probandum, quia hoc esset in alienam Iurisdictionem manum mittere, & legem Superiori imponere, quod non licet. *c.ex insinuatione.de appellat. Abb. in d.c.tuam n.*14.*& ibi Innoc. & Butr. de ord. cognit. Pelin in c.cum sit.n.*1. *in fin. vers. non tamẽ posset.de foro cõp. Bart.in l.*2. *in princ.*

vbi Iaſ.nu. 12.*&* 15. qui teſtatur de communi opinione. *Rip.nu.*7.*Dec.nu.*3.*Angel. Alex.& Imol.ff.de re iud.Bar.in l.Præſes. C.de appellat.Aufrer.de poteſt.iudic.ſecul. ſuper Eccleſ.reg.*4.*fallen.*5. *Maſcard.de probat.lib.*2. *concluſ.*689.*n.*1. *Farinac.in prax.crim.tom.*1.*par.*1.*q.*8.*num.*20. *verſ. amplia præcedentem.* Et tunc poteſt Iudex Eccleſiaſticus inhibere Iudici ſeculari, ne procedat ſuper cauſa principali, vel proceſſum inchoet. *Abb.in d.cap.tuam. nu.*5. *&* 11. *& conſ.*5.*n.*1.*p.*2. *Capic.deciſ.*7.*n.*3.

19 Et in cauſa vſurarum, in qua Iudex laicus, coram quo aduerſus contractum vſurarum poteſt cohiberi à Iudice Eccleſiaſtico, ne in illius contractus executione procedat, donec exceptio vſurarum ſit à Iudice Eccleſiaſtico definita dicit *Butr.in d.c.tuam.*quem & alios ſequitur *Couar. in epitom. de ſponſal.par.*2.*cap.*8.*§.*12.*num.*4. *Caualcan.deciſ.*2.*de contract.n.*38. poteſt tamen Iudex ſecularis quando remittit incidens eccleſiaſticum præfigere terminũ, infrà quem excipiens debeat ſe præſentare coram Iudice Eccleſiaſtico vna cum proceſſu. *Bart. & alij in d. l.Præſes.* Quo excipiente moroſo, & negligente in deducendo, & probando ſuam exceptionem coram Iudice Eccleſiaſtico, non poteſt nihilominus Iudex ſecularis procedere in cauſa principali, vt poſt *Franch.* dicit *Auctor Prax. Archiep. Neapol.cap.*95.*nu.*3. ſed inſtare debet apud Iudicem Eccleſiaſticum, quòd terminũ præfigat excipienti ad procurandam expeditionem. *Abb. in d. c. tuã.* quicquid aliter ſcribat *Maſcard. concluſ.* 689.*num.*2. *& ſeqq.*

20 Ex ſupradeductis infero, quòd ſi Epiſcopo Hoſpitale aliquod viſitare volenti iuxta diſpoſitione Sacri Concilij Tridẽtini *ſeſſ.*22. *c.*8. *de reformat.* opponatur exceptio, quòd dictum Hoſpitale exiſtat ſub Regum immediata protectione, vtiquè nõ ad ſecularem Iudicem, ſed ad ipſummet Epiſcopum talis exceptionis cognitio, & diffinitio pertinet, vt declarauit Congregatio Card. ſuper *eod.c.*8. *§. Cong. cenſuit ſi Epiſcopo.*

21 Minùs poteſt ſecularis Iudex cognoſcere de peccato, cuius cognitio ſpectat ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum non ſolùm poſt peccatum commiſſum, ſed etiam antequam committatur, vt euitetur. *c.nouit. de iudic. Hoſt.in c.*1.*num.*3. *de offic.Ordin. Abb.in d.c.cum ſit.n.*18.*verſ.item ſtatuit. de for.comp.& in c.ex literis.*2.*n.*4.*&* 10. *de ſponſal.*

22 Et Laici sũt ſubiecti Canonibus prohibentibus aliquod, quod ad peccatum inducit. *Præpoſit. in cap. non oportet miniſtros.*44.*diſt.Bot. de Synodo Epiſc.in* 2.*p. art.*2.*n.*3. & poſt ipſos *Menoch.de arbitr. cent.*6.*caſ.*533.*num.*6.

23 Neque laicus poteſt eſſe Iudex in crimine hæreſis, etiam inter ſeculares, nã in eo ſolus clericus eſt Iudex. *c.ad abolendam.vbi Abb.n.*7.*&* 12.*& c.excommunicamus.de hæretic.c.vt inquiſitionis.§.prohibemus.eod.in* 6.*Abb.in d.c.cum ſit.n.*19. *de for.comp. Federic. conſ.*15. *Rol.conſ.*8. *n.*5.*& conſ.*20. *n.*10. vbi de cõmuni teſtatur *vol.*3. *Burſat.* de communi *conſ.*43. *n.*23.*& conſ.*90.*n.*16.*vol.*1.*Boſſ.in tit.de for.comp.nu.* 160.*& in tit.de hæretic.n.* 10. *Clar.in §.hæreſis.n.*4. vbi dicit cõmunem. *Director.Inquiſit par.*2 *q.*46.*nu.*11.*Azor. Inſtit.Moral.p.*1.*lib.*8. *tit.de ſacr.Apoſtol. Inquiſit. c.* 18.*q.*2. Quod adeo verum eſt, vt neque etiã ſecularis poſsit eſſe Iudex, poſtquam ei aliquis eſt traditus de hæreſi condemnatus, ſuper ipſo crimine aliquo modo cognoſcere, neque pœnam impoſitam commutare. *Clar.d.nu.*4. *& in §.fin. q.*96.*num.*7. vbi dicit communem.

24 Quare legitur de Sigiſmundo Primo Poloniæ Rege; qui cum ab eo peterent nõnulli in Comitijs Regni Varſauiæ habitis, vt de cauſa Religionis cognoſceret, conſtanter admodum recuſauit; dixitquè non ſui id muneris eſſe, Regem ſe, non Pontificem agere velle; & cum ab eo peteretur, vt putant, ſic illi adulterini buccinatores appellabant, Luterici Euangelij doctrinam in ſuo Regno prædicari pateretur, Non eſt meum, inquit, de puritate verbi Dei cognoſcere, munus hoc Epiſcoporum eſt, vt poſt *Hoſium* ſcribit *Laurent. Surius in Comment.rer. in orbe geſtar. ſub an.* 1548. vt dictum fuit ſuperiùs *in tit. De Diſcipl. Clerical.in §.*1.*num.*35.

25 Poteſt tamẽ Princeps ſecularis abolere, & prohibere libros hæreticorũ quorum hæreſis eſt detecta, & damnata. *l.dãnato. §.nec verò impios. & l.quicunque. §.nulli etiam.C.de hæretic. Ricciull.de iur. perſon. lib.*5. *c.*22. licet libros continentes hæreſes nondum ab Eccleſia damnatas prohibere nequeat, quia eſſet proferre iudicium de hæreſi.*c.vt inquiſitioni. §.prohibemus.de hæretic.in* 6.

26 Quemadmodum est etiam clericus solus Iudex in crimine simoniæ. *gloss. fin. in d.cap. cum sit.* communiter recepta. *& ibi Abb. num.20. Felin.nu.4. & Anan. num.9. de for.comp. Felin. in Rubr. de Simon. nu.3.* vbi dicit de communi. *Clar. in §. simonia. vers. hoc crimen. Farinac. in prax. crim. tom.1.par.1.q.8. num.128. Lopez ad Diaz in pract. crimin. canon. cap.64. in princ.*

27 Item contrà eum, qui alteram vxorē prima viuente duxerit, cum contrahens binas eodem tempore nuptias sit de hæresi suspectus. *Abb. in cap.cum haberet.n.3. de eo qui dux.in matrim.quā pol. Arnald. Alberic.in tract.de agnoscen.assert.cathol. q.23. per totam.* præsertim.*num.64.Duen. reg.289. limit.3. & post Lap. dicunt Gemin. & Franch. in c.accusatus. §. sanè de hæretic. in 6. Farinac.in d.q.8. num.127. vers. amplia.* vt notatum fuit superiùs *in tit. de Disciplina Clerical. in §.6.* licet secùs sit, vbi ista qualitas suspicionis hæresis non adest, quia appareat id fuisse factum potiùs ex concupiscentia, quàm quòd ducens duas vxores malè sentiret de fide, cum tunc cognitio sit mixti fori. *Arnald. Alberic. d.q.23. num.74. & seqq. Bald.in l. nemo. C.de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Felin. in c.ad abolendam.de hæretic. Roias de hæretic.par.1. nu.592. Gutierez pract. quæst.lib.2. q.8.Salced. ad Diaz.in pract. canon.cap.80.* qui dicūt de communi opinione. *Farinac. d.q.8. d. num. 127. vers. amplia.Conc.Trid.sess.24.cap.7.de reform. Caball. cent.2.resol.crimin.cas.98. nu.30.* siuè quando quis vnam viuentem vxorem habens cū alia celebrauit tātum capitula matrimonialia, quia nequit ille hoc casu inquiri tanquam suspectus de hæresi.*Ricc. in prax. resol. p.2.resol.383.n.1.& 2.* quia per stipulationē capitulorū matrimonialiū non censetur contractum matrimonium. *l.si vicinis. & l.neque C. de nupt.*

28 Neque Iudex secularis matrimonialem causam cognoscere potest, causæ etenim matrimoniales sunt per solos Episcopos decidendæ, & ad eos solos spectant. *cap.1.33.q.2.cap.multorum.35.q.6.cap.1. in fin. & c.non debet. de consang. & affin. c.auditis. de præscript. cap. accedentibus. de excess. Prал. Abb.in d.cap.tuam. nu.3. & cons. 12. num.3.par.1. Barbat.cons.31. n.18.vol.4. Federic. cons. 36. per totum. Cephal. cons.319. num.12.vol.3. Couar. in 4.Decretal. par.2.cap.7.§.6.n.8.& c.8. §.12.n.1.& 3.Cōc.Trid.sess.24.Canon.12.* Quamobrem, si quando coram Iudice seculari agitur de successione hæreditaria, incidat quæstio, an matrimonium, ex quo quispiam est natus, fuerit legitimum, seù nullum, tunc huiusmodi causa erit remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum. *cap. per latum. & c. lator. vbi Abb. num.1.3.& 7.* & alij. *qui fil. sint legit.* & post *Angel. Castr.& Dec.* dicit *Curt. Iun.in l.2.col.2. ff.de Iurisd.omn.Iud. Bart.in ead.l.2.n.4. Mysing. obseruat.* 100. *cent.* 1. *Boss. in tit.de for.cōp.n.121.Couar.in 4.Decretal. p.2.cap.8. §.3.num.4.*

29 Causæ etenim natalium, siuè legitimationis alicuius ad forum Ecclesiasticū spectant, non ad Iudicem secularem. *dicto cap.tuam.de ord.cognit.d.cap.causam.1. & d.cap.causam.2.& cap.lator.vbi Host.n.7.* qui *fil. sint legit.cap.causam quæ. de offic. deleg. Capic. decis.7. per totam.*

30 Et consequenter non à Iudice seculari, sed ab Ecclesiastico cognoscuntur dependentia ex matrimonio, vt repudia, diuortia, impedimenta matrimonialia, & huiusmodi. *Abb. in d. cap: Ecclesia Sanctæ Mariæ.num.19. de constit. Federic.dicta cons.36. nu.1. Couar. in 4.Decretal.dicta par.2. cap.8.§.6.num.8.*

31 Et cognitio causæ annexæ spiritualibus spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. *c.quanto. vbi gloss. verb.connexa.& DD. de iudic.* quia ratione connexitatis tale iudicari debet, quale est directum. *c.translato. de constit. cap. prætereà.in fin. & ibi gloss. de offic. deleg.*

32 Infertur secundo, quòd solus Iudex Ecclesiasticus est competens ad compellendum sponsam, siuè sponsum ad contrahendum matrimonium secundùm promissionem datam. *c.commissum. c.requisiuit. & c.ex literis 2. vbi Abb.nn.4. de sponsal.* quòd si alter ex spōsis negaret promissionem interuenisse, neque huiusmodi promissio probaretur, tunc non posset deferri iuramentum suppletorium, cum agatur de causa magna, & graui. *c.mulieri. vbi Io.Andr. num.4.& Abb. num.6.vers. hæc sunt. & appostill. c.fin. §.sanè.de iureiur. Gemin. cons.61. n.8. Rip. resp.3.num.15. de sponsal. Boer. decis.85.num.3.Antonin. var.resol.lib.1.resol.28.num.12.Farinac. in fragm.crim. par. 2. num.1243. verb. iuramentum.* In causa etenim graui non

defer-

desertur iuramentum suppletorium *Marant. in specul. par. 2. actu. 9. n. 7. Menoch. de arbitrar. casu 464. num. 4.* nisi fuerit plusquam semiplena probatio, quæ requiritur in causis granibus ad hoc, vt deferatur iuramentum suppletorium. *Benintend. decis. 67. num. 2. & 5. Put. decis 431. n. 3. lib. 2. Boer. d. decis. 85. nu. 5. Ludou. decis. Perusin. 100. n. 7. & decis. Lucen. 42. n. 14. Mant. decis. 6. num. 8. & 11.* & ità seruari per *Rot.* dicit *Seraphin decis. 566. num. 1. & 3. Capel. Tholos. q. 171. Prax. Archiep. Neapol. cap. 27. in addit. num. 25.* & in causa matrimoniali asserit *Cresc. decis. 23. num. 1. de probat.* quamuis non desint, qui teneant sufficere semiplenam probationē, *gloss. 1. in d. cap. mulieri. vbi etiam Io. And. num. 4. & Abb. nu. 6. ead gloss. in d. § sanè. verb. in probatione. & ibi Abb. nu. 9. Rip. d. resp. 3. num. 3. Boer. d. decis. 85. num. 4. Ludou. d. decis. 100. num. 7. Marant. d. actu. 9. num. 4. Menoch. d. cas. 464. n. 8.*

33 Verùm si sponsus, seù sponsa habeat iustam causam non contrahendi cum illa, seù illo, cui promissio contrahendi matrimonium data fuerat, putà odium tale superueniens, propter quod expectetur potiùs scandalum, quàm matrimonium, sit illi sponso, seù sponsæ monitio, non autem compulsio, & ità procedit *c. requisiuit. vbi Host. Io. Andr. Butr. Anchar. Abb. & Præposit. de sponsal. Sylu. verb. sponsalia. n. 10. Rot. diuers. par. 1. decis. 497. num. 1. & 2. Seraphin. decis. 1112. num. 4. & seqq. Addit. ad Ludou. decis. 376. nu. 9. Cocein. decis. 437. num. 1. 2. & 8.* quamuis sponsalia fuerint iurata, quia si superueniat causa non contrahendi matrimonium, iuramentum non obligat, cum assumat naturam, & conditionem, cui adijcitur. *l. fin. C. de non num. pecun. Coccin. d. decis. 437. num. 8. & 9. Menoch. de arbitr. cas. 535. num. 13.* si verò non adsit iusta causa non contrahendi, tunc nolens contrahere compelletur, & excommunicabitur, & ità procedit *cap. ex literis. 2. eod.* & hoc modo conciliantur. *d. cap. ex literis. 2. & d. cap. requisiuit. per Abb. in d. cap. ex literis. nu. 9. & ibi gloss. Io. Andr. & DD.*

34 Si tamen post excommunicationem Iudex videt excommunicatum pertinacē, & deteriorem; debet eum posteà absoluere etiam nolentem. *Abb. in c. clerico. n. 5. de cohabit. cler. & mul. Felin. in c. 1. n. 16. de offic. deleg. Præposit. in d. cap. requisiuit; vbi etiam Io. Andr. de sponsal.* potest enim quis inuitus absolui ab excommunicatione, vt dictum fuit *in tit. de fauor. Clericor. Canon. in § 5. num. 57.*

35 Multò magis sponsus, qui carnaliter cognouit sponsam, poterit carcerari, immò & excommunicari, si matrimonium contrahere recusauerit. *Prax. Archiep. Neap. cap. 13. Ricc. in prax. resol. par. 2. decis. 181.* quos sequitur *Nouar. quæst. forens. par. 1. q. 165. n. 14.* Verumenimuerò vbi agitur de compulsione, & Iudex videt sponsum, siuè sponsam ità obstinatos esse, vt liberè coniugio consentire nolint, & maximè vbi timetur de scandalis, & similibus ex inuitis nuptijs, debet Iudex desistere à compulsione, cum coactiones frequenter habere soleant exitus difficiles. *d. cap. requisiuit. vbi Abb. num. 4. & cap. præterea. de sponsal. Abb. in d. cap. ex literis. 2. num. 9. Couar. in Epit. de sponsal. par. 1. cap. 4. numer. 5. Seraphin. decis. 893. nu. 33. & decis. 1112. num. 3. Ludou. decis. 376. numer. 5. & seq. Thes. for. Eccles. cap. 24. num. 21. & seqq.*

36 Nam tunc Ecclesia minùs malum sustinere debet, vt maius euitetur. *cap. si quod verius. 33. q. 2. Abb. in d. c. ex literis. 2. nu. 9. in fin. arg. c. duo mala. 13. dist.* Ecclesia etenim aliquoties non compellit aliquem ad pœnitentiam, sed patitur illum stare in peccato, vt maius malum futurum euitetur. *Abb. in d. cap. requisiuit, num. 3.* & ità Iustinianus Imperator permisit vsuras, vt euitarentur rapinæ. *gloss. pen. in fin. in cap. 1. 10. dist. Bart. in Rubr. C. de vsur.*

37 Atquè Ecclesia meretrices tolerat ob euitandam promiscuam luxuriam in Republica, fœdissimasque coniunctiones, quamuis meretrices esse, & ad eas accedere mortale peccatum sit. *c. inter opera. de sponsal. c. meretrices. 32. q. 4. Couar. in 4. Decretal. par. 1. cap. 4. in princ. nu. 7. & seq.* permittuntque Ecclesia, & Principes Catholici lupanaria, non quòd illud peccatum approbent, sed vt adulteria, incæstus, atque alia luxuriæ crimina compescant. *Couar. d. cap. 4. post D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 14. c. 18. Menoch. d. cas. 535. num. 13. & 14.* iuxtà illud: Ferre minora volo, ne grauiora feram. *Aleiat. in l. Massurius. ff. de verb. sign. Graff. decis. aur. lib. 2. cap. 75. num. 4.*

38 Poteftque Iudex Ecclesiasticus cōpellere coniuges ad cohabitandum, nam

maritus debet cum vxore, & è contrà vitam agere, & cohabitare. *c. praceptum. 33. q. 6. cap. 1. de sponsal. cap. literas. & ibi Abb. de rest. spol. Couar. in 4. Decretal. p. 2. cap. 7. numer. 1. & per totum.* innocato etiam brachio seculari. *Felin. in d. cap. 1. n. 8. vbi etiam Praposit. de sponsal. Couar. d num. 1.*

39 Nequè vxori licet propria auctoritate à viro discedere. *c. porrò. & c. significasti. de diuort. Rot. diuers. p. 4 decis. 278. num. 4.* neque vir ab vxore. *Nauar. in Manual. cap. 22. num. 21, Sanchez lib. 10. de diuort. disp. 12 num. 10.*

40 Et quia Iudex causæ principalis est etiam Iudex incidentium. *cap. 1. de ord. cognit. vbi Bellem. num. 9. Cald. num. 10. & Abb. num. 5. l. 1. & l. seq. C. eod. d. cap. de prudentia. & ibi gloss. verb. accessoriè. de donat. inter vir. & vx. Abb. in c. lator. n. 5. & 7. qui fil. sint legit. DD. in d. cap. tuam. de ord. cognit. l. quoties. C. de iudic. l. interdum. §. qui furem. & ibi Bart. ff. de furt.* vbi licet Iudex maleficiorũ non possit principaliter cognoscere de causa ciuili, accessoriè tamen, & in consequẽtiam cognoscere poterit. *Boss de for. cõp. n. 117. & seq. & nu. 121. Franc. decis. 60. nu. 7. Bart. in extrauag. ad reprimendum. vers. summariè. num. 20.* quem sequitur *Ias. in l. 2. n. 5. & 6. C. de edict. Diu. Adr. tol. Bald. in l. 1. C. com. de legat. Plotin. in l. si quãdo. nu. 153. C. vnd. vi. Menoch. de arbitr. q. 45. num. 12.*

41 Ideò cum Iudex Ecclesiasticus cognoscat principaliter de legitimatione, potest etiam cognoscere, & pronunciare super hæreditate. *Abb. in cap. quod à nobis. nu. 3. & 4. qui fil. sint legit.* Item cum cognoscat de causa matrimoniali, ad ipsum spectabit cognoscere de incidẽti. *l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat.*

42 Vt putà de assignatione loci tuti puellæ, cui timetur inferri violentia super consensu præstando, & ad finem explorãdi puellæ voluntatem. *cap. cum locum. & ibi Butr. & alij. de sponsal. & c. pen. de probat.*

43 Poterit etiã deponi, aut sequestrari puella apud matronã honestam, aut Monasterium aliquod ad instãtiam coniuncti id requirentis, ne indignè, aut antè legitimam ætatem alicui nubat ad suggestionẽ eius, apud quem puella moratur, & quoties cõtra eum aliqua subsit suspicio. *l. deindè. §. pen. ff. de lib. exhib. gloss. in cap. fin. verb. insidientur. vbi etiam Host. nu 4. de conuers. infidel. Calcan. cons. 121. colum 3. Soccin. cons. 193. in 2. quæst. vol. 2. Castr. cons. 127. nu. 3. vol. 1. Crau. cons. 78. nu. 11. & cons. 100. nu. 1. & cons. 190. per totum. vol. 1. Plotin. in tract. de in lit. iuran. §. 7. num. 33. & seq.*

44 Huiusmodi autem depositio, siuè sequestratio tota residet in arbitrio Iudicis. *Alex. cons. 161. numer. 10. vol. 5. Bald. cõs. 477. vol. 5. Soccin. d. cõs. 193. in 2. quæst. vol. 2. Crau. d. cons. 190. num. 2. & 5.*

45 Quod arbitriũ est, vt Iudex debeat facere quod in rebus suis faceret, vel quod fieri sibi vellet. *Crau. d. cons. 190. nu. 5.*

46 Non negatur tamen, quin Iudex secularis possit se intromittere, & sequestrare puellam in loco tuto ad finem tollendi violentias, si matrimonium nondum est contractum, & mouetur quæstio super eo ex aliqua causa, nec pendet lis coram Iudice Ecclesiastico, cum Reipublicę intersit scandala, & violentias tolli. *l. 1. vbi Bald. C. de nupt.* Veruntamen postquam Iudex laicus voluntatem puellæ explorauerit, poterit etiam Episcopus, ad quem spectat concedere licentiam contrahendi, ponere eam in loco alio, & eius voluntatem explorare, quia ad ipsũ pertinet prouidere, ne matrimonia sint coacta. *d. c. cum locum. de sponsal.*

47 Potest etiam Iudex Ecclesiasticus assignare locum tutum, & honestum mulieri, quæ discessit à viro propter sæuitiũ, nec potest illi consuli per cautionem. *c. ex transmissa. & c. literas. vbi gloss. verb. sufficiens. de restit. spol.*

48 Item & decernere alimẽta esse præstanda, & litis expensas vxori lite pendẽte super matrimonio. *Afflict. decis. 152. nu. 3. & 4.*

49 Quæ debentur per virum eadem lite pendente. *Afflict. d. decis. 152. n. 5. Aufrer. ad Capel. Tholos. q. 88. num. 3.* maximè si vxor est in possessione vxorationis. *idem Aufrer. ad d. Capel. Tholos. quæst. 77. nu. 2.* quamuis mulier non dederit dotẽ. *Ferret. cons. 34. vol. 1.*

50 Etiam quod pẽderet lis super adulterio, siuè super separatione thori, nam maritus istis casibus alimenta vxori præstare debet. *c. ex parte. in fin. vbi Abb. Fel. & Soc. de accusat. Federic. cons. 176. nu. 1. in fin. Rimin. Iun. cons. 274. in fin. vol. 3. Seraphin. decis. 328. num. 1. par. 1. Thessau.*

for.

for. Eccles. c. 24. n. 121. eum seqq. vbi etiā dicit per maritum deberi expensas litis vxori, quando non constat, quod mulier cū sua culpa discordet à viro. Item & alimēta maritus præstare tenetur vxori in supradictis casibus, si ille sit in culpa. *Seraphin. d. decis. 328. num. 2.* Nam maritus vxorem etiam indotatam alere tenetur, dummodò vxor nullam dotem promiserit, quia sibi imputet, quod eam duxit. *Innoc. in c. per literas. de donat. int. vir. & vxo. Aufrer. ad Capel. Tholos. q. 87. n. 1. & 2.* secus verò si dos promissa fuerit, & non soluta, quia tunc vxorem alere non tenetur. *Bald. in l. fin. C. ad Velleian. Aufrer. d. q. 87. nu. 3.* Expensæ autem debent præstari secundum dignitatem illius, cui sunt præstandæ. *l. sed etsi quidem. §. 1. vbi Bald. ff. de vsufruct. addit. ad Capel. Tholos. q. 88.*

51 Potest pariter Iudex Ecclesiasticus cognoscere de dote cum cognoscat de matrimonio, quod est causa principalis. *d. c. de prudentia. & ibi gloss. verb. accessorie. & Abb. nu. 7. de donat. int. vir. & vxo. idem Abb. in c. per vestras. num. 2. eod. in c. gemma. nu. 5. de sponsal. & in c. licet ex suscepto. num. 11. vers. sextus decimus. de for. comp. Bald. in l. in contractibus. §. in omni. n. 3. C. de non num. pec. & in l. 1. n. 8. C. de dot. promissa. Gutierez pract. quaest. lib. 1. q. 44. nu. 9. Franc. decis. 312. nu. 6.* etiā post separatum matrimonium, vt inferiùs dicetur *in §. 5. cas. 8.*

52 Item si propter dotem non solutam mulier esset expulsa à domo mariti, nam potest peti dos corā Iudice Ecclesiastico. *Roger. in tract. de dote. §. dotis qui sint Iudices. num. 6.*

53 Iurispatronatus causæ cognitio spectat quoque ad solum Iudicē Ecclesiasticum. *c. quanto. & ibi Dec. nu. 4. & DD. de iudic. c. fin. de iudic. in 6 clem. dispēdiosam. eod. Seraphin. decis. 797. num. 6.*

54 Item & iuris funerandi, & mortuariorum, vt post *Butr.* dicit *Felin. in dicto c. quanto. num. 5. Abb. in c. cum laicis. nu. 5. & 6. de reb. Eccles. non alien. & in c. licet. n. 7. vers. nonus casus. de for. comp. §. si quis autem pro redemptione. de Eccles. tit. Host. in Sum. de Iurepatr. §. fin. Lambert. de iurepatr. lib. 6. q. 9. art. 10. Sebast. Medic. de sepul. q. 16. nu. 44. Gratian. Rot. Marcb. decis. 26. nu 12. & 13.* quia laici non habent ius sepeliendi respectu proprietatis; loca enim religiosa non sunt in alterius dominio cum solum habeant Parochiani vsum.

55 Neque potestas laica de mortuarijs disponere potest idest leges ferre circa funera defunctorum, & modum, vel circunstantias in eis seruandas, quia ista omnia sunt annexa rei spirituali, & concernunt diuinum cultum, & bonum animæ. *c. fin. & ibi DD. de reb. Eccles. non alien. Suarez lib. 2. cap. 12.*

56 Hinc Vrbanus VIII. Pont. Max. nouissimè approbauit Decretū Sacræ Congregationis RR. DD. Præfectorum Visitationi Vrbis habitæ coram Eminentissimo Vrbis Vicario, in qua ad effectum remonendi dissensiones, & ad euitanda scandala, ac alijs iustis de causis resolutū fuit, & declaratum Intortitia, cereos, & candelas, quæ tàm per viam deferuntur, quàm etiam omnia, quæ circa cadauera antequā terræ tradantur in quibuscunque priuatis Ecclesijs diuidenda fore, & esse pro æquali portione inter ipsos Parochos, & ministros aliarum Ecclesiarum quarumcunque, etiā Regularium, & Nationalium, seù aliàs priuilegiatarum. Ac propterea quādo huiusmodi intortitia, seù cerei, & candelæ in præfatis Ecclesijs pro celebrandis Diuinis officijs præsente corpore accenduntur, finito officio extinguenda, & cuiq. medietatem consignandam esse. Quare, &c.

57 De iure autem sepulchrorum Papa disponere potest ad libitum etiam inuitis Dominis, sicuti disponere potest de Iurepatronatus inuitis, & reluctantibus patronis. *Sebast. Medic. d. q. 16. num. 35.* Imò & Episcopus potest in sepulchro particulari aliquem sepeliri facere. *Sylu. verb. sepultura. num. 3.*

58 Et quamuis laicus cognoscere possit de iure funerandi, vel de Iurepatronatus, quando quæstio est personalis, & facti, putà, tu promisisti mihi donare tale ius, & modo negas, non potest tamē cognoscere, vbi quæstio est iuris, vt post *Butr.* dicit *Felin. in d. c. quanto. nu. 5. vbi etiam Dec. num. 58. & 59. de iudic.*

59 Idem dicitur in matrimonio, nam si quæstio est facti, idest an matrimonium sit contractum, siuè agatur de causa matrimonij in possessorio putà si maritus peteret vxorem, quæ ab eo diuertit, & tūc poterit Iudex secularis cognoscere incidenter, aut quæstio est iuris, idest an matrimonium potuerit contrahi necne, tūc

spectat

ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, neutro tamē caſu principaliter cognoſcere poteſt Iudex ſecularis. *Bald. in d. c. tuā. n. 1. & 3. de ord. cognit. Felin. in d. c. cum ſit. num. 1. verſ. in quibus collige. de for. comp. Bart. in l. Titia. & ibi Alex.* dicens communem. *ff. ſolut. matrim. Capic. deciſ. 7. numer. 2. & Theſſau. deciſ. 117. per totam. Couar. in 4. Decretal par. 2. c. 8. §. 12. nu. 3. Boſſ. de for. comp. nu. 121.*

60 Et idem dicitur in alijs cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, in quibus quādo vertitur quæſtio facti, Iudex ſecularis cognoſcere poteſt, ſecùs verò quando quæſtio eſt iuris. *Bar. in d. l. Titia. & ibi Alex.* de cōmuni *idem Bart. in l. quoties.* vbi etiā Modern. omnes dicentes cōmunem. *C. de iudic. Caſtr. in l. omni nouatione. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bal. in l filius. §. de his. ff. qui ſunt ſui, vel alien. iu. Federic. conſ. 245. Alex. conſ. 9. vol. 4. Cald. conſ. 15. de iudic.* & poſt eos affirmat *Dec.* qui fatetur communem *in d. c. 2. nu. 188. & 190. de iudic. & in d. c. quanto. num. 58. & 59. & in l. 2. num. 19. vbi etiam Bart. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Felin. in d. c cum ſit. num. 1. verſ. vbi verò Capic. d. deciſ. 7. n. 2. Rip. reſponſ. 211. nu. 5. Couar. in d. §. 12. nu. 3. Rol. conſ. 23. nu. 6. & ſeqq. vol. 2.* vt dicetur inferiùs in *§. 4.* Quamobrem poteſt opponi exceptio excommunicationis coram Iudice ſeculari, qui cognoſcere poterit in quæſtione facti, videlicet an ille ſit excommunicatus, ſecùs verò de validitate excommunicationis, quia hoc eſt iuris. *Bald. in d. l. quoties. in fin. & Dec. in d. c. 2. nu. 222. & 223. de iudic. Cald. conſ. 9. de for. comp.*

61 Nam ad Iudicem Eccleſiaſticum, nō autem ad ſecularem excommunicationis, & eius iuſtitiæ cognitio pertinet. *c. ſi quis laicus. 11. q. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. circa fin. de reform. Caiet. 2. 2. quæſt. 70. artic. 4. Theſſau. for. Eccleſ. cap. 38. num. 27.*

62 Cenſuræ etenim pertinent ad Eccleſiam, non autem ad Iudicem ſecularem. *c. quærenti. de verb. ſign. Dec. in c. cum non ab homine. num. 64. de iudic.*

63 Et ſolus Iudex Eccleſiaſticus excōmunicandi poteſtatē habet. *Abb. in c. trāſmiſſam. n. 2. de elect. Felin. in c. dilecto. n. 3. de maior. & obed. Hoſt. in Sum. tit. de ſent. excom. §. quis poſſit. verſ. nedū autē. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. n. 1. de ſēt. excō.*

64 Dummodò excommunicans ſit clericus. *c. 1. §. maximus. vbi gloſſ. verb. laico. 96. diſt. gloſſ. in d. c. tranſmiſſam. vbi etiam Abb. nu. 2. Hoſt. d. verſ. nedum autem. Fel. in c. dilecta. nu. 3. de maior. & obed. Couar. d. nu. 1.* & habeat ſaltem primam tonſurā, etiāſi ordinem ſacrū non habeat. *d. c. trāſmiſſam. Couar. in d. §. 11. nu. 1. & 10. Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 1. Nau. in Manual. c. 27. n. 5. Sylu. verb. excōmunicatio. 1. n. 6.*

65 Clericus tamen coniugatus cenſuram excommunicationis ferre non poteſt. *c. 1. de cler. coniug. in 6. Sayr. Theſ. caſ. cōſc. lib. 1. c. 5. nu. 12.* Nequè is poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. *gloſſ. in d. c. 1. de cler. coniug. in 6. cap. in noua. 16. q. 7. Couar. in d. §. 11. nu. 3.* multò minùs laicus cenſurā excommunicationis ferre poteſt. *gloſſ. in c. benè quidem. verb præter Romanum. 96. diſtin. Abb. in cap. ab excommunicato. num. 6. de reſcript. Couar. in d. §. 11. nu. 3.*

66 Poteſtq. Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere de connexis excōicationi. *Neuizan. de liter. monitor. lib. 3. num. 59. Azor. p. 1. lib. 1. Inſtit. Moral. c. 14. verſ. cauſa quaſi.*

67 Nequè laicus poteſt eſſe arbiter ſuper rebus ſpiritualibus, quia laicus eſt incapax rei ſpiritualis. *c. contingit. vbi Hoſt. n. 4. & Abb. n. 1. & 4.* & communiter DD. *de arbitr. idem Abb. in c. ſi diligenti. n. 16. de for. comp. & in c. verum nu. 16. eod. Fel. in d. c. 2. n. 8. & Dec. n. 195. de iudic. Soccin. Sen. cōſ. 18. n. 32. vol. 1. Couar pract. quæſt. c. 34. n. 1.* nequè principaliter, nequè incidenter, vt dicitur in cauſa matrimoniali. *c. fin. de tranſact. c. pen. in fin. de in integr. reſtit. glo. in c. 1. in formatione caſus. in fin. & verb. poteſtatē. de conſanguin. & affin. & in c fin. verb. ſacramentum. de tranſact. Roman. conſ. 299.* quicquid dixerit *Bald. in l. vnic. nu. 37. C. de confeſſ.* quem reprobat *Alex. in d. l. quoties. C. de iudic.*

68 Nequè laicus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. *d. c. in noua. 16. q. 7. Abb. in c. decernimus. nu. 12. de iudic.* vbi fatetur communem. *Couar. in d. §. 11. nu. 3. Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 1. q. 31. num. 1. & 2. & q. 37. n. 4.* Idem dicitur in materia Iuriſpatronatus, in qua compromiſſum factum in laicos, tāquā in arbitros nō tenet, ſecùs antē, ſi fiat tāquā in arbitros, & arbitratores. *Rom. cōſ. 175. Rot. diuerſ. p. 1. deciſ. 407. n. 2.*

69 Dūmodò inter dictos laicos ſit aliquis clericus, vt ibidē colligitur ſub eodē *n. 2.* nam laicus cum clerico iunctus poterit eſſe arbiter in rebus ſpiritualibus ex commiſſione Epiſcopi, etiā quòd ſint duo

laici cū solo clerico. *c.perpetuas. vbi Abb. n.3.de arb.Io. Andr.in c.nobis.de Iurepat.* & post eum dicit *Abb. in d.c contingit.n.4. de arbitr.Felin.in d.c.2.n.8.de iudic.Rom. d.conf.175.& conf.173. Hippolyt.sing.180, Couar.pract.quaest.cap.34.num.1.*

70 Licet alioqui non possit causa spiritualis delegari laico simul iuncto cū clerico. *Abb. in d.c.contingit.nu.4.Felin.in d.c.2. nu.8.* quia delegatus habet Iurisdictionem, vndè subijcerentur spiritualia laico, arbiter verò non habet Iurisdictionem, sed tantùm quandam notionem. *Abb. conf.33.nu.1.p.1. Imol. in d.c.2. vbi etiam Felin.d.nu.8.de iudic.*

71 In rebus tamen temporalibus, praesertim ad patrimonium clericorū spectantibus potest laicus solus esse arbiter. *c.dilecti.& c.exposita. & ibi gloss.verb.cum parte.de arbitr. Host.in d.c.2.n.1. Abb.in c.si diligenti.nu.16.& in d.c.verum.n.16, de for.comp. & d.conf.33. num.1. Barbat. conf.1.nu.7. vers.adduco,vol.3.*

72 Poterit etiam laicus esse arbitrator, quem amicabilem compositorem vulgus appellat in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis. *Hostien.in c.fin. in princ. de rer. permut.Abb.d.conf.33.n 1. Felin.in d.c.cū sit.nu.3.& ibi addit. & Rip.nu.13. de for. comp. Dec.in d.c.2.nu.4.* post *Host. Anan. Rip.Bald.*& alios ab eo relatos dicens de comuni,à qua non sit recedendū. *& n.195, de iudic.Rom.conf.175.& conf.212.Couar, in 4.Decretal.par.2.cap.8.§.12.nu.2.Rot. diuers.par.1.decis.407.nu.2.*

73 Veruntamen neque poterit laicus esse arbitrator in causis spiritualibus, in quibus transactio fieri non potest. *Rip. in d.c.2.nu.13.* vt in causa matrimoniali, in qua transactio fieri nequit. *c.fin.& ibi glo. verb.sacramentū.de transact. Couar. dicto c.8.n.2.* quia quos Deus coniunxit, homo separare non potest. *cap. deindè ponitur, 26.dist.c.an quod.& c.quos Deus.33.q.2.*

74 Super dictis autem casibus, in quibus clericus solus est Iudex, si per Iudicem secularem fiat processus, seù coram eo interueniat confessio clerici, tūc huiusmodi processus tanquam à Iudice incompetenti factus non valet, neque illa cōfessio. *c.atsi clerici.in princ.vbi Dec.n.6.de iudic. Dec. in d.c.3.n.170.eod.& conf.170.col.3.in fin. Bald.in l.si qua per calumniam.col.penul. vers.sed ponamus.C.de Episcop. & Cleric. Clar.in §.fin.q.36.vers.fin.*

SVMMARIVM.

1 *Reconueniri potest clericus coram Iudice seculari.*
2 *Reconueniri ad hoc, vt possit clericus corā Iudice seculari, quae requirātur.*
3 *Clerico in causa reconuentionis condēnato à Iudice seculari non potest fieri executio sententiae per Iudicem secularem, sed per Ecclesiasticum.*
4 *Feudi ratione clericus iudicari potest in causa ciuili à Iudice seculari.*
5 *Feudi ratione clericus iudicari non potest criminaliter à Iudice seculari.*
6 *Clericus negans tenere feudum à Domino laico non cogitur corā eo ostendere Instrumentum Inuestiturae, sed coram Iudice Ecclesiastico.*
7 *Emphyteusis ratione clericus iudicari potest à Iudice seculari, si causa fuerit ciuilis, secus verò si criminalis.*
8 *Feudum Ecclesia existēs in territorio alicuius Principis, an dicatur possideri iure allodiali, siuè iure feudi.*
9 *Feudum Ecclesia si possideat, quis erit Iudex appellationis.*
10 *Ecclesia potest possidere feuda.*
11 *Castrum praesumitur liberum nō feudale, si de Inuestitura non doceatur.*
12 *Feudum allegans illud probare debet.*
13 *Iurisdictio quando dicatur libera.*
14 *Princeps donando liberè Ecclesiae castrum, sui feudum dicitur abdicasse à se omnē superioritatē, & imperiū.*
15 *Appellationes impositae ab Ecclesia donataria deuoluuntur ad Superiores Ecclesiasticos nō autem ad Principem donantem.*
16 *Multò magis abdicatur omnis superioritas, quando donatio fit Ecclesiae Romanae.*
17 *Regalia non veniunt in donatione facta Ecclesiae à Principe de feudo, siuè Castro.*
18 *Princeps non potest concurrere in primis causis in Iurisdictione cū Vassallo. Feudum non est sine Inuestitura.*
19 *Clericus venditor, an possit conueniri coram Iudice seculari pro lite mota emptori laico. & nu.5 q.*
20 *Clericus vocatus ad iudicium seculare ad defensionem Coloni, inquilini, aut Vassalli debet remitti ad Iudicē Ecclesiasticum.& nu.24.*

21 *Clericus vocatus ad iudicium secularé potest dare declinatoriam fori, quando principaliter veniret pro suo interesse.*
22 *Laicus an possit esse Iudex clerici citati non simpliciter, sed si sua putauerit interesse. & num. seq.*
23 *Citatio cum clausula, si sua putauerit interesse, dicitur incitatoria, non arctatoria.*
24 *Colonus, seu inquilinus quando conuenitur actione reali, & nominat in iudicio Dominum, qui est clericus, est quaestio remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum.*
25 *Insinuatio testamenti facti per laicum est facienda coram Iudice seculari, quamuis fuerit institutus haeres clericus.*
26 *Laicus potest esse assessor Iudicis Ecclesiastici in rebus Ecclesiasticis.*
27 *Vicarius Episcopi nō potest esse laicus, & an hoc semper procedat. nu. seq.*
28 *Vicarius Episcopi non potest esse clericus coniugatus.*
29 *Curator debet dari per Iudicem secularem clerico litiganti coram eodem Iudice.*

§. Tertius.

1 Dantur tamen aliqui casus, in quibus clerici conueniri possunt in actione reali coram Iudice seculari. Primus est in causa reconuentionis, nam si clericus laicum conueniat coram Iudice seculari nō prohibetur laicus ipsum clericum corā eodem Iudice reconuenire. *gloss. fin. in fin. in c. deniquè. 96. dist. in c. multi. verb seculari. 2. q. 1. in c. 1. verb. super quaestionibus. & ibi Host. num 6. de mutu. petit in c. 2. verb. aut condemnare. & ibi Innoc. de for. comp. in c. relatum. §. fin. verb. seculari. de iurepatr. & in cap. atsi clerici in princ. verb. non tenet. vbi etiam Io. Andr & Felin. nu. 9.* qui testatur de communi. *& Dec.* dicens pariter de communi *à n. 156. ad n. 175.* & reprobat *Abb.* ibidem negatiuam opinionem tenentē exclusa consuetudine, & post alios eam firmat validis argumentis. *nu. 22. 23. & seq. de iudic. Archid. in c. 1. nu. 4.* vbi fatetur pariter communem, licet ipse negatiuae adhaereat. *de cler. coniug. in 6. Felin. in c. verum. n. 4. de for. comp. Bart. in auth. & consequenter. col. final. C. de sentent. & interlocut. omn. Iud. Bald in c. 1. de cōtrou. Inuestit. Io. de Amicis cons. 14. nu. 2. Hond. cons. 3. nu. 2. vol. 1. Boss. de for comp. n. 125. Surd. cons. 396. n. 6. vol. 3. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 17. Farinac.* de communi *in prax. crim. tom. 1. p. 1. q. 8. nu. 99. Boer. decis. 69. Afflict. decis. 173. & Franc. decis. 193. & decis. 376.* & maximè stante consuetudine, vt post *Io. Andr.* dicit *Abb. in d. c. atsi clerici in princ. num. 25. & Dec. num. 166. cum seqq. Aufrer. ad Capel. Tholos. q. 95. n. 3.* & praecipuè quando conuentio, & reconuentio procedunt ex eadē causa, & materia, ne causarum continentia diuidantur. *l. nulli. C. de iudic.* & dummodò clericus agat nomine proprio corā Iudice seculari, nam reconuenitur nomine proprio corā Iudice seculari, secùs autē si ageret nomine Ecclesiae, & cōueniretur Ecclesia, vel nomine pprio, vt post *Graff.* dicit *Duard. in comment. Bul. Coena Dñi. lib. 2. Can. 15. q. 11. nu. 67. vers. adde quod hae.*

2 Retenta tamen affirmatiua opinione, quòd clericus reconueniri possit, limitanda est aliquibus modis. Primò, vt procedat dummodò fiat reconuentio antè litem contestatam. *Host. in d. cap. 1. nu. 6. de mutu. petit.* Secundò, dummodò laicus non procurasset in fraudem cōueniri à clerico ad hoc, vt eundem coram eodem Iudice laico reconuenire posset. *c. relatum. §. fin. iūcta glos. verb. seculari. de iurepatr. Abb. in c. cum dilectus. nu. 9. de arbitr. Felin. in d. c. atsi clerici. nu. 10. vers. & primo quidē. Butr. in c. Ecclesia Sancta Maria. col. 2. de constit.* Tertiò, modò reconuētio non tangeret causam spiritualem, vel illi annexā. *gloss. in d. c. 2. verb. aut condemnare. de for. comp. Abb. in d. c. atsi clerici. num. 19. Bald. num. 14. Felin. nu. 10. vers. secundo fallit. Dec. n. 135. & DD. de iudic. Innoc. in d. c. 1. vbi etiam DD. de mutu. petit. addit. ad Capel. Tholos. d. q. 95. vers. secundo fallit.* Quartò, procedit dicta reconuētio in causa ciuili, nō autē in causa criminali, in qua clericus corā Iudice seculari reconueniri non potest. *gloss. in d. c. 2. verb. aut condēnare. & in d. cap. 1. verb. suis quaestionibus. & ibi Host. n. 6. de mutu. petit. & in d. c. atsi clerici. verb. non tenet. vbi Abb. n. 19. & seq. Bald. nu. 14. Dec. nu. 153. Felin. n. 10. vers. fallit tertio.* qui testantur de cōi. *& Imol. n. 5. de iud. Clar. in §. fin. q. 36. n. 5. Aufrer. ad Capel. Tholos. d. q. 95. num. 2. Specul. in*

tit.de reconuentione. §.nunc dicamus.n.7. vers.sed pone clericus. Dec.in d.c.9.nu.17. vers.attamen in criminalibus. & nõ solùm criminaliter non potest clericus reconueniri, sed nequè pro crimine ciuiliter. Clar. qui testatur de communi in d.q.36. d.n.5. quicquid dicat Host.in d.cap.1. num.7.de mutu. petit. sentiens, quòd si crimen esset tale, quod non infligeret pœnam corporalem, nequè personalem, nec priuationem beneficij, sed tantùm ciuilem, & pecuniariam, vel etiam recõueniretur clericus de crimine ciuiliter, tunc esse locum reconuentioni coram Iudice seculari. Quintò, huiusmodi reconuentio procedit in causæ cognitione, non autem in districtione personæ, quia in clericum laicus manum inijcere non potest, vt post Archid. dicit Fel. in d.c.atsi clerici.n.10. vers.fallit quarto. & fusiùs dictum fuit superiùs in tit. de fauore Clericor.Person.

3 Si autem clericus in causa reconuentionis condemnaretur à Iudice seculari, tunc executio sententiæ fiet non per Iudicem secularem, sed per Ecclesiasticũ. Host. in d.c.1.nu.7.& Butr.nu.20.& Soccin.de mutu. petit. Imol.in cap.postulasti. de for. comp.Viuius decis.46.p.1.facit c.seculares. & ibi Franc.de for.comp.in 6.

4 Secundus casus est in causa feudali ciuiliter, nam si oriatur quæstio inter clericum, & laicum super feudo, tunc Dominus feudi licet secularis illam cognoscere debet, nam ratione feudi Ecclesia, & clerici Domino laico subijciuntur. c.cæterũ. & ibi Abb.n.6.& 22.Bald.n.2. Felin.n.1. & Dec. qui fatetur cõmunem post plures ab eo allegatos.n.20.& seqq. de iudic.c.ex transmissa.vbi Soccin.limit.5. & c.verũ. vbi gloss. fin.& Host.num.2.Abb.num.17. Felin. de communi.numer.3. vers.tenent Modern.vbi etiam Innoc.& Io. Andr.de for.comp.c.Romana.§.debet.de appel in 6. Dec.in d.c.atsi clerici.nu.164.& ibi Abb. nu 23 de iudic.Archid.in c.vnic.vers.condemnari.vbi etiam Io.Andr.& Gemin.de cler.coniug.in 6.Abb.in c.si clericus laicũ. nu.7.in fin.de for.comp.& in c solita. n.3. de maior.& obed. Felin. in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.nu.6.vers.& pro limitatione. de constit.Bald.in c.dilectis.n.10.de appel. Bart.in extrauag.ad reprimendum.verb. conditionibus. Maran. de ordin. iudic. p.4.dist.11.n.49. Clar. in §.feudum.q.90. vers.sed quid si Vassalli. vbi testatur de magis communi. Guid.Pap.decis.139.n.1. in fin. Menoch de retinen. possess. remed.3. n.396.& seqq.& n.409. Villalob. cõmun. opin vers.clericus num.27. Boer.decis.69. n.8.Scaccia de sua.caus ciuil.& crim.lib.1. c.11.nu.97. Scap.in tract.de iu.non script. lib.1.c.6.Rocch.de Curte in tract.de statut. sect.8.q.11.num.86. facit cap.Imperialem. §.illud.de probib.feud.alien.Bald.cõs.375. col.fin. vers saluo semper iure Domini Comitis Sabaudiæ.vol.2.Duar.in comm.Bul. Cœn.Domini.lib.2.Canon.15.q.11 nu.68. & seqq. Azor.par.3. Instit Moral.lib.10. c.19.q.5. tùm quia in tali casu iudicat secularis in re propria, eum habeat in ea directum dominium. Host. in d.cap.verum. d.nu.2.vbi etiam Abb.nu.13.de for. comp. idem Abb.in d.c.atsi clerici.d.nu.23.& ibi Dec.d.nu.164.vers.sed ad hoc etiam replicari.tùm verò quia iura feudi sunt approbata ab Ecclesia. c.nouit. de iudic. Abb. in d.c.cæterùm.nu.6. & post eum, & alios dicit ibidẽ Dec.n.23.quicquid dicat Barbat. in d.c.verum.& in d.c.cæterùm.quem ibidem reprobat Dec.dicto num.20. & seqq. & quicquid aliter etiam sentiant recentiores, quibus pariter respondet Felin. in d.c.verum.n.3.vers.tenent Modern. Hinc infertur, quòd cum Dominus feudi, etiam secularis sit Iudex ordinarius, poterit suam sententiã mãdare executioni contrà Vassallos, etiam clericos, adeò quòd non incidat in excõmunicationem, si eos resistentes repellat terrore, vel metu armorum, non tamen tangendo personam clericorũ. Host.in d.c.verum.num.2. & ibidem post Io.Andr. dicit Abb. de veriori, & tutiori. num.23.& 24.& Felin.num.5.in fin.idem Felin.in c.nuper. nu.7.vers.& limita secundo.de sent.excom.Card.in clem.1.in princ.q.6.de pœn. Quòd si agatur non de feudo, neque de natura feudi, siuè agatur alio iure, quàm ex lege, vel consuetudine feudorum, vt ex iniurijs illatis in feudo, seù ex alijs rebus extra naturam feudi, tũc erit adeundus Iudex Ecclesiasticus ipsius clerici. Host.in d.cap cæterùm.nu.6.Abb. nu.13.vers.si verò est quæstio.Felin.nu.8. & post Innoc.& Bald. dicit Dec.nu.45.& seqq.& DD.de iudic. Hostien.in Sum tit. de feud.§.fin. Soccin. Sen.cons.12.nu.22. vol.1.

5 Quod idem dicitur si agatur contrà clericum Vassallum criminaliter ad amissionem feudi, vel etiã ciuiliter de crimine,

tunc cognitio est remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum. *Host. in eod. c. verum. nu. 2.* & ibidem post *Innoc.* dicit *Abb. num. 17. Surd. cons. 396. num. 32. vol. 3. Mart. de Iurisd. p. 4. c. 89. n. 18. & 26. & cas. 183. n. 9.* vbi alios allegat. Quia laicus super huiusmodi non potest cognoscere principaliter, neque incidenter. *cap. tuam. de ordin. cognit. c. lator. qui fil. sint legitim. Roland. cons. 12. n. 38. & seqq. vol. 2.* neque directè, nec indirectè, neque in consequentiam. *Roland. cons. 4. num. 35. vol. 1. Soccin. Sen. cons. 12. n. 22. & seqq. vol. 1. Bero. cons. 82. nu. 11. & 12. vol. 1. Surd. d. nu. 32.* ex superius deductis, & allegatis, & ex his etiam quæ dicta sũt *in tit. de fauor. Cler. Person.*

6 Similiter quando clericus negat tenere feudum à Domino laico, non cogitur coram eo ostendere Instrumentum Inuestituræ, ac titulum possessionis, sed coram Iudice Ecclesiastico. *Butr. in c. caterùm. de iudic. Franc. Marc. decis. 369. par. 2. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 183.*

7 In causa quoque emphyteotica Dominus emphyteusis, quamuis laicus, poterit iudicare clericum eo modo, quo dictũ est in causa feudali, cum valeat argumentum de feudo ad emphyteusim. *Ias. in l. 1. nu. 6. C de iu. emphyt. Clar. in §. emphyteosis. q. 50. & §. feudum. q. 3. vers. benè verũ. Euerard. in locis legal. c. 17. Ruin. cons. 24. nu. 8. vol. 1. Menoch. cons. 16. nu. 2. & 18. vol. 1. Neuizan. in Silu. nuptial. lib. 1. vers. de feud. nu. 217. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 1.*

8 Si autem Ecclesia possideat feudum, siuè aliquam Iurisdictionem temporalem intra Territorium Imperatoris, siuè alicuius Principis in dubio illa iure proprio, & allodiali, non autem iure feudi tenere præsumitur, nisi expresè, & plenè Inuestitura, & ius feudi probetur, neque in hoc casu vnus testis cum iuramento, nec alia præsũptiua probatio sufficeret. *Host. in cap. nimis. num. 5 vbi etiam Abb. n. 1. Felin. num. 4. Io. Andr. num. 3. & 4. & Imol. de iureiur. Innocent. in cap. solita. de maior. & obed.* & post eos dicit *Bero. cons. 82. num. 8. & 9.* & per totum. *vol. 1. Capic. in sua Inuestit. verb. feudales appellationes. & verb. feudalia. & in tit. feuda allodia col fin. vers. in Regno valet consequentia. Isern. in Const. Regn. Rubr. de offic. iustit. verb. feudis. vbi etiã Afflict. num. 30. Carauit. de rit. magn. Cur. rit. 42. nu. 5. Freccia de sub feud. lib. 2. auctor. 29. num. 5.* & ideò licet Imperator concedat aliquam Prouinciam, intra cuius fines situm sit aliquod Castrum, quòd ab Ecclesia in allodium, & liberè possideatur, non censetur comprehendere huiusmodi Castrum, quia non præsumitur ius alterius dare. *Innoc. in d. cap. nimis. num. 5. vbi Io. Andr. num. 4. Ancbar. num. 4. & Butr. num. 7. Iacob. de S. Georg. de feud. vers. de castro rubei montis. num. 16. Cassan. in consuetud. Burgund. vers. des fres. rubr. 3. §. 4. vers. die quod istud. num. 18. & vers. la vif saisit la mort. rubr. 9. §. 4. vers. quis dicatur. num. 11. Castr. cons. 173. vol. 1. Clar. in §. feudum. quæst. 18. num. 1. vbi etiam addit. Angel in l. 1. §. fin ff. de offic. eius. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de Iurisd. omn. iud. in §. expedito. vers. pastoralis notabiliter.* facie *Afflict. decis. 267. per totam. & 277. & 361. vbi etiam Vrsill.* nam à primæuo iure omnis persona, & omnis terra libera erat. *cap. ius gentium. 1. dist. gloss. in cap. quamquam. de censib. in 6. Innocent. in cap. quod super. de voto.*

9 Proindè succedit, quæstio de Ecclesia posidente feudum, siuè Iurisdictionem temporalem, quis erit Iudex appellationis? Et dicendum est, quòd si illud feudum, seù Iurisdictio tẽporalis recognoscit Dominum temporalem, vt quia habeat Ecclesia in feudum, tunc appellatio erit ad Dominum temporalem, si verò feudum, aut illa Iurisdictio est incorporata, & totaliter translata in patrimonium Ecclesiæ liberè, nec pro illo feudo, siuè Iurisdictione recognoscitur Dominus tẽporalis, appellatur ad forum Ecclesiasticum. *Bart. in l. 1. §. si quis. num. 14.* quem ibi sequitur *Imol. ff. de appell. Ang. in d. l. 1. §. fin. ff. de offic. eius. Franc. in Rubr. de appellat. n. 37. vers. tertiò quæritur. & in c. Romana. §. debet. vbi etiam. Ancbar. & Gemin. eod. in 6. Innoc. in cap. solita. & ibi Card. de maior. & obed. Belluc. in suo Specul. in Rubr. 22. §. & quia quotidiana. num. 35. Nat. cons. 580. nu. 22. vol. 3. Couar. pract. quæst. cap. 4. nu. 2.* vbi dicit de magis communi opinione, nisi de consuetudine, vel priuilegio appellaretur ad Dominum tẽporalem. *d. §. debet. Franc. d. vers. tertiò quæritur. Couar. d. n. 2. Capic. decis. 137. num. 12. & 13.* Ratio autem quare in supradicto casu appelletur ad forum Ecclesiasticum ea est, quia per translationem

tota-

totalem dominij liberè factā in Ecclesiā, huiusmodi Iurisdictio, siuè feudum effectum est Sancta Sanctorum. *Innoc. in cap. verum. num.2. de for. comp. Afflict. decis.361. num.22.* & tunc dicitur translatio liberè facta, & simpliciter, quando nulla est facta mentio, quòd sit res data in feudum, & itā res translata dicitur allodialis. *Vrsil. ad Afflict. d.decis. 361.nu.3. & 5.* & in dubio censetur translatio facta totaliter in Ecclesiam. *Host.in d.c.solitæ. vbi etiam Felin.n 4.idem Felin. in c. caterùm. in fin.de iudic.*

10 Ecclesia enim potest habere Iurisdictionem temporalem. *d. §. debet. Couar. d..num.2. Afflict. d.decis. 361. num. 11. & 39.*

11 Vbi autem nulla adest Inuestitura Castrum non feudale, sed liberum præsumitur. *cap.1. & 2.si de feu.defunct.conten. Io. Andr.in cap.fin.de iudic.Dec.cons.252. & cons. 269. Bursat.cons.46. nu.23.vol.1. Alban.cons.16.num.1.& 2. Paris.cons.16. num.14.vol.4. Menoch. cons.252.num.3. vol.3.& de præsumpt. lib.3. præsumpt.90. num 7.& 27.* In feudi etenim constitutione necessaria est inuestitura. *cap.1. quib. mod.feud. constit. Afflict.decis.129. nu 3. Clar.in §. feudū.q.15.* fidelitatisque iuramentū est de substātia concessionis feudi. *c.1.de nou. form.fidelit. Cornet.cons.16.in fin.vol.1.Grat. cons.9. num.120. & Paris. cons.23.n.6.vol.1.* & licet iuramenti actus possit remitti, non tamen fidelitas ipsa. *Menoch.cons.1.num.28.& 29.*

12 Allegans verò feudum illud probare debet. *Afflict. de controuers. inter mascul. & fœm.num.1. Alex.cons.129.vol.1.* & alij, quos refert *Bursat. d.cons.46.nu.9. Mascard. de probat. conclus.776.num.1.* cum mandatis non parens exemptus iudicetur. *Dec.in c.quæ in Ecclesiarum.nu.15. de constit.& cons.284.n.9.& cons.496.n.1. Menoch.cons.263.nu.10.vol.3.*

13 Iurisdictio autē libera dicitur, quando feruntur leges, & decreta pro causarū decisione. *Bart.in l.omnes populi.nu.3. & seq.ff.de iust.& iur. Alba.cons.64.num.9. Castald. de Iurepatr. q.110.* Item quando conduntur edicta pœnas corporales continentia. *Castald.loco cit.* Prætereā quādo fit impositio, & exactio gabellarū, siuè vectigalium. *l.vectigalia.vbi Salicet. numer.2. C.vectigal.nou constit.Dec.cons.354.nu.1. Castald. loco cit.* Armorum prohibitio, & illorum concessio. *gloss. in l. vnic. C. vt armo.vsus.lib.11.Castald.vbi suprà.* Venationum prohibitio. *cap.1.§.nemo. de pact. Dec.cons.197.nu.1.Castald.eod.loco.*

14 Quod si Princeps liberè donauit Ecclesiæ Castrum, siuè aliud feudum, cēsetur à se abdicasse omnem superioritatem, ac merum, & mistum imperium, & omnimodā Iurisdictionem, illamq. in Ecclesiā transtulisse nihil sibi reseruato, quāuis nulla fuerit facta mentio de Iurisdictione, & imperio.

15 Et propterea appellationes ab Ecclesia donataria deuoluuntur ad Superiores Ecclesiasticos, & ad illos spectant omnes alij actus concernētes huiusmodi superioritatem, nō autem ad Principem donantem. *c.Romana.§.debet.vbi Arch.Io. Monach. num.14. Anchar. vers.decimoquarto nota.Franch nu 2. & Gemin.n.3. de appell. in 6.gloss.in c.solitæ. verb.suscipiunt, vbi etiam Io. Andr.nu.6.Innoc.n.1. Host.num.4.& 5.Card.num.7. Abb.nu.3. Bellem.num.10.Imol.n.15.& Felin.nu.4. de maior.& obed. Innoc.in c.verum.nu.2. & ibi Host.vers.sin autem.Io. Andr.nu.3. Boic.n.2. Collect.n.3.Bellem.n.6. Barbat. nu.69. Alex.de Neuo n.22. & Butr.n.11. de for.comp.Abb in cap.veniens.num.4. de accusat. Host. in cap.nimis. vers ab eis.de iureiur.& in Sum tit.de appellat.§.à quo & ad quem. vers sed pone. Turrecrem. in c.si quæ.§.bis ita.vbi Gemin. & Præposit. 11.q.1.idem Præposit.in Rubr. de appellat. nu.53. Gulielm de Benedict.in c.Rainutius. vers. & vxorem nomine Adelasiam. 2.decis.nu.24.de testam. Specul. de appell. sub Rubr.ad quem sit appellan.n.2.Bart. in l.1.§.item si quis.nu.24. de appell. Ias. in l.imperium.n.10. vbi etiam Dec.n.26. ff.de Iurisd.omn.Iud.Oldrad.cons.83.n.7. Afflict.decis.361.num.22.vbi Vrsill.nu.3. Carauit.de rit.magn. Cur. rit 52. num.5. Thuse. conclus.689.num.17. vers.quartus casus.* Et si appellatur ab Episcopo in temporalibus, appellabitur ad Archiepiscopū non ad Principem donantē. *Dyn.relatus à Io. And.in addit.ad Specul.de Iurisd omn. Iud.nu.16.Paris.cons.29.nu 6.vol.1.Aret. cons.14 Bertrand. cons.331.num.4.vol.2. Alba.cons.62.nu.19. & 29. & cons.63.64. & 74.nu.47. Bursat.cons.25. nu.9.vol.1. Guid.Pap.decis.436.nu.110.Franc.Marc. decis.365.& 366.p.1.Foller.in Const.Regn. Rubr. de sacros.Eccles.num.3. & de Episc.*

aud.

aud. nu. 3. & seqq. Freccia de subfeud. lib. 2. c. 29 n. 5. Mascard. de probat. concl. 1052. nu. 13. vbi testatur de magis cõmuni opinione, siuè ab Episcopo ad Papam. Capic. decis. 137. nu. 11. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 198. n. 7. & 8. non antem ad Principem donantem, nisi aliud sit de antiqua, & præscripta consuetudine, priuilegio, vel alio iure. d. §. debet. vbi etiam gloss. verb. de consuetudine. Specul. d. n. 22. gloss. in d. c. solita. verb. suscipiunt.

16 Et licet aliqui distinguentes dicãt, id procedere, vbi Ecclesiæ Romanæ donatio facta fuisset, secùs verò vbi Ecclesijs inferioribus, quo casu non censetur Imperator à se abdicasse superioritatem, quæ inhæret ossibus Principis. Io. Andr. addit. ad Specul. de Iurisd. omn. Iud. §. 1. vers. pastoralis. Bart. in l. si quando. C. de appellat. Castr. cons. 70. num. 7. vol. 1. & cons. 125. vol. 2. Ias. cons. 123. vol. 1. Bald. cons. 345. vol. 1. Boss. de crim. læs. maiest. n. 100. Frãc. Marc. decis. 454. nu 8. & seq. & post Ang. Castr. Card. Ias. Nicol de Vbald. Boss. Præposit. Lauden. & Marc. quos refert & sequitur Osasc cons. 3. num. 6. Amed. de Pont. tit. qu. feud. dar. poss. num. 45. Peregrin. cons. 1. num. 22. & seqq. vol. 1. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 11. Nihilominus quando Imperator donat Ecclesiæ Romanæ, sicut abdicat à se omnem superioritatem, illãq. transfert in dictam Ecclesiam, ità non videtur, quòd posit assignari solida ratio differentiæ, cur Imperator non possit, aut nolit abdicare etiam à se istam supremam Iurisdictionem, quãdo liberè donat Ecclesiæ inferiori, vt cõsiderauit. Alba. d. cõs. 62. n. 15. & 16. & cons. 64. n. 83. & seq. Anton. variar. resol. lib. 1. resol. 70. n. 14. qui plures citat. Couar. pract. quæst. c. 4. nu. 2. vbi testatur de communi opinione. Si enim consideretur persona donantis, donatio fit ab Imperatore, in cuius præiudiciũ facienda est latissima interpretatio l. fin ff. de cõstit. Princ. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. Rol. cons. 85. nu. 18. & seq. vol. 4. Cæphal. cons. 369. nu. 73. & seq. Præterea si consideretur finis, propter quẽ donatur, vtraq. donatio censetur facta Deo, & eius Ecclesiæ pro salute donantis, qua etiam ratione donatio debet latissimè interpretari. Dyn. & Oldrad. relati per Io. Andr. in addit. ad Specul. d. nu. 16. & bona etiam donata Ecclesiæ inferiori dicuntur facta Sancta Sanctorum. Innoc. in d. c. verum. vers. sed nos. contra. vbi etiam Io. Andr. num. 3. de for. comp. Bart. in procem. ff. col. 1. & 2. vbi etiã Vrsill. num. 3. Oldrad. cons. 83. nu. 4. Alba. cons. 62. nu. 15. & 16. vbi subdit, quod donata Ecclesijs inferioribus censentur in effectu donata Ecclesiæ vniuersali Romanæ, quia omnes Ecclesiæ sunt illi subditæ, & eius membra. c. cũcta per mundũ. 9. q. 3. Alba. cons. 64. nu. 83. & seq. Brun. cons. 2. num. 29. & seq. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 70. n. 14. vers. tum quia. Insuper bona donata sequuntur conditionẽ personæ, cui donantur. l. 1. in fin. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. & ideò bona donata Religiosis fiunt religiosa. c. 1. de immun. Eccles. in 6. l. quæ religiosis. ff. de rei vend. Host. in d. c. nimis. vers. ab eis. de iureiur. Abb. in d. c. solita. n. 3. Oldrad. cons. 83. n. 3. & 4.

17 Posset tamen dici, quòd Regalia nõ veniant sub illa donatione, vt ius Regium supremum, & altum dominium. Luc. de Pen. in l. sacris. col. pen. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 11. Valasc. in d. l. imperium. n. 50. Couar. pract. quæst. c. 1. nu. 10. & c. 4. nu. 2. Amed. de Pont. in tit. qu. feud. dar. poss. numer. 69. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97. nu. 4. Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 5. & conclus. 11. n. 3. & conclus. 14. num. 1. Osasc. cons. 3. num. 11. & 12. Bottr. decis. 50. num. 13. Rot. diuers. p. 1. decis. 44. num. 42. Regalia verò sunt, vt legitimare spurios, & naturales, creare Notarios, leges condere, monetam cudere, & huiusmodi: de quibus Luc. de Pen. in l. contra. C. de re milit. lib. 12.

18 Nequè in casu, quo Ecclesia, vel laicus recognosceret feudum, siuè Iurisdictionem temporalem, potest Princeps concurrere in primis causis siuè ciuilibus, siuè criminalibus in Iurisdictione cũ Vassallo, sed in primis causis cognoscit feudatarius priuatiuè quoad Dominum. Bald. in l. fin. nu. 16. C. si à non comp. iud. Faber. Instit. de Attil. tut. in princip. & post eos Abb. Lauden. Card. Curt. Sen. Brun. Iacob. de S. Georg. & Felin. dicit Grãmat. decis. 30. num. 11. & 12. vbi in fine subiungit ità in casus contingentia per Consilium Regium Neapolitanũ fuisse decisũ. Osasc. decis. 29. num. 8. Boss. in tit. de Principe. nu. 281. & seqq. Nat. cons. 580. nu. 4. Peregr. de fideic. art. 23. nu. 19. in fin. quia Vasallus habet ius vtile in Iurisdictione, & in territorio cum vtilitate, & effectu, & vbi concessa est Iurisdictio non potest concedens se intro-

mittere

mittere nisi in casu negligentiæ Vassalli. *Grammat.d.nu.*11. *&* 12. multò minùs se intromittere poterit, vbi libera appareat facta translatio, & totaliter Iurisdictionis in Ecclesiam, nequè capitur inuestitura, cum non sit feudum sine inuestitura, vel eo quod habetur pro inuestitura. *Afflict. decis.*129.*num.*3.

19 Tertius, casus est in lite mota emptori laico coram Iudice seculari, nam si clericus venditor vocetur ad eundem Iudicem secularem pro defensione debet ibidem defensionem suscipere, nec potest clericus petere causam ad Iudicem Ecclesiasticum remitti, quia est tanquam merus, & necessarius defensor emptoris, & ideò non dicitur ex hoc litigare coram seculari, nec dicetur de eius esse foro, hæc etenim lis verè tractatur contrà laicum emptorem, & sententia contrà eum fertur, sitquè contrà eũ executio. *Abb.in c.fin.§.fin.n.*28.*vt lit.non contest.& in c.fin.nn.*8.*vbi etiam Barbat.de empt. & vend.Anchar.in c.ea quæ.q.*17.*de reg.iu.in* 6.*latissimè Benedict. in c.Rainntius.col.*3. *vers.similiter cognoscunt Iudices seculares.de testam. Bald.in l.*1.*C.vbi in rem act.& in l.emptori.C.de euict. Cagnol.in l.venditor. per eandem l. n.*8.*& seqq.vbi etiam Bald.* quem sequitur *Fulgos. & Iacobin. de S.Georgio. Alberic. & Dec.* dicens communem.*de iudic.Boer. decis.*69.*nu.*27.*& seqq. Conar.pract.quæst. c.*8.*nu.*2.*&* 3.*Capic.decis.*197.*n.*7. *Afflict. decis.*227.*Grammat.decis.*21. *num.*4.*Gayl. lib.*1.*obsernat.*37.*nn.*7.*Nat.cons.*99.*nn.*7. *vol.*1. *Socin.Sen. cons.*91.*num.*13. *& seq.* dicens communem.*vol.*3.*Honded.cons.*25. *num.*14.*& seqq.vol.*1.*Rim. Inn.cons.*422. *nu.*1.*& seq.vol.*4. quicquid aliter sentiant *Castr.in d.l.venditor.n.*3.*& Angel.* ibidẽ, qui communiter reprobantur. Dictum tamen *Castr.* & eorum qui suam amplectuntur opinionem, intelligitur, quando clericus conuenitur ab emptore pro euictione, quo casu non tenetur defendere coram Iudice seculari, non quando comparet, vt defendat emptorem contrà actorem, vt dicit *Surd.cons.*396.*num.*37. *vol.*3. qui allegat *Angel. in l.qui absentem. col.pen. vers.& adde quod si venditor. ff.de procurat.glos.*1. *in c.clericum nullus.* 11.*q.*1. quam commendat, & sequitur *Firmian.de euict.verb.venditur.vers.*39. vbi plures citat, & dicit de communi. *Farbina. controu. iur. lib.*2.*c.*37. *vers. illud etiam.* siuè quando laicus possessor nomine clerici nominat clericum in iudicio, quia tunc clericus auocat iudicium coram suo Iudice. *Capel. Tholos. q.*361.*nu.*2. Quinimò si Iudex Ecclesiasticus inhiberet Iudici seculari, ne in causa procedat, sed clericum ad se remittat, non est curandum de huiusmodi inhibitione, cum eo casu Iudex Ecclesiasticus Iurisdictionem non habeat, vt post *Alex.Bald.* & alios dicit *Caballin. in tract. de euictiõ. §.*3.*q.*2.*nu.*122. *Honded.d.cons.*25.*nu.*15. Quòd si iudicium non fuerit cœptum cum emptore clerici, nequè contestatum, debet tunc clericus remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum. *Faber.in l.*1. *C.vbi in rem act. Aret. in Rub.de except. nn.*20. *vers.tu sic dices.& in §.actionum.nn.*17.*Inst.de act. Collect.in c.nullus. vers.sed nunquid clericus.de for.comp. Io.Andr.in c.quoniã. §.quod si super.vbi etiam Butr.vt lit.non cõtest.Boer.d.decis.*69.*n.*31.*Dec.cons.*700. *nu.*9. *Marchesan.de commission. Aduocat. caus.cap.*4. *num.*47. *vers.sed pro faciliori.* quamuis *Socin.Sen.d.cons.*91.*col.fin.vers. non obstat postremo.Conar.d.c.*8.*n.*3.*vers. idemquè erit. Caballin. in tract. de euict. §.*3.*num.*122. *Honded. d.cons.*22.*num.*17. teneant quòd clericus, qui comparuerit in initio, antequam iudicium fuerit fundatũ contrà emptorem, non sit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum.

20 Quòd si clericus vocaretur ad iudicium ad defensionẽ Coloni, siuè Inquilini, aut Vassalli, tunc cum iudicium reale non possit fundari, quia reus est Colonus, seù Inquilinus, siuè Vassallus clerici, ideò causa debet discuri coram Iudice Ecclesiastico. *Conar.d.c.*8.*num.*3.*vers.nam bisce verbis. Boer. d.decis.*69. *num.*28. *Speeul.in tit.de primo.& 2.decret. §.restat videre nu.*24. *Thessan.decis.*22.*nn.*7. *vers.fallit.*7.

21 Posset tamen clericus veniens ad iudicium obijcere declinatoriã fori, quando principaliter pro suo interesse veniret, & in eo substantiaretur iudicium. *Abb.in d.cap.fin.§.fin.num.*28. *vt lit. non contest. Anchar.in d.cap.ea quæ. q.*17.*in fin. Rim. Iun.d.cons.*422.*n.*6. quos refert, & sequitur *Honded.d.cons.*25.*nu.*16.& dicetur inferiùs. Sed aliud est in venditore, qui non venit principaliter ad iudiciũ pro suo interesse, sed accessoriè tantũ assistit defensioni emptoris, vt rectè causa agatur, & iudicium substantiatur in emptore, non in venditore, nam eo casu non potest ven-

ditor exceptiones priuilegiatas ex sua persona allegare *gloss. in c. clerici. 2. verb. secularem. in fin. 11. q. 1. Bald. in d. l. 1. & ibi Salic. C. vbi in rem. act. idem Bald. in d. l. venditor. Abb. in d. c. fin. n. 8. de empt. & vend. & in d. c. fin. §. fin. nu. 28. vt lit. non contest. Dec. consf. 700. nu. 7. Alex. de Neuo consf. 55. n. 2. & 3. Nat.* qui de communi testatur *consf. 99. num. 8. vol. 1. Rimin. Iun. d. consf. 422. nu. 14. Honded. d. consf. 25. n. 16. Caballin. d. §. 3. q. 2. nu. 118. 120. & seq.*

22 Quartus casus, in cōfectione Inuentarij, in quo conficiendo sunt citandi legatarij, & creditores. *l. fin. §. cum igitur. & ibi Bald. & DD. C. de iu. deliber. Bar. in auth. sed eti testator. C. ad leg. Faleid.* prout etiam in publicatione testiū sunt vocandi illi quorū interest. *Host. in c. Alberic. n. 1. vers. ideòque mandamus. & Abb. n. 8. Fel. n. 1. Innoc. Io. Andr. & alij. de testibus.* Item in exemplatione Instrumenti, siuè alterius scripturæ. *Abb. in c. fin. in fin. & ibidem Pelin. nu. 6. & alij. de fid. instrum.* In Iudicijs subhastationum, separationis bonorū, concursus creditorum, proclamatum pro bonis venditis. Et si ex illis vocandis aliqui sint clerici, poterunt, & ipsi quoquè clerici coram Iudice seculari citari, si sua putauerint interesse. *Angel. in l. 1. §. hac stipulatio. col. 8. vers. solum restat videre. ff. si cui plusquam per leg. falcid. Bald. in l. testamenta. n. 4. vbi etiam Castr. n. 7. Ias. nu. 3. & Alex. C. de testam. Surd. decis. 26. nu. 1. 2. & 3. idem Bald. in l. fin. q. 5. C. de edict. diu. Adr. tol. Felin. in d. c. fin. n. 6. & Bald. n. 5. de fid. instr. Dec. in c. cum inter. num. 38. & Felin. nu. 12. de except. Cæpol. cautel. 68. n. 4. Vrsill. ad Afflict. decis. 380. n. 6. Menoch. de recup. poss. remed. 8. n. 118. Duard. in comm. Bul. Cœn. Domini. lib. 2. Canon. 15. q. 11. nu. 50. & seqq.* quia huiusmodi citatio, si sua interesse putauerit, non est vera, & simplex citatio, sed potius monitio, vt compareat, si voluerit. Nam clericus non simpliciter citatus, sed si sua putauerit interesse, poterit coram Iudice seculari comparere, & tunc ipse Index secularis iudicare. *Bald. in l. testamenta. col. fin. vbi etiā Bart. & alij. C. de testam. Rol. consf. 29. n. 3. & 4. vol. 2. Maran. in Specul. in 4. par. & in 7. dist. iud. in fin. Grammat. decis. 61. num. 1.*

23 Cum huiusmodi citatio dicatur potiùs incitatoria, quàm arctatoria, & clericus ità citatus nō dicitur reus necessarius, sed voluntarius. *Innoc. in cap. dilecti. de except. gloss. in c. cum causa. de offic. deleg. Felin. in d. cap. fin. n. 6. de fid. instr. Dec. in d. c. cum inter. n. 36. & ibidem Fel. n. 12. de except. Bart. Bald. Castr. & alij. in d. l. testamenta. Afflict. decis. 24. num. 7. & 8. Rol. d. consf. 29. nu. 3. Curt. Iun. consf. 252. nu. 28. vol. 3. Seraphin. decis. 957. nu. 6. p. 1. Surd. d. decis. 26. num. 1. & 7.* Veruntamen licet clericus citatus à Iudice laico, si sua putauerit interesse, non compareat, nō propterea lata contra eum sentētia ipsum afficit, nam citatus, si sua putauerit interesse, nō comparendo non dicitur cōtumax. *Felin. in d. c. cum inter. d. nu. 12.* post multos ab eo allegatos. *de except. Bellem. decis. 11. Bald. in c. 1. q. 5. de milit. vassal. qui cont. Angel. in l. cōsentaneum. C. quā. & quand. iud. Alex. in l. de pupillo. §. 1. in fin. ff. de nou. oper. nunc. Afflict. decis. 2. num. 8. Rol. consf. 29. num. 6. vol. 2. Surd. d. decis. num. 7.* Prætereà licet clericus citatus cum dicta clausula, si sua putauerit interesse, dicatur reus voluntarius, id tamen non procedit, vbi comparuit, & opposuit exceptionem declinatoriam, petendo se ad suum Iudicē competentem remitti, & in ea semper institit, quia tunc Iudex secularis non dicitur competens vigore dictæ declinatoriæ. *Afflict. in Const. Regn. in Constit. de Burgensaticis. col. 3. vers. septimo quæro. Rol. d. consf. 29. n. 17. Grammat. decis. 61. per tot. & præcipuè. nu. 18. Surd. d. decis. 26. nu. 11.* Nequè procedit, vbi Iudex non stetit in solis terminis, si sua putauerit interesse, sed vlteriùs dixit, aliàs procedetur in eius contumaciā, quia eo casu clericus per cōparationem non dicitur reus voluntarius, sed necessarius. *Soccin. in tract. de citat. in 2. art. princ. q. 14. Rol. d. consf. 29. nu. 18. Capic. decis. 8. n. 4. Grammat. decis. 61. n. 3.* Vbi etiam intētatur remedium *l. fin. C. de edict. Diui Adr. tol.* comparente clerico pro suo interesse causa remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum. *Anchar. in cap. ex qua. q. 17. de reg. iu. in 6. Nat. cōs. 324. n. 4.*

24 Similiter si Colonus, seù Inquilinus conuenitur reali actione, & nominat in iudicio Dominum, qui est clericus, considerato quòd iudicium reale non potest in persona Coloni, vel Inquilini fundari, ad Iudicem Ecclesiasticū erit quæstio remittenda. *Angel. in l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. Io. Andr. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. & ibi Abb. n. 28. vt lit.*

non contest. idem Abb. in c. fin. n. 8. de empt. & vend. Soccin. cons. 91. col. antepen. vers. confirmatur septimo. vol. 3. Nat. d. cõs. 324. n. 4. Vrsill. ad Afflict. decis. 380. n. 5. Rip. in c. decernimus. nu. 2. & 4. de iudic. Thessau. decis. 22. num. 7. vers. fallit septimo. Bocr. decis. 69. num. 28.

25 Quintus casus, insinuatio, siuè publicatio testaméti per laicum confecti, in quo etsi fuerit institutus hæres clericus, siuè Ecclesia, est facienda coram Iudice seculari, non autem Ecclesiastico. *Bald. in d. l. testamenta. C. de testam. Abb. in c fin. n. 9. vbi etiam Io. Andr. de fid. instr. Conar.* de magis communi. *in c si hæredes. num. 3. de testam. & pract. quæst. c. 8. nu. 1.* nam si clericus moriatur relicto hærede laico, inuentarium confici debet per Curiam secularem, quia mutatione personæ bona, quæ erant affecta priuilegio, desierunt esse Ecclesiastica, & códitionem hæredis sequuntur. *Bened. in c. Rainutius. verb. & vxorē. decis. 2. n. 132. de testam. Guid. Pap. dec. 261. addit. ad Rot. decis. 7. n. 5. de iudic. Gutierez pract. quæst. q. 49. n. 2. Rol. de Inuent. q. 17. & cons. 61. num. 9. vol. 4. Cephal cons. 57. nu 52. vol. 1.* Idem dicendum erit si laicus vellet donare clerico, vel ei se solemniter obligare, aut si clericus decessisset ab intestato relicto hærede laico. *Rot. d. decis. 7. nu. 5.* Quod si hæres ab intestato esset clericus, vel locus pius, tunc fieri debet corã Iudice Ecclesiastico. *Frãc. Mar. dec. 105. p. 1.*

26 Sextus casus, potest laicus esse assessor Iudicis Ecclesiastici in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus etiam in causis criminalibus contrà clericos. *Host. in c. contingit. nu. 3. de arbitr. Arehid. in c. plures. nu. 7. 16. q. 1. Dec. in c. 2. nu. 131. cum seqq.* vbi reprobat *Io. Andr.* contrarium tenentem, & testatur de communi. *vbi etiã Bal. n. 10. Abb. n. 13. Felin. n. 6. & alij. de iudic. idem Dec. in Rubr. ff. de offic. assessor. n. 4.* quia officiũ assessoris est solùm consulere. *l. 1. ff. de offic. assess. l.* Consiliarios. C. *de assessor. Abb. in d. c. 2. n. 13.* quare non prohibentur clerici petere consilium à laicis. *Innoc. in d. cap. 2. vbi etiam Abb. nu. 13. & Bald. nu 7. de iudic. Gemin. in c. statutum. §. assessores. de rescript. in 6. Alciat. resp. 16. n. 12. & 13. vol. 2.* non potest tamen assessor laicus proferre sententiam in Ecclesiasticis, & in spiritualibus. *Abb. in d. cap. 2. num. 13. Io. Andr. in cap. si pro debilitate. de offic. deleg.*

27 Nequè potest laicus esse Vicarius Episcopi. *Bald. in d. c. 2. nu. 10. Abb. nu. 12.* dicens de communi. *Dec. nu. 120. & 121.* qui fatetur pariter communem. *& Felin. nu. 6. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 261. n. 1.* vt dictũ fuit superiùs in §. præcedéti. *n. 68.*

28 Quod etiã procedit in clerico cóiugato, qui nequè etiam potest esse Vicarius Episcopi. *Abb. in eod. c. 2. nu. 12. in fin.* vbi dicit de communi. *Dec. nu. 123. & seq. & Felin. nu. 6. Sbroz. de offic Vicar. Episcopi. q. 31. num. 5. Ricc. loco cit. resol. 262.* nequè bigamus potest esse Vicarius Episcopi. Si autem Episcopus haberet Iurisdictionem temporalem, tunc posset sibi assumere Vicarium laicum in huiusmodi Iurisdictione. *Bald. in d. c. 2. num. 6. & 10. Dec. num. 125. & Felin. d. num. 6.*

29 Septimus casus, vbi clericus agit coram Iudice seculari contrà laicum, & tractatur, quòd detur curator eidem clerico, tũc huiusmodi curator dari debet per Iudicem secularem, ne iudicium reddatur elusoriũ. *Oldrad. cons. 59. Aufrer. de potest. secular. super Ecclesiasticos. reg. 2. nu. 29. Viuius decis. 387. in fin lib. 2. Rot. decis. 5. & 14. de iudic. in antiq.* maximè cum curator detur rebus, & nó personæ. *Rot. dicta decis. 14. nu. 2.* prout dictum fuit *in tit. de fauor. Cler. Person. in §. 5. nu. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Prauentioni locus est in casibus mixti fori.*
2 *Prauentio qualiter inducitur.*
3 *Prauentio inducitur per executionem personæ.*
4 *Prauentio inducitur per spontè comparentem.*
5 *Prauentio fit per præceptum factum alicui de nõ discedẽdo de aliquo loco.*
6 *Prauentio inducitur per cautionem præstitam de non recedendo.*
7 *Prauentio non potest allegari pro parte contumacis.*
8 *Mixti fori delicta quæ dicantur.*
9 *Sacrilegium est delictum mixti fori.*
10 *Sacrilegium quot modis committitur. & n. n. seqq.*
11 *Sacrilegium committitur cum sacrum de sacro. vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur.*
12 *Sacrilegium committitur vulnerando, seù percutiendo personã Ecclesiasticã.*

13 *Iniu-*

13 *Iniuriam inferēs clerico potest puniri per Iudicem Ecclesiasticum.*
14 *Iniuria facta clerico censetur illata Ecclesiæ vniuersali.*
15 *Sacrilegium committitur per copulam cum Moniali.*
16 *Sacrilegium committitur propter fornicationem commissam in Ecclesia.*
17 *Sacrilegium committitur, si fiant in Ecclesia actus impudici.*
18 *Sacrilegium committitur, si inuadantur, vastentur, siuè aliter occupentur res Ecclesiæ.*
19 *Sacrilegium committitur inuadendo res, & bona patrimonialia clericorū.*
20 *Immunitatis Ecclesiæ violatio est sacrilegium, & huiusmodi violatores coram Iudice Ecclesiastico conueniri possunt.*
21 *Immunitas Ecclesiæ violatur, si abstrahitur ad illam confugiens.*
22 *Fugientes ad Ecclesiam, seu in ea residentes non possunt abstrahi non solum vi, sed nec blandis verbis, & impunitate promissa etiam cum iuramento, & taliter extracti sunt restituendi Ecclesiæ.*
23 *Cœmeteria Ecclesiarum gaudent immunitate, etiamsi non sint Ecclesijs contigua.*
24 *Ecclesia interdicta gaudet immunitate.*
25 *Ecclesia polluta gaudet immunitate.*
26 *Oratoria priuata, an gaudeant immunitate.*
27 *Ecclesia nondum consecrata, neque benedicta gaudet immunitate.*
28 *Cathedralis Ecclesia gaudet immunitate 40. passuum per circuitum.*
Ecclesiæ inferiores à Cathedrali quomodo gaudeant immunitate 30. passuum.
29 *Passus continet quinque pedes.*
30 *Atria Ecclesiarum potiuntur immunitate Ecclesiarum.*
31 *Porticus, siuè claustra adhærentia Ecclesijs gaudent immunitate.*
32 *Tectum Ecclesiæ gaudet immunitate.*
Campanile item.
33 *Ecclesia non polluitur per actus, qui fiunt, vel supra tectum, vel in campanili, aut alio simili loco.*
34 *Domus Canonicalis quomodo gaudeat priuilegio immunitatis.*
Domus Parochialis quomodo gaudeat immunitate.
35 *Palatiū Episcopi gaudet immunitate.*
36 *Hospitalia gaudent immunitate.*
37 *Monasteria gaudent immunitate.*
Domus pia iisdem.
Seminariorum pariter.
38 *Fugiēs ad Sanctissimū Corporis Christi sacramentum, dum portatur in via gaudet immunitate.*
39 *Violantes Ecclesiarum immunitatem sunt excommunicati.*
40 *Absolutio eorum, qui violarunt immunitatē, est Sūmo Pontifici reseruata.*
41 *Extractio facta à loco sacro non iustificatur ex post agitatis, & exprobatione, siuè etiam ex confessione delinquentis post dictam extractionem recepta.*
42 *Violatio immunitatis Ecclesiasticæ est sacrilegium.*
43 *Ecclesia potest per vim resistere Iudici volenti reum ab Ecclesia extrahere.*
44 *Immunitate Ecclesiæ gaudent solum, qui sunt Catholici.*
45 *Confugientes ad Ecclesiam non possunt detineri obsessi per Curiam secularē.*
46 *Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, an gaudeant immunitate Ecclesiæ.*
47 *Immunitate Ecclesiarum qui sint, qui gaudere nequeant.*
48 *Immunitate Ecclesiæ gaudet, qui homicidium, siuè mutilationem cōmitteret in dormitorio alicuius Monasterij, & qui sint alij casus. eod. num.*
49 *Confugiens ad Ecclesiam debet à Iudice Ecclesiastico defendi censuris Ecclesiasticis.*
50 *Confugiens ad Ecclesiam nō debet pro delictis qualificatis tradi Iudici seculari, nisi huiusmodi delicta sint iustificata, & concludenter probata.*
51 *Cognitio super huiusmodi remissione spectat ad solum Episcopum, qui non tenetur stare processui facto per Iudicem laicum contra huiusmodi confugientem.*
52 *Concubinatus est mixti fori.*
53 *Concubinæ clericorum, siuè alia fœminæ cum clericis suspectæ à solo Iudice Ecclesiastico puniri possunt, & an sit perpetuò verum. num. seq.*
54 *Statutum laicorum contra concubinas clericorum etiam notorias non valet.*
55 *Meretrices possūt expelli à Iudice Ecclesiastico à vicinia honesta. & n. 57. & seq.*

142 *Decimarum causa est mixti fori.*

143 *Iudex seculares est competēs in causis Ecclesiasticis beneficialibus, matrimonialibus, ac spiritualibus, vbi quæstio est possessorij, & facti, & an hoc sit perpetuò verum. & n. seq.*

144 *Iudex laicus non potest cognoscere causam etiā super possessorio rei spiritualis tantum.*

145 *Decimarum quæstio vbi est iuris, solus Iudex Ecclesiasticus est cōpetens.*

146 *Primitiarium, & decimarum cognitio parificantur.*

147 *Imagines verberantes, vel deturpantes possunt puniri à Iudice Ecclesiastico, & seculari.*

148 *Imagines Saluatoris nostri, Beatissima Virginis, aut Sanctorum deturpans, vel alio modo offendens pœna mortis plecti debet.*

149 *Ludētes aleis in publicis, vel priuatis domibus, seu locis, ac etiam inspicientes possunt à Iudice seculari, & Episcopo inquiri, & puniri.*

150 *Falsificatio literarū Apostolicarū est causa mixti fori.*

151 *Matrimonium secundum contrahens viuente priori coniuge potest à Iudice laico, & Ecclesiastico puniri.*

152 *Lenocinium mariti eū propria vxore est causa mixti fori; Item in lenocinio commisso ab eo, qui fuit mediator, vt Virgo defloraretur.*

153 *Fornicatio simplex est causa mixti fori.*

154 *Contemptus campanarum est causa mixti fori.*

155 *Iudex Ecclesiasticus potest procedere contra Iudicem laicum: vt non tradat reum morti; donec fuerit confessus, & communicatus.*

§. Quartus.

1 SVnt tamen aliqui casus, in quibus tàm Laicus, quàm Ecclesiasticus Iudex procedere possunt, qui appellantur mixti fori. *cap. tua. cum ibi not. de procurat. Felin. in cap. cum sit. & DD. de for. comp. Clar. in §. fin. q. 37* in quibus casibus est locus præuentioni. *Abb. in cap. quod. super. num. 14. de voto.*

2 Præuentio autem inducitur per aliquem actum iudicialem, vt per assignationem termini partibus præsentibus, & huiusmodi. *Archid. in cap. non ità. num. 1. 2 q 6.* vel per citationem. *cap vt debitus. de appel. cap. capitulum. de rescript. gloss. fin in cap. proposuisti. de for. comp. Vestr. in pract ciuil. lib. 3. cap. 11. nu. 1. & 2. vbi Grauat.* dicens de communi *nu. 4.* dummodo citatio fuerit valida, quia alioqui præuentio Iurisdictionis non fit per citationem inualidam. *Abb in cap. proposuisti. in §. not. vbi etiam Io. Andr. & Soccin. de for. comp. Archid. in d. cap. non ità. num. 1. Felin. in cap. ex tenore. vers. regula nu. 5. de rescript. Roman. cons. 422. nu. 5. Vestr. in d. cap. 11. num. 2. Grauat. ad eundem Vestr. lib. 7. cap. fin. num. 37.* quia quod nullum est, nihil potest operari. *d cap. proposuisti Afflict. decis. 182. num. 4.* & non entis nullæ sunt qualitates. *l. eius. ff. si cert. pet. l. nam & si. ff. de iniust. rupt. c. bonæ. 1. de elect.*

3 Si autem vnus Iudex præuenit per citationem verbalem, alius autem per realē, ille dicitur præuenisse, qui reum capiendo præuenit. *Marsil. in l. fin. n. 206. & seqq. ff. de Iurisd. omn. Iud. Angel. de malefic. verb. Iudex cōmisit. n. 14. Soccin. in d. c. proposuisti. q. 8. Boss. in tit. de for. comp. nu. 97. Grammat. decis. 30. n. 6. Decian. de delictis. lib. 4. c. 20. 21. & 22. Farinac. tit. de Inquisitione. q 7. nu. 53.* vbi dicit communem.

4 Ex quorum dictis colligi potest idē dici in spontè comparente: cum ex eo dicatur executio personalis, quicquid dicat *Boss. in tit. de for. comp. nu. 98.*

5 Dicitur etiam facta præuentio, si Iudex fecit alicui præceptum de non discedendo de aliquo loco. *Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 21. n. 17. & c. 20. n. 14. Farinac. de Inquisit. q. 7. nu. 56. in fin.*

6 Quod multò magis procedere debet, vbi fuisset præstita cautio de non recedendo, quia paria sunt, quòd aliquis conijciatur in carcerem, vel præstet fideiussorem prædictum. *Bald. in l. nec non. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Boss. de carcerat. fideiuss. commit. nu. 3. & 4. Innoc. in cap. nuper. de sent. excommunic. Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 320. nu. 1. Guid. Pap. decis. 253.*

7 Præuentio autem non potest allegari pro parte contumacis, reo etenim contumace nullo modo potest allegari exceptio præuentionis, & litis pendentiæ, cum non sit absurdum, quòd quis possit in contumaciam condemnari à duobus Iudicibus etiam diuersi fori, & iurisdictionis, ac sub

diuerso Principe, & quòd sic in contumaciam condemnatus poterit cogi ad soluẽdam vtranque condemnationem, nisi antè secundam condemnationem soluisset primam. *Abb.* de communi *in d.c. proposuisti. nu.* 12. *vbi etiam Soccin. nu.* 31. *Boss. de for. comp. n.* 82. *Baiard. ad Clar. q.* 39 *n.* 14. *& q.* 57. *n.* 24. & post multos dicit *Farin. d. q.* 7. *nu.* 55.

8 Mixti verò fori delicta dicuntur, quæ lege Canonica, & Imperiali sunt prohibita. *Abb. in c. cum sit. in fin. & Aret. nu.* 4. *Marian. n.* 26 *Goffred. & alij de for. comp. Decian. in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 26. *nu.* 63. & ideò Iudex Ecclesiasticus, & laicus vterque procedere potest, quia vtriusque lex fuit offensa. Item & ad hoc vt delictum dici possit mixtum necesse est, quòd detur concursus legis prohibentis, adeò quod vnaquæque lex omnes contrauenientes complectatur, & omnes generaliter liget, nam si vni denegatur, & alteri promitteretur, Iudicesque ad imparia iudicarent, non esset delictũ mixti fori. *Surd. cons.* 304. *num.* 9. *&* 10. *vol.* 3.

9 Primus igitur casus est sacrilegij, *l. si quis in hoc genus. & ibi Bald. C. de Episc. & Cler. auth. item nulla Communitas. & ibi Salyc. vers. quaro an requisitio. C. eod. c. cum sit. & ibi gloss. fin. Abb. n.* 27. *&* 31. *Felin. n.* 1. 12. *&* 14. *& Butr. col.* 12. *de for. comp. idem Abb. in c. si clericus laicũ. n.* 2. *&* 12. *eod. in c. cæterùm. nu.* 17. *de iudic. & in c.* 2. *nu.* 3. *de spons. duor. Bart. in l si cui. §. cum sacrilegium nu.* 3. *vbi etiam Alex. de accusat. & in l si quis in hoc genus. n.* 1. *C. de Episc. & Cler. Mantua* de communi *cons.* 266. *num.* 56. 72. *&* 79. *Rol. cons.* 24. *à num.* 9. *vsque ad nu.* 14. *vol.* 2. *Couar. var. resol. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 18. *vers. trigesimo quinto. & lib.* 3. *c.* 3. *num.* 1. *Boss. in tit. de coitu damn. nu.* 15. *& in tit. de sacrilegijs. nu.* 7. *Clar. in § fin. q.* 37. *nu.* 6. *Osasc. decis.* 103. *num.* 7. *Decian. in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 26. *n.* 1. *&* 20. *Vulpel. in tract. de libert. Eccles. par.* 1. *nu.* 29. *Farinac. in prax. crim. to.* 1. *p.* 1. *q.* 8. *n.* 132. *& q.* 28. *n.* 62. *Menoch. de arbitr. cas.* 389. *nu.* 33. *cum seqq.*

10 Sacrilegium autem cõmittitur pluribus modis.

11 Primò cum sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur. *c. si quis cõtumax. & c. quisquis. & ibi gloss.* 17. *q.* 4. *Lap. alleg.* 66. *n.* 10. *gloss. in l. si nondum. & ibi Bald. & DD. C. de furt.* & furari, siuè spoliare ornamẽta monumentorum, sacrilegium est. *gloss. in §. lex Iulia. verb. religiosã. Inst. de public. iud. Suarez de virt. & stat. relig. lib.* 3. *c.* 5.

12 Secundò vulnerãdo, seù percutiẽdo Clericum, seù Monachum, siuè aliam personam Ecclesiasticam. *d. c. quisquis. & c. si quis suadẽte.* 17. *q.* 4. *l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler. Grillan. de pœn. omnif. coit.*

13 Iniuriam etenim clerico laicus inferens potest etiã puniri per Iudicem Ecclesiasticum. *c. olim. de iniur. c. cum desideres. & c. Parochianos. vbi Abb. n.* 5. *de sent. excõmun. l. si quis in hoc genus. vbi Castr. num.* 4. *& DD. C. de Episc. & Cler. gloss. in d. auth. item nulla. & ibi Castr. Abb. in c.* 2. *nu.* 1. *de pœn. Felin. in c. cum sit. nu.* 18. *de for. comp. Guid. Pap. decis.* 562. *n.* 2. *&* 3. *Rol. d. cons.* 24. *n.* 11. *Thessau. decis.* 224. *n.* 2. *&* 3. *Decian. d. c.* 26. *n.* 1. *&* 22. *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 8. *Clar. in § fin. q.* 36. *nu.* 42. *Salcedo ad Diaz. c.* 91. *vers. sed vtrũ laicus, & vers. alij verò. nu.* 3. *Zeuallos in suis resolut. crimin. cas.* 194.

14 Quia iniuria facta clerico non solũ censetur illata personæ, sed etiam Ecclesiæ vniuersali. *Abb. in d. c.* 2. *num.* 1. *de pœn.* Quinimò, & si Iudex secularis iam incœpisset procedere, poterit nihilominùs Iudex Ecclesiasticus quoque procedere contrà percutientem clericum ad pœnas spirituales, & Iudex secularis ad pœnas fisco temporali applicandas. *Clar. d. q.* 36. *n.* 42. multò magis procedere poterit Iudex Ecclesiasticus contrà laicum, qui ausus fuerit comprehendere, percutere, aut aliqua vi à propria sede expellere Episcopũ. *c. si quis deinceps. vbi gloss. fin.* 17. *q.* 4. *c. nullus Episcopus. & ibi gloss. fin.* 11. *q.* 1.

15 Tertiò per copulam cum Moniali. *cap. impudicas.* 27. *q.* 1. & post *Soccin.* dicit *Felin. in d. cap. cum sit. nu.* 12. *de for. comp. Osasc. decis.* 103. *num.* 7.

16 Item propter fornicationem commissam in Ecclesia etiam occultè committitur sacrilegium. *Suarez de virt. & stat. relig. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4.

17 Dicitur etiam sacrilegium, si fiant in Ecclesia actus impudici, præsertim grauiores, & in partibus inhonestis. *Suarez d. c.* 7. *nu.* 11. post alios ab eo allegatos.

18 Quartò facultates Ecclesiarum inuadendo, vastando, rapiendo, siuè aliter occupando, vel alienando, siuè alienationi

totalem dominij liberè factã in Ecclesiã, huiusmodi Iurisdictio, siuè feudum effectum est Sancta Sanctorum. *Innoc. in cap. verum. num.2. de for. comp. Afflict. decis.361. num.22.* & tunc dicitur translatio liberè facta, & simpliciter, quando nulla est facta mentio, quòd sit res data in feudum, & ità res translata dicitur allodialis. *Vrsil. ad Afflict. d.decis. 361.nu.3. & 5.* & in dubio censetur translatio facta totaliter in Ecclesiam. *Host. in d.c.solitæ. vbi etiam Felin.n 4.idem Felin. in c. caterùm. in fin. de iudic.*

10 Ecclesia enim potest habere Iurisdictionem temporalem. *d. §. debet. Couar. d.num.2. Afflict. d. decis. 361. num. 21. & 39.*

11 Vbi autem nulla adest Inuestitura, Castrum non feudale, sed liberum præsumitur. *cap. 1. & 2. si de feu. defunct. conten. Io. Andr. in cap. fin. de iudic. Dec. cons. 252. & cons. 269. Bursat. cons. 46. nu.23. vol. 1. Alban. cons. 16. num. 1. & 2. Paris. cons. 16. num. 14. vol. 4. Menoch. cons. 252. num. 3. vol. 3. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. num 7. & 27.* In feudi etenim constitutione necessaria est inuestitura. *cap. 1. quib. mod. feud. constit. Afflict. decis. 129. nu. 3. Clar. in §. feudũ. q. 15.* fidelitatisque iuramentũ est de substãtia concessionis feudi. *c. 1. de nou. form. fidelit. Cornet. cons. 16. in fin. vol. 1. Grat. cons. 9. num. 120. & Paris. cons. 23. n. 6. vol. 1.* & licet iuramenti actus possit remitti, non tamen fidelitas ipsa. *Menoch. cons. 1. num. 28. & 29.*

12 Allegans verò feudum illud probare debet. *Afflict. de controuers. inter masc. & fœm. num. 1. Alex. cons. 129. vol. 1.* & alij, quos refert *Bursat. d. cons. 46. nu. 9. Mascard. de probat. conclus. 776. num. 1.* cum mandatis non parens exemptus iudicetur. *Dec. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 15. de constit. & cons. 284. n. 9. & cons. 496. n. 1. Menoch. cons. 263. nu. 10. vol. 3.*

13 Iurisdictio autẽ libera dicitur, quando feruntur leges, & decreta pro causarũ decisione. *Bart. in l. omnes populi nu. 3. & seq. ff. de iust. & iur. Alba. cons. 64. num. 9. Castald. de Iurepatr. q. 110.* Item quando conduntur edicta pœnas corporales continentia. *Castald. loco cit.* Prætereà quãdo fit impositio, & exactio gabellarũ, siuè vectigalium. *l. vectigalia. vbi Salicet. numer. 2. C. vectigal. nou constit. Dec. cons. 354. nu. 1. Castald. loco cit.* Armorum prohibitio, & illorum concessio. *gloss. in l. vnic. C. vt armo. vsus. lib. 11. Castald. vbi suprà.* Venationum prohibitio. *cap. 1. §. nemo. de pact. Dec. cons. 197. nu. 1. Castald. eod. loco.*

14 Quod si Princeps liberè donauit Ecclesiæ Castrum, siuè aliud feudum, cẽsetur à se abdicasse omnem superioritatem, ac merum, & mistum imperium, & omnimodã Iurisdictionem, illamq. in Ecclesiã transtulisse nihil sibi reseruato, quãuis nulla fuerit facta mentio de Iurisdictione, & imperio.

15 Et propterea appellationes ab Ecclesia donataria deuoluuntur ad Superiores Ecclesiasticos, & ad illos spectant omnes alij actus concernẽtes huiusmodi superioritatem, nõ autem ad Principem donantem. *c. Romana. §. debet. vbi Archid. Io. Monach. num. 14. Anchar. vers. decimoquarto nota. Franch nu 2. & Gemin. n. 3. de appell. in 6. gloss. in c. solitæ. verb. suscipiunt, vbi etiam Io. Andr. nu. 6. Innoc. n. 1. Host. num. 4. & 5. Card. num. 7. Abb. nu. 3. Bellem. num. 10. Imol. n. 15. & Felin. nu. 4. de maior. & obed. Innoc. in c. verum. nu. 2. & ibi Host. vers. fin autem. Io. Andr. nu. 3. Boic. n. 2. Collect. n. 3. Bellem. n. 6. Barbat. nu. 69. Alex. de Neuo n. 22. & Butr. n. 11. de for. comp. Abb in cap. veniens. num. 4. de accusat. Host. in cap. nimis. vers ab eis. de iureiur. & in Sum tit. de appellat. §. à quo & ad quem. vers sed pone. Turrecrem. in c. si quã. §. his ita. vbi Gemin. & Præposit. 11. q. 1. idem Præposit in Rubr. de appellat. nu. 33. Gulielm de Benedict. in c. Raimutius. vers. & vxorem nomine Adelasiam. 2. decis. nu. 24. de testam. Specul. de appell. sub Rubr. ad quem sit appellan. n. 2. Bart. in l. 1. §. item si quis. nu. 24. de appell. Ias. in l. imperium. n. 10. vbi etiam Dec. n. 26. ff. de Iurisd. omn. Iud. Oldrad. cons. 83. n. 7. Afflict. decis. 361. num. 22. vbi Vrsill. nu. 3. Carauit. de rit. magn. Cun. rit 52. num. 5. Thuso. conclus. 689. num. 17. vers. quartus casus.* Et si appellatur ab Episcopo in temporalibus, appellabitur ad Archiepiscopũ non ad Principem donantẽ. *Dyn. relatus à Io. And. in addit. ad Specul. de Iurisd omn. Iud. nu. 16. Paris. cons. 29. nu 6. vol. 1. Aret. cons. 14 Bertrand. cons. 331. num. 4. vol. 2. Alba. cons. 62. nu. 19. & 29. & cons. 63. 64. & 74. nu. 47. Bursat. cons. 25. nu. 9. vol. 1. Guid. Pap. decis. 436. nu. 110. Franc. Marc. decis. 365. & 366. p. 1. Foller. in Const. Regn. Rubr. de sacros. Eccles. num. 3. & de Episc.*

aud.

aud. nu.3. & seqq. Freccia de subfeud. lib.2. c.19 n.5. Mascard. de probat. concl.1052. nu.13. vbi restatur de magis cõmuni opinione, fiue ab Episcopo ad Papam. *Capic. decis.137. nu.11. Mart. de Iurisd. par.4. cas.198. n.7. & 8.* non autem ad Principem donantem, nisi aliud fit de antiqua, & præscripta consuetudine, priuilegio, vel alio iure. *d. §. debet. vbi etiam gloss. verb. de consuetudine. Specul. d. n.22. gloss. in d. c. solita. verb. suscipiunt*.

16 Et licet aliqui distinguentes dicât, id procedere, vbi Ecclesiæ Romanæ donatio facta fuisset, secus verò vbi Ecclesijs inferioribus, quo casu non censetur Imperator à se abdicasse superioritatem, quæ inhæret ossibus Principis, *Io. Andr. addit. ad Specul. de Iurisd omn. Iud. §.1. vers. pastoralis. Bart. in l. si quando. C. de appellat. Castr. cons.70. num.7. vol.1. & cons.125. vol.2. Iaf. cons.123. vol.1. Bald. cons.345. vol.1. Boss. de crim. laes. maiest. n.100. Franc. Marc decis.454. nu.8. & seq.* & post *Ang. Castr. Card. Iaf. Nicol. de V bald. Boss. Prapofit. Lauden. & Marc.* quos refert & sequitur *Osasc. cons.3. num.6. Amed. de Pont. tit. qu. feud. dar. poss. num.45. Peregrin. cons.1. num.22. & seqq. vol.1. Rosental. de feud. cap.5. concl.11.* Nihilominus quando Imperator donat Ecclesiæ Romanæ, sicut abdicat à se omnem superioritatem, illãq. transfert in dictam Ecclesiam, ità non videtur, quod possit assignari solida ratio differentiæ, cur Imperator non possit, aut nolit abdicare etiam à se istam supremam Iurisdictionem, quãdo liberè donat Ecclesiæ inferiori, vt cõsiderauit, *Alba. d. cõs.62. n.15. & 16. & cons.64. n.83. & seq. Anton. variar. resol. lib.1. resol.70. n.14.* qui plures citat. *Couar. pract. quæst. c.4. nu.2.* vbi testatur de communi opinione. Si enim consideretur persona donantis, donatio fit ab Imperatore, in cuius præiudiciũ facienda est latissima interpretatio *l. fin ff. de cõstit. Princ. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. Rol. cons.85. nu.18. & seq. vol.4. Cephal. cons.369. nu.73. & seq.* Præterea si consideretur finis, propter quẽ donatur, vtraq. donatio censetur facta Deo, & eius Ecclesiæ pro salute donantis, qua etiam ratione donatio debet latissimè interpretari. *Dyn. & Oldrad.* relati per *Io. Andr. in addit. ad Specul d. nu.16.* & bona etiam donata Ecclesiæ inferiori dicuntur facta Sancta Sanctorum. *Innoc. in d. c. verum. vers. sed nos contra. vbi etiam Io. Andr. num.3. de for. comp. Bart. in proem. ff. col.1. & 2. vbi etiã Vrsill. num.3. Oldrad. cons.83. nu.4. Alba. cons.62. nu.15. & 16.* vbi subdit, quod donata Ecclesijs inferioribus censentur in effectu donata Ecclesiæ vniuersali Romanæ, quia omnes Ecclesiæ sunt illi subditæ, & eius membra. *c. cũcta per mundũ. 9. q.3. Alba. cons.64. nu.83. & seq. Brun. cons.2. num.29. & seq. Antonin. var. resol. lib.1. resol.70. n.14. vers. tum quia.* Insuper bona donata sequuntur conditionẽ personæ, cui donantur. *l.1. in fin. C. de impon. lucrat. descript. lib.10.* & ideò bona donata Religiosis fiunt religiosa. *c.1. de immun. Eccles. in 6. l. quæ religiosis. ff. de rei vend. Host. in d. c. nimis. vers. ab eis. de iureiur. Abb. in d. c. solita. n.3. Oldrad. cons.83. n.3. & 4.*

17 Posset tamen dici, quòd Regalia nõ veniant sub illa donatione, vt ius Regium supremum, & altum dominium. *Luc. de Pen. in l. sacris. col. pen. C. de proxim. sacr. scrin. lib.11. Valasc. in d. l. imperium. n.50. Couar. pract. quæst c.1. nu.10. & c.4. nu.2. Amed. de Pont. in tit. qu. feud. dar. poss. numer.69. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.97. nu.4. Rosental. de feud. cap.5. conclus.5. & conclus.11. n.3. & conclus.14. num.1. Osasc. cons.3. num.11. & 12. Boer. decis.50. num.13. Rot. diuers. p.1. decis.44. num.42.* Regalia verò sunt, vt legitimare spurios, & naturales, creare Notarios, leges condere, monetam cudere, & huiusmodi: de quibus *Luc. de Pen. in l. contra. C. de re milit. lib.12.*

18 Neque in casu, quo Ecclesia, vel laicus recognosceret feudum, siuè Iurisdictionem temporalem, potest Princeps concurrere in primis causis siuè ciuilibus, siuè criminalibus in Iurisdictione cũ Vassallo, sed in primis causis cognoscit feudatarius priuatiuè quoad Dominum. *Bald. in l. fin. nu.16. C. si à non comp. iud. Faber. Instit. de Attil. tut. in princip.* & post eos *Abb. Lauden. Card. Curt. Sen. Brun. Iacob. de S. Georg. & Felin.* dicit *Grãmat. decis.30. num.11. & 12.* vbi in fine subiungit ità in casus contingentia per Consilium Regium Neapolitanũ fuisse decisũ. *Osasc. decis.29. num.8. Boss. in tit. de Principe. nu.281. & seqq. Nat. cons.580. nu.4. Peregr. de fideic. art.23. nu.19. in fin.* quia Vassallus habet ius vtile in Iurisdictione, & in territorio cum vtilitate, & effectu, & vbi concessa est Iurisdictio non potest concedens se intro-

mittere

mittere nisi in casu negligentiæ Vassalli. *Grammat.d.nu.11. & 12.* multò minùs se intromittere poterit, vbi libera appareat facta translatio, & totaliter Iurisdictionis in Ecclesiam, neque capitur inuestitura, cum non sit feudum sine inuestitura, vel eo quod habetur pro inuestitura. *Afflict. decis.129.num.3.*

19 Tertius, casus est in lite mota emptori laico coram Iudice seculari, nam si clericus venditor vocetur ad eundem Iudicem secularem pro defensione debet ibidem defensionem suscipere, nec potest clericus petere causam ad Iudicem Ecclesiasticum remitti, quia est tanquam merus, & necessarius defensor emptoris, & ideò non dicitur ex hoc litigare coram seculari, nec dicetur de eius esse foro, hæc etenim lis verè tractatur contrà laicum emptorem, & sententia contrà eum fertur, sitquè contrà eũ executio. *Abb.in c fin.§.fin.n.28.vt lit.non contest.& in c.fin.nu.8. vbi etiam Barbat.de empt. & vend.Anchar.in c.ea quæ.q.17.de reg.iu.in 6.latissimè Benedict. in c.Rainutius.col.3. vers.similiter cognoscunt Iudices seculares.de testam. Bald.in l.1.C.vbi in rem act.& in l.emptori.C.de euict. Cagnol. in l.venditor. per eandem l. n.8.& seqq.vbi etiam Bald.* quem sequitur *Fulgos. & Iacobin. de S.Georgio. Alberic. at Det.* dicens communem.*de iudic.Boer. decis.69.nu.27.& seqq.Couar.pract.quæst. c.8.nu.2.& 3.Capic.decis.197.n.7. Afflict. decis.227.Grammat.decis.21. num.4.Gayl. lib.1.obseruat.37.nu.7.Nat.cons.99.nu.7. vol.1. Soccin.Sen. cons.91.num.13. & seq.* dicens communem.*vol.3.Honded.cons.25. num.14.& seqq.vol.1.Rim. Iun.cons.422. nu.1.& seq.vol.4.* quicquid aliter sentiant *Castr.in d.l.venditor.n.3.& Angel.* ibidẽ, qui communiter reprobantur. Dictum tamen *Castr.* & eorum qui suam amplectuntur opinionem, intelligitur, quando clericus conuenitur ab emptore pro euictione, quo casu non tenetur defendere coram Iudice seculari, non quando comparet, vt defendat emptorem contrà actorem, vt dicit *Surd.cons.396.num.37. vol.3.* qui allegat *Angel. in l.qui absentem. col.pen. vers.& adde quod si vẽditor. ff. de procurat. glos.1. in c.clericum nullus.* 11.q.1. quam commendat, & sequitur *Firmian.de euict.verb.vẽditur.vers.39.* vbi plures citat, & dicit de cõmuni. *Farbina. controu. iur. lib.2.c.37. vers. illud etiam.* siuè quando laicus possessor nomine clerici nominat clericum in iudicio, quia tunc clericus auocat iudicium coram suo Iudice. *Capel. Tholos. q.361.nu.2.* Quinimò si Iudex Ecclesiasticus inhiberet Iudici seculari, ne in causa procedat, sed clericum ad se remittat, non est curandum de huiusmodi inhibitione, cum eo casu Index Ecclesiasticus Iurisdictionem non habeat, vt post *Alex.Bald.* & alios dicit *Caballin.in tract. de euiction. §.3.q.2.nu.122. Honded.d.cons.25.nu.15.* Quòd si iudicium non fuerit cœptum cum emptore clerici, nequè contestatum, debet tunc clericus remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum. *Faber.in l.1. C.vbi in rem act. Aret.in Rub.de except. nu.20. vers.tu sic dices.& in §.actionum.nu.17.Inst.de act. Collect. in c.nullus. vers.sed nunquid clericus.de for.comp. Io.Andr.in c.quoniã. §.quod si super.vbi etiam Butr.vt lit.non cõtest.Boer.d.decis.69.n.31.Dec.cons.700. nu.9. Marchesan.de commission. Aduocat. caus.cap.4. num.47. vers.sed pro faciliori.* quamuis *Soccin.Sen.d.cons.91.col.fin.vers. non obstat postremo.Couar.d c.8.n.3.vers. idemquè erit. Caballin. in tract. de euict. §.3.num.122. Honded. d.cons.22.num.17.* teneant quòd clericus, qui comparuerit in initio, antequam iudicium fuerit fundatũ contrà emptorem, non sit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum.

20 Quòd si clericus vocaretur ad iudicium ad defensionẽ Coloni, siuè Inquilini, aut Vassalli, tunc cum iudicium reale non possit fundari, quia reus est Colonus, seù Inquilinus, siuè Vassallus clerici, ideò causa debet discuti coram Iudice Ecclesiastico. *Couar.d.c.8.num.3.vers.nam hisce verbis. Boer. d.decis.69. num.28. Specul.in tit.de primo.& 2.decret. §.restat videre nu.24. Thessau.decis.22.nu.7. vers.fallit.7.*

21 Posset tamen clericus veniens ad iudicium obijcere declinatoriã fori, quando principaliter pro suo interesse veniret, & in eo substantiaretur iudicium. *Abb.in d.cap.fin.§.fin.num.28. vt lit. non contest. Anchar.in d.cap.ea quæ. q.17.in fin. Rim. Iun.d.cons.422.n.6.* quos refert, & sequitur *Honded.d.cons.25.nu.16.* & dicetur inferiùs. Sed aliud est in venditore, qui non venit principaliter ad iudiciũ pro suo interesse, sed accessoriè tantũ assistit defensioni emptoris, vt rectè causa agatur, & iudicium substantiatur in emptore, non in venditore, nam eo casu non potest venditor

ditor exceptiones priuilegiatas ex sua persona allegare gloss. in c. clericis. 2. verb. secularem. in fin. 11. q. 1. Bald. in d. l. 1. & ibi Salic. C. vbi in rem. act. idem Bald. in d. l. venditor. Abb. in d. c. fin. n. 8. de empt. & vend. & in d. c. fin. §. fin. nu. 28. vt lit. non contest. Dec. cons. 700. nu. 7. Alex. de Neuo cons. 55. n. 2. & 3. Nat. qui de communi testatur cons. 99. num. 8. vol. 1. Rimin. Iun. d. cons. 422. nu. 14. Honded. d. cons. 25. n. 16. Caballin. d. §. 3. q. 2. nu. 118. 120. & seq.

22 Quartus casus, in cõfectione Inuentarij, in quo conficiendo sunt citandi legatarij, & creditores. l. fin. §. cum igitur. & ibi Bald. & DD. C. de iu. deliber. Bar. in auth. sed cũ testator. C. ad leg. Falcid. prout etiam in publicatione testiũ sunt vocandi illi quorũ interest. Host. in c. Alberic. n. 1. vers. ideòquè mandamus. & Abb. n. 8. Fel. n. 1. Innoc. Io. Andr. & alij. de testibus. Item in exemplatione Instrumenti, siuè alterius scripturæ. Abb. in c. fin. in fin. & ibidem Felin. nu. 6. & alij. de fid. instrum. In Iudicijs subhastationum, separationis bonorũ, concursus creditorum, proclamatum pro bonis venditis. Et si ex illis vocandis aliqui sint clerici, poterunt & ipsi quoquè clerici coram Iudice seculari citari, si sua putauerint interesse. Angel. in l. 1. §. hac stipulatio. col. 8. vers. solum restat videre. ff. si cui plusquam per leg. falcid. Bald. in l. testamenta. n. 4. vbi etiam Castr. n. 7. Ias. nu. 3. & Alex. C. de testam Surd. decis. 26. nu. 1. 2. & 3. idem Bald. in l. fin. q. 5. C. de edict. diu. Adr. tol. Felin. in d. c. fin. n. 6. & Bald. n. 5. de fid. instr. Dec. in c. cum inter. num. 38. & Felin. nu. 12. de except. Cæpol. cautel. 68. n. 4. Vrsill. ad Afflict. decis. 380. n. 6. Menoch. de recup. poss. remed. 8. n. 118. Duard. in comm. Bul. Cœn. Domini. lib. 2. Canon. 15. q. 11. nu. 50. & seqq. quia huiusmodi citatio, si sua interesse putauerit, non est vera, & simplex citatio, sed potius monitio, vt compareat, si voluerit. Nam clericus non simpliciter citatus, sed si sua putauerit interesse, poterit coram Iudice seculari comparere, & tunc ipse Iudex secularis iudicare. Bald. in l. testamenta. col. fin. vbi etiã Bart. & alij. C. de testam. Rol. cons. 29. n. 3. & 4. vol. 2. Maran. in Specul. in 4. par. & in 7. dist. iud. in fin. Grammat. decis. 61. num. 1.

23 Cum huiusmodi citatio dicatur potiùs incitatoria, quàm arctatoria, & clericus ità citatus nõ dicitur reus necessarius, sed voluntarius. Innoc. in cap. dilecti. de except. gloss. in c. cum causa. de offic. deleg. Felin. in d. cap. fin. n. 6. de fid. instr. Dec. in d. c. cum inter. n. 36. & ibidem Fel. n. 12. de except. Bart. Bald. Castr. & alij. in d. l. testamenta. Afflict. decis. 24. num. 7. & 8. Rol. d. cons. 29. nu. 3. Curt. Iun. cons. 252. nu. 28. vol. 3. Seraphin. decis. 957. nu. 6. p. 1. Surd. d. decis. 26. num. 1. & 7. Veruntamen licet clericus citatus à Iudice laico, si sua putauerit interesse, non compareat, nõ propterea lata contrà eum sentẽtia ipsum afficit, nam citatus, si sua putauerit interesse, nõ comparendo non dicitur cõtumax. Felin. in d. c. cum inter. d. nu. 12. post multos ab eo allegatos. de except. Bellem. decis. 11. Bald. in c. 1. q. 5. de milit. vassal. qui cont. Angel. in l. cõsentaneum. C. quo. & quand. iud. Alex. in l. de pupillo. §. 1. in fin. ff. de nou. oper. nunc. Afflict. decis. 2. num. 8. Rol. cons. 29. num. 6. vol. 2. Surd. d. decis. num. 7. Prætereà licet clericus citatus cum dicta clausula, si sua putauerit interesse, dicatur reus voluntarius, id tamen non procedit, vbi comparuit, & opposuit exceptionem declinatoriam, petendo se ad suum Iudicẽ competentem remitti, & in ea semper institit, quia tunc Iudex secularis non dicitur competens vigore dictæ declinatoriæ. Afflict. in Const. Regn. in Constit. de Burgensaticis. col. 3. vers. septimo quæro. Rol. d. cons. 29. n. 17. Grammat. decis. 61. per tot. & præcipuè. nu. 18. Surd. d. decis. 26. nu. 11. Nequè procedit, vbi Iudex non stetit in solis terminis, si sua putauerit interesse: sed vlteriùs dixit, aliàs procedetur in eius contumaciã, quia eo casu clericus per cõparationem non dicitur reus voluntarius, sed necessarius. Soccin. in tract. de citat. in 2. art. princ. q. 14. Rol. d. cons. 29. nu. 18. Capic. decis. 8. n. 4. Grammat. decis. 61. n. 3. Vbi etiam intẽtatur remedium l. fin. C. de edict. Diui Adr. tol. comparente clerico pro suo interesse causa remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum. Anchar. in cap. ea quæ. q. 17. de reg. iu. in 6. Nat. cõs. 324. n. 4.

24 Similiter si Colonus, seù Inquilinus conuenitur reali actione, & nominat in iudicio Dominum, qui est clericus, considerato quòd iudicium reale non potest in persona Coloni, vel Inquilini fundari, ad Iudicem Ecclesiasticũ erit quæstio remittenda. Angel. in l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. Io. Andr. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. & ibi Abb. n. 28. vt lit.

non contest. idem Abb. in c. fin. n. 8. de empt. & vend. Socein. cons. 91. col. antepen. vers. confirmatur septimo. vol. 3. Nat. d. cõs. 324. n. 4. V rsill. ad Afflict. decis. 380. n. 5. Rip. in c. decernimus. nu. 2. & 4. de iudic. Thessau. decis. 22. num. 7. vers. fallit septimo. Boer. decis. 69. num. 28.

25 Quintus casus, insinuatio, siuè publicatio testaméti per laicum confecti, in quo etsi fuerit institutus hæres clericus, siuè Ecclesia, est facienda coram Iudice seculari, non autem Ecclesiastico. *Bald. in d. l. testamenta. C. de testam. Abb. in c. fin. n. 9. vbi etiam Io. Andr. de fid. instr. Couar.* de magis communi. *in c. si hæredes. num. 3. de testam. & pract. quæst. c. 8. nu. 1.* nam si clericus moriatur relicto hærede laico, inuentarium confici debet per Curiam secularem, quia mutatione personæ bona, quæ erant affecta priuilegio, desierunt esse Ecclesiastica, & cõditionem hæredis sequuntur. *Bened. in c. Raiuutius. verb. & vxorē. decis. 2. n. 132. de testam. Guid. Pap. dec. 261. addit. ad Rot. decis. 7. n. 5. de iudic. Gutierez pract. quæst. q. 49. n. 2. Rol. de Inuent. q. 17. & cons. 61. num. 9. vol. 4. Caphal cons. 57. nu 52. vol. 1.* Idem dicendum erit si laicus vellet donare clerico, vel ei se solemniter obligare, aut si clericus decessisset ab intestato relicto hærede laico. *Rot. d. decis. 7. nu. 5.* Quod si hæres ab intestato esset clericus, vel locus pius, tunc fieri debet corã Iudice Ecclesiastico. *Frãc. Mar. dec. 105. p. 1.*

26 Sextus casus, potest laicus esse assessor Iudicis Ecclesiastici in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus etiam in causis criminalibus contrà clericos. *Host. in c. contingit. nu. 3. de arbitr. Archid. in c. plures. nu. 7. 16. q. 1. Dec. in c. 2. nu. 131. cum seqq.* vbi reprobat *Io. Andr.* contrarium tenentem, & testatur de communi. *vbi etiã Bal. n. 10. Abb. n. 13. Felin. n. 6. & alij. de iudic. idem Dec. in Rubr. ff. de offic. assessor. n. 4.* quia officiũ assessoris est solùm consulere. *l. 1. ff. de offic. assess. l. Consiliarios. C. de assessor. Abb. in d. c. 2. n. 13.* quare non prohibentur clerici petere consilium à laicis. *Innoc. in d. cap. 2. vbi etiam Abb. nu. 13. & Bald. nu 7. de iudic. Gemin. in c. statutum. §. assessores. de rescript. in 6. Alciat. resp. 16. n. 12. & 13. vol. 2.* non potest tamen assessor laicus proferre sententiam in Ecclesiasticis, & in spiritualibus. *Abb. in d. cap. 2. num. 13. Io. Andr. in cap. si pro debilitate. de offic. deleg.*

27 Neque potest laicus esse Vicarius Episcopi. *Bald. in d. c. 2. nu. 10. Abb. nu. 12.* dicens de communi. *Dec. nu. 120. & 121.* qui fatetur pariter communem. *& Felin. nu. 6. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 261. n. 1.* vt dictũ fuit superiùs in §. præcedẽti. *n. 68.*

28 Quod etiã procedit in clerico cõiugato, qui neque etiam potest esse Vicarius Episcopi. *Abb. in eod. c. 2. nu. 12. in fin.* vbi dicit de communi. *Dec. nu. 123. & seq. & Felin. nu. 6. Sbroz. de offic V icar. Episcopi. q. 91. num. 5. Ricc. loco cit. resol. 262.* neque bigamus potest esse Vicarius Episcopi. Si autem Episcopus haberet Iurisdictionem temporalem, tunc posset sibi assumere Vicarium laicum in huiusmodi Iurisdictione. *Bald. in d. c. 2. num. 6. & 10. Dec. num. 125. & Felin. d. num. 6.*

29 Septimus casus, vbi clericus agit coram Iudice seculari contrà laicum, & tractatur, quòd detur curator eidem clerico, tũc huiusmodi curator dari debet per Iudicem secularem, ne iudicium reddatur elusoriũ. *Oldrad. cons. 59. Aufrer. de potest. secular. super Ecclesiasticos. reg. 2. nu. 29. V iuius decis. 387. in fin lib. 2. Rot. decis. 5. & 14. de iudic. in antiq.* maximè cum curator detur rebus, & nõ personæ. *Rot. dicta decis. 14. nu. 2.* prout dictum fuit *in tit. de fauor. Cler. Person. in §. 5. nu. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Prauentioni locus est in casibus mixti fori.*
2 *Prauentio qualiter inducitur.*
3 *Prauentio inducitur per executionem personæ.*
4 *Prauentio inducitur per spontè comparentem.*
5 *Prauentio fit per præceptum factum alicui de nõ discedẽdo de aliquo loco.*
6 *Prauentio inducitur per cautionem præstitam de non recedendo.*
7 *Prauentio non potest allegari pro parte contumacis.*
8 *Mixti fori delicta quæ dicantur.*
9 *Sacrilegium est delictum mixti fori.*
10 *Sacrilegium quot modis committitur. & n. n. seqq.*
11 *Sacrilegium committitur cum sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur.*
12 *Sacrilegium committitur vulnerando, seù percutiendo personã Ecclesiasticã.*

13 *Iniu-*

56 *Laici possunt puniri à Iudice Ecclesiastico in his, quæ concernunt salutem animarum, publicam modestiam, & honestatem.*
57 *Meretrices possunt expelli à Ciuitatibus.*
58 *Meretrices possunt expelli à vicinis domibus vicinis reclamantibus, & tali casu vicini non possunt cogi ad solutionem pēsionis domus, à qua meretrix ad eorum instantiam fuit expulsa. & nu. 60.*
59 *Meretrices sunt expellendæ ex domibus Ecclesiæ, ac etiam è domo propria.*
60 *Meretrix emendata non admittitur ad habitandum in vicinia.*
61 *Faber malleans propè Ecclesiam, vel Monasterium expelli potest.*
62 *Faber malleans propè scholas, siuè domum scholaris, aut Doctoris expelli potest.*
63 *Studium tangit publicam vtilitatem. Publicum bonum præferri debet priuato.*
64 *Magistri scholæ ad inuicem se confundentes scholaribus strepentibus, qui posterior venit potest expelli à priore.*
65 *Faber propter strepitum infirmum vicinum molestans potest cōpelli ad cessandum à strepitu.*
66 *Appellatio nō datur à decreto lato contra fabrum expulsum propter strepitum.*
Appellatio nō datur à decreto lato cōtra meretricem expulsam à vicinia.
67 *Adulterium est mixti fori.*
68 *Separationis thori cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*
69 *Agens contra vxorem ad pœnam debet per se, & non per procuratorē agere.*
70 *Separatio thori quibus ex causis fiat. & n. n. seqq.*
71 *Separatio thori fit propter viri, siuè vxoris adulterium.*
72 *Separatio thori fieri potest propter pernoctationem viri, seu vxoris extrà domum in loco suspecto.*
73 *Separatio thori fit, si probetur, quòd vxor nuda cum nudo fuerit visa, seu in locis secretis ad fornicationem commodis.*
74 *Adulterium ex circumstātijs satis probatur.*
75 *Mulier propter adulterium perdit dotem, & donationem propter nuptias.*
76 *Mulier non recuperat dotem, neque donationem propter nuptias, quāuis post latam sententiam super adulterio probet consanguinitatem, vel affinitatem inter ipsam, & virum extare.*
77 *Mulier recuperat dotem secuta reconciliatione.*
78 *Vxor lucratur donationem propter nuptias, si maritus commisit adulterium.*
79 *Vxor potest agere ad restitutionem dotis, si maritus commisit adulterium.*
80 *Vxor potest agere ad separationem thori, & ad restitutionem dotis, quando maritus tenet concubinam.*
81 *Maritus non potest agere ad separationem thori propter fornicationem vxoris antè matrimonium cōmissam.*
82 *Maritus non potest accusare vxorem propter fornicationem commissam antè matrimonium.*
83 *Maritus non potest obijcere adulterium vxori, si ipse fuit auctor adulterij, neq. eius hæredes possunt hoc crimen obijcere, si ipse viuens non opposuit.*
84 *Separatio thori fieri potest propter solā confessionem adulterij factam per alterum ex coniugibus.*
85 *Reconciliatio fit, si post separationem innocens coniux fornicetur.*
86 *Reconciliatio fit, si vxor patitur se à viro cognosci post adulterium.*
87 *Reconciliatio non dicitur secuta, si vxor, quæ habitat cum Viro, & patitur se ab eo cognosci, si eadem non habet certitudinem adulterij per virum commissi, & è contra.*
88 *Adulterij scientia qualis esse debet.*
89 *Scientia qualis esse debeat, vbi agitur de remittendo præiudicio grauissimo.*
90 *Testes viles, & inhabiles admittuntur ad probādum adulterium pro separatione thori facienda.*
91 *Testes inhabiles admittuntur, quando sunt talia, quæ de sui natura non possunt ab alijs probari.*
92 *Testes singulares probāt in his, quæ cōsistunt in genere, vt esse hæreticum, adulterum, vel fornicatorem.*
93 *Testes singulares probant inhonestatē mulieris.*
94 *Testes singulares concordes in actu fornicationis probant ad separationem*

... faciendam, se eius vbi ageretur de pœna infligenda.

95 *Meretrix deponens de concubitu cum viro probat in causa ciuili.*

96 *Separatio thori fit propter sauitiã viri. Sauitia viri est causa separationis thori, non potest tamen propria authoritate uxor ob sauitiam viri recedere.*

97 *Sauitia viri præterita non sufficit ad separationẽ thori, sed esse debet timor futura.*

98 *Sauitia viri cogit virum ad alendam vxorem in loco honesto extra propriã domum, vel ad dandam sufficientem cautionem de non offendendo, & iuratoria cautio non sufficit.*

99 *Sauitia arbitratur iudicio Iudicis.*

100 *Maritus potest leuiter castigare vxorem, etiam quòd ille præstiterit cautionem de non offendendo.*

101 *Maritus habet potestatem leuiter castigandi vxorem, ex causa legitima.*

102 *Maritus potest causa correctionis vxorem in vinculis, & in custodia priuata detinere.*

103 *Pater potest filium relegare in aliquo certo loco causa correctionis.*

104 *Vxor non habitans in loco honesto nõ potest petere à marito cautionem de non offendendo.*

105 *Correctio excessiua præstat causam separationis thori.*

106 *Dos propter separationem thori non est restituenda sed ex fructibus tenetur maritus alere vxorem.*

107 *Separatio thori fieri potest, si vir fuerit insidiatus vita vxoris, & è cõtrà.*

108 *Separatio thori fit, quando vir persequitur vxorem odio capitali, & è contra.*

109 *Minæ an inducant separationem thori.*

110 *Separatio fit, si maritus accusauerit criminaliter vxorem.*

111 *Separatio thori inducitur, si alter ex coniugibus fiat hæreticus, siuè idololatra.*

112 *Separatio non inducitur pro furto.*

113 *Sodomia vitium inducit separationẽ.*

114 *Lenocinium mariti præstat causam separationis.*

115 *Separationis causa est, si maritus sit leprosus, vel morbo gallico laborans, vel ethicus.*

116 *Furor quomodo inducat separationẽ thori. Dementia quomodo præstet causam separationis thori.*

117 *Testes singulares admittũtur ad probandum aliquem esse furiosum.*

118 *Testes probantes furorẽ alicuius quid probare debeant.*

119 *Filij à quo debent ali, quando fit separatio propter adulterium mariti. Mater an, & quomodo teneatur alere filios.*

120 *Stuprum est mixti fori.*

121 *Stuprum cum quibus fieri dicatur.*

122 *Stuprans virginem tenetur eam dotare, vel in vxorem ducere, & Virgo præsumitur nisi, per stupratorem contrarium probetur.*

123 *Dos virgini stupratæ qualis assignari debeat.*

124 *Dos puellæ stupratæ debetur, quamuis illa non nubat, nõ tamen ei debetur, si passa est postea se ab alio cognosci.*

125 *Dos pullæ stupratæ debita à stuprante an sit soluenda statim, vel solùm tempore nuptiarum eius.*

126 *Dos puellæ stupratæ debet assignari iuxta facultates stuprantis, & dignitatem puellæ stupratæ.*

127 *Dos sine matrimonio esse non potest.*

128 *Sodomia est casus mixti fori.*

129 *Incestus est casus mixti fori.*

130 *Sortilegium est casus mixti fori.*

131 *Sortilegiũ quãdo sapit hæresim, eius cognitio spectat ad Iudicẽ Ecclesiasticũ.*

132 *Sortilegium quando sapiat heresim.*

133 *Iuramenti obseruatio in contractu appositi est mixti fori.*

134 *Hæres tenetur ad obseruantiam contractus per defunctum celebrati.*

135 *Iuramentum quoad vinculum spiritualitatis est personale.*

136 *Periurium est mixti fori.*

137 *Absolutio à iuramento ad effectum agendi, excipiendi, &c. à solo Iudice Ecclesiastico dari debet.*

138 *Vsurarum causa est mixti fori.*

139 *Iudex Ecclesiasticus potest inhibere Iudici seculari, vt se abstineat abexecutione Instrumenti, donec coram ipso cognoscatur, an contractus sit vsurarius, vel ne.*

140 *Blasphemia est mixti fori.*

141 *Blasphemiæ hæreticalis solus Iudex Ecclesiasticus est.*

142 Deci-

142 *Decimarum causa est mixti fori.*

143 *Iudex secularis est competēs in causis Ecclesiasticis beneficialibus, matrimonialibus, ac spiritualibus, vbi quæstio est possessorij, & facti, & an hoc sit perpetuò verum. & n. seq.*

144 *Iudex laicus non potest cognoscere causam etiā super possessorio rei spiritualis tantum.*

145 *Decimarum quæstio vbi est iuris, solus Iudex Ecclesiasticus est cōpetens.*

146 *Primitiarium, & decimarum cognitio parificantur.*

147 *Imagines verberantes, vel deturpantes possunt puniri à Iudice Ecclesiastico, & seculari.*

148 *Imagines Saluatoris nostri, Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum deturpans, vel alio modo offendens pœna mortis plecti debet.*

149 *Ludētes aleis in publicis, vel priuatis domibus, seu locis ac etiam inspicientes possunt à Iudice seculari, & Episcopo inquiri, & puniri.*

150 *Falsificatio literarū Apostolicarū est causa mixti fori.*

151 *Matrimonium secundum contrahens viuente priori coniuge potest à Iudice laico, & Ecclesiastico puniri.*

152 *Lenocinium mariti cū propria vxore est causa mixti fori; Item in lenocinio commisso ab eo, qui fuit mediatur, vt Virgo defloraretur.*

153 *Fornicatio simplex est causa mixti fori.*

154 *Contemptus campanarum est causa mixti fori.*

155 *Iudex Ecclesiasticus potest procedere contra Iudicem laicum vt non tradat reum morti; donec fuerit confessus, & communicatus.*

§. Quartus.

1 SVnt tamen aliqui casus, in quibus tàm Laicus, quàm Ecclesiasticus Iudex procedere possunt, qui appellantur mixti fori. *cap. tua. cum ibi not. de procurat. Felin. in cap. cum sit. & DD. de for. comp. Clar. in §. fin. q. 37* in quibus casibus est locus præuentioni. *Abb. in cap. quod. super. num. 14. de voto.*

2 Præuentio autem inducitur per aliquem actum iudicialem, vt per assignationem termini partibus præsentibus, & huiusmodi. *Archid. in cap. non ità. num. 2. 2 q 6.* vel per citationem. *cap. vt debitus. de appel. cap. capitulum. de rescript. gloss. fin in cap. proposuisti. de for. comp. Vestr. in pract ciuil. lib. 3. cap. 11. nu. 1. & 2. vbi Grauat.* dicens de communi *nu. 4.* dummodo citatio fuerit valida, quia alioqui præuentio Iurisdictionis non fit per citationem inualidam. *Abb in cap. proposuisti. in 5. not. vbi etiam Io. Andr. & Soccin. de for. comp. Archid. in d. cap. non ità. num. 1. Felin. in cap. ex tenore. vers. regula. nu. 5. de rescript. Roman. cons. 422. nu. 5. Vestr. in d. cap. 11. num. 2. Grauat. ad eundem Vestr. lib. 7. cap. fin. num. 37.* quia quod nullum est, nihil potest operari. *d cap. proposuisti Afflict. decis. 182. num. 4.* & non entis nullæ sunt qualitates. *l. eius. ff. si cert. pet. l. nam & si. ff. de iniust. rupt. c. bonæ. 1. de elect.*

3 Si autem vnus Iudex prçuenit per citationem verbalem, alius autem per realē. ille dicitur præuenisse, qui reum capiendo præuenit. *Marsil. in l. fin. n. 206. & seqq. ff. de Iurisd. omn. Iud. Angel. de malefic. verb. Iudex cōmisit. n. 14. Soccin. in d. c. proposuisti. q. 8. Boss. in tit. de for. comp. nu. 97. Grammat. decis. 30. n. 6. Decian. de delictis. lib. 4. c. 20. 21. & 22. Farinac. tit. de Inquisitione. q 7. nu. 53.* vbi dicit communem.

4 Ex quorum dictis colligi potest idē dici in spontè comparente: cum ex eo dicatur executio personalis, quicquid dicat *Boss. in tit. de for. comp. nu. 98.*

5 Dicitur etiam facta præuentio, si Iudex fecit alicui præceptum de non discedendo de aliquo loco. *Decian. in tractat. crim. tom. 1. lib. 4. c. 21. n. 17. & c. 20. n. 14. Farinac. de Inquisit. q. 7. nu. 56. in fin.*

6 Quod multò magis procedere debet, vbi fuisset præstita cautio de non recedendo, quia paria sunt, quòd aliquis conijciatur in carcerem, vel præstet fideiussorem prædictum. *Bald. in l. nec non. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Boss. de carcerat. fideiuss. commit. nu. 3. & 4. Innoc. in cap. nuper. de sent. excommunic. Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 320. nu. 1. Guid. Pap. decis. 253.*

7 Præuentio autem non potest allegari pro parte contumacis, reo etenim contumace nullo modo potest allegari exceptio præuentionis, & litis pendentiæ, cum non sit absurdum, quòd quis possit in contumaciam condemnari à duobus Iudicibus etiam diuersi fori, & iurisdictionis, ac sub

diuerso

diuerso Principe, & quòd sic in contumaciam condemnatus poterit cogi ad soluẽdam vtranque condemnationem, nisi antè secundam condemnationem soluisset primam. *Abb.* de communi *in d.c.propofuisti. nu.12. vbi etiam Soccin. nu.31. Boss. de for.comp.n.82. Baiard. ad Clar.q.39 n.14. & q.57. n.24.* & post multos dicit *Farin. d. q. 7. nu. 55.*

8 Mixti verò fori delicta dicuntur, quæ lege Canonica, & Imperiali sunt prohibita. *Abb. in c.cum sit. in fin. & Aret. nu.4. Marian. n.26 Goffred. & alij. de for. comp. Decian. in tract. crimin. lib.4. c.26. nu.63.* & ideò Iudex Ecclesiasticus, & laicus vterque procedere potest, quia vtriusque lex fuit offensa. Item & ad hoc vt delictum dici possit mixtum necesse est, quòd detur concursus legis prohibentis, adeò quod vnaquæque lex omnes contrauenientes complectatur, & omnes generaliter liget, nam si vni denegatur, & alteri promittetur, Iudicesque ad imparia iudicarent, non esset delictũ mixti fori. *Surd. conf.304. num.9. & 10. vol.3.*

9 Primus igitur casus est sacrilegii. *l. si quis in hoc genus. & ibi Bald. C. de Episc. & Cler. auth. item nulla Communitas. & ibi Salyc. vers. quaro an requisitio. C. eod. c. cum sit. & ibi gloss. fin. Abb. n.27. & 31. Felin. n.1.12. & 14. & Butr. col.12. de for. comp. idem Abb. in c. si clericus laicũ. n.2. & 12. eod. in c. cæterum. nu.17. de iudic. & in c.2. nu.3. de sponsal. duor. Bart. in l si eni. §. cum sacrilegium nu.3. vbi etiam Alex. de accusat. & in l si quis in hoc genus. n.1.* C. *de Episc. & Cler. Mantua* de communi *conf.266. num.56.72. & 79. Rol. conf.24. à num.9. vsque ad nu.14. vol.2. Couar. var. resol. lib.2. c.20. n.18. vers. trigesimo quinto. & lib.3. c.3. num.1. Boss. in tit. de coitu damn. nu.15. & in tit. de sacrilegijs. nu.7. Clar. in § fin. q.37. nu.6. Osasc. decis.103. num.7. Decian. in tract. crim. tom.1. lib.4. c.26. n.1. & 20. Vulpel. in tract. de libert. Eccles. par.1. nu.29. Farinac. in prax. crim. to.1. p.1. q.8. n.132. & q.28. n.62. Menoch. de arbitr. cas.389. nu.33. cum seqq.*

10 Sacrilegium autem cõmittitur pluribus modis.

11 Primò cum sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur. *c. si quis cõtumax. & c. quisquis. & ibi gloss. 17. q.4. Lap. alleg.66. n.10. gloss. in l. si nondum. & ibi Bald. & DD. C. de furt.* & furari, siuè spoliare ornamẽta monumentorum, sacrilegium est. *gloss. in §. lex Iulia. verb. religiosã. Inst. de public. iud. Suarez de virt. & stat. relig. lib.3. c.5.*

12 Secundò vulnerãdo, seù percutiẽdo Clericum, seù Monachum, siuè aliam personam Ecclesiasticam. *d. c. quisquis. & c. si quis suadẽte. 17. q.4. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler. Grillan. de pœn. omnif. coit.*

13 Iniuriam etenim clerico laicus inferens potest etiã puniri per Iudicem Ecclesiasticum. *c. olim. de iniur. c. cum desideres. & c. Parochianos. vbi Abb. n.5. de sent. excõmun. l. si quis in hoc genus. vbi Castr. num.4. & DD. C. de Episc. & Cler. gloss. in d. auth. item nulla. & ibi Castr. Abb. in c.2. nu.1. de pœn. Felin. in c. cum sit. nu.18. de for. comp. Guid. Pap. decis.562. n.2. & 3. Rol. d. conf.24. n.11. T hessau. decis.224. n.2. & 3. Decian. d. c.26. n.1. & 22. Couar. var. resol. lib.1. cap.4. nu.8. Clar. in § fin. q.36. nu.42. Salcedo ad Diaz. c.91. vers. sed vtrũ laicus, & vers. alij verò. nu.3. Zeuallos in suis resolut. crimin. cas.194.*

14 Quia iniuria facta clerico non solũ censetur illata personæ, sed etiam Ecclesiæ vniuersali. *Abb. in d. c.2. num.1. de pœn.* Quinimò, & si Iudex secularis iam incœpisset procedere, poterit nihilominùs Iudex Ecclesiasticus quoque procedere contrà percutientem clericum ad pœnas spirituales, & Iudex secularis ad pœnas fisco temporali applicandas. *Clar. d. q.36. n.42.* multò magis procedere poterit Iudex Ecclesiasticus contrà laicum, qui ausus fuerit comprehendere, percutere, aut aliqua vi à propria sede expellere Episcopũ. *c. si quis deinceps. vbi gloss. fin. 17. q.4. c. nullus Episcopus. & ibi gloss. fin. 11. q.1.*

15 Tertiò per copulam cum Moniali. *cap. impudicas. 27. q.1.* & post *Soccin.* dicit *Felin. in d. cap. cum sit. nu.12. de for. comp. Osasc. decis.103. num.7.*

16 Item propter fornicationem commissam in Ecclesia etiam occultè committitur sacrilegium. *Suarez de virt. & stat. relig. lib.3. cap.7. num.4.*

17 Dicitur etiam sacrilegium, si fiant in Ecclesia actus impudici, præsertim grauiores, & in partibus inhonestis. *Suarez d. c.7. nu.11.* post alios ab eo allegatos.

18 Quartò facultates Ecclesiarum inuadendo, vastando, rapiendo, siuè aliter occupando, vel alienando, siuè alienationi

consentiendo. *c.nulli. & c.pradia.* 12.q.2. *c.sunt qui opes.c.sacrilegium. c.omnes.c.sicut.& c.attendendum.* 17.q.4. *c.super eo.de raptor.c.conquestus.& ibi gloss.fin.de for. comp.cap.2.de priuil. cap.conquesti.de sent. excom.Abb.in d.c. cũ sit. n.*27.*de for.comp. & in c.caterùm.nu.*15.*de iudic. Arch.d.in c.canonibus.nu.* 1.*&* 2.16.q.1. necnon spoliando clericũ re, seù possessione Ecclesiæ; quo casu spolians conueniri potest coram Iudice Ecclesiastico.*cap.conquestus.de for. comp.c.dilecto.de sent.excom.in* 6.*glos.pen. in fin.in cap.cum dilectus. de eo quod met. caus.d.c.cum sit,vbi Abb.num.*10.*Felin.in princ.vers. & dum dicit.Io.Andr. & DD. de for.cõp.d.c.*2.*de priuil.ni*6.*Abb.in c.clericus laicum. nu.*3.*& Host.nu.*1.*eod.& in d.c.caterùm.n.*17.*de iudic. Alex.cons.*105. *in fin.*vbi fatetur cõmunem *vol.*5. *Maran. de ord.iudic.par.*4.*dist.* 11.*nu.*6.*Antonin. variar.resol.lib.*1.*resol.*76. *num.*1. *Couar. var.resol.lib.* 1.*c.*4.*n.*12.*Menoch.de recup. poss.remed.*15.*nu.*205.*& seqq.*

n.19. Ac etiam inuadendo res,& bona patrimonialia clericorum. *Abb. in d. c.caterùm.n.*17. vel Ecclesias vastãdo,destruendo,siuè aliter violando. *d.c.sicut. & dicto c.super eo.* Imò potest Episcopus contrà potentiam temporalem censuris Ecclesiasticis se tueri. *d. c. dilecto.* in Ecclesiam irruendo, Sacerdotibus,& ministris, vel ipsi cultui, locoq. aliquid iniuriæ importando. *l.si quis in hoc. C.de Episc.& Cler.*

20 Seù eiusdem Ecclesiæ immunitatem violando, vt in illa rixas, siuè strepitum excitando, pugnando aliquem vulnerãdo. siuè sanguine violenter polluendo.*c.sicut. c.si quis in atrio c.quisquis.§.sacrilegium. c.si quis suadēte.*17.*q.*4.*c.decet.de immun. Eccles.in* 6.*Innoc.in c.cum pro causa. n.* 1. *in fin. de sent excom. Abb.in c.*2. *nu.*3.*de sponsa duor. & in c.inter alia.nu.*29.*& in c.fin.num.* 5.*& seq.de immun.Eccles. Rol. d.cons.*24.*n.*9.*cum seqq.Cyn.in l.præsenti. C. de his qui ad Eccles. confug. per auth. qua in Prouincia.C. vbi de crim.agi oport.* & quòd inuasores rerum, & bonorum Ecclesiæ,violatoresq. immunitatis, siuè exẽptionis Ecclesiæ possunt conueniri coram Iudice Ecclesiastico. *est tex.in c.cum sit.& ibi Soccin.n.*18.*& DD. in d.c.conquestus. vbi gloss.fin.de for. comp. Lopez ad Diaz. c.*3.*vers.vndè ex illa. & vers. & nota, &c.* non sunt tamè excommunicati ipso iure: sed sunt excommunicandi quousque satisfecerint tàm de iniurijs, quàm de damnis. *d.gloss.fin.in d.c. conquestus.*

21 Immunitatem Ecclesiæ etiã violat, qui ab ea abstrahit ad illam confugiẽtem. *c.eos qui.*86.*dist.c.miror.c.frater. c.si quis contumax. cap.quisquis. & cap.diffiniuit.* 17.*q.*4. *c.inter alia. de immun. Eccles.l.*1. *& toto tit.C.de his qui ad Eccles. confug.*

22 Fugientes enim ad Ecclesiã, vel ibi residẽtes nullus potest indè abstrahere,aut eisdem aliquid nocumenti, vel damni,siuè spolij inferre.*d.c.diffiniuit. Boer.decis.*109. *nu.*3.*Io de Visch.in tract.de immun. Eccl. num.*1.*&* 56. & post eum tenet *Remig. de Gonzal. in suo pariter tract. de immunit. Eccles.q.*13.*nu.*1.*&* 2.*Suarez d.lib.*3. *c.*8. *per totum.* existens in Ecclesia si timore familiæ Iudicis secularis eum persequẽtis aufugerit extra Ecclesiam,in fuga caperetur, cum dicatur inuoluntariè exiuisse restituendus est Ecclesiæ.*Ricc.in prax.resol. p.*1.*resol.*430.Neque blandis verbis,& impunitate promissa etiam cum iuramento ab Ecclesia extrahere,& propterea taliter extractus est Ecclesiæ restituẽdus.*Remig. de immun. Eccles.q.*15.*fallen.*16.*latè Ricc. in prax.resol.p.*2.*resol.*327.*n.*2.*& seqq.*

23 Cœmiteria itidem Ecclesiarum eadem immunitate gaudent, qua gaudent Ecclesiæ. *cap. cum Ecclesia. & ibi gloss. verb.Cœmiterijs.& Abb.num.*2. *& Host. num.*2.*de immunit. Eccles. cap. si quis in atrio.c.si quis contumax. & c.id constituimus.*17.*q.*4.*gloss.pen. in c consulnisti. de consecr. Eccles.vel alt.e.*1.*eod.in* 6. *Abb.in c.Ecclesia.num.* 10. *de immun.Eccles.* nam idem iuris est in accessorio, quod in principali.*cap.prudentiam.§.fin.de offic.deleg. in* 6.*c.accessorium.de regul.iur.in* 6. quod procedit,quamuis Cœmiterium non sit Ecclesiæ contiguum,nam tunc gaudet eadem immunitate. *gloss.in c is cui. verb. Cœmiterio.de sent.excõmun.in* 6. *Azor. Instit. Moral.p.*2.*lib.*9.*cap.*8.*nu.*6. *vers.sic.reges.* Cœmeterij autè appellatione intelligitur omnis locus sacer deputatus sepulturæ fidelium, siuè quicunque locus ab Episcopo benedictus,& ad hunc vsum datus,vt post *Abb.& Alter.*dicit *Riccinl.de iur person. lib.*4.*cap.*60.*nu.*20.

24 Ecclesia item interdicta gaudet eadem immunitate,quia Deus, in cuius honore hæc immunitas est data, in aliquo nõ deliquit. *Host.in sum.de immunit. Eccles. §.in quantum. vers.sed nunquid hoc priuile-*

uilegium. & in d.c.Ecclesia.nu.3.& Abb. nu.8. & DD. de immun. Eccles. Archid. in c.frater.n.5.& in c.vxor felicis. nu. 2. 17.q.4.Suarez d.lib.3.c.9.n. 6.vbi hoc extendit ad Ecclesiam pollutam, quæ non priuatur sua immunitate.

26 Et quamuis Oratoria priuata, etiam quòd in illis celebrentur Diuina, non gaudeant supradicta immunitate. *Hostien. in d.c.Ecclesia. in princ.* & post eum dicit *Archid. in d.c.vxor felicis. n.2.& 3.*quamuis de licẽtia Episcopi in illis celebretur, quia per hoc nõ manet locus ille immutabiliter deputatus ad sacra ministeria. *c.ad hæc. vbi DD. de relig. dom. Abb. in c.fin. n.4.de censib.gloss.in clem.quia contigerit. de relig.dom. Suarez d.lib.3. c. 9. nu.* 10. Oratoria tamẽ si sint auctoritate Episcopi constructa gaudent hac immunitate. *Abb. in c.fin. n.4.de cẽsib.Suar.d.c.9.n.2. Azor. p.2.Inst.Mor.lib.9.c.8.q.3.Duar. in cõm. Bull.Cœn. Dom.lib.2.canon.15.q.16.n.7.*

27 Item Ecclesia nondum consecrata, nec benedicta, dũmodo auctoritate Episcopi sit ędificata gaudet eodẽ priuilegio immunitatis, quia est diuinis obsequijs dedicata. *c.fin.de consecrat. Eccles. vbi glos. in verb.cõsecrata.d.c.Ecclesiæ. & ibi Host. in prin.& Abb.n.3.4.et 5.Archid.in.c frater.n.5.Host.in c. nter alia.in princ & ibi DD.de immun.Eccles.Suarez d.c.9.nu.* 2. *vbi nu.* 4. subdit hoc procedere quamuis diuina officia nondum cœperint in illa celebrari, quod affirmat *Azor.p.2.Inst.Mor. lib.9.cap.8.q.1. vers.dubia.*

28 Huiusmodi autem Ecclesiæ si fuerint Cathedrales habent etiã priuilegium immunitatis per circuitum quadraginta passuum, si verò fuerint minores Ecclesiæ triginta, nisi habeant circumcirca domos laicorum contiguas. *c.sicut antiquitùs, & ibi gloss.verb.passus c. quisquis. vbi etiam gloss.2.17.q.4.Archid in d.cap. diffinivit. n.1.Abb.in d.c.Ecclesia n. 10. & in c. cum pro causa.nu.4 de sent excom. Couar var. resol.lib.2.c.10.n 5.Clar.in §.fin.q.30.n.1. Suarez de virtut. & stat. religion. lib. 3. cap.13.n.3.Seraphin.decis.847. n.4.par.* 1.

29 Passus autem continet quinque pedes. *gloss.in d.c.sicut antiquitùs. Seraphin. d.decis.847.nu.5.*

30 Atria Ecclesiarum eadem immunitate potiuntur. *c.si quis in atrio.cap. si quis contumax. & c.id constituimus.17.q.4.*

31 Porticus itẽ, siuè claustra Ecclesijs adhærentia. *d.c.si quis contumax. Abb. in d.c.Ecclesia.n.10.& in d.c.cum pro causa. n.4.de sent.excom.Decian. in tract. crim. to.2.lib. 6.cap.25.n.17.*quia quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. *l. quæ religiosis. ff.de rei vend.*

32 Et quoad hanc immunitatem comprehenduntur tectum, & tota Ecclesiæ fabrica, & turris cãpanaria. *Abb.in d. c. Ecclesiæ. n.10.Suarez d.c.9.nu.7*

33 Licet Ecclesia nõ polluatur per actus, qui fiunt, vel supra tectum, vel in turri, vel in simili loco cum illa coniuncto, & extra illam existente. *Suarez d. n.* 7. quare gaudet quoquè immunitate adhærens portæ Ecclesiæ clausæ, & vectem, siue ansam manu tenẽs. *Farin. in sua prax.p.1.q.28.n.14*

34 Domus Canonicalis, siue Parochialis existẽs intra dictos 40. seù 30. passus eodẽ priuilegio gaudet, nisi habeat circumcirca domos laicorum. *d.c.quisquis.& ibi glos.verb.domos.17.q.4.Archid.in d.c.diffinivit.n.1.& in d.c.id constituimus. n.3. vbi etiam Turrecrem.cad.17.q. 4.Boych. in d.c. Ecclesiæ. col fin.Clar.in §.fin.q.30. nu.1.Remig.de Gon.in d.tract.de immun. Eccles.ampliat.16. Boss.in tit. de captura. n.30.Azor.p.2.Instit. Moral. lib.9.c.8.q.5.* & de domibus Canonicalibus dicit *Deciã. in tract.crimin p.2.lib.6.c.25.n. 17. & 38. Igneus.in l.1.in princ.n.57.ff.ad Syllana. Couar.var.resol.lib. 2.c.18.vers.32. dubitat.Remig.de immun.Eccl q.24.n.15.et seq. Ricc.in prax.resol.p.2.resol.*429. qui dicit ita fuisse iudicatũ p Collater. Cõsil. Neap.

35 Palatium item Episcopi eodem iure fruitur, etiã quòd sit extrà illos 40. passus. *d. c. id constituimus.vbi gloss. verb.domo. & Archid. nu.3. & post Innoc.*tenet *Abb. in d.c. Ecclesiæ.nu.9.& Host n.2. Couar.* de cõi *in d.c.20.n.5.vers. quintò infertur.*

36 Hospitalia itidem. *Archid.in d.c.diffinivit.n.1.17.q.4.Abb.in d.c.Ecclesia.n.6. Bald.in l.si quis ad declinãdã. §.in omnib. n.21.C.de sacros. Eccles.* & post eum dicit *Felin.in c.de quarta.n. 6.vers. octauo fugiens.de præscript.Imol.cons.9.vol.2.*

37 Monasteria item, & loca religiosa, domus piæ, vt Seminarium, & huiusmodi, si auctoritate Apostolica, siue Ordinaria fuerint erecta. *Archid.in d.c.diffinivit. nu. 1. Felin. in d.c.de quarta.n. 3.Decian. in tract. crim.lib.6. c.24.n.32.*& de Seminario dicit *Farin.de immun Eccl.cap.16. n.252. Ricc. in prax. resol.p.3. resol.412.*

Nouar. quæst. forens. par. 1. q. 31. num. 3.

38 Ad venerabilissimũ Sanctissimi Corporis Christi sacramentum fugiens, dum portatur in via, gaudet immunitate, quia corpus Christi est longè dignius, quàm sit Ecclesia materialis, *Abb. in c. sanè. num. 1. vbi etiam Host. nu. 6. & Io. Andr. num. 4. de celeb. miss. idem Host. in Sum. de immun. Ecclef. §. in quantum col. 2. vers. quid ergo si quis dum fugit. Archid. in c. quæsitum. num. 3. vbi Turrecrem. 13. q. 2. Suarez d. c. 9. nu. 10. Couar. var. resol. lib. 2. c. 20. nu. 6. Duard. in com. Bull. Cœn. Domini. lib. 2. can. 15. q. 16. nu. 8.*

39 Violantes autem Ecclesiarum immunitatem sunt excõmunicati per Constitutionem Greg. XIV. editam super Immunitate Ecclesiarum, vbi eos, qui quouis prætextu quidquam præter, aut contra dictæ Constitutionis tenorem attentare præsumpserint, declarauit ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores sunt promulgatæ.

40 Absolutio vero eorum, qui eandem immunitatem fregerunt, vt eorum, qui extraxerunt aliquem ab Ecclesia est Summo Pontifici reseruata. *Extrauag. & si Dominici. vers. offensa Ecclesiastica libertatis. de pœnit. & remiss. inter communes.* Decret. Clemen. Octaui declarationis super absolutione à Cẽsuris, seù à Casibus reseruatis, *vers. violationis immunitatis Ecclesiasticæ*. Et colligitur ex Bulla Greg. XIV. quæ incipit. *Cum aliàs nonnulli. circa fin. vers. quod si quis neque ab Episcopo dari potest*, quidquid dicant *Auctor Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 18. nu. 4. & Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 333. nu. 1.* quamuis absoluere possit ab excõmunicatione Papali respectu monitorialium Papalium Vicarius executor, quia huiusmodi excommunicatio fertur generaliter. *Nauar. in Manual. c. 27. nu. 44. Couar. in c. alma mater p. 1. §. 12. nu. 4. de sent excom. in 6. Antonin.* qui testatur de veriori & receptiori opinione, *variar. resol. lib. 1. resol. 112 cas. 37.* Atquè potest dari absolutio à Delegato vti misto executore, cui Papa mãdauit aliquem excommunicari cũ causæ cognitione. *c. quærenti. de offic. deleg. Nauar. d. nu. 44. Antonin d. cas. 37. vers. secundo.*

41 Neque iustificatur extractio facta contra formam dictæ Constitutionis, seù etiam executio ex post agitatis, & ex probatione, siuè etiam ex confessione delinquẽtis post dictam extractionem recepta, nam per superuenientem probationem actus præcedens non conualidatur, maximè quia actus à principio est de se nullus; nam Ecclesia fuit spoliata sine cognitione causæ, & ita est restituenda, vt post *Belluc. in Specul. Princip. tenet Remig. de Gon. in tract. de immun. Ecclef. q. fin. Auctor Prax. Archiep. Neapol. cap. 18. nu. 5. & 6. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 450. n. 3.* Restitutio autem extracti est faciẽda Ecclesiæ, neq. sufficit dimissio. *Nauar. cons. 1. de sent. excom.*

42 Et non solùm violantes Ecclesiarum immunitatem sunt excommunicati, verumetiam graue cõmittunt sacrilegium, cum violatio Ecclesiasticæ immunitatis sacrilegium sit. *cap. sacrilegium. cum seqq. 17. q. 4.* vt dictum fuit superiùs.

43 Insuper tenetur extrahẽs ad dãnum reo secutum. *Suarez. d. cap. 13. num. 15.* atq. debet Iudex huiusmodi reum Ecclesiæ restituere. *cap. miror. 17. q. 4. Suarez d. cap. 13. nu. 6.*

44 Et cum ij, qui non sunt Catholici, non gaudeant priuilegio dictæ immunitatis, nam nequaquam conuenit ab Ecclesia eum defendi, qui eius gremio, tutelæ, & fidei se ipsum committere recusat. *Abb. in d. c. inter alia, nu. 6. & 23. & Host. n. 1. in fin. de immun. Ecclef. Couar.* de communi *in d. cap. 20. n. 11. vers. decimo tertio. Azor. p. 1. Inst. Moral. lib. 9. cap. 8. quæst. 5. Suar. de Relig. to. 1. lib. 3. tract. 2. c. 10. n. 2.* solos Catholicos eadem immunitate gaudere dicas, necesse est ex traditis per *Abb. in d. c. inter alia. d. nu. 23.*

45 Verumenimuerò non possunt ij, qui ad Ecclesiam confugerunt, detineri obsessi per Curiam secularem, neque sunt eis denegãdæ vestes, & victualia. *Host. in d. c. inter alia. nu. 1. & Abb. nu. 28.*

46 Et præterquamquòd clerici, vel religiosi ad Ecclesiam confugientes, prædicta immunitate non gaudent, nam Iudex Ecclesiasticus causa disciplinæ potest eos arcere ab Ecclesia, & ad carceres detrudere. *Abb. in d. c. inter alia. nu. 13.* vbi latè hoc examinat, quæ opinio est vsu recepta, vt dicit *Diaz. in pract. crim. canon. c. 126. Nauar. in Man. c. 25. nu. 22.* & dictum fuit *in tit. de fauor. Cleric. Personal. in §. 15.*

47 Priuantur etiam dicta immunitate publici latrones, viarum grassatores, qui

itinera frequẽtata, publicasue stratas obsidẽt, ac viatores ex insidijs aggrediũtur, depopulatores agrorum, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumuè Cœmiterijs committere non verentur, qui proditoriè proximum suum occiderint, assassini, inquisiti pro crimine hęresis, & inquisiti de crimine læsæ Maiestatis in ipsammet personam Principis, prout latius continetur in supradicta Constit. Gregorij XIV.

48 Gaudet tamen Ecclesiæ immunitate, qui homicidium, siuè mutilationẽ committeret in dormitorio alicuius Monasterij, cum non dicatur delinquere in Ecclesia, aut Cœmiterio iuxta verba eiusdem Bullæ. *Ambrosin. de immun. Eccles. cap. 5. nu. 7. cum seq. Farinac. eod. tract. q. 28. nu. 62. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 276.* Item, & qui ex rixa occidit clericum eadem gaudet immunitate. *Peregr. de immunit. Eccles. cap. 12. nu. 13. Caual. tract. de cognit. per vi. violent. p. 2. q. 101. Farin. de immunit. cap. 7. nu.* 114. quia in Bulla excipiuntur solummodò homicidia proditoria, aut per assassinium, addunt alij, eadem immunitate gaudere qui delinquit propè Ecclesiam spe cõfugiendi ad ipsam. Item & qui voluit aliquem proditoriè occidere, sed non occidit. Confugiens ad Palatium Episcopi, licet longè distet ab Ecclesia, gaudet immunitate, quia hęc immunitas est concessa ratione dignitatis Episcopalis. Item ad Palatia Cardinalium extra Vrbem. *Peregri. de immunit. Eccl. cap. 4. n. 75. in fin. contra Duard. in com. Bull. Cœna Domini. lib. 2. Can. 15. nu.* 12. Damnatum quoq. ad triremes, si cõfugiat ad Ecclesiam non posse reduci ad catenas sine violatione immunitatis Ecclesiasticę. Eademquè immunitate gaudere, qui captus à Satellitibus ducitur ad carcerem, seù ad mortem, & transit per Ecclesiam, alij affirmant, alij vero negant, affirmant *Mart. de iur. p. 2. c. 51. num.* 17. *Nauar. in Man. c. 25. n. 19. Boer. decis.* 100. *Germon. de immunit. lib. 3. c. 16. n. 25. & alij.* negant *Bobad. tom. 1. lib. 2. c. 14. num. 61. Tanner. in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. nu. 17. Megal. cons. 60. & alij.*

49 Ad Ecclesiam autem confugientem debet Iudex Ecclesiasticus defendere censuris Ecclesiasticis. *c. nullus. c. si quis contumax. & c. quisquè.* 17. *q.* 4. *Azor. par. 2. Instit. Moral. lib. 9. cap. 9. q. 11. & q. 15. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 13. num. 4.* contra Iudicem secularem non solum si conaretur illũ vi abducere, sed etiã si obsideret Ecclesiam, vel denegaret illi quietem, victũ, & vestes consuetas, aut aliquo modo illũ vexaret. *l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confug. Azor. d. cap. 9. q. 10.*

50 Ad effectum autem tradendi Iudicibus secularibus confugiẽtes ad Ecclesiam pro delictis qualificatis, de quibus in eadem Constitutione Gregorij XIV. requiritur, quòd qualitates ipsorum criminum plenè, & concludenter probentur, nequè sufficiunt præsumptiones, & indicia, vt colligitur ex eadem Cõstitutione ponderãdo verba illa. *An si verè crimina superiùs expressa commiserant. Farinac. consil. 76. nu. 21. vol. 1. & cons. 168. vol. 2. Ambrosin. de immun. Eccles. c. 11. nu. 4. & seqq. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 38. nu. 1. vers. contrarium tamen. nu. 2. & 3.* vbi tamen subditur in fine, quòd *Farinac. in addit. ad præfatum. cons.* 168. testatur Clementem Octauum declarasse sufficere sola indicia ad probandam qualitatem dictæ Constitutionis, & ad hoc faciunt deducta per *Ricc. in prax. resolut. par. 2. resolut. 38. nu. 1. & resol. 450. num. 3.*

51 Cognitio autem super remissione delinquentis, qui confugit ad Ecclesiam, spectat ad Episcopum, non ad inferiores, quamuis aliàs essent Ordinarij, aut nullius Diœcesis, aut Conseruatores à Sede Apostolica specialiter, vel generaliter deputati, si casus occurreret in loco exẽpto, quia tunc cognitio ad viciniorem Episcopum; & non ad alios deuoluitur, vt disponitur in eadem Constitutione Gregorij XIV. *§. ne autem Curia. Ambrosin. de immunit. Eccles. c. 11. n. 1. Farinac. cons. 76. in princ. Tusc. to. 2. concl. 11. n. 9.* nisi locus exemptus esset priuilegio munitus, Episcopus tamen non tenetur stare processui cõfecto per Iudicem laicum super delicto contrà confugientem ad Ecclesiam. *Clar. in §. fin. q. 46. vers. vltimo quæro. Farin. d. cons. 76. nu. 1. Ambrosin. d. c. 11. n. 5.* sed potest ipse assumere informationes super delictis huiusmodi. *Farinac. d. cons. 76. n. 2. Ambrosin. d. cap. 11. num. 3.*

52 Secundus casus mixti fori est Concubinatus. *c. is qui. 34. dist. cap. de benedicto. 32. q. 1. auth. sed hodiè. C. de adult. glos. in c. literis. verb. latebris. de præsumpt. Ias. in l. ex ea parte. nu. 3. ff. de verb. oblig. Abb.*

in d.c. cum sit.num.25. de for. comp. Glar. in §. fin.quæst.37.vers. quare etiam.Port. cons.21.n.17.lib.1.Azor.p.2.Inst. Moral. lib.3.cap.53.vers.dubiæ quæstionis, & p.3. lib.13.c.14. vers. crimina merè secularia. Farinac.in prax crim.to.1.p. 1.q.8.n.131. Conc.Trid.sess.24. cap.8 de reform. matr, per quod decretum non tolluntur aliæ pœnæ à iure communi, vel à statutis Synodalibus contra Concubinarios inflictæ, vt sæpiùs declarauit Sacra Congreg. Concilij super *eod. c. 8. §. per hoc decretum. §. an Archiepiscopus. & §. an mulieres.*

53 Concubinas verò clericorum, siuè fœminas, quæ sunt cum clericis suspectæ, solus Iudex Ecclesiasticus punire, & in eas animaduertere potest, easquè expellere è domibus eorundem clericorum, eisdemq; mulieribus inhibere sub pœna fustium, vel alijs pœnis de ampliùs cum clericis non habitando, seù conuersando, non autem Iudex secularis hæc facere potest, nam ratione hujus delicti huiusmodi concubinæ efficiũtur de foro Ecclesiastico, & quia illæ peccant in Ecclesiam clerico turpiter adhærendo *c. fraternitatis. 34. dist c. presbyter. 2. q. 5. c. si quispiã. & ibi gloss. fin. & Archid. 81. dist. c. cũ multa. 15. q. 8. gloss. 1. in cap. eos qui. in fin. 32. dist. Abb. in c. vt clericorum. nu. 7. de vit. & honest. cleric. in c. cum sit. nu. 25.* vbi etiam *Felin. n. 12. & 14. & Aret. de for. comp. & in c. si concubina. nu. 1. & ibi Felin. in princ. de sent. excom. Ias. in cap. Ecclesia Sancta Maria nu. 102. de constit. Ias. in l. cum quedam puella. in princ ff. de iurisd. omn. iud. Roman. sing. 258. Anchar. consil. 192. Campanil. in direct. iur. Canon. rubr. 11. cap. 2. nu. 6. Marta de Iurisd. p. 4. cas. 44. Duard. in comm. Bull. Cœn. Dom. lib. 2. canon. 15. q. 27. nu. 17.*

54 Et ideò non valet statutũ laicorum contra concubinas clericorum etiam notorias. *Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria, in tab. repet. q. 16. de constit.* Verùm si Ecclesia non sufficit, tunc poterit etiam Iudex secularis huiusmodi clericorum concubinas punire, in easquè animaduertere *d. c. eos qui. & ibidem gl. 1. & Archid. n. 1. 32. dist* vel vbi concubina non esset de secretis, sed de patentibus, & publicis. *Boss. in tit. de coit. damn. n. 15. & 18.* Vel si concubinatus esset notorius, secùs autem si occultus. *Anan. in Rubr. de adult. col. 3. Ancha. cons. 196. col. 2.* & post eos dicit *Felin. in d. c. si concubina. & in d. c. cum sit. nu. 14. Federic. de Sen. cons. 167.* & secundũ istas duas limitationes procedit *Boer. decis. 72. per totam.*

55 Potest itidem Iudex Ecclesiasticus non priuatiuè quoad Iudicem secularem expellere meretrices à vicinia honesta reclamante, *arg. l. mima. C. de Episc. aud.* vbi cauetur de habitu, quem distinctum ab honestis mulieribus meretrices gestare coguntur, & cujus causæ iudicium, & executio ad Episcopum spectat, & colligitur ex eodem *tit.* &, ibidem *gloss. Bald.* & alij. *Specul. in tit. de Concilio. Rubr. 61. num. 6. Gregor. Syntagm. iur. lib. 9. cap. 19. num. 8. Menoch. de arbitr. cent 6. cas. 535. nu. 18. Dec. in l. semper in contractibus. nu. 4. ff. de regul. iur*, nam & in Vrbe meretricibus, & impudicis mulierculis prohibitus est vsus Romani habitus & Rhedarum per Pium Quartum in sua Constitut. 27. quæ incipit. *Cum nostra intentionis.*

56 In ijs etenim, quæ concernunt animarum salutem, & publicam modestiam, & honestatem possunt laici per Iudicem Ecclesiasticum corripi indifferenter. *gloss. in c. nouit. verb. corripere. de indic. Abb. in d. c. cum sit. nu. 31. de for. comp. Aufrer. de potest. secul. in Eccles. tit. 2. cas. 1.* facit *Cõc. Tria. sess. 24. d. c. 8. in fin.*

57 Meretrices etenim expelli possunt non solũ à Ciuitatibus. *Menoch. de arbitr. cas. 328. num. 14.*

58 Sed etiam à vicinis domibus, vicinis reclamantibus. *l. ancillam. ff. de petit. hered. Lucas de Pen. in l. si qua. vers. adnotare. C. de spect. lib. 11. Castr. in l. 2. nu. 5. & ibi addit. C. de sacros. Eccles. Ias. in l. iustitia. col fin. vers. secũdo noto. ff de iust. & iur. Dec. in l. semper. n. 3. vbi etiã Cagnol. nu. 3 ff. de regul. iur. Couar. in 4. Decretal. p. 2. cap. 8. §. 11. nu. 5. Rip. in tract. de peste. p. vlt. partis princip. tit. de remed. præseru. contrà pest. n. 164. Barz. decis. 19. n. 1. & 2. Boer. cons. 4. num. 54. Menoch. de arbitr. centur. 6. cas. 535. nu. 16. & 17. Maiol. de irregul. c. 41 Gasp. Thes. quæst. forens. lib. 1. q. 33.* ne occasione dictarum mulierum inhonestarum oriatur rixa, & scandalum inter vicinos, & eorum filij, & familiæ ab hujusmodi mulieribus inficiantur. *Gomez var. resol. tom. 3. de delict. c. 6. tit. de iniur. ad fin. Lucas de Pen. in l. si qua. verb. adnotare. colum. 2. & 3. C. de spect. & Senio. & Lenon. lib. 11. Cæpol. in tractat. de seruit.*

vrb.prad.tit.de ʃecun.ʃpec.ʃeruit. mixt. de ʃeruit vʃus.cap.5.n.5. Menoch.de arbitr. cent.6.caʃ.535.nu. 17. vbi ſubdit hoc procedere,licet domũ propriam inhabitarēt.

59 Et maximè ex domibus Eccleſię sūt eijciendæ huiuſmodi meretrices. *Bald. in l.adem.nu.15.& Salicet.n.9. & ibi addit. C.locat.Barz.d.deciʃ.*19.*n.*3.Quinimò mulier inhoneſta poteſt etiam eijci à domo propria. *Io.de Plat.in l.ʃi qua in publicis. C.de oper.publ.lib.*10.*Menoch.de arbitr. cent.6.caʃ.*535.*n.*17.*Gaʃpar.Theʃʃau.dicta quaeʃt* 33.

60 In caſu autem expulſionis meretricis à domo conducta vicinis reclamantibus non poſſunt cogi ad ſolutionem penſionis domus ijdē vicini reclamantes, ſed imputandum eſt locatorī, qui conditionē mulieris ab initio non inueſtigauit. *Ricc. in prax.reʃol.p.2.reʃol.*133.*nu.*3. nam qui cum alio contrahit ſcire debet eius conditionem.*l.qui cum alio.ff.de reg. iur. Alex. conʃ.77.vol.*3.

61 Neque admittitur emendata meretrix ad habitandum in vicinia. *Sola ʃuper Comment. antiq.Conʃtit. tit. de mulieribus fornicar.nu.*6.12.14.16.20.& 24.

62 Nam & faber malleans propè Eccleſiam, ſeu Monaſterium, ità quòd propter eius ſtrepitum impeditur cultus diuinus, expelli poteſt.*Fel.in c.fin.nu.*16.*de iudic. Bart.in l.1.§.ità vt vnicuique. nu.*5.*C.de ʃtud.liberal.Vrb.Rom lib.*11. facit *c.pridē.* 18.*q.*2. fauore Eccleſiæ, & Religionis. *l.ʃi quis ʃepulchrũ.ff.de religioʃ. & ʃump. fun. l.vltimur.in fin.ff de ʃepulchr. viol.*

63 Quod idem dicitur, ſi faber ſit iuxtà ſcholas, ſeu propè Domum ſcholaris, ſiuè Doctoris,quia expelli poteſt, ne ſtudium impediatur.*gloʃ.in l.1.& ibi Bart in dicto §.ità.n.*1.2.& 3.*& DD. ff. ʃolut. matrim. eadem gloʃʃ.in d.l.vnic. C.de ʃtud. lib art. lib.*11. *Bart. in l.legatis. §.ornatricibus. ff.de leg.3.Felin.in d.c.fin.nu.16. & Hoʃt. nu.6.de iudic.Abb.in c.bonæ.*1. *nu.*11.*de poʃtul.Prel.& in c.fin.n.*24.*de iudic. Dec. in c.ex epiʃtola.n.*86.*de probat.Monterent. ad ʃtatut.Bononien.lib.4.tit.de conductor. domor.prohibit. Menoch.de arbitr caʃ.*237. *num.*2.*& ʃeqq.*

64 Quod fit fauore ſtudij, in quo verſatur publica vtilitas,quæ ex ſtudio percipitur.*§.fin.in proem. Inʃtit. Abb. in d.c. bonæ.nu.*11.*& in d.c.fin.nu.*24.*Dec.in d.c.ex epiʃtola.nu.*82. quæ publica vtilitas nutritur etiam ab Eccleſijs,& Monaſterijs propter cultum Diuinum, qui ibidē exercetur.*c.ius publicum.* 1.*diʃt.* bonum autem publicum præferri debet priuato. *Abb. in d.c.bonæ.nu.*11,*l.munerum. §.item.ff.de mun. & honor.auth.res quæ.C.com.de leg.*

65 Item ſi Magiſter conducit ſcholas, & alius poſteà conducat alias propè ſuas, & voce ſonante adinuicē, ſiuè ſcholaribus ſtrepentibus confundantur,ità quòd lectio impeditur, primus expellere poterit eum, qui poſterius venit. *Hoʃt.in d.c.fin.num.6. vbi etiā Felin.n.*16.*& Abb.n.*24. *de iudic.*

66 Poterit itidem cōpelli faber ad ceſſandum à ſuo exercitio propter infirmum vicinum, qui moleſtatur propter ſtrepitũ eiuſdem fabri. *Lucas de Pen. in d. l. vnic. col.fin.verʃ.ʃed pone aliquis languet. C.de ʃtud.liberal. art.* & poſt eum dicit *Dec.in l.*1.*n.*72.*ff.de offic.eius cui mād.eʃt Iuriʃd.*

67 Neque appellari poteſt à decreto lato contrà eūdem fabrum expulſum propter ſtrepitum, & contrà meretricem expulſam à vicinia, quia iſta non patiuntur dilationem.*Bart.in d.§.ità.n.*4. *& in l.*1. *vbi etiam Bald. C.ʃi de moment. poʃʃ.* & in cauſa ſtudij dicit *Felin. in d.c.fin. nu.*16. *Dec.in d.c.ex epiʃtola.nu.*38.

68 Tertius caſus eſt adulterij,nam cum hoc delictum ſit violatio ſacramēti matrimonij,meritò eius vindicta pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum,& ſecularem. *c.fin.* 32.*q.*5.*c ap.tua.de procurat.c.de benedicto.* 32 *q.*1.*cap.*1.*vbi gloʃʃ verb. Canones. Abb. num.*3.*& Alciat.* qui teſtatur de communi *nu.* 18.*de offic.Ordin.c.conʃuluit. de appel. c.cum haberet.vbi Abb.nu.*2.*cum addit.de eo qui dux.in matrim. quam pol. auth. ʃed hodiè.C.de adult.gloʃʃ.in c.literis. verb.latebris.de praeʃumpt.Abb.in c.*1.*num.*6.*de coniug.leproʃ.& in d.c.cum ʃit. nu.*23. *vbi etiam Felin.nu.*11.*de for.comp. Archid.in c.Rex.n.*1. 23.*q.*5.*Caʃtr.in l.iuʃtitia.§.iuris.& ibi Modern.ff.de Iuʃt.& iu.Couar. in Epitom.de ʃponʃal par.*2.*c.*7. §.7.*nu.*20. *Clar. in §.fin. q.*37. *verʃ.quaero nunquid. & in §.adulterium.nu.*6.*Io.Andr.in c.fin. de adult.in 6.Bald.in auth.clericos.n.*7.*de Epiʃc.& Cler.Guid.Pap.deciʃ.*168.*Franc. deciʃ.*312.*num.*6. *Boer.deciʃ.*297.*Lopez ad Diaz.in pract.crim.canon. c.*88. *litera B. Menoch.de arbitr.caʃ.*389. *numer.*35. *& caʃ.*419.*nu.*73.

69 Quod procedit quando agitur ad puniēdum delictum adulterij, nam ſi agatur

tur ad separationẽ thori faciendã propter adulterium, tũc solus Iudex Ecclesiasticus erit comperens. *d.c. tua. de procurat. c. plerunq. de donat. Abb. in d. cap. 1. numer. 3. de offic. Ordin. & in d. cap. cum sit. num. 23. vbi etiã Felin. Couar. in 4. Decretal. par. 2. cap. 7. §. 6. num.* 8. vbi dicit communem opinionem. *Dec. cons. 212. num. 2. Roman. singul. 664. Clar.* de communi *in d. vers. quaro nunquid. Angel. de V bald.* inter consilia matrimonialia *cons. 42. Federic. cons. 236. Specul. de cõpet. iud. §. 1. vers. 17.* Si autem in hoc crimine adulterij Iudex secularis condemnaret reum in pœnam detrusionis in Monasterium, tũc executio istius sententiæ spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, cum Iudex secularis non habeat Iurisdictionẽ in Monasterijs. *Abb. in dicto cap. cum sit. num.* 23.

70 Notandum est, quòd agens contrà vxorem ad pœnam debet per se, & nõ per procuratorem agere, si verò agit ad separationem, potest per procuratorem procedere. *d. c. tua. de procur.* Ratio verò quare quando agitur ad separationem faciẽdam, solus clericus est Iudex cõpetẽs priuatiuè quoad Iudicem secularem, ea est, quia est causa matrimonialis, causæ autem matrimoniales spectant ad solum Iudicẽ Ecclesiasticũ, vt dictũ est superiùs *in §. 2. n.* 28.

71 Separatio autem thori fit pluribus ex causis, cuius materia est arbitraria. *Abb. in c. literas. n. 7. de restit. spol. Seraph. decis. 226. num.* 1.

72 Primò propter viri, siuè vxoris fornicationem, seù adulterium. *c. 1. & per tot. 32. q. 6. c. præcepit. ead. q. 5. c. vxor. ead. q. 7. d. c. tua. de procurat. c. fin. & ibi gloss. fin. de conuers. coniug. c. ex literis. de diuort. c. plerunque. de donat. inter vir. & vxor. c. quemadmodum. de iureiur. gloss. pen. in c. dixit. & ibi Arcbid. nu. 1. 32. q. 1. Couar. in 4. Decretal. p. 2. cap. 7. §. 5. nu. 8. Butr. in c. porrò. n. 12. de diuort. Paris. cons. 54. n. 42. vol. 4. Castr. cons. 392. in fin. Soccin. Iun. cons. 32. num. 6. & seq. vol. 2. Soccin. Sen. cons. 148. n. 3. vol. 1. Roland. cons. 50. n. 13. & in fin. vol. 1. Bero. cons. 46. num. 5. vol. 1. Simon de Pret. cõs. 148. n. 4. Bursat. cõs. 218. per tot. vol. 2. Rot. diuers. p. 4. dec. 276. n. 2.*

73 Quinimò ob solam pernoctationem viri, seù vxoris extrà domũ in loco suspecto fit separatio thori. *l. consensu. C. de repud. gloss. 1. in cap. non oportet. 81. dist. Bursat. d. cons. 238. nu. 12.*

74 Itidem si probetur, quòd vxor nuda cum nudo fuerit visa in eodem lecto, seù in multis secretis locis ad fornicationem commodis, & horis electis, seù per plana, & nemora, vias, & in via plures vagans cum aliquo. *cap. literis. & cap. tertio loco. de præsumpt. Bald. in d. cap. tua. num. 24. de procur.*

75 Adulterium enim ex circunstantijs satis probatur. *cap. 1. & cap. significasti. de adult. Paris. cons. 54. n. 61. vol. 4. Seraphin. decis. 226. n. 2. p. 1.* & adulterium committere, & cum muliere iacuisse parificantur. *Alex. cons. 77. n. 2. vol. 7. Boss. de coit. damn. num.* 58.

76 Huiusmodi autem mulier propter adulterium commissum perdit dotem, & donationem antè nuptias. *c. plerunque. & ibi gloss. fin. de donat. inter vir. & vxor. d. cap. tua. de procurat. gloss. 1. in d. cap. non oportet. Abb. in c. fin. nu. 3. de adult. Couar. d. §. 5. nu. 13.*

77 Neque eam dotem, & donationem prædictã repetere potest, etiamsi post latã sententiam super adulterio mulier probat consanguinitatem, vel affinitatẽ inter eos extare, & pronunciatur exindè nullũ matrimonium. *gloss. fin. in d. cap. plerunque. Guid. Pap. singul. 568. vers. vndè dubitatur.* & hoc propter auctoritatem rei iudicatæ, quicquid aliter sentiat *Angelic. in Sum. verb. dos. nu. 61.*

78 Reconciliatione tamen secuta mulier dotem recuperat. *d. cap. plerunque. de donat. inter vir. & vxor.*

79 E contrà verò si maritus commisit adulterium, vxor lucratur donationẽ propter nuptias. *Abb. in d. c. fin. n. 3. de adult. & in cap. 1. de donat. inter vir. & vxor. Franch. decis. 244. num. 3. par. 2. Thessau. decis. 130. nu. 4. Seraphin. decis. 1315. nu. 1. & 2.*

80 Et potest agere ad restitutionem doris. *§. mitiores. auth. de nupt. d. cap. 1. & ibi Abb. de donat. inter vir. & vx. Soccin. Sen. d. cons. 148. nu. 3. vol. 1. Rol. cons. 50. in fin. vol. 1. Bero. d. cons. 45. n. 5. vol. 1. Simon de Prat. cons. 148. n. 4. Bursat. d. cons. 218. nu. 18. Thessau. d. decis. 130. nu. 4. Franch. d. decis. 244. num. 3.*

81 Quemadmodum potest etiã eadem vxor agere ad separationem thori, & ad restitutionem dotis, quãdo maritus tenet concubinam. *Castr. cons. 128. & cons. 328. Cuman. cons. 175.*

82 Ma-

82 Maritus tamen nõ poteſt agere ad ſeparationem thori propter fornicationẽ vxoris antè matrimonium cõmiſſam, licet ſecùs propter ſuperuenientem. *d.c.quemadmodum.de iureiur.*

83 Neque illã accuſare poteſt propter dictam fornicationem cõmiſſam antè matrimonium. *l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem. & §.fin.ff.de adult. l.propter violatã. C.eod.*

84 Neque poteſt obijcere adulterium vxori, ſi ipſe fuit auctor adulterij, licet vxor fuerit ſpontanea. *Abb.in c.diſcretionem. nu.8. & 9. de eo qui cogn. conſangu. vxor.* neque hæredes mariti poſſunt obijcere crimen adulterij, vbi maritus viuens non oppoſuit, vt poſt *Marſil.* tenuit *Rot. diuerſ.p.1.decif.606.num.4.*

85 Huiuſmodi autem ſeparatio thori fieri poteſt propter ſolam confeſſionem adulterij factam per alterum ex coniugibus. *cap.intelleximus. de adult. vbi Abb. num.3.& 4. Rot. diuerſ.decif.276.num.2. Abb. in cap. ex literis. num.2. de diuort.* Quòd ſi poſt factam ſeparationem innocens coniux fornicetur, tunc matrimonium reintegratur, & fit locus compenſationi officio Iudicis. *cap.fin. & ibi Abb. nu.1.de adult.c.ex literis.vbi Abb. nu.1.6. & 11.* vbi dicit de communiori, & fauorabiliori. *de diuort.* ac etiam iure actionis, vt poſt *Alex.de Neuo Anan.& Butr.* dicit *Felin.*de communi *in cap.lator.nu.9.verſ. limita ſecundo. de ſent. & re iud. Ledeſm. de ſacram.matrim q.62.*

86 Item fit reconciliatio, ſi vxor patitur ſe à viro cognoſci; nam tunc ſequitur reconciliatio, nec vlteriùs agi poteſt de adulterio. *c.gaudemus. de conuerſ. coniug. l.ſi vxor.ff.de adult. Angel.in tract.maleſ. verſ.che hai adulterato la mia dõna. n.49. Rimin.Iun.conſ.174.num.28. & 29.vol.2. Bertazzol.conſ.228.& nu.6. & 12. vol.1.* nam dicitur etiam reconciliatio ſecuta, ſi maritus vxorẽ retinet, poſtquàm eã accuſanit de adulterio.*Bald.cõſ.310.n.5.vol.1.*

87 Non dicitur tamen reconciliata vxor, quæ habitat cum viro, & patitur ſe ab eo cognoſci, ſi eadem non habet certitudinẽ adulterij, ſeù fornicationis à viro commiſſæ, quia habita ſcientia adulterij per maritum commiſſi agere poterit ad ſeparationem, vt fuit deciſum in vna *Romana ſeparationis thori 21. Iunij 1606. coram Inſto.* & in alia *Bononien ſeparationis pariter thori 26. Iunij 1606.*

88 Scientia etenim adulterij debet eſſe certa, & indubitata, ad hoc vt iniuria dicatur per cohabitationem, vel alia ſigna beneuolentiæ remiſſa, aliàs non intrat reconciliatio, ex quo cum antè certitudinẽ non ſit nata vera iniuria in animo, non poteſt propterea aboleri. *l.nam etſi. §.poſt defectum. ff.de iniuſt. rupnt.teſt. l.decem. ff.de verb.oblig.gloſ.in §.fin.Inſt.de iniur.*

89 Neque vbi agitur de remittenda dicta iniuria illata, ſeù de præiudicio grauiſſimo, ſufficit ſcientia deducta ex coniecturis, & præſumptionibus, ſed debet eſſe plena, & concludens.*Mobed.decif.4.de probat. Put.decif.147. lib.1.* & in præiudicialibus ſcientia eſt probanda certa, & indubitata.*Lap.alleg.78.n.12. Bero.conſ.68. nu.86. vol.1. Put.d.decif.147.& Mobed. d.decif.4.*

90 Ad probandum autem adulterium pro ſeparatione facienda admittuntur teſtes viles, & inhabiles. *l.conſenſu. & ibi Bart.& alij.C.de repud.Bart.in l.in quæſtionibus. ff.ad leg. Iul. Maieſt. Felin.in c.in literis.in princ.de teſtib. Dec.conſ.37. nu.9.Campeg.de teſtib.reg.399.in fin.* quo etiã caſu admittuntur coniecturæ, & probationes.*Pariſ.conſ.54.n.62.& ſeq.vol.4.* probatur q. adulterium ex circunſtantijs. *c.1. & c.ſignificaſti. de adult. Socin. Iun. conſ.32.n.11.vol.2. Seraph. decif.226.n.2.*

91 Teſtes enim inhabiles admittuntur, quando ſunt talia, quæ de ſui natura non poſſunt ab alijs probari, vt adulterium. *d.l.conſenſu.Dec.in c.1.num.142.verſ.vbi concludunt.de probat.*

92 Et poſſunt probari per teſtes ſingulares ea, quæ conſiſtunt in genere, vt eſſe hæreticum, adulterum, vel fornicatorem. *Alex.conſ.141.num.4.vol.1.conſ.18.in fin. vol.3.conſ.41.nu.7.& conſ.112.n.9. vol.4. & conſ.92.num.8.vol.5. Guid.Pap.q.544. Boer.decif.23.num.44.*

93 Nam & mulieris inhoneſtas probatur per teſtes ſingulares.*Grãmat.dec.107. nu.9.Baiard.ad Clar.in §.ſtuprum.n.29.*

94 Et quando agitur de aliquo actu nõ momentaneo, ſed ſucceſſiuo, vt de marito fornicatore cum meretricibus certis loco, & tempore non requiſitis pro ſubſtantia probationis teſtes ſingulares; concordes tamen in actu fornicationis, probant.*c.per tuas.de ſimon.Gabriel.com.opin. tit. de teſtibus.conclus.2.num.18.& ſeq. & nu.50. & 51.* vbi multos cumulat, & dicit com-

munem

munem opinionem *Rimin. Iun. cons. 169. n. 32. & 33. Soccin. Iun. cons. 99. n. 7 vol. 2.* secùs tamē esset vbi ageretur de pœna infligēda. *Ferret. cons. 186. n. 14. & 15. Crau. de communi cons. 73. n. 33. & cons. 78. n. 6. & 7. Clar. in § fin. q. 53. vers. dixi etiam.*

95 Quinimò & in hoc casu meretrix deponens de concubitu cum viro tāquam de facto proprio probat in materia ciuili, secùs in criminali. *Dec. cons. 363. n. 3. Boer. decis. 319. nu. 7. vers. sed in materia ciuili. Rim. Iun. cons. 189. in fin.* Lenocinium mariti præbet etiam iustam causam petendi separationem thori. *Syluest. verb. Diuortium nu. 2. Seraphin. decis. 226. num. 4.*

96 Secunda causa, propter quam fit separatio thori, est propter sæuitiā viri. *c. literas. & ibi gloss fin. & Abb. num. 7. Butr. nu. 20. & Imol. nu. 10. de rest. spol. Abb. in c. ex transmissa. nu. 2. & 4. vbi etiam Imol. nu. 10. Butr. nu. 5. eod. & Rip. in l. naturaliter. § nihil commune. n. 84. ff. de acq. poss. Couar. in 4. Decretal. par. 2. c. 7. § 5. nu. 1. Paris. cons. 54. nu. 9. & seq. vol. 4. Roland. cons. 41. n. 27. & seq. vol. 4. Bald. cons. 240. vol. 3. Grauet. cons. 32. nu. 4. vol. 1. Gabriel. cons. 161. n. 7. & seq. Bursat. cons. 218. n. 21. vol. 2. Rim. Iun. cons. 174. in princ. vol. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 139. Franch. decis. 244. nu. 2.* nec propria auctoritate ob sæuitiam vxorā viro discedere potest. *c. literas. in fin. de rest. spol. Rot. diuers. p. 4. decis. 278. n. 5.* nisi maritus fuerit nimium morosus, & sæuus *d. c. literas. & Rot. d. num. 5.*

97 Neque sufficit sæuitia præterita, sed esse debet timor futuræ, granis verò cōiectura est futuræ sæuitiæ, si inter eos sit orta lis super maiori parte bonorum. *Grauet. d. cons. 32. Couar. d. § 5. num. 1.*

98 Quo casu cogi potest maritus ad alenda vxorem extrà propriam domum in loco honesto. *Bald. in l. 1. col. 2. C. commun. de leg. Couar. in d. § 5. nu. 2. Thessau. decis. 130. nu. 1. & 2. Franc. d. decis. 244. num. 4.* Vel ad dandam sufficientem cautionem de non offendendo. *gloss. in cap. de benedicto. verb. sub cautela. 32. q. 1. d. c. literas. & ibi Abb. num. 7. de rest. spol. idem Abb. in d. c. ex transmissa. nu. 2. Couar. in d. § 5. n. 1. & 2. Alex. cons. 78. vol. 5. Bursat. cons. 207. nu. 25. & seq. vol. 2. Franc. dicta decis. 244. nu. 2.* neque sufficit cautio iuratoria. *Seraphin. decis. 276. n. 7.* etiam quòd talis sæuitia viri prouenerit ex facto vxoris, putà quia commisit adulterium. *d. c. de benedicto. & ibi gloss. verb. sub cautela. 32. q. 1. Abb. in d. c. ex transmissa. n. 2. & in d. c. literas. num. 23. Paris. cons. 54. num. 13. vol. 4. Mascard. de probat. conclus. 1018.* nisi per cautionem non posset esse consultum vxori, quia sit maxima sæuitia, tunc enim fieret separatio, & vxor esset cōmittēda alicui honestæ matronæ. *d. c. ex trāsmissa. vbi Abb. num. 4. gloss. in d. verb. sub cautela. & in d. c. literas. verb. sufficiens. vbi etiam Abb. nu. 7. Alex. cons. 78. nu. 4. vol. 5. Paris. d. cons. 54. n. 35. Bal. cons. 176. num. 2. vol. 1. Rim. Iun. cons. 174. num. 12. Cæphal. cons. 384. num. 70. vol. 3. Turret. cons. 15 nu. 36. vol. 2. Aebil. decis. vnic. n. 4. de sponsal. Seraphin. decis. 226. nu. 3. par. 1.*

99 Arbitrabitur autem Iudex, quanta subsit sæuitia, quòd non possit prouidere vxori remedio cautionis. *Abb. in d. c. literas. nu. 7. Cæphal. cons. 384. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 139. in fin. Rot. diuers. d. decis. 278. num. 6. & 7.* quòd si sæuitia furori iuncta fuerit, neque etiā per cautionem prouideri poterit. *Seraph. decis. 226. num. 3.*

100 Cautione tamen prædicta non obstante poterit eam maritus leuiter castigare, sicut priùs poterat. *Abb. in d. cap. ex transmissa num. 3.*

101 Habet enim maritus potestatem castigādi vxorem leuiter tamē, & ex causa legitima. *cap. placuit. & ibi gloss. 2. 33. q. 2. c. quemadmodū. § illud. & § fin. vbi gloss. fin. de iureiur. glos. 1. in c. sicut. vbi Archid. nu. 4. 7. q. 1. Felin. in c. cum contingat. n. 7. vers. quam coercitionem. de for. comp. Abb. in d. c. ex transmissa. d. n. 3. Bald. in l. filius. C. de patr. potest. Rol. cons. 27. nu. 15. & seq. vol. 3. Thessau. d. decis. 130. n. 3. Grammat. decis. 33. n. 17. Rot. diuers. d. decis. 278. n. 12.*

102 Quinimò potest causa correctionis, & castigationis illam in vinculis etiam ponere, & in carcere priuato detinere tanquam sub custodia, neque exindè poterit accusari, quòd fecerit carceres priuatos. *d. c. placuit. & ibi gloss. 2. 33. q. 2. gloss. fin. in d. cap. quemadmodum. in fin. Felin. in d. c. cum contingat. nu. 8. vers. in vinculis. Alex. cons. 69. vol. 4. Farinac. de carcerib. & carcerat. q. 27. num. 25.*

103 Nam & pater potest filiū relegare in aliquo certo loco, & illum includere in aliqua camera sub custodia, vt post alios dicit *Felin. in d. c. cū cōtingat. n. 8. vers. &*

pro hac parte. vbi etiam Butr. n. 11. *Farin. in prax crim. tom.* 1. *p.* 2. *q.* 27. *nu.* 25.

104 Non poterit tamen vxor non habitans in aliquo loco honesto petere à marito cautionem de non offendendo, aut ex alia causa cum illo litigare, prout sanciuit Paul. III. in sua Const. 63. incip. *Cum sicut.*

105 Si autem maritus excesserit modũ corrigendi, tunc erit etiam locus separationi thori. *Rim. Iun. conf.* 174. *n.* 35. *vol.* 2. quãdocumquè autem sit locus separationi thori, non erit dos restituenda. *Hostien. in sum. in tit. de diuort. nu.* 5. *Rot. diuers. p.* 4. *decis.* 278. *nu.* 17.

106 Sed ex fructibus dotis cogetur vir vxori alimenta præstare. *l. si cum dotem. §. sin autem. ff. sol. matr. Rot. d. nu.* 17. debentur tamẽ mulieri donatio propter nuptias, & augmentũ dotis, quando obtẽta fuit separatio thori propter sæuitiam viri, vel propter adulteriũ. *Thessau. decis.* 130. *per tot. Seraphin. decis.* 1315. *num.* 1. & 2.

107 Tertia causa separationis thori prouenit, quãdo maritus fuit insidiatus vitæ vxoris, vt si tentauit eã veneno occidere, & è contrà. *Abb. in d. c. literas n.* 7. *Praposit. in c. quæsiuit. de diuor. idẽ Abb. in c.* 1. *num.* 4. *post Host. ibid. n.* 1. & 2. *de diuort. Couar. in d. §.* 5. *nu.* 2. *Thessau. decis.* 130.

108 Quarta si vir capitali odio vxorem prosequatur, & è côtra. *Abb. in d. c.* 1. *nu.* 4. *de diuort. Paris. conf.* 54. *n.* 12. *vol.* 4. *Crau. cõs.* 32. *n.* 4. *Gabr. conf.* 161. *n.* 7. *et seq.*

109 Minæ tamen solitæ nõ exequi non possunt inducere separationem, cum non inferãt iustam causam timoris, vel metus. *Paris. d. conf.* 54. *n.* 32. *Nat. conf.* 616. *nu.* 4. *Rol. conf.* 27. *nu.* 10. secùs autem de minis, quæ non ex calore iracundiæ, sed ex odio nulla causa præcedente proferuntur, quæ possunt inducere separationem. *Paris. dicto conf.* 54. *nu.* 32.

110 Item si vir accusat vxorẽ de adulterio, & non probat, fieri potest thori separatio ad instantiam mulieris. *Thom. Triuisan. decis.* 61. *per totam lib.* 1. quia cum adulterium sit delictum capitale. *l. Gracchus. C. de adult. Alex conf.* 13. *nu.* 3. *vol.* 7. accusatio adulterij est accusatio criminalis, ex qua oritur inimicitia capitalis. *Blanc. in l. fin. n.* 115. *ff. de quæst.* separatio item fit thori propter plures querelas criminales factas per maritum contra vxorem, etiam in officio Sanctę Inquisitionis, prout fuit resolutum in vna *Romana separationis thori* 27. *Ianuarij* 1603. *coram Pamph.* nam huiusmodi querelæ probant odium capitale. *§. mitiore. auth. de nuptijs.*

111 Quinta causa, si alter ex coniugibus efficiatur hæreticus. *cap.* 2. & *ibi Abb. nu.* 2. *e. de illa. vbi Abb. n.* 3. & *c. quanto. de diuort. Couar. in* 4. *Decretal. p.* 2. *c.* 7. *§.* 5. *n.* 4. Item, si conatur maritus eam reducere ad aliud delictum præter hęresim, purà ad idololatriam, nequè ab hac prauitate compesci potest, vt post *Innoc. dicit Abb. in d. cap.* 2. *nu.* 3. *de diuort.*

112 Pro furto vero, vel alio crimine non inducitur separatio. *dicto cap.* 2. *de diuort.*

113 Sexta propter vitium sodomiæ, siuè commissum, seù tentatũ cum vxore, siuè cum alio, & è contrà. *c. omnes causationes.* & *ibi Archid. nu.* 2. *post. Rainer. ab eo citatũ.* 32. *q.* 7. *Abb. in c.* 2. *n.* 2. *de diuor.* & *in c. maritis. n.* 3. vbi testatur de veriori & cõmuniori opinione. *Innocent.* & *Card. de adult. Couar. in d. §.* 5. *n.* 6. vbi dicit cõmunem. *Menoch. de arbitr. cas.* 286. *n.* 22. nã maior iniuria infertur ex nefando crimine côtra naturam, quàm ex crimine naturaliter cõmisso. *Abb. in d. c. maritis. n.* 3.

114 Item lenocinium mariti præbet iustam causam petendi separationem thori. *Syluest. verb. diuortium. num.* 2. *Seraphin. decis.* 226 *n.* 4. *par.* 1.

115 Septima si maritus sit leprosus, vel morbo gallico laborans, vel ethicus, cum eo casu non teneatur vxor illi reddere debitum. *Abb. in c.* 2. *n.* 5. *in fin. de coniug. lepros. Nat. conf.* 24. *vol.* 1. *Simon de Prat. conf.* 32. *num.* 21. *appostil. ad Bertazzol. conf.* 224. *litera C.* & *conf.* 228. *litera D. Caualcan. decis.* 18. *n.* 26. *par.* 2.

116 Octaua, propter dementiam, & furorem, maximè si furor, & dementia sit adeò vehemens, vt periculum sit habitare cũ coniuge furioso. *Alex. in l. si cum dotẽ. §. si maritus.* vbi dicit de cõmuni. *ff. solut. matrim.* & *conf.* 54. *per totum. vol.* 1. & *conf.* 85. *vol.* 2. *Dec. cõs.* 448. *p.* 2. *Curt. Iun. conf.* 151. *per tot. Soccin. Sen. cõs.* 47. *vol.* 3. *Decian. conf.* 127. *n.* 30. *vol.* 3. *Couar. d. §.* 5. *nu.* 3. *Bertazzol. d. conf.* 128. *nu.* 18. & *seq. Ludouic. decis.* 22. *Franch. decis.* 312. *nu.* 1. & 7. *Mascard. de probat. conclus.* 824. *n.* 12. & *cõclus.* 825. *ferè per totam.* nam morbus furoris non consueuit de facili recedere, vt post *Card.* & *Imol.* & *gloss.* dicit *Alex. conf.* 86. *nu.* 12. *in fin. vol.* 2. Præterquàm

quod furiosus de præterito præsumitur etiam furiosus in futurũ. *gloss. in c. iudicas verb. ostenderis. 3. q. 5. & in c. si. verb. compotẽ de success. ab intest. Dec. in l. furiosum nu. 22. & seqq. C. qui testam. fac. pos. Bart. in tract. de testib. vers. opposita prudentia. n. 94. Imol. in clem. 1. n. 3. & Ancbar. nu. 6. de homicid.* & post multos cumulatos dicit *Farin. in prax crimin. tom. 1. de pœn. temp. q. 94. n. 52.* Maximè quando fuit furor continuus, & successiuus. *Corn. in d. l. furiosũ nu. 10. & 11. Ias. n. 3. & Alex. n. 2. Bart. in l. 1. §. mutus, n. 4. vbi etiam Alex. ff. de bon. poss. furt.* continuus autem furor ille existimatur, qui durat per mẽsem, vel annum. *Couar. in 4. Decretal. p. 2. c. 1. n. 6. vers. procedit tamẽ. Menoch. de præsump. lib. 6. præsũp. 45. n. 62. Mantic. de coniect. vlt. volũt. lib. 2. tit. 5. num. 6. vers. quinto extenditur.*

117 Ad probandum autẽ quem esse furiosum in genere admittuntur testes etiã singulares. *Dec. in d. l. furiosũ. n. 30. Alex. cons. 141. col. 2. vol. 1. cons. 86. col. 3. vol. 2. Dec. cons. 448. n. 8. Paris. cons. 87. n. 8. & 9. vol. 3. Ruin. cõs. 67. n. 9. vol. 1. Boer. dec. 23. num* 44. dicens de veriori opinione.

118 Huiusmodi verò testes deponere debent non dicendo, quòd viderint illum furentem, sed specialiter debent deponere, quòd erat furiosus, quia per vias more stultorum deridendo procedebat, vel quòd proijciebat lapides, siuè quòd haberet memoriam inordinatam, vt quia vnum dicit, & statim contrarium loquitur, vel quòd ita à patre, seù coniunctis, vel communiter reputabatur furiosus. *Dec. in d. l. furiosum. nu. 28. & seqq.*

119 Quandocunque igitur fiat separatio propter adulterium mariti, tunc filij debent ali à patre, siuè apud matrem expensis eiusdem patris. *Abb. in c. fin. n. 10. vbi etiam gloss. verb. insidientur. de conuers. infidel.* quod idem existimo, etiamsi mulier sit in culpa, quia regulariter pater tenetur alere filiũ. *l. 1. ff. de alen. liber. l. si quis à lib. ff. de lib. agnosc. l. 3. & l. fin. C. de alen. lib. à paren. Host. in d. c. fin. nu. 6. de conuers. infid.* neque obstat *gloss. in d. verb. insidientur* dicens, quòd si mater dedit causam separationi, tunc illa filium alere debet; quia respondetur hoc esse verum quando filij essent intra triennium, quo casu ali debent apud matrem. *gloss. in l. si competenti. C. de alen. lib. l. nec filium. C. de patr. potest. & gloss fin. in c. cum haberet. de eo qui dux. in matrim. Azor. par. 2. Instit. Moral. lib. 2. cap. 5. q. 8. post Angel. Tabien. & Armil. verb. alimenta. Hostien. in dicto cap. fin. nu. 4. de conuers. coniug. Alexand. in l. alimenta. & ibi Aret. C. de negot. gest. Osasc decis. 45. n. 10. Franc decis. 336. n. 4.* quia tunc magis indigent lacte, quam pane. *d. l. nec filium. Host in d. c. fin. n. 5.* quod etiam procedit: vt mater intrà triennium teneatur alere filiũ spurium. *l. nec filium. C. de patr. potest. Azor d. c. 5. q.* 8. licet hoc nõ procedat, vbi mater esset pauper, & nõ haberet, vndè se, & familiam suam aleret, nam si non habet vndè se alat, nisi ex operibus suis, à quibus oporteret eã cessare, si filium alere vellet, tunc pater filios alere tenetur. *Bald. in l. sed & si hereditas. §. quod autem. ff. ad exhiben. in d. l. nec filium. & in d. l. alimenta. vbi etiam Castr. Alex. Aretin. & alij. Cassen. cons. 40. nu. 4. Osasc. d. n. 10. Afflict. decis. 250. n. 9. Franc. decis. 336. num 4. par. 2.* Expensæ autem litis debentur à marito vxori separationem petenti. *c. ex parte. vbi Abb. Felin. & Soccin. de accusat. Seraphin. decis. 328. nu. 1.*

120 Quartus casus mixti fori est stupri. *Thessau. decis. 148. vbi etiam addit. Osasc. cons. 25. & decis. 103. num. 5.*

121 Dicitur autem stuprum cum virgine. *l. inter stuprum. § virginem. ff. de verb. sign. l. inter liberas. §. lex Iulia. ff. de adult. c. 2. §. 1. vers. stuprum autem. & ibi gloss. verb. propriè. 36. q. 1. gloss. in c. nemo. verb. stuprum. 32 q. 4. & in c. 2. vbi etiam Host. n. 1. de adult. Host. in c. ex parte. n. 1. de sepult. Dec. in c. atsi clerici. §. de adulterijs. nu. 2. de iudic. Grammat. decis. 107. num. 1,* item cum vidua honestè viuente. *dicta l. inter liberas. §. lex Iulia. gloss. in d. verb. stuprũ. Host. in d. c. 2. n. 1. de adult. Dec. in d. § de adulterijs. n. 2. Gram. n. d. 1.* Itidem cum puero. *d. l. inter liberas. §. 1. & d. l. inter stuprum. gloss. in d. verb. propriè. & in d. verb. stuprum.*

122 Stuprans autem virginem vi, vel seductione etiam acquiescentem tenetur eã dotare, vel in vxorem ducere, & ad hoc potest per Episcopum compelli. *cap. 1. vbi Abb. nu. 1. de adult.* vel si non vult illam in vxorem ducere debet dotare, siuè spontè, siuè illa passa fuerit se deflorari, siuè seducta, seù decepta. *c. tria. 36. quæst. 2. c. 2. de adult. Abb. in d. c. 1. nu. 2. Chassen. cons. 40. n. 1. Clar. in §. stuprũ. n. 3. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 34. n. 1. Thessau. decis. 3. n. 5.*

Nauar.

Nauar. conſ.1.de ſponſal. Maſcard. de probat.lib. 3.*concluſ.*1338.*num.*6. Notandum eſt, quòd probata copula, & viro negante fuiſſe Virginem, quando illam primò carnaliter cognouit, in dubio præſumitur illam fuiſſe Virginem, niſi ſtuprator contrarium probauerit. *Abb.in c.* 1.*nu.*5. *de adult.* & de communi teſtatur *Clar. in §.ſtuprum.verſ.ſed pone.nu.*4. Quòd ſi deflorata agere intendit, vt vir cogatur eam deſponſare, aut alternatiuè ad deſponſandum, vel dotandum, tunc, cum cauſa ſit matrimonialis, ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectabit iuxta *cap. multorum*. 35.*q.*6. vt dictum fuit ſuperiùs *in §.*2.*n.* 28.

123 Huiuſmodi autē dos debet maior aſsignari, quàm ſi non fuiſſet illa deflorata, nam maior dos requiritur poſt deflorationem, cùm virginitas ſit ſecunda dos. *Abb.* de communi *in d.c.*1. *nu.* 4. *et alij. de adult.Chaſſen.d.conſ.*40 *nu.*2.*Plot.d.n.* 1. quæ dos ſoluto matrimonio remanet eidem mulieri, quæ illam lucrifacit. *Abb. in d.c.*1.*nu.*3.

124 Et in tantùm ſtuprator dotem virgini ſtupratæ conſtituere debet, vt etiam ad illam teneatur, quamuis puella ſtuprata non nubat, vt latè tenet *Theſſau.for. Eccleſ.cap.*24.*nu.*137. *et ſeq.*

125 Et ſtatim Virginem deflorans cogi poteſt ad ſoluendam dotem parentibus ipſius puellæ, vel ad deponendum, quia deflorans, ne cogeretur ſoluere dotem, poſſet calumnijs impedire, vt puella maritum non inueniret. *Baiard.ad Clar. in §.ſtuprum.nu.*24. licet aliqui exiſtiment ſtuprantē teneri ad ſolutionem dotis ſtupratæ tempore nuptiarum. *Trentacinque var. reſolut. lib.*3.*reſolut.* 1. *de matrim. verſ.dos iſta non debetur.Farin.de delict. carn.q.*147.*num.*23. *Nouar. q.forenſ.p.*1. *q.*27.*per tot.* Si verò ſtuprata paſſa eſt ſe ab alio poſteà cognoſci, tunc ſtuprator illam nec deſponſare, nequè dotare tenetur, quia *d.c.*1.*de adult.* intelligendum eſt rebus ſic ſtantibus, ſecus ſi res mutentur maximè in deteriùs. *Caroc.caſ.*58.*nu.*3.*et ſeqq.*

126 Talis autem dos debet aſsignari non ſolùm ſecundum conſuetudinem patriæ, ſed iuxtà facultates ſtuprantis, & dignitatem puellæ ſtupratæ. *Hoſt.in d.c.*1. *nu.*3.*vbi etiam Abb.n.*4.*de adult.l. quaro. et l.ſiuè generaliter.ff.de iu.dot.c.nullum, & ibi gloſ.*1.30.*q.*5. *Iaſ. in §.omnes.n.* 24. *&* 25. *Inſt.de act. Oſaſc.decıſ.*107. *per tot.* *Theſſau.decıſ.*3.*n.* 2. *Caroc.caſ.*58. *nu.* 15. *glo.in d.c.tria.verb. iudicauerit.* 36. *q.* 2. *Theſſau. for.Eccleſ.cap.*24.*n.*142.*& ſeq.*

127 Dos autē ſine matrimonio eſſe nō poteſt. *l.*3.*ff.de iur.dot.l.fin.C. de donat. ante nupt.Rot.diuerſ.p.*1.*decıſ.* 538. *nu.*1. quare mulier tunc incipit eſſe dotata, cum dos datur conſtante matrimonio. *l.Titio centum.§.Titio genero. ff. de cond. & demon.* & ideò ſicut filia antè contractū matrimoniū nupta dici nō poteſt. *l.hac conditio* 1.*ff.de cōdit.& demon.l.quod pupilla. ff.quan.dies leg. ced.* ità nō poteſt dici dotata. *Mant.de coniect.vlt.vol.lib.*11.*tit.*22. *nu.*40. nequè dos tranſmitti poteſt antequā mulier ſit nupta. *Rot.d.decıſ.* 538. *n.*6.

128 Quintus caſus mixti fori eſt vitium ſodomiæ. *c.clerici,vbi Abb.nu.*2. *de exceſſ. Prel.idem Abb.in c.quod ſuper.nu.*14. *vbi etiam Imol. de vot.& in c.in Archiepiſcopatu.in prin.& n.*1. *&* 7.*vbi etiam Anan. eol.fin.de raptor.Felin.in c.cum ſit.nu.*18. *verſ.alius caſus in crimine ſodomiæ.de for. comp.Ancbar.conſ.*277.*Clar.in §.fin.q.*37. *verſ.item quæro.* vbi dicit cōmunem. *Menoch.de arbitr.caſ.*586.*n.*24.*Calder.cōſ.*3. *de for.cōp.Aufrer.de poteſt. ſecul.ſuper Eccleſ.reg.*4.*fallen.*15.*Frāc.Marc.decıſ.*587. *Lopez ad Diaz in pract. crimin.can. c.*89. *verſ.laicus verò.*

129 Inceſtus pariter eſt mixti fori. *Afflict.in tit. qui ſint regula. verſ.bona contrahentium inceſtas nuptias. Boſſ. de coit. damn.nu.*17. *Berma. de public. concuaina. rub.de inceſtu.n.*34.*et ſeq.Oſaſc.decıſ.*103. *n.*5. quia hoc crimen vtroquè iure eſt prohibitū. *c.*1.*& tot.tit.de inceſt.nupt.Bald.in auth.clericus.n.*10.*de Epiſc.et cleric.Bart. in tract.de differen.inter ius Ciuile, et ius Canon.n.*83.*Azor p.*2.*Inſt. Moral. lib.* 3. *c.*53.*verſ.dubia quæſtionis.* Itē incæſtus cū Cōmatre eſt pariter mixti fori, tū quia fit proindè iniuria ſacramēto, quo mediante oritur impedimentū cognationis ſpiritualis, & ideò cauſa huiuſmodi incęſtus eſt ſpiritualiter annexa: ꝓpter ſacramētū à quo depēdet. *c.quāto.vbi gloſ.de iudic. gloſ. in c.*2.*verb. de iure. vbi etiam DD. de except. in* 6.*Aufrer.de poteſt.Eccl.ſuper laic.n.*37. *Farin.in prax.crim.to.*2.*q.*8.*n.*20. tū verò quia impedimētū cognationis ſpiritualis fuit adinuētum à iure Canonico. *tot.tit.de cognat.ſpir. Cōc.Trid.ſeſſ.*24.*c.*2.*de refor. Paris de Put.de ſind.§.adultos.n.*24.*et* 26. *Cabal.cēt.*2.*var.reſol.crim.caſ.*200.*n.*154

130 Sextus est sortilegij. *cap. accusatus. §. sanè. vbi glos. & DD. de haret. in 6. Abb. in c. 1. nu. 3. & 4. & DD. de sortileg. & in d. c. cum sit. num. 26. & 31. de for. comp. l. 3. & toto tit. C. de malefic. Clar. in §. haresis. versic. successiuè quaro. Oldrad. consil.* 110. *Rim. cons.* 414. *vol.* 4. *Grillan. de sortileg. quast.* 10.

131 Quando autē hoc sortilegij crimen sapit hæresim, tunc eius cognitio ad solum Iudicem Ecclesiasticum spectat. *d. c. accusatus. §. sanè cum negotium. de haret. in 6. Barbat. cōs.* 55. *vol.* 1. *Soccin. Iun. cons.* 414. *Alberic. de agnoscen. assert. cathol. q.* 23. *num.* 74.

132 Sapit autem hæresim, quādo inuocantur, aut consuluntur Dæmones ad futura scienda, & expectātur eorum respōsa, & fiunt eis preces, & sacrificia, & quando fit cum hostia consecrata, seù rebaptizādo aliquem, aut admiscentur sacramenta, siuè sacramentalia, secùs autem vbi non fiunt ista, vel huiusmodi, nam licet inuocarētur Dæmones ad tentādam pudicitiam mulieris, siuè viri, vel huiusmodi non sapit hæresim, licet in se grauissimum sit peccatum, quia proprium Dæmonis est tentare creaturam. *Matth.* 4. *c. visis.* 16. *q.* 2. & ità dicit *Abb. in d. c.* 1. *n.* 4. *de sortileg. Clar. in §. haresis. n.* 23. *Alphons. de Castro lib.* 2. *de iusta haretic. punit. c.* 15. *Barbat. cons.* 55. *vol.* 1. *Director. Inquisit. par.* 2. *q.* 42. & ibidem *Pegn.* latissimè *Farinac. in prax. crimin. tom.* 1. *p.* 1. *q.* 20. *nu.* 79. *cum seqq.*

133 Septimus casus est obseruationis iuramenti in contractu appositi, & sic de obseruando contractu. *c. licet. de iureiur. in 6. c. fin. & ibi gloss. verb. iuramenti. & Io. Andr. col. fin. in gloss. vlt. in fin. de for. comp. eod. Felin. in c. cum sit. nu.* 6. *vers. recipit dicta regula. & Abb. num.* 18. & 21. *vers. aut agitur, vt iuramentum seruetur. de for. comp. Imol. in c. cum contingat. n.* 29. *de iureiur. Ias.* qui testatur de communi *cons.* 1. *col.* 1. *in fin. vers. circà secundum vol.* 1. & *in l. nulli. col.* 3. *vers. quinto cogit. C. de iudic. Couar. in Epitom. de sponsal. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 20. & *lib.* 1. *var. resol. cap.* 4. *nu.* 8. *Corset. in tract. de iureiur. n.* 33. *Boss. in tit. de for. comp. nu.* 167. & *in tit. de fals. n.* 107. *Seraphin. in tract. de priuil. iuram. priuil.* 67. *Osasc. decis.* 78. *n.* 1. Secùs tamen vbi ageretur, quòd iuramentum non obseruaretur, & sic de distractu, quia non valet argumentum, aliquis sortitur forum alicuius Iudicis, putà Ecclesiastici ratione contractus iurati, ergo pariter idem forū sortitur, si agatur de distractu. *Couar. dicto cap.* 4. *nu.* 8. *Osasc. d. decis.* 78. *nu.* 14.

134 Item secùs in hærede iurantis, quia licet iuramenti vices quoad obseruationē contractus per defunctum celebrati transeant etiam in hæredem. *Bart. in l. qui superstitis. col. fin. vers. & de isto. ff. de acqu. hared.* & propterea hæredē quoque ad obseruantiam iuramenti per defunctum præstiti cogi posse. *Abb. in d. c. cum contingat. nu.* 8. *vers. venio ad* 2. *Corn. cons.* 112. *circà med. vol.* 4.

135 Nihilominùs quia iuramentum, quoad vinculum spiritualitatis est personale. *Abb. in d. c. cū contingat. d. n.* 8. *Innoc. in c. veritatis. & alij. de iureiur. Bart. in d. l. qui superstitis. antè fin.* ad hæredes quoad reatum periurij non transit. *Bald. in l. etiam. in fin. ff. de iureiur. Abb. in dicto cap. cum contingat. d. vers. venio ad secun. Afflict. decis.* 381. *n.* 8. *Osasc. decis.* 40. *n.* 15. ideò hæres iurantis ad obseruationem iuramenti per defunctum præstiti coram Iudice Ecclesiastico conueniri non potest. *Abb. in c. fin. num.* 4. & *ibi Io. Andr. Butr. Anchar.* & alij communiter *de sepult.* & post eos, & *Gemin.* dicit *Felin. in d. c. cum sit. nu.* 9. *vers. limita sexto. & Abb. nu.* 22. & *ibi appostil. Guid. Pap. decis.* 414. *col.* 1. *vers. & est effectus.* Verùm quando agitur de exonerando animam defuncti iurantis, potest implorari officiū Iudicis Ecclesiastici. *d. c. fin. vbi Abb. n.* 4. *de sepult. c. nobis. de sent. excom. Abb. in d. c. cum sit. num.* 22.

136 Item quādo agitur ad pœnā periurij, vterque Iudex est competens. *c. Rex debet.* 23. *q.* 5. *c. nouit. de iudic. Abb. in d. c. cū sit. n.* 21. *vers. quandoque constat. & Felin. n.* 7. *vers. limita.* 2. & *vers. limita.* 4. *Felin. in c.* 2. *nu.* 26. *de sponsal. DD. in c. testimonium. de testib. Bald. in l. nulli. C. de testib. Couar. in* 4. *Decretal p.* 2. *c.* 6. *nu.* 20. *Rom. cons.* 412. *Guid. Pap. quast.* 178. & *cons.* 29. *Clar. in §. periuriū. Salzed. ad Diaz. cas.* 95. *vers. nec illud est pratermittēdum.* vbi testatur de communi opinione. *Aufrer. ad Capel. Tholos. q.* 17. *num.* 1.

137 Super absolutione autem à iuramento ad effectum agendi, siuè excipiēdi, seù super validitate, aut inualiditate iuramenti, siuè an fuerit licitum, vel non, an seruandū, vel non, Ecclesia sola cognoscit. *cap. cum quidam. §. fin. de iureiur. c. licet.*

&

& cap.fin. eod.in 6. c.venerabilem. §.idem etiam.in fin.de elect. Abb.in d cap.cum sit. nu.18.& 21.& Felin.n.4.5.& 6. vbi etiã appostil.Couar.in c.quamuis.p.1.§.3.nu.8. & 9. de pact.in 6.& lib.1.var.resol.cap.4. nu.5.Bero.consi.179.nu.8.& 9.vol.1. Rol. cons.99. num.28.vol.3. Ricc.in prax.resol. p.1.resol.295. Et Iudex Ecclesiasticus,corã quo pédet causa absolutionis à iuraméto, potest inhibere Iudici seculari,coram quo petitur executio cõtractus.*Feder.cons.88. & cõs.126. Purpur.cons.155.per tot.vol.1.*

138 Octauus casus est vsurarum.*gloss in c.1.de offic.Ordin.Archid.in c.quid dicam. nu.1.14.q.4.Abb.in c.quod super.nu.14.de voto.& in c.clerici.nu 3.de excess.Pral.Io. Andr.in Rubr. de vsur.in 6.col.2. Alciat. in c.perniciosam. nu.*80. vbi dicit de communi *de offic. Ordin. Couar.in 4.Decretal. par.2.c.7.n.19.& lib.3.var.resol.c.3.nu.1. versic. quarto non est hac in re. Anchar. cons.236. Clar.in §.vsura.vers. & ex hoc infertur.Menoch.de arbitr. cas.398 n.41. & seq.Osasc.dec.137.n.13.in fin.Caballin. in tract. de vsur. numer.155. Vulpel.resp. crimin.140.nu.1.& seq. Ludouic.Peguer. quaest.crimin.c.30.n.19. cũ seqq.* Quamuis non desint, qui sentiant crimen vsurarum esse meré Ecclesiasticum. *gloss. in d.c.cum sit.verb.malefactores.in c.1.verb.canones. de offic.Ordin.in c.ex literis. verb.veritate.de iureiur.& in clem.dispendiosã.verb. vsuris. de iudic. Alex.in l.quoties. num.4.* vbi testatur de cõi. *C.cod.Lap.alleg.58.& alleg.70. Alex.cons.59. col.2.vol.1. Bald. cons.192. col.penult. & cons.449. in fin. vol.2.Federic.de Sen.cons.16.Dec.cons.18. col.2.& cons.170. Bero. cons.207.num.19. volum.3. Soccin.Sen.cons.290.Soccin.Iun. cons.83.nu.12.vol.2. Nat.cons.198.nu.25.* qui dicit hanc opinionem esse tutiorem. *vol.1.Grauet.cons.6.nu.102.Grat.cons.39. Gabriel.com. conclus.lib.7. conclus.20.n.3. & alij.* quos latissimè recenset *Farinac. in pract.crimin.tom.1.p.1. tit. de Inquisit. q.8.n.134.& seqq.* Huiusmodi tamen opiniones cum distinctione reconciliari possunt, aut scilicet,non dubitatur,quòd contractus sit vsurarius,sed est quaestio tãtùm facti, vt quia repetuntur vsurae solutae, & sic agitur solùm de soluto, vel non soluto, vel an interuenerit contractus, siué quia agitur de simulatione cõtractus, quia allegatur quòd simulatè fuerit facta venditio, cum esset cõtractus foeneratitius, itá quòd non est dubium de vsura, & tunc vterque Iudex est competens, & itá procedit prior opinio. Ant verò est quaestio iuris, & itá dubitatur de substantia contractus, an sit vsurarius, necne, & tunc solùs Iudex Ecclesiasticus est competẽs, quia haec est determinatio peccati, & prohibitio vsurarũ habet ortum à iure Diuino. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. *Psal.14. Deut.23.Ezech.18.& 22. Luc.6. c plerique. 14.q.3.cap.super eo.de vsu.* & itá procedit *clem.1.§.caeterum. de vsu.c quia in omnibus.* cum pluribus sequentibus *eodem.* & tunc procedit secunda opinio; Et cum hac distinctione subsistunt. *Abb.in d.c.cum sit. nu.17.& 18.* quam dicit de communi Doctorum, & ibidem etiam *Felin.* post multos ab eo allegatos *nu.1.* dicens non esse tutum ab hac distinctione recedere. *de for.compet.*

139 Quamobrem si petatur coram Iudice seculari executio instruméti, & compareat debitor coram Iudice Ecclesiastico allegans contractum vsurarium,tũc ab eodem Iudice Ecclesiastico poterit dari inhibitio contrà Iudicem secularem, vt se abstineat à causa,donec verificetur,an cõtractus sit vsurarius.*Alex.in l.4.§.cõdemnatum.nu.17.ff.de re iud. Butr.in c.tua.de ord.iud. Couar.in 4. Decretal. par.2. c.8. §.12.n.5.* vbi refert plures.*Ferrat.cautel. 53.n.1. Tiraq.de vtroq.retract. tit.2.§.1. gloss.6.n.36.Gutierez de iuram. cõfirmat. p.1.c.2.nu.11.& seqq.* quidquid aliter sentiat *Angel.in d.§.cõdemnatũ. Rip.& alij.* Potest itidem Iudex Ecclesiasticus procedere cõtrà laicos exercẽtes contractus illicitos,& vendẽtes suprà iustum pretium. *Lopez ad Diaz.in pract.crim.canon.c.91. vers. illud autem notandum.*

140 Nonus casus est blasphemiae.*c.2.& ibi Abb.nu.9.de maledic.Felin.in d.c.cum sit.nu. 18.Cald.cons.2. de Iudaeis. Anchar. cons.197.Soccin.Sen.cons.119. nu.7.vol.4. Boss.in tit.de Inquisitione. n.132. Clar.in §.blasphemia.nu.4. Decian. in tract.crim. tom.2.lib.6.c.4.n.1.Couar.var.resol.lib.2. c.10.n.7.Boer.decis.131. Mars.decis.504. Lopez ad Diaz. in pract. crim.can.c.113. vers.est quidem.* Leo X. in sua Constitut. incip.*Superna.vers.ad abolendam.* Pius V. in Constitut. quae incipit.*Cum primum. §.ad abolendum.*

141 Blasphemiae verò haereticalis solùs

Eccle-

Ecclesiasticus est Iudex. *c. vt inquisitionis. §. prohibemus de haeretic in 6. Eymeric. in Direct. Inquisit. p. 2. q. 41. nu. 2. vbi Pegn. comm. 66. vers quãtum ad primũ. & vers. seq idem Eymeric. p. 2. q 46. vers. secundò sic arguitur. Roias de haeret. p. 2. assert. 12. num. 168. & 170.*

142 Decimus casus est decimarum, vbi est quaestio facti, vt possessorij. *c. postulasti. de homicid. Felin. in c. causam. num. 15. de praescript. Federic. cons. 245. in fin. Bald. cons. 242 Crauet. cons. 259. nu 1. Rebuff. in tract. de decim. q. 10. num. 3. Monet. eodem tract. c. 8. nu. 14. Couar. pract. quaest. c. 35. nu. 2 Menoch. cons 268. per totum. vol. 3.* Vt retinendae possessionis decimalis, vt cũ actor petit se non turbari à reo conuẽto. *c. licet de probat c. conquestus. de for. comp. Abb. in d. c. cum sit. num. 13. eodem Crauet. d. cons. 259 col. 1. Ferret cons. 1. numer. 11. & 12. Osasc. decis. 116. nu. 1.* quia hic non est necessaria disputatio super titulo, cum sufficiat actorem esse in possessione sic exigendi decimas. Itidem cum iudiciũ est recuperandae possessionis decimalis, vt cum actor asserit se fuisse spoliatum ea possessione, vel quasi exigendi decimas, in qua olim fuit. *Guid. Pap. q. 1. Menoch. de recup. possess remed 15. nu. 12. & d. cons. 268. n. 9. & 10. Osasc. decis. 116. nu. 1.*

143 In causis etenim facti, vt possessorij, etiam quòd de re Ecclesiastica, ac beneficiali, & spirituali, siuè matrimoniali agatur, Iudex secularis competens esse potest, dummodò summariè, & de plano sine discussione liquere possit. *Bald. in l. 2. C. de edict. Diu. Adr. tol. Igneus in l. necessarias. §. non aliàs. p 3. n. 166. cũ seqq ff. ad Syllan. Bero. in Rubr de iudic. vbi etiam Rip. nu. 90 Rol cons. 13. n. 1. & seqq vol. 2. Ferret d. cons. 1 nu. 11. & 12. Rom cons. 99. Surd. cons. 338. num. 22. & seqq. volum. 3. Hippolyt sing 7. Afflict. decis. 2. in addit. nu. 6. & seqq Guid. Pap. d q. 1. & q. 85. n. 1. & 2. & q. 552. Boer. decis 69. nu. 23. Gram. decis. 78. Alciat. resp. 24. Franc. Marc. decis. 190. & 512. Caroc. decis. 137. num. 3.* vbi in causa possessionis turbatae in bonis emphyteoticis etiam coram Iudice seculari cognosci potest, & de magis communi tenet *Osasc. d. decis. 116. num. 1. Thessau. decis. 82. nu. 1. & seqq. & decis. 117. nu. 1. & per totam. Couar pract. quaest. c. 35 n. 1. Federic d. cons. 245. Grauat. ad Vestr. lib. 5. c. 1. nu. 6. Monet. de decim. d. cap. 8. nu. 14. Emmanuel Suar. in thes. recept. sent. verb. possess. benef. Gutterez. Canon. quaest. c. 34. Auendan. de exequen. mãdat. c. 1.* & magis communem opinionem fatetur *Menoch. de recup. poss. d. remed. 15. nu. 210. & seqq. & de retinen. possess remed. 3. numer. 327. Farinac. de inquisit. q 8. n. 23.* vbi testatur de cõmuniori opinione. *Rebuff. de decim. quaest. 10. num. 39. Mysing obseruat. cent 2. obseruat. 67. in princ. Anton. Zeuallos de cognit. per viam violent q. 65. n 7. Anton. de Petra in tract. de potest. Princip. cap. 8. num. 83. & 85. cap. 15. num. 51. cum seqq.* prout notatum quoque fuit superiùs in *§. 2. n. 59.* quia possessorium rei spiritualis non est spirituale, cum non tangat medullam veritatis. *Boer. dicta decis 69. nu. 23.* Et maximè vbi adesset consuetudo. *Bellu. Rubr. 11. §. sunt & alij. Bald. in l. quoties. n. 5. C. de iudic. Alciat. resp. 24. vol. 1. Crau. cons. 259. num. 8. vol. 1. Amed. de Ponte in tract. de possessor. tit. quis sit Iudex in causa feud.* Quod tamen intelligẽdum est, quãdo agitur inter duos laicos, seù inter clericũ actorem, & laicum reum, secùs si agatur inter duos clericos, vel inter laicum actorem, & clericum reum, nam eo casu solus Iudex Ecclesiasticus erit competens. *Bero.* de communi *in rubr. de iudic. n. 51. Couar. pract. quaest. d. c. 35. n. 1. vers quamobrem. & vers primũ etenim. Menoch. d. remed. 15. n. 223. & 234. Crau. cons. 104. n. 17. Vrsill. ad Afflict. decis. 2.* qui respondet contrariũ tenentibus. Item intelligendum est dummodò causa possessorij nihil admixtum habeat proprietatis, quia tunc causa possessorij rei Ecclesiasticae, aut spiritualis neq. etiam incidenter potest per Iudicem secularem expediri, sed est omninò per Ecclesiasticum expedienda. *Bald in l. Titia. vbi etiam Alex. col. 2. & DD. ff. solut. matrim. Igneus in d. § non alias. nu. 166. cum seqq. Imol. in clem. dispendiosam. nu. 2. vbi etiã Card. de iudic. Anchar. in c fin. nu. 69. eodẽ Dec. in d. cap. decernimus.* & post *gloss. & Bald.* dicit *Abb. in c. literas. de iuramen. cal. Couar. pract. quaest. d. c. 35. num. 1. vers. prima conclusio. & vers. secunda conclusio. Gabr. de restit. spoliat. concl. 1. lib. 1. n. 115. Thessau. d. decis. 117. num. 3. Farinac. de inquisit. q. 8. nu. 23. vers. sublimita primo.*

144 Licet verior sit sententia tenentiũ, quòd Iudex laicus non possit cognoscere causam etiam super possessorio rei spiritualis tantùm, cum saltẽ titulus coloratus

ostendi

ostendi debeat, & cum possessio sit connexa cum proprietate spirituali. *clem. vnic. de caus. possess. & propr. Abb. in c. literas. n.8. de re iudic. Imol. in c fin. n.9. de iudic.* & de communi dicit *Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis.* 471. *Guliel. de Bened. in c. Rainutius. verb. & vxorem. decis. 2. nu. 38. Aluar. Vallasc. consultat. 93. nu. 3.* vbi pariter cõem fatetur *Cassad. decis. 1. n. 9. de caus. poss & propriet. Put. decis. 361. in fin. lib. 1.* quam sequitur *Rolan. à Val. cons. 23. nu. 6. & 7.* vbi etiam probat solidissimis fundamẽtis. *vol. 2.* & pluribus auctoritatibus *Couar.* & sequacium opinionẽ reprobat *Gutier. z quast. canon. c. 34. nu. 22. cum seqq. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 5. c. 14. q. 1. & lib. 7. c. 25. q. 5. Garz. de benef. p. 1. c. 2. nu. 51. cum seqq.* vbi allegat *Sabagum* qui in *c. 2. n. 177. de iudic.* defendit hanc sententiam. *& n. 183.* dicit illam verissimam, & semper obseruandam, quia possessio beneficij est quid spirituale, seù connexum spirituali propter administrationem ordinis, vel clauium. *Garz. d. c. 2. num. 53. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 91. per tot.* Doctores autem contrariũ dicentes loquuntur de locali consuetudine, vt videre licet præcipuè apud *Ceuallos de cognit. per viam violentia. quast. 65. nu. 7.* quæ consuetudo est penitùs improbata, & fuit decisum in vna *Romana Domus de Scapueijs 19. Ianuarij 1611. corã Cocino. nu. 21.* vbi dicitur sepissimè idem per Rotam fuisse resolutum, & in alia *Oscen Canonicatus coram Penia 1. Decẽbris 1595. sub nu. 5. & 6.* Cautela autem citandi clericos coram Consilio, si sua putauerint interesse, de qua testatur *Grammat. decis. 61. nu. 3.* & alia de qua per *Couar. d. c. 35. n. 3. vers. quinto.* nil aliud est, quàm quædam subtilitas colorata ad aperiendam viam, vt clerici per indirectum ad Curias seculares trahantur, vt subodoratus fuit *Bal. in l. fin. nu. 8. C. sine cens. vel reliq. & Gutierez d. cap. 34. num. 31.*

145 Si verò quæstio decimarũ sit iuris, & agatur in petitorio, tunc solus clericus est Iudex competens priuatiuè quoad Iudicem secularem. *d. cap. literas. de iuram. cal. d. clem. dispendiosam. de iudic. gloss. in c. ex tenore. verb. Ecclesiarum. de for. comp. Fel. in d. c. causam. d. nu. 15. Federic. cons. 245. col. 2. vers sine praiudicio. Fulgos. cõs. 166. col. 2. vers. quia. Couar. d. c. 35. n. 2. Rebuff. in tract. de decim. d. quast. 10. nu. 2. & 35. Menoch. d. cons. 268. num. 4. & 16. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 7. c. 25. q. 1. Monet.* plures cumulãs *in d. c. 8. n. 1. & seq.* nequè posset laicus Iudex iunctus cum clerico de illis iudicare. *Rebuff. d. q. 10. nu 36. Azor. d. c. 25. q. 2.* idem dicendum venit in causa decimarum ex dispensatione Apostolica in feudum, vel alio nomine laicis concessarum, nam illam cognoscere debet Iudex Ecclesiasticus. *Federic. cons 254. Rebuff. de decim. q. 10. nu. 35. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 7. c. 25. q. 3. vers. hoc posito. & vers. ego autẽ Germon de sacror. immun. c. 19. n. 85.* quia causa decimarũ spiritualis reputatur *cap. tua nobis. & c. Parochianos. de decim.* In possessorio quoquè adipiscẽdæ, vt quando quis petit se mitti in possessionem exigendi decimas solus clericus est Iudex cõpetens. *Bero. in d. Rubr. de iudic. num. 51. Guid. Pap. d. q. 1. col. 2. vers. de possessorio autem. Crau. cons. 104. n. 17. Nat. cons. 411. Menoch. d. cons. 268 n. 7. & 8. & de recup. poss. remed. 15. num. 235. Farinac. in pract. crim. p. 1. tom. 1. q. 8 num. 23. vers. procedit.* quicquid aliter dicat *Thessau. d. decis. 82. num. 1. & 4.* qui fundatur præcipuè super contraria locorum obseruantia, & cõsuetudine, quia huiusmodi consuetudo est improbata à iure. *Farinac. d. n. 23.* Prætereà cum hoc iudicium adipiscendæ habeat annexã causam proprietatis, ex quo cognosci debet, an petens habeat titulum, quo mitti debeat in eam possessionem, exindè huiusmodi tituli, & proprietatis causa nõ ad Iudicem secularem, sed ad clericũ spectat. *Crau. d. cons. 104 num 17. Guid. Pap. d. quast. 1. col. 2. vers de possessorio autem. Menoch. d. cons. 268. nu. 8. 9. & 10.* Nam licet Iudex secularis sit etiam competens in causis possessorij beneficialis, nõ tamen est competens, vbi de titulo huiusmodi possessorij principaliter agitur. *Imol. in d. clem. dispendiosam. in fin. de iudic. Bero. in Rubr. eod. num. 52. & 53. Couar. d. c. 35. n. 1. Menoch. de retinen. possess. d. remed. 3. num. 328. cum seqq. Ferret. cons. 10. in fin. Aufrer. regul. 2. fallen. 24.* siuè si ageretur ad rescissionem contractus, & ad rei deuolutionem. *Alex. cons. 76. num. 8. vol. 1.* Secùs verò vbi ageretur de titulo incidẽter, quia tunc Iudex secularis cognoscere poterit. *Rip. lib. 2. resp. c. fin. nu. 1. Menoch. d. remed. 3. nu. 331. & seq. Nauar. in repet. c. cum contingat. vers. quarto ideò non obstat. de rescript. Thessau. decis. 117. num 4.*

Aut vbi de titulo, vel notoriè ex actis, seu ex confessione partis constaret secundum communem opinionem; de qua per *Dec. in c.2.nu.180. de iudic. Crauet. consi.258. nu.4. Nauar. in d.c. cum contingat. n.338.* post *Ancha.* & alios ab eo allegatos. *Osasc. d. decis.116. nu.3.* siuè quando agitur, an decimæ sint solutæ. *Couar. d.c.35.num.1. vers. secūdo erit illud obseruandū. Rebuff. d.q.10.nu.4. Monet. d.c.8. num.5.* quibus casibus poterit etiam Iudex secularis esse competens, nam potest etiam Iudex secularis cognoscere de qualitate fructuum decimalium eligendorum. *Gemin. in c. fin. in fin. de for. compet. Calderin. consi.15. eod. Gomes. in cap. si annum. num.15. de iudic. Rebuff. d.q.10.nu.4.* quia hoc nihil spiritualitatis habet. Si autem de possessorio rei spiritualis ordinario iudicio agatur, tunc solus clericus est Iudex competēs inter laicos. *c. ex conquestione. & c. literas. de rest. spol. c. accedens. 2. vt lit. non contest.*

146 Notandum autem est, quæ dicta fuerunt de decimis, ea esse etiam intelligenda de primitijs, quia iura loquuntur semper promiscuè de decimis, & primitijs. *vt in Rubr. & in c. 1. de decim. in c. reuertimini. 16. q. 1. Achil. de Graff. dec. 1. de decim.*

147 Vndecimus casus est, imagines verberantium, vel deturpantium. *Marsil. in prax. crim. §. & quia. nu.25. & in l. ex Senatusconsulto. nu.3. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Anchar. consi.15. antè fin. vers. non obstat, quòd Iudici.* & colligitur ex dictis per *Decian. in tract. crim. to.1. lib.4. c.26. Rubr. mixti fori quæ sint. n.1. & 2. Simanc. de Catbol. Instit. tit.35. Clar. in § fin. q.68. num.19.* quamuis per Regium Consilium Hispaniarum fuisset prudentissimè remissus ad Inquisitores Sancti Officij quidam nouiter conuersus, qui Imaginem Beatissimæ Mariæ Virginis lapide fregerat, vt tradit *Azeued. lib.10. Regiar. Constitut. Hispaniarum. tit.1. leg.3.*

148 Imaginem autē Saluatoris nostri, & Beatissimæ Virginis, aut Sanctorū, sputo, luto, vel immunditijs, aut aliter deturpantes, vel illam scindentes, lacerantes, ferientes, percutientes, aut alio modo offendentes pœna mortis plecti debēt. *l. Cornelia. & l. hoc Senatus. ff. de sicar. cap.2. de offic. Iud. ordin. Bart. in l. sacrilegi. ff. ad l. Iul. pecul. Alex. consi.233. numer.6. vol.6. Marsil. d. num.25. Boer. decis.301. nu.17. & 18. Franc. decis.504. nu.3. & seqq. p.3. Clar. in § fin. quæst.68. nu.19. Menoch. de arbitrar. cas.376. num.4. Decian. in tract. crimin. tom.2. lib.6. c.6. de pœn. blasphem. nu.5. Cæpol. in tit. de pictur. nu.12.*

149 Duodecimus casus contrà ludentes aleis in publicis, vel priuatis domibus, vel locis, siuè insipicietes, potest Iudex secularis, & Episcopus inquirere, & prouidere. *l. alearum. C. de ale. lus. & aleat. Iulius Tertius Constit. 23. §. quia verò.* vbi prohibet Baratarias *Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. c.37. vers. hoc de clericis. Paris de Put. tract. de ludo. n.43. Menoch. de arbitr. cas.399.*

150 Tertiusdecimus casus est, falsificatio literarum Apostolicarum. *c. ad falsarium. vbi Anan. de crim. fals. Abb. in c. cū sit. nu.24. vbi Anchar. nu.11. Butr. nu.18. Soccin. nu.24. & alij. de for. comp.*

151 Quartusdecimus casus est, quādo quis contrahit secundum matrimonium viuēte priori coniuge. *Cou. in 4. Decretal. p.2. c.17. §.3. n.6. Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. ad c.84. vers. nec illud. & vers. receptum.*

152 Quintusdecimus, Lenocinium mariti cum propria vxore est pariter mixti fori. *l.2. § si publico. vbi Bart. nu.20. ff. de adult. Abb. in c. tua. de procurat. l. si lenones. C. de Episc. aud.* nā Iudex, qui de adulterio cognoscit, etiā de lenocinio cognoscere poterit. *d. l. si lenones.* Quod idē dicitur in lenocinio commisso ab eo, qui fuit mediator, vt virgo defloraretur, qui cum hoc casu crimē lenocinij sit annexum crimini stupri media persona lenonis cōmissi, de connexis idem iudicium. *c. translato. vbi Bald. Io. And. & Anton. in princ. Host. n.7. & 8. Dec. nu.5. & Butr. n.9. de constit.*

153 Sextusdecimus casus est, fornicatio simplex, quæ licet de iure Ciuili nō sit punibilis secùs tamen de iure Canonico. *Clar. in §. fornicatio.* quia est prohibita iure Diuino. *Exod.20. Deut.5. Genes.38. Num.25. ad Thessalon.4. ad Ephes.5. & ad Cor.5. & 6.*

154 Decimusseptimus casus, Campanarum contemptus erit pariter mixti fori. *Ricc. in prax. resolut. p.1. resolut.423. vers. Campanarum.* facit *clem. vnic. de Iude.*

155 Procedere item potest Iudex Ecclesiasticus contrà Iudicem secularem, vt non tradat reum morti, donec confessus fuerit, & sumpserit Eucharistiæ sacramentum. *Card. in clem. 1. de pœnit. & remiss.*

Castr.

Castr. in l. Archigerontes. vbi alij. C. de Episc. aud. Gomez de delict. tom. 3. cap. 14. n. 6. Paris de Put. de sindicatu. vers. Iudex. Cened. in q. canon. q. 9. n. 2. & 3. quia Iudex Ecclesiasticus cogere potest Iudices seculares, & ministros iustitiæ ad obseruātiam Canonum, qui sunt ad salutem animarum. *c. licet. de iureiur. c. fin. de except. c. decernimus. de sēt. excom. c. fin. de for. comp. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia habet Iurisdictionem supra laicos in temporalibus in terris Imperij, si non in exercitio, saltem in habitu.*

2 *Bonorum Ecclesiæ ratione potest laicus conueniri coram Iudice Ecclesiastico. & num. 6.*

3 *Iudex Ecclesiasticus potest iudicare laicum, siuè agatur actione reali ratione bonorū Ecclesiæ, siuè personali, vt ex legato, siuè locato.*

4 *Consuetudo facit, vt laicus pro rebus non Ecclesiasticis possit conueniri coram Iudice Ecclesiastico.*

5 *Laicus pro rebus proprijs clerici potest conueniri coram Iudice Ecclesiastico.*

6 *Bona propria clericorum gaudent priuilegio bonorum Ecclesiasticorum quantùm ad priuilegium fori.*

7 *Iudex, quādo eius Iurisdictio negatur, potest cognoscere, an sua sit Iurisdictio.*

8 *Spolians clericum re, siuè possessione Ecclesiæ, aut patrimoniali ipsius clerici potest coram Iudice Ecclesiastico conueniri.*

9 *Fructuum bonorum Ecclesiæ ratione potest laicus conueniri coram Iudice Ecclesiastico.*

10 *Mercedis ratione ex locato rei Ecclesiasticæ potest laicus conueniri coram Iudice Ecclesiastico.*

11 *Laudemium vt soluat laicus debitum Ecclesiæ, potest conueniri coram Iudice Ecclesiastico.*

12 *Falsum laicus deponens coram Iudice Ecclesiastico potest ab eodem puniri.*

13 *Iudex Ecclesiasticus habet Iurisdictionem in laicum ratione periurij. Item si testis in depositione coram eo facta fuerit varius potest ab eo torqueri.*

14 *Iudex ciuilis potest cognoscere criminaliter cōtrà eum, qui coram illo falsum deposuit, vel scripturam falsam produxit. & nu. seq.*

15 *Iudex criminalis potest incidenter cognoscere de causa ciuili.*

16 *Iudex secularis potest cognoscere contrà laicum, qui falsum deposuit corā Iudice Ecclesiastico, & ratio nu. 29.*

17 *Resistentes Curiæ, quæ facit executionē, possunt puniri per alium Iudicē, qui aliàs de iure communi habet Iurisdictionem in huiusmodi delinquētem: & nu. 29.*

18 *Iudex quando offenditur in actu iudiciario potest sic delinquentes punire. & nu. 31.*
Idem dicitur, si in eodem actu offenditur eius familia. & ratio nu. 29.
Iudex, quando in actu iudiciario partes se ad inuicem offendunt, potest illas punire.

19 *Iudex potest cognoscere cōtrà eum, qui sibi, siuè suæ familiæ colaphum impegit, neque proindè potest recusari suspectus.*

20 *Iudex potest punire delictum, quod videt committi, quando sedit pro Tribunali.*

21 *Notorium dicitur, quod fit præsente Iudice, neque ordo iudiciarius requiritur.*

22 *Regulares inferētes iniuriā Episcopo, seu eius Vicario Iurisdictionē exercenti possunt ab eodē Episcopo puniri.*

23 *Iudex quilibet compescere, & punire potest impedientes suam Iurisdictionem, & ratio nu. 29.*

24 *Iudex Ecclesiasticus potest punire laicos, qui offenderint Ministros suæ Curiæ exequentes suum officium. & & ratio nu. 29.*

25 *Delegatus potest punire personas delinquentes in eius personam, si turbatur eius Iurisdictio. & ratio n. 29.*

26 *Delegatus punire potest impedientes productionem, siuè examen testium in causa sibi delegata. & ratio. nu. 29.*

27 *Delegatus non potest punire testem falsum contrà se deponentem, sed illum remittere debet ad Ordinarium ipsius testis.*

28 *Iudex Ecclesiasticus potest procedere contrà deturpantes, vel lacerantes excōmunicationum cedulones de suo mandato affixos.*

29. *Omnia commissa videntur, sine quibus*

Iurisdictio liberè exerceri nequit.

30 Ordinarius, ac Delegatus potest exequi suam sententiã etiam manu militari.

31 Iudex Ecclesiasticus non potest punire eos, qui extrà actum iudiciariũ iniuriam ei inferrent non vt Iudici, sed vt priuatæ personæ, nisi iniuria tangeret Ecclesiam.

32 Iniuriã inferẽs Iudici in via publica, etiam extra actum exercendi Iurisdictione in debet grauiter puniri.

33 Alara percutiens Officialem etiam ob priuatam inimicitiam, & nullo officij prætextu pœna mortis afficiendus est.

34 Episcopus si offenditur in aliqua re, quæ ab Episcopali dignitate, & ab Ecclesia sit separata, non potest offendentem punire.

35 Episcopus iniuriam Ecclesiæ vindicare potest, non autem propriam.

36 Episcopus non potest remittere iniuriam factam Ecclesiæ.

37 Viduarum in causis potest Iudex Ecclesiasticus cognoscere. et quomodo intelligatur num. seq.
Pupillorum item. de quibus intelligendum sit. num. seq.
Orphanorum similiter. & de quibus sit intelligendum. num. seq.
Miserabilium personarum quoquè.

38 Miserabiles qui dicantur. & nu. seq. & num 45.

39 Viduarum causæ, & pupillorum, & orphanorum diuitum primariò apud Iudicem secularem sunt cognoscẽdæ.

40 Viduarum diuitum causæ possunt iudicari à Iudice Ecclesiastico negligente seculari.

41 Vidua non solum reputatur, cuius vir mortuus est, sed etiam quæ maritum habet condemnatum, vel fugitiuum, & gaudet priuilegio Viduarum.
Item quæ habet virum inutilem.

42 Negligente Iudice seculari potest Ecclesia iudicare laicos in quolibet excessu notorio.

43 Negligentia Iudicis secularis suppleri potest per Iudicem Ecclesiasticum.

44 Iudex Ecclesiasticus potest censuris cõpellere Iudicem secularem ad fungendum suo munere.

45 Vidua etiam nobilis qualiter dici possit miserabilis.

46 Viduis priuilegium concessum intelligitur de Viduis honestam vitam seruantibus.

47 Scholares quomodo gaudere debeant priuilegio scholarium.

48 Iudex Ecclesiasticus compellere potest laicos ad perhibendum testimonium, siuè in causa ciuili, siue criminali.
Et Monitorium generale in Ecclesia publicare sub pœna excommunicationis ad proferẽdum testimonium.

49 Iudex Ecclesiasticus potest ad requisitionem Iudicis secularis facere præceptum sub pœna excommunicationis testibus laicis ad perhibendum testimonium coram Iudice laico.

50 Iudex secularis debet præstare auxilium, & brachium Iudici Ecclesiastico.

51 Iudex secularis potest compelli censuris ad præstandum brachium Iudici Ecclesiastico & num. 53.

52 Iudex Ecclesiasticus debet præstare auxilium Iudici seculari.

53 Iudex Ecclesiasticus & Iudex secularis debent inuicem se adiuuare.

54 Iudex Ecclesiasticus potest compellere Iudices seculares ad repellendum excommunicatos.

55 Excõmunicatus debet repelli à Iudicio.

56 Iudex Ecclesiasticus nõ potest cogi per secularem Iudicem ab sibi præstandum brachium.

57 Iudex secularis an possit examinare processum Iudicis Ecclesiastici implorantis auxilium, an idem in Iudice Ecclesiastico?

58 Fideiussores laici possunt cõueniri coram Iudice Ecclesiastico, si coram eo fideiusserunt.

59 Sententia lata contra principalem potest exequi contra fideiussorem, qui appellare nequit.

60 Laici possunt iudicari à clerico, vbi habet dominium temporale.

61 Dos corã Iudice Ecclesiastico peti potest non solũ incidenter sed principaliter.

62 Coniuges ad cohabitandum possunt cõpelli per Iudicem Ecclesiasticum.

63 Episcopus potest punire sponsos qui simul cohabitant, seu alioqui inter eos intercedit, vel intercessit copula prius quàm matrimonium ex ritu fuerit celebratum per verba de præsenti.
Item matrimonium clandestinè contrahentes.

64 Epi-

64 *Episcopus cognoscit inter seculares super damno, & interesse ex eo, quòd alter ex contrahentibus contraxit matrimonium violata fide de contrahēdo.*
65 *Restitutio in integrum potest peti à clerico coram Iudice Ecclesiastico contrà laicum.*
66 *Reductio ad arbitrium boni viri potest peti à clerico coram Iudice Ecclesiastico de laudo per laicos lato.*
67 *Pietatem concernentia possunt iudicari per Episcopum, quamuis simus inter laicos.*
Charitatis & humanitatis officia itē.
68 *Episcopus est executor piarum dispositionum.*
69 *Episcopus potest compellere laicos ad vendendum frumentum, & alias res tempore penuria.*
70 *Funeris expensa dicitur causa pia.*
71 *Prædicatori, vt præstent eleemosynam cogi possunt laici per Episcopum.*
72 *Episcopus potest cogere laicos, vt eodē precio merces, & res victui necessarias peregrinis vendant, quo publicè ab incolis vendi solent.*
73 *Episcopus punire potest laicos vendentes merces mixtas alia eum specie.*
74 *Episcopus potest cōpellere laicos ad solutionem relictorum ad pias causas.*
75 *Episcopus potest exequi testamenta tàm ad pias, quàm ad non pias causas negligente hærede, etiamsi testator disposuerit se nolle.*
76 *Iudex laicus est competēs in exequendis legatis ad pias causas, & in vltimis voluntatibus.*
77 *Legatum factum personis miserabilibus dicitur pium.*
78 *Legatum factum consanguineo, affini, vel amico pauperibus, aut pro maritanda puella dicitur pium.*
79 *Legatorum piorum executio debet fieri intra sex menses à die insinuationis testamentī.*
80 *Legata pia hæres, vel executor soluere differens ad quid teneatur.*
81 *Legatum pium quot modis dicatur.*
82 *Tempus quando non exprimitur à testatore ad soluenda legata & ad aliā vltimam voluntatem exequendam, conceditur à iure annus, quo elapso executio deuoluitur ad Episcopum.*
83 *Alimenta possunt peti apud iudicem Ecclesiasticum.*
84 *Alimentorum causa dicitur pia.*
85 *Alimentorum causa potest tractari diebus feriatis.*
86 *Hospitalia, & Confraternitates, an & quomodo sint loca pia, & subsint iurisdictioni Episcopi.*
87 *Administratores piorum locorum possunt conueniri coram Episcopo.*
88 *Episcopus habet intētionem fundatam in Hospitalibus, Confraternitatibus, & alijs locis pijs sua Diœcesis.*
89 *Episcopus inquirere potest contra tenentes bona distribuēda pauperibus, & alijs pijs locis.*
90 *Fabrica Ecclesiæ trahit laicum ad forum Ecclesiasticum.*
Et fabricerij Ecclesiæ possunt cōpelli ab Episcopo ad reddendam rationem.
91 *Consuetudinis Ecclesiæ laudabilis obseruantia potest cogi per Episcopum contrà laicos.*
92 *Portionis congruæ ratione potest clericus conuenire laicos coram Iudice Ecclesiastico.*
93 *Episcopus potest compellere ad pacem eos, qui diù fuerunt discordes.*
Pacis iuramentum frangēs potest iudicari ab Episcopo.
94 *Episcopus potest inhibere laico, nè persoluat Regularibus integrū legatum, nisi prius de tali legato detur Parocho quarta canonica.*
95 *Excommunicatus contemnens excommunicationem antè lapsum anni puniri potest ab Episcopo pœna tēporali.*
96 *Pœna pecuniaria potest imponi in absolutione ab excommunicatione.*
97 *Quæstores eleemosynarū possunt quamuis laici puniri per Episcopum.*
98 *Eleemosynam nō possunt laici quærere nisi de licentia Episcopi.*
99 *Iuris canonici obseruantia potest cogi ab Episcopo.*
100 *Laici cōpelli possunt ad administrandum iustitiā personis Ecclesiasticis.*
101 *Festa violantes laici possunt per Episcopum puniri.*
102 *Festa violantibus pœna per seculares imponi potest.*
103 *Princeps secularis punire potest subditos de delicto prophano, & Ecclesiastico.*
104 *Princeps secularis potest procedere cōtra transgressores legis Ecclesiastica.*
105 *Festa nō possunt indici à secularibus.*

106 *Festis diebus operandi licētiam seculares Principes concedere nequeunt.*
107 *Festis diebus operantes cum licentia Episcopi non possunt puniri à Iudice seculari.*
108 *Nundinæ possunt prohiberi ab Episcopis diebus festis.*
Mercatus item, ac etiam saltationes, choreæ, & cantilenæ.
109 *Papa deponere potest Imperatorem, & alios Principes hæreticos, siuè schismaticos, & alios Principes non recognoscētes superiorē iudicare, & n. seq.*
110 *Papa deponere potest Imperatorem, & alios Principes propter crimina intolerabilia.*
111 *Raptores, & prædones possunt ab Ecclesia excommunicari.*
112 *Mulieres vbera monstrantes possunt interdici ab ingressu Ecclesiæ.*
113 *Visitationis in actu potest Episcopus inquirere de omni crimine contra laicos.*
114 *Iudæi ratione iuramenti, & in prohibitis lege Diuina subsunt Iurisdictioni Ecclesiæ.*
115 *Christianus carnes comedens diebus prohibitis potest puniri à Iudice Ecclesiastico.*
116 *Infideles peccantes contra naturam possunt puniri ab Ecclesia.*
117 *Habitum Regularem in ludibrium laici induētes puniri possunt per Iudicem secularem.*
118 *Laicis prohiberi potest ab Episcopo habitus regularis, siuè clericatus.*
Laicis prohiberi potest ab Episcopo, ne prædicent.
Laici possunt interdici ne faciāt Processiones.
Laici non possunt constituere locum sacrum, vel rem spiritualem.
119 *Laici disputantes de fide coerceri possunt per Iudicem Ecclesiasticum.*
120 *Episcopus excommunicare potest Magistratus seculares, qui recusant ei præstare auxilium ad conseruandam clausuram Sanctimonialium.*
121 *Laicus, & clericus simul executores testamenti debent conueniri coram Iudice Ecclesiastico in concernentibus executionem dicti testamenti.*
122 *Episcopus potest arrestare carceratū in carceribus Iudicis secularis.*
123 *Scholaris potest cōueniri coram Episcopo, & Emphyteota compelli ad reficiendam rem emphyteoticariam.*
124 *Laici in casibus, in quibus possunt conueniri coram Iudice Ecclesiastico, possunt oppignorari, carcerari, torqueri, & alijs pœnis affici.*
125 *Decimæ possunt exigi officio Iudicis Ecclesiastici.*
126 *Testes laici possunt torqueri per Iudicem Ecclesiasticum ratione mendacij coram eo facti.*
127 *Iurisdictione concessa sunt etiam cōcessa ea, per quæ peruenitur ad illam.*
128 *Punitus in foro seculari an possit etiā puniri in foro Ecclesiastico, & è contra in delictis, in quibus procedere potest Iudex tā secularis, quàm Ecclesiasticus.*
129 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit, vbi est dubium, an Iurisdictio spectet ad ipsum, siuè ad Iudicem secularem.*
130 *Iudex, cuius Iurisdictio negatur, potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, eamquè tueri. & nu. 127.*

§. Quintus.

1 SVnt & alij casus, in quibus Iudex Ecclesiasticus habet actu Iurisdictionem suprà laicos, licet alioqui habeat etiam Iurisdictionem in laicos in temporalibus Ecclesiæ, saltem in habitu, etiam in terris Imperij, quamuis non in exercitio. *Extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed. Abb. in c. nouit. nu. 2. & 11. vbi etiā DD. de iudic. & in c. qualiter. n. 7. eod. & in c. licet. nn. 2. 3. & 7. de for. comp. Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 9 nu. 7. Anton. de Rosel. in tract. de potest. Pap. in prin. vbi latissimè. Boss.* de cōmuni *in tit. de for. comp. n. 164. Castald. in tract. de Imperat. q. 4. num. 4. & q. 50. nu. 1. 2. 7. & 23. Azor Inst. Moral. par. 2. lib. 10. c. 6. vers. ad hæc omnia.* & dictum fuit *in tit. de fauor. Clericor. Person. §. 2. n. 28.*

2 Primus est, ratione bonorum Ecclesiæ, ratione quorum potest laicus conueniri per clericum coram Iudice Ecclesiastico. *c. si clericus. vbi Innoc. nu. 6. Abb. n. 1. & 2. & Felin. n. 4. Marian. Soccin. n. 25. & DD. de for. cōp. c. 2. de priuil. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. p. lect. n. 22. de cōstit. Felin. in c. causam. num. 15. de præscript. Maran. in Specul. par. 4. dist. 11. num. 6. Scaccia de iud. caus. ciuil. crim. lib. 1. c. 11.*

nu. 50. Rom. conf. 159. n. 3. Card conf. 146. nu. 1. Nat. conf. 27 nu. 2. Aufrer. de poteft. fecular. reg. 4. fallen. 5. nu. 23. & 39. Nau. de reddit. Ecclef q. 1. caf. 9. Gabriel. cõf. 37. num. 10. vol. 2. Ofafc. decif. 32. num. 3. & 6. Antonin. var. refol. lib. 1. refol. 48. num. 1. nam bona Ecclefiaftica fequuntur perfonã Ecclefiafticam, & ipfius forum. c. nouerint. 10. q. 1. Abb. in c. folita. nu. 3. de maior. & obed. Caftr. conf. 368. num. 1. vol. 1.

3 Et hoc adeò verum eft, fiuè agatur actione reali, fiuè perfonali, vt ex legato, feù locato. Felin. in c. caufam. nu. 15. de præfcript. & in d. c. fi clericus. num. 4. vbi etiam Innoc. & Abb. n. 12. in fin. Marian. Soccin. num. 15. & Imol. nu. 2. & 3. & poft Innoc. Abb. Card. Io. Andr. Fel. & Soccin. ab eo allegatos dicit Ofafc. d. decif. 32. n. 3. & 6. vbi teftatur de magis communi opinione Canoniftarum.

4 Et maximè vbi adfit cõfuetudo. Hoft. in d. cap. fi clericus. & ibi Soccin. num. 15. poteft etenim laicus conueniri coram Iudice Ecclefiaftico ex confuetudine etiam pro rebus non Ecclefiafticis. c. fi clericus laicum. vbi Abb. nnmer. 5. & 7. vbi etiam Marian. Soccin. nu. 4. de for. comp. c. fi duobus. in fin. de appel. Abb in c. licet. num. 6. verf primus cafus. de for. comp. Antonin. d. refol. 48. num. 24.

5 Quod procedit etiamfi laicus exclufa confuetudine conueniretur pro rebus proprijs eiufdem clerici. d. cap. fi clericus. vbi Abb. nu. 3. & Felin. n. 4. Abb. in c. Ecclefia Sancta Maria. nu. 16. verf. primus cafus. de conftit. & in c. cæterùm. nu. 17. de iudic. Ofafc. d. decif. 32. nu. 3. vt dictum quoque fuit fuperiùs in §. 4. in materia facrilegij. nu. 19.

6 Quia quantùm ad priuilegium fori bona clericorum gaudent priuilegio, quo gaudent bona Ecclefiarũ. Marian. Soccin. in d. c. fi clericus. n. 2. Imò quamuis laicus conuentus negaret fimpliciter bona effe Ecclefiaftica, fiuè ipfius clerici, poterit nihilominùs conueniri coram Iudice Ecclefiaftico. Innoc. in cap cum fit. de for. comp. Hoft. in d. c. fi clericus. nu. 1. & Abb. nu. 12. verf. nam ex hoc apertè. & nu. 15. vbi hoc benè explicat, & affert intelligentiam, d. c. fi clericus. idem Abb. in c. nouit. nu. 19. de iudic. Aufrer. de poteft. Ecclef. num. 39. Menoch. de retinen. poff. remed. 3. nu. 373. Antonin. d. refol. 48 nu. 4. & 5. facit c. cum perfona. de priuil. in 6.

7 Quia Iudex, quando eius Iurifdictio negatur, poteft de iure cognofcere, an fua fit Iurifdictio. cap. fuper. de refcript. d. c. cũ perfona. Abb in d. c. fi clericus num. 8. & 9. & addit. ad eundem in d. c. nouit. num. 21. Rot. decif. 6. nu. 3. de except. & decif. 24. de appel. Iaf. in l. 2. col. 4. ff. fi quis in ius vocat. Io. Andr. in cap. fi clericus. & ibi Marian. Soccin. n. 11. verf. prima opinio. vbi multos allegat. & n. 13. de for. comp. idẽ Io. Andr. ad Corfet. in fing. 149. verf. Iurifdictio.

8 Item fpolians clericum re, feù poffeffione Ecclefiæ conueniri poteft coram Iudice Ecclefiaftico. Antonin. d. refol. 48. n. 6. & refol. 71. nu. 10. Conc. Trid. feff. 22. c. 11. de reform. vt dictum fuit fuperiùs in §. 4. n. 18. Quod procedit, quamuis bona clerici fint patrimonialia, vt de communi dicit Abb. d. c. Ecclefia Sancta Maria. nu. 21. & 22. Felin. num. 7. & 8. & Dec. nu. 9. de conftit. Scaccia d. c. 11. num. 3. & 31. vbi de magis communi teftatur Farinac. in prax. crimin. tom. 1. q. 8. n. 21. Ofafc. decif. 31. n. 6. Oldrad. conf. 83. Tufc. de magis communi opinione. pract. conclus. tom. 4. conclus. 450. num. 9. & 10.

9 Secundus cafus, ratione fructuum bonorum Ecclefiæ, nam clericus, fi præbendã fuam, fiuè bona fui beneficij locauerit laico, poterit eundem laicum ratione fructuũ dictæ præbẽdæ, fiuè eiufdem beneficij conuenire coram Iudice Ecclefiaftico. Gabr. d. conf. 37. nu. 10. Antonin. d. refol. 48. n. 9. & 10. tex. in d. cap. fi clericus. ponderando verba illa, pro re fua, vel Ecclefiæ. nam rei appellatione veniunt fructus. l. rei. & ibi DD. ff. de verb. fign. l. rem. ff. de acqu. rer. dom. Et licet fructus nõ fint quid fpiritnale, fed temporale, cum poffint per clericum vendi, vel locari. c. veftra. de locat. Archid. in c. alienationes. num. 13. 12. q. 2. Abb. in c. fin. nu. 4. de rer. permut. Felin. in d. c. caufam. num. 15. Bellon. conf. 3. num. 2. & feq. Tamen cum dependeãt à re Ecclefiæ, idẽ de eis iudicatur, quod de re Ecclefiæ. c. fi annum. & ibi glof. verb. dependentibus. & Archid. in princ. & n. 1. Anchar. & Franc. de iudic. in 6. Ofafc. d. decif. 32. n. 3. Antonin. var. refol. lib. 1. refol. 48. n. 10. cum dicantur pars fundi. l. fructus. ff. de rei vend. l. in re. ff. comm. diuid. Roman. conf. 309. nu. 3. & fint fructus obligati pro neceffitatibus Ecclefiæ, & pauperum, ficut ipfamet bona. Aufrer. de poteft. fecul. in Eccl. n. 31. & de ijs iudicandum effet ficut

de

de principali, cum sint accessoria ad bona. *l. etiam. C. de iu. dot. Archid. in d. cap. si annu. n. 1. de iud. in 6. Surd. decis. 88. n. 10.*

10 Ex quibus, & ex hactenus deductis in præsenti §. colligitur idem dicendum esse si agatur actione ex locato ad mercedem, quia si potest conueniri laicus corã Ecclesiastico, siuè actione reali, siuè personali, vt ex legato, & locato, vt probatũ fuit in 1. casu, idem fatendum est, si agatur ex locato ad mercedem, nam actio ex locato ad mercedem est personalis. *Felin. in c. si clericus laicum. n. 4.* Quare non obstat *Osasc. d. decis. 32. nu. 6.* dicens, quòd si agatur mera actione personali; vt ex locato ad mercedem; tunc clericum debere conuenire laicum coram Iudice seculari, nam *Couar. pract. quæst. c. 35. vers. quinto non video.* per ipsum allegatus non obest, cum inhereat proprio sensui rationem nullam, nequè iura deducens. Minùs pariter nocet *Innoc. Felin. & Marian. Soccin.* ab eodem *Osasc.* similiter allegati, qui nihil prorsus ad propositum allegantis faciunt, vt penitiùs legentibus scrutari licebit, quibus casibus Doctoris opinio debet intelligi secundum iura per ipsum Doctorem allegata. *Bart. in l. non solum. §. liberationis. nu. 10. de liberat. leg. & in l. 1. ff. de vulg. & pup. Roman. cons. 76. col final. & cons. 211. col. 1. Soccin. Iun. cons. 68. n. 27. vol. 1. Curt. Sen. cons. 65. col. 3.*

11 Iuuat quoque id quod dicitur in solutione laudemij Ecclesiæ per laicum debiti, nam laicus poterit conueniri coram Ecclesiastico, vt soluat laudemium. *Burg. in tract. de laudem. p. 3. inspect. 1. num. 6. & seqq.*

12 Tertius casus est ratione depositionis falsi corã eo, nam testis laicus, qui falsum deposuit coram Iudice Ecclesiastico potest ab eodem Iudice puniri. *l. nullum. C. de testib. cap. super his. de pœn. gloss. in clem. 1. de offic deleg. & in l. quæsitum de testib. Capel Tholos. q. 379. Innoc. in c. dilectus de pœn Rol cons. 12. & cons. 13. vol. 2. Afflict. decis. 219 vbi etiã Vrsill. in addit. Salced. ad Diaz. c. 96. vers. si autem. Ricc. p. 2. resol. 140 Clar. in §. fin. q. 38. vers quæro nunc. Couar. pract. quæst. cap. 18. nu. 8. vers. sed & hæc in re.*

13 Tùm quia ratione falsæ depositionis efficitur de foro ipsius Iudicis, tùm verò quia Ecclesiasticus Iudex habet Iurisdictionem in laicos ratione periurij, quod est mixti fori. *Afflict. dec 236. Franc. dec. 147.* vt dictum est superiùs *in §. 4 nu. 136.* Item si testis fuerit varius in depositione facta corã Iudice Ecclesiastico, nam ab eodem Iudice torqueri poterit, & puniri. *Capel. Tholos. d. q. 379.*

14 Et ideò dicit *Bart in d. l. nullum. & in l. hoc iure. §. aqua. ff de aqu. quot.* Quòd licet Iudex causarum ciuilium non possit de crimine cognoscere, potest tamen procedere contrà eum, qui coram eo committit falsum, vel dicendo testimonium, vel producendo falsam scripturam, idem voluit *Salicet. in l. si lis. C. ad leg. Cornel. de fals. Couar. pract. quæst. d. c. 18. nu 8. Franc. decis. 147. nu. 1. par. 1. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 140.* idẽ colligitur ex *Boss. de for. comp. nu. 117.* vbi dicit ratione connexitatis, & dependentiæ illum, qui nõ est Iudex effici Iudicem, ità dicit *Innoc in c. cùm M. in fin. de cõstit. Boss. de for. comp. num. 121.*

15 Nam Iudex criminalis potest incidenter cognoscere de causa ciuili pro interesse partis, & è contrà Iudex ciuilis de causa criminali, quæ descendat ex eodem facto. *Bart. in l interdum. §. qui furem. nu. 4. ff. de furt. Vinc. de Franc. decis. 460. nu. 7. p. 3. Crau. cons. 14. nu. 1. & 2. cons. 53. & cons. 58. num. 2.*

16 Non excluditur tamen Iudex secularis, quin & ipse in prædicto casu falsæ depositionis factæ per laicũ coram Iudice Ecclesiastico procedere possit, nam est locus præuentioni. *Bald. in d. l. nullum nu 9. & seqq. Couar. d. cap. 18. nu. 8. vers. sed & hæc in re.*

17 Ex quo infertur, quod resistẽtes Curiæ, quæ facit executionem, possunt puniri per alium Iudicem, qui aliàs de iure communi habet Iurisdictionem in talem delinquentem. *Bald. in dicta l. nullum. antè fin. Afflict. d. decis. 219. nu. 2. Cabal. resol. crim. cas. 117. n. 3. cũ seqq. Frãc. dec. 147. per tot.*

18 Quinimò quando in actu iudiciario offenditur Iudex, seù eius familia, siuè fit aliquo delictum coram eo, vel à parte, siuè à Notario, vel à teste, seù Aduocato, seù partes se ad inuicem offendunt conuicijs, siuè percussionibus, tunc talis Iudex potest sic delinquentes ex officio punire ratione offensæ Iurisdictionis. *Bart. in l. si quis obrepserit. in fin & ibi Bal. ff de fals. Salicet. in d. l. nullũ col. 2. vers quæro Iudex. Bal. in l. neganda. col. 6. vers. quæro an ex illo*

arbitrio.

arbitrio. C. qui accuſ non poſſ. Marſil. in l fin. n. 150. cum ſeqq. ff. de iuriſd. omn. Iud. Innoc. in d. c. dilectus. vbi etiam. Hoſt n. 4. Abb nu. 3. & Butr. de pœn. Abb. in c fin. nu. 18. Felin n. 14. verſ. ſecunda concluſio. Butr. & Aret. de for. comp. Oldrad. conſ. 7. Roland. d. conſ. 12 à num. 1. ad 11. vol. 2. Corſet ſing. ſi delictum eſt commiſſum. Gādin. in tit. quom. de maleſ. cognoſc. quan. crim eſt notor. verſ. in qualibet autem ſpecie. Boſſ in tit de denunciat nu. 5. & ſeqq. & in tit. de for. comp nu 96 Clar. in § fin. q. 35. n. 20. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 16. verſ. pari ratione. procedereque poteſt contra laicos cum ipſo irreuerenter loquentes dicendo: Tu, aut Vos, velnimiọ contemptu coram eo comparentes, aut cum arrogantia, vel digito erecto tendentes ad eius faciem. *Puteus in tract. de ſindicat. verb notorium iudici. Lopez ad Diaz. d cap. 96. verſ. nec illud.*

19 Imò non poſſet ipſe Iudex recuſari ſuſpectus, etiam quòd colaphus ſibi fuiſſet impictus, ſi factum fuiſſet notoriū. *Iaſ. in l. qui Iuriſdictioni. col. 1. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Boſſ. in tit. de denunciat. n. 7.* & multò minùs poſſet allegari ſuſpectus, quando colaphus non ſibi, ſed vni ex eius famulis notoriè inflictus fuiſſet, quia poſſet etiam eſſe Iudex. *Bart. in l. Sen. tus. ff. de offic. Praſid. & in l. ſi quis fortè §. ſi quis. ff. de pœn. Boſſ. in d tit de denunciat. n. 7. & 8.*

20 Nam Iudex poteſt punire delictum, quod videt committi, dum ſedet pro tribunali, ſeù alioqui ſtat in actu iuſtitiam adminiſtrandi, & officium ſuum exercendi, atquè ità ſibi vt Iudici conſtat, non vti priuato.

21 Eo enim caſu quādo aliquid fit præſente Iudice, & concurrentibus alijs, quæ ſufficiant ad notorium facti, nulla probatio requiritur, neque alius ordo iudiciarius *gloſſ. magiſtralis. in c. Deus omnipotēs. §. quando autem. 2. q. 1.* quam ſingularem dicit *Alber. de Roſat. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. Praſid. Butr. in c. veſtra. circā fin. de cohabit. cler.* & poſt eos, *Corſet.* dicit *Boſſ. in d tit. de denunciat. n. 4. 5. 6. 7. & 8. Specul. in tit de notor. crim. § fin. n. 12. Farinac. de delict. & pœn. q. 21. & nu. 158.* vbi poſt alios ſubdit, quòd in hoc caſu non requiritur accuſatio, neque litis conteſtatio, neque probatio, neque terminus ad faciendas defenſiones, neque proteſtationes, aſpectus enim Iudicis inducit euidentem probationem, *l. 2. de ferijs.*

22 Ex his infertur quòd Regulares qui iniuriam inferunt Epiſcopo, ſiuè eius Vicario Iuriſdictionem exercenti, vel eius aures offendunt in illo actu Iuriſdictionis eam turbando, poſſunt ab eodem Epiſcopo, vel eius Vicario puniri, *Innoc. in c. dilectus. de pœn.* quem ſequitur *Aufrer. de poteſt ſecul. ſuper Eccleſ. nu. 23. Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 3. verſ. punire ante fin per d. l nullum. C. de teſtibus Auctor Prax. Archiepiſ. Neap. cap. 57. num. 6. & 7.*

23 Nam & quilibet Iudex compeſcere poteſt, & punire omnes impedientes, ſiuè turbātes ſuam iuriſdictionem. *c. 1. de pœn. in 6 l. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. cap dilecto. vbi Io. Andr. Gemin & Franch de ſent excom. in 6. Dec. in c. reprahenſibilis. de ap. el. Lap. alleg. 37. gloſſ. in c. eum volūtate § fin. verb. ratione officij. de ſent. exeō. & in Extrauag. vnic. Ioan. 22. verb. impediatur. depriuil. Hoſt. in d c. dilectus. num. 4. Abb. in cap. cum veniſſent. num. 11. vbi etiā Felin n. 7. de iudic. Capic. dec. 124. num. 11.*

24 Item poterit Iudex Eccleſiaſticus punire laicos, qui offenderint Curſores, ſeù Miniſtros ſuæ Curiæ exequentes eorum officium. *d. c. 1. de pœn. in 6. Caſtr. in l addictos. C. de Epiſc. aud. Boer. deciſ. 9. nu. 14. Franc. deciſ. 147. per totam.* & Iudex punire poteſt exceſſus commiſſos contra ſuum officium. *Capic. deciſ. 137. num. 5. 7. & 8. Zanchin. tract. de haretic. cap. 31. Pegn. in Directi. Inquiſit. p. 2. com. 79. verſ. & vbi.* & eos qui ſuam iuriſdictionem cōtempſerint. *Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Boſſ. de crim. ſtellion. n. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 331. nu. 26. & caſ. 521. n. 1.* nā ratione oſtenſæ Iuriſdictionis, qui aliàs non eſt competens Iudex, efficitur competens. *l. nullū. C. de teſtib. Franch. deciſ. 147.* cum non poſſit Epiſcopus impediri, quin exequatur liberè officium ſuum. *c. pernicioſam. vbi Anchar. num. 3. & Hoſt. de offic. Iud. ordin.*

25 Nam & Delegatus punire poteſt extraneas perſonas delinquētes in eius perſonam, etiamſi non ponatur in reſcripto, ſi per hoc contingat ſuam Iuriſdictionem turbari. *c. 1. & ibi gloſſ. fin. & Abb. num. 1. & 6. Felin. nu. 1. 14. & 15. & DD. de offic. deleg. c. prudentiam. c. praterea & c. ſuſpicionis. c. paſtoralis. §. item. & § fin. & c. ex*

literis. eod. gloss. in d. verb. ratione officij. Host. in d. c. dilectus. n. 3. & 4. Abb. in d. c. cũ venissent nu. 11. de iudic. & in c. significasti. nu. 5. de offic. deleg.

26 Siuè impedientes productionem, seù examen testium. *c. tam literis. c. cum causam. & c. constitutis. 1. de testibus.*

27 Non potest tamen delegatus testem falsum coram se deponentem punire, sed illum remittere debet ad Ordinariũ ipsius testis. *§. si verò ignoti auth. de testibus. Guliel. de Cuneo. in l. 1. §. qui mandatum. vbi etiam Alberic. ff. de Iurisd. omn. Iudic. Ang. in l. quoties. C. de iud. & in l. vacantia C. de bon. vacan. lib. 10. Bald. in c. ex parte. 2. de rescrip. Io. Andr. ad Specul. tit. de test. §. opponitur. vers. sed quid delegato.* Quia licet delegatus sit maior Ordinario. *c. pastoralis. de offic. delegat.* illa tàm maioritas consideratur respectu causæ delegatæ, non autẽ respectu iurisdictionis, quia nõ potest excedere terminus suæ delegationis, & ità nõ potest mulctare cõtumaces. *Bart. in l. 2. & in l. magistratibus ff. de Iurisdict. omn. Iud.* nisi aliud habeat in sua commissione.

28 Poterit itidem Iudex Ecclesiasticus procedere contra deturpantes, vel lacerantes excommunicationum cedulones de suo mandato affixos, *vt post Columnam dixit Pegn. in Director. Inquisit. p. 3. cõ. 24.*

29 Ratio autem prædictorum ea est, quia omnia viderunt commissa, sine quibus Iurisdictio liberè exerceri non potest. *c. preterà. c. pastoralis. & c. suspicionis de offic. deleg. l. 2. ff. de Iurisd. omn. Iud. gloss. in d. verb. ratione officij. Abb. in d. c. 1. num. 6. de offic. deleg.*

30 Quamobrem tàm Ordinarius, quàm Delegatus potest exequi suam sententiam etiam manu militari. *Dec. in c. significasti. nu. 16. de offic. deleg.*

31 Extrà verò actum iudiciarium litigator si iniuriam inferret Iudici Ecclesiastico nõ principaliter vt Iudici, sed vt tali personæ, siuè Iudex offenderetur vt priuatus, seù ex causa priuata, non poterit ab eodem Iudice puniri, quia sibi, & non dignitati dicitur facta offensio, nisi iniuria tangeret Ecclesiam. *l. qui Iurisdictioni. ff. de Iurisd. omn. Iud. l. vnic. C. ne quis in sua caus. nõ obtẽp. Archid. in c. quisquis 2. num. 1. 2. q. 7. Host. in c. dilectus. num. 3. & 4. & Abb. nu. 3. de pœn. Old. ad. cons. 7. Menoch. de arbitr. cas. 263. nu. 7. Crauet. cons. 232. num. 7. Clar. in §. fin. q. 35. n. 26.* vbi dicit communem. *Rol. cõs. 16. & cõs. 48. vol. 2. Bald. in l. vnic. n. 2. & ibidem Alber. de Rosat. nu. 5. & 6. Salyc. n. 5. Castr. nu. 3. & Corn. num. 1. C. ne quis in sua caus. iud.* quia tunc diceretur Iudex in causa propria, quod esse non potest. *d. l. vnic. C. ne quis in sua caus. c. inter querelas. 23. q. 4.*

32 Iniuriam autẽ inferens Iudici etiam in via publica extra actum exercendi Iurisdictionem debet grauiter puniri. *Caball. resol. crim. cas. 87. & cas. 109. per tot.* quia dicitur iniuria atrox *l. Prætor edixit. §. fin. ff. de iniur.*

33 Nam & alapa tantũ percutiens Officialem, etiam ob priuatam inimicitiam, & nullo officij prætextu, pœna mortis puniri potest. *Bald. in c. 1. §. iniuria. in princ. de pact. iuram. firm. Felin. in c. inquisitionis nu. 10. de accusat. Dec. in l. qui Iurisdictioni. n. 9. ff. de Iurisd. omn. Iud. et cõs. 100. nu. 10. Grammat. decis. 36. nu. 4. Boss. de iniur. nu. 30. Menoch. de arbitrar. cas. 263. nu. 5. 6. & 9.* vbi loquitur de iniuria facta Officiali Ecclesiastico. Et quamuis Iudex Ecclesiasticus punire posset laicum, à quo offenditur, dum exercet suam Iurisdictionem, quia turbat Iurisdictionem, & eo casu non potest dici Iudex in causa propria, sed potiùs executor iuris. *Innocen. in c. dilectus de pœn. & in c. ex parte. vbi etiam Card. de verb. sign. Gemin. in d. c. 1. vbi etiam Franch. de pœn. in. 6.*

34 Tamẽ Episcopus si in aliqua re propria, quę ab Episcopali dignitate, & ab Ecclesia esset separata læderetur, vt si offenderetur ratione tutela alicuius pupilli, siuè alia huiusmodi causa, tunc eum tutela sit quid laicale, & nihil cõmune habeat cũ dignitate Episcopali. *c. peruenit. et ibi glos. pen. 6. dist. cap. neque. 88. dist. c. generaliter. vbi gloss. 1. c. peruenit. & c. Cyprianus. 21. q. 3.*

35 Non poterit laicum iudicare, nam Episcopi iniuriam Ecclesiæ factam vendicare possunt, non autem propriam. *cap. si quis erga. & ibi glos. verb. priuetur. 2. q. 7. d. c. inter querelas & c. Guilisarius. vers. sed & hic non suam. & ibi gloss. verb. anathematizaui. 23. q. 4. c. Salonitana. vers. ego autem. 63. dist. gloss. fin. in c. si quis ab Episcopo. 2. q. 7. & in clem. vnic. verb. Ecclesiæ. vbi etiam Card. n. 4. de for. comp. Innoc. in d. c. ex parte. de verb. signif. Abb. in d. c. cum venissent. nu. 11. & ibi Felin. nu. 7. vers. de materia. de iudic. D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 1. ad 3. Clar. in §. fin. q. 35. n. 20.* dicens com-

munem opinionem, vbi subdit quòd si iniuria sibi illata tanquam priuato esset notoria, posset etiam super ea cognoscere, quo tamen casu deberet alteri causam committere, & præter *Clarum* dicit *Bart. in l. si quis fortè. §. si quos. ff. de pœn. Gandin. tract. de malef. tit. de pœnis reor. n. 26.*

36 Neque potest Prælatus remittere iniuriam factam Ecclesiæ. *gloss. in c. cõtingit. verb. iniuriosa. de sent. excom. & in c. 1. verb. punire. de pœn. in 6. Boer. dec. 120. nu. 5. Clar. in §. fin. q. 58. nu. 22.* nisi cum consensu Capituli. *gloss. in c. contingit. & ibi Felin. num. 8. de sent. excom. Clar. in d. num. 22.*

37 Quartus casus. Potest clericus esse Iudex in causis viduarum, pupillorum, & orphanorum, ac personarũ miserabilium. *c. peruenit. 86. dist. c. 1. & seqq. 87. dist. c. 1. ne Cler. vel Mon. cap. super quibusdam. in fin. de verb. signif. c. nuper. de donat. inter vir. & uxor. c. significantibus vbi Hostien. nu. 1. & 8. & Abb. nu. 2. 5. & 6. de offic. deleg. c. ex parte. & c ex tenore. vbi DD. de for. comp. Innoc. in. c. licet nu. 3. eod. Abb. in eod. c. licet. nu 7 & in c. cæterùm. nu. 16. de iudic. Rol. cons. 20. num. 16. & 17. vol. 2. Alex. de Neuo. cons. 74. n. 11. & 12. Couar. pract. quæst. cap. 6. nu. 1.* nam Iudex Ecclesiasticus subuenire debet omnibus oppressis, & miserabilibus personis omni auxilio destitutis *c. 1. & per totam. 87. dist. c. super quibusdam. de verb. sign. c. 1. cum seqq. 23. q. 3. Innoc. in c. cum sit generale. nu. 2. de for. comp. Specul tit. de reo. §. 1. nu. 16.*

38 Miserabiles autem sunt viduæ, pupilli, orphani, infirmi diuturno morbo oppressi, & pauperes. *Abb. in d. c. cæterùm, nu. 16. vbi etiam Dec. nu. 72. de iudic. Host. in d. c. significãtibus. n. 2. Abb. n. 6. & DD. de offic. deleg. Abb. in c. per vestras. n. 3. de donat. inter vir. & vx. & appostil. ad eundem Abb. in c. nouit. sub. n. 51. de iudic.* hoc tamen procedit in causis viduarum, pupillorum, orphanorum, & infirmorum pauperum, & miserabilium oppressorum, & indefensorũ, secus autem in viduis, pupillis, orphanis, & infirmis diuitibus. *c. peruenit. ibi, quæ indefensa sunt, vbi glos. pen. 86. dist. c. 2. 87. dist. c. peruenit. ibi quæ indefensa sunt. 21. q. 3. d. c. significantibus. & ibi post Innoc.* tenet. *Abb. n. 2. Io. Andr. n. 2. & Card. de offic. deleg. d. c. ex tenore. & ibi gloss. verb. terminetis, vers. videtur enim. de for. comp. c. super quibusdam. in fin. de verb. sign gloss. 1. in c generaliter. 16. q 1. Dec. in d. c. cæterùm. n. 72. appostil. ad Abb. in d. c. nouit. nu. 51.* Vidua enim, seù pupillus, aut orphanus diues non dicitur miserabilis. *Castr. cons. 7. Alex. in l. nec quidquam. §. fin. ff. de offic. Proconsul. & leg. Specul. d. tit. de reo. d. nu. 16.* Neque obstat quòd Viduæ etiam nobiles, & diuites possint coram Iudice Ecclesiastico laicum conuenire. *dicto cap. ex tenore.* & quòd Regina Angliæ Vidua conuenit laicum coram Iudice Ecclesiastico. *cap ex parte. de for. comp.*

39 Quia hoc intelligitur, quando non possunt habere iustitiam coram Iudice seculari. *d. c. ex tenore. vers. alioquin non obstante. & ibi gloss. verb. terminetis. vers. videtur enim. d. c significantibus. vbi glos. verb. procedere. & Abb. nu. 5. Felin. nu. 4. & Host. nu. 4. de offic. deleg. gloss. in d. c. ex parte. verb. exceptionibus. Abb. in cap. licet. n 7. de for. comp.* nam primariò ad iudiciũ seculare causæ viduarum, pupillorum, & orphanorum diuitum spectant. *c. Regum. 23. q. 5. c. ab Imperatoribus. ead. q. 3.*

40 Secundariò autem data nempè negligentia Iudicis secularis ad Ecclesiam. *c. administratores. ead. q. 5. gloss. in d. c. significantibus. verb. pauperem. vers. imò ad iudicium. Couar. pract. quæst. d. c. 6. num. 1. vers. imò & in hoc tractatu.*

41 Vidua autem non solum reputatur, cuius vir defunctus est, verùm etiam quæ maritũ habet condemnatũ, vel fugitiuum, & huiusmodi, & gaudet priuilegio viduarum. *arg. cap. 2. verb. inutilem. de translat. Episcop. in l. fin. verb. orbitantes. C. ad leg. Flau. de plag. Barbat. in c. significantibus. in princ. de offic. deleg. Nat. cons. 890 nu. 9. Menoch. de arbitr. cas. 66. num. 3. Couar. pract. quæst. c. 1. col. 1. vers. est & in hoc. & c. 6. nu. 2. Nouar. quæst. forens. p. 1. q. 167. nu. 4. & 5.* Et mulier habens virum inutilem gaudet priuilegijs viduarum. *Bald. in l. fin. C. ad leg. Flau. de plag. Tiraqu. de leg. connubial. lib. 6. nu. 12. Ias. in l. si is qui pro emptore. n. 185. de vsucap. Felin. in c. significantibus. nu. 8. de offic. deleg.* Nam & Ecclesia dicitur viduata, quæ habet Episcopum inutilẽ. *c. inter corporalia. de trãslat. Episc. Lucas de Pen. in l. cum scimus. C. de agricol. & censit.*

42 Quinimò Ecclesia potest iudicare quoslibet laicos in quolibet excessu notorio, quando Iudex secularis est negligens,

vt requisitus non exhibet iustitiam. *c.licet. vbi Abb.nu.1.de for comp.idem Abb.in c.qualiter.nu.7. de iudic.in c.1. nu.7. de offic.Ordin.in c.1.num.9.de empt.& vend. & in c.fin.nu.1. & 2. de sepult. Bald.in d.c significantibus.nu.7.de offic.deleg.*

43 Iudex enim Ecclesiasticus supplet negligentiam Iudicis secularis. *c.ex transmissa c.licet & c seq. de for. comp.* vt dictũ fuit *in tit. de fauor. Cleric. Person.in § 2. num.24.*

44 Imò poterit Iudex Ecclesiasticus cẽsuris compellere Iudicem secularẽ, vt suo munere fungatur, nam ad commune bonũ spectat, & ad pacem fidelium, vt ad Iudicẽ Ecclesiasticum posſit haberi recursus, saltem eo titulo, vt peccata publica corrigãtur. *Suar.de censur.disp.20.sect.1.nu.14.*

45 Ad *d.cap.ex parte.* potest etiam responderi, quòd illa Regina inspecta, tunc qualitate sua poterat dici miserabilis *Dec. d c.caterùm.n.73.* nam puella, cui non deficiunt necessaria ad victum, si nobilis sit, tamen dicitur pauper, ex quo non potest maritum inuenire secundum suam conditionem. *Bald in l.si quis ad declinandam. col.2.vers.circa tertium. C.de Episcop. & Cleric.*

46 Notandum tamen est, quòd priuilegium datum Viduis, siuè sit hoc, siuè aliud intelligitur de Viduis, quæ honestam vitã seruant. *l his solis vbi Bar.Salicet.C.de reuoc. donat. Bart. in l. quæ sub conditione. ff.de testam. tut. Bald.in § hos autẽ. Inst. de Attil.tut Fel in d.c.significantibus. n.8. vers.itẽ nota quod priuilegia de offic.deleg.*

47 Quemadmodum etiam dicitur de scholaribus, qui si inhonestè viuant, non debent gaudere priuilegijs scholarium. *l.agentes. C.de Curio. & stat. lib. 10. Abb. in c.1.nu.39. de iudic.* Idem etiam dicitur quamuis ingrediantur scholas, & tamen non studeant, vt post *Ioan.de Lignan,* dicit *Abb.d.nu.39.vbi etiam appostil.*

48 Quintus casus, potest Iudex Ecclesiasticus cõpellere per censuras laicos ad perhibendum testimonium veritatis. *c.1. c.super eo. c peruenit c.caterùm. & c.cum contrà.de testib. cogen. cap. ex literis. de iureiur. Abb.in d c.ad nostram. nu 2. eodẽ.* siuè in causa ciuili, siuè in causa criminali. *c super his. & d c. cũ contrà de testib. cog. Host.in c.dilectorum.nu.3. eod.* cuius opinio est vsu recepta. vt testatur *Folier. in prax.vers.testibus diligenter examinatis.* *Clar.in § fin.q.24.n.29. Farinac. de testib. q.78.nu.116. Monticell.de testib.quæst.3.* & multò magis in causa fidei. *c. vt officiũ. de hæretic. in 6.* Quinimò poterit fieri, & publicari etiam in Ecclesia Monitorium generale sub pœna excommunicationis, vt qui super tali facto nouerit veritatẽ, compareat ad proferendum testimonium. *c. ad nostram. 2.de iureiur.* quia tacere veritatẽ in teste est peccatum mortale. *c.quisquis. 11.q.3.c.1.vbi gloss.de testib cog. c.quamquam.14.quæst.2.Ricc.in prax.resol par.2. resol.259.*

49 Potest item Iudex Ecclesiasticus ad requisitionẽ Iudicis secularis facere præceptum sub pœna excommunicationis testibus laicis, quod perhibeant veritatem coram eodem Iudice laico. *Abb.in cap.ad nostram.2.nu.2.de iureiur.Franc Marcb. decis.864. Auctor Prax. Archiep. Neapol. c.1.nu.4. Maran.in singular.vers.vtrum Episcopus possit excõmunicare. Ricc. dicta resolut.259.* ratione peccati mortalis, ne veritas occultetur. *c. quamquam. 14.q.2.* nam est peccatum mortale in testibus tacere veritatem. *c.quisquis. 11.q.3. cap.1.de crim. fals.*

50 Quemadmodum enim Iudex secularis præstare debet auxilium, & brachium Iudici Ecclesiastico. *c.Principes.c.administratores. & c.res autem. 23.q.5. c.cum ad verum.96.dist. c.1.de offic.Ordin. Archid. in c.in canonibus.nu 3.16.q.1. Abb. in c.cũ sit.nu.31.vers.ad hoc enim.de for.comp. & in d c.ad nostram.nu.2.Conc.Trid.sess.25. c.5.de Regular & Monial. Boss.in tit.de for.comp num 87. & seqq.* vbi loquitur in causa brachij secularis transmissi ab Vrbe ad Senatum Mediolanẽ, in quo requirebatur executio trium sententiarum Romanarum. *Ricc.in prax.resol p.1.resol.277. & seqq.*

51 Alioqui potest Iudex secularis cõpelli censuris. *d.c.1 & ibi gloss. penult. & Hostien.nu.8. Innoc.nu.1. Abb.nu 11 & Bald.n.14 & DD. de offic.Ordin. Antonin. var.resol.lib.1. resol.112.cas.32.* Quod idẽ facere potest Delegatus Papæ. *Abb. in c.significasti.nu.8.* vbi dicit de communi. *Modern.& Dec.* dicens pariter communem. *nu.14.* post multos ab eo allegatos. *de offic.deleg. Nauar.in c.cum contingat. remed.1.de rescript.*

52 Itàetiam Iudex Ecclesiasticus præstare debet auxiliũ Iudici seculari. *d. c.cum*

ad verum. Abb. in d.cap. 1.d.num. 11.Host. d.n.8.& Bald d.n.14.de offic. Ordin. idem Abb.in d c.ad nostram.nu.2. Ricc.in prax. resol.p.1.resol.287, in notabilibus. Quamobrem ad requisitionem Iudicis secularis poterit excommunicare inobedientes, & rebelles Principi seculari. *Innoc. in c.licet. de for.comp.* & post eum dicit *Abb. in c.no- uit.n.2. de iudic. & in c.si quis.n.4.10.11. & seqq. de maiorit.& obedient. Ias.cons.9. nu.2. vol.3.*

53 Iurisdictio enim Ecclesiastica, & secularis debent se adinuicem adiuuare. *cap.quoniam.10.dist.cap.nec licuit.17.dist. d.cap.cum ad verum.96.dist.d.c.Princeps. c.administratores & c.res autem. 23.q.5. d.c.1.& ibi Host.nu.7.& 8. Bald nu.15. & Abb.nu.10.& seqq. & c.quoniam.in fin.de offic.Ordin.c dilecto. de sent excom. in 6.Host.in c.2.nu.9.de maledic. Abb. in d.c.nouit.nu.2. Couar.pract.quast.cap.10. numer.1. Campanil in diuers.iur. Canon. Rubr.12.cap.13.num.86.*

54 Verumenimuerò licet Iudex Ecclesiasticus possit cogere Iudicem secularem ad sibi præstandum brachium, nam potest etiam compellere Iudices,& Officiales seculares ad repellendum excommunicatos inobedie͂tes ab actibus iudiciarijs eis prohibitis.*d.c.decernimus.de sent.excom.in 6.* & ab eorum territorijs & locis. *Bald in d.c.1.nu.15.& Abb.nu.14. de offic. Ordin.* quòd si facere neglexerint, poterit interdicere loca.*Couar.in c.alma mater.p.2.§.1. n.5.de sent.excom. Franc. Marc. decis.60.*

55 Iudex etenim ex officio debet repellere à iudicio excommunicatum, si habet notitiam censurarum. *c.pia.de except. in 6.Seraph. decis.182.nu.1.par.1.*

56 Non potest nihilominùs Iudex Ecclesiasticus cogi per secularem Iudicem ad sibi præstandum auxilium.*Host.in dicto c.1.n.8.Bald.nu.14 & Abb.nu.11. Couar. d.c.10.n.1. vers.eadem ratione.* quia secularis est inferior. *c.legimus.in fin. 93.dist. c.solitæ.§.potuisses. cū ibi not.de maior. & obed. c.qualiter. de iudic.* ideò non habet potestatem in superiorem. *c.cum inferior. de maior.& obed.*

57 Præterea nō potest Iudex secularis, cuius brachiū imploratur examinare processum Iudicis Ecclesiastici, nequè de iustitia causæ, nec de viribus sententiæ; Ecclesiasticus autem non tenetur inuare secularem, nisi priùs fiat fides de processu, & de contumacia delinquentis. *Innoc. in d.c.1. vbi etiam Host.nu.8.Abb.n.11. & Alciat. n.120.Archid in c administratores.23 q.5. Boss.in tit.de for.comp.nu.88.& 91.Ignat. de Salced.ad Diaz.cap.154. Ricc.in prax. resol.p.2.resol 89.n.2. Antonin.var.resol. lib.1.resol.112.cas.32.* & brachium seculare concedens dicitur executor Iudicis Ecclesiastici.*Oldr cons.89.Barbat.in d.cap.1. nu.55.& 83.de for.comp.* Benè verum est, quòd in impetratione brachij secularis Iudex laicus potest aliqualiter examinare, an iustum sit, quod ab eo petitur, non ad finem pronunciandi, & cognitionaliter cognoscendi, sed exequendi, vel rescribendi. *c administratores. 23.q.5. Innoc. in d.c.1. nu.2.vbi etiā Imol.de offic.Ordin.Federic. cons.251.col.fin.Rol cons.37.n.7.vol.1.Old. cons 89. Anchar.cons.382. Surd.cons.358. n.14.vol.3. Boss.in d.tit.de for.comp.n.91. Chartar.de execut.sent. c.fin.n.7. Antonin. d.cas.32.vers.concedi tamen.* Secùs autem in his, in quibus Iudex secularis est penitùs incompetens, vt in crimine hæresis, vel in causa matrimoniali, seù inter personas Ecclesiasticas, & in causis, in quibus solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit, quia tunc mandatur executio absque alia dilatione. *Butr.in d.c.1.de offic.Ordin. Boss. in d.tit. de for.comp nu.87.Chartar.d.nu.7.Ricc.in prax.resol.par.1.resol.287. nu.1.* facit *§.si verò.auth. de sanctiss.Episc.*

58 Sextus casus. Potest etiā Iudex Ecclesiasticus carcerare, & conuenire eos, qui pro clericis, siuè pro laicis fideiusserūt coram eo, vt fideiussionis pœnam persoluant. *cap.ex rescripto.vbi Abb in princ.& n.9.& 10.Host.n.10. Butr.Imol.Anchar. & alij.de iureiur.* facit *c.fin. de for.comp. in 6.* nam laici de iure communi possunt prorogare Iurisdictionem Episcopi, & se eius foro submittere. *l.si quis. & l.Episcopale. vbi DD.& auth.si quis litigantium. C.de Episc.aud.Bart. in l.1.§.& post operis. ff.de non.oper.nunc. Abb.in c.1.nu.16.19. & seqq.vbi etiam Dec. nu.162.& 163.& Butr.de iudic.* vt fuit dictū *in tit.de fauor. Cler.Person.in §.2.*

59 Atque si facta cōdemnatione agatur de executione sententiæ coram eodem Iudice Ecclesiastico contrà fideiussorem, nequit fideiussor appellare, sed Iudex exequi potest. *Bart. in l. à sententia. nu.2. ff.de appellat.Guid.Pap.cons.212.n.4.Gutierez. cons.29.num.2.Caroc.decis.136.nu.9.Boss.*

*de carcerat.fideiuss. nu.*60. *cum seqq.* quia sentētia præiudicat fideiussori, ac si aduersus cū lata fuisset. *Bart. in l.*1. *ff.iud.solu. Bald. in l.*2. *§.in fideiussorem.ff.qui satisd. cog.* nam contrà fideiussorem de iudicatum soluendo statim secuta sententia condemnationis committitur stipulatio. *l.iudicatum.*2.*ff.iud.solu. Bursat.conf.*203.*nu.*12. etiamsi fideiussor non fuerit citatus, quia illi non sunt citandi in iudicio, quibus per indirectum fit præiudicium. *Marsil.in Rubr.de fideiuss.nu.*348.*Bald.in d.§.in fideiussorem.Boer.decis.*314.

60 Septimus. Poterit iudicare laicos tàm ciuiliter, quàm criminaliter, vbi habet dominium temporale. *c. quod clericis. de for.comp.c venientes.de iuretur. c si duobus.§.fin.de appel.c.fin. ne Cler. vel Mon. in* 6.*gloss.in cap.*2.*verb.de iure.de except. in* 6. *Abb.in c.licet. nu.*6.*de for.comp.*

61 Octauus. Dos peti potest coram Iudice Ecclesiastico non solum incidenter, vt dictum fuit in præsenti titulo.*§.*2.*n.*51. sed etiam principaliter. *c.de prudentia.vbi Abb. num.*7. *Innoc. Host. Io.Andr. Card. & DD. c.per vestras.c.nuper. & c.significauit.vbi Abb. num.*2. *de donat int.vir.& vxor.cap.ex literis. vbi Barbat. de pignor. Abb in c propofuit num.*4. *de coniug seru. Innoc.in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu.* 16. *vbi etiam Abb.nu.*16.*de constit. & in c.ex tenore nu.*6.*de for.comp. Card in clem.dispendiosam.q.*30.*de iudic.Bened.in c.Rainutius par.*1. *vers.dotem quam ei dederat. n.*26.*de testam. Felin. in c.licet ex suscepto. n.*1.vbi fatetur communem *de for. compet.* & post *Host. & Io. Andr.* dicit *Imol. in l.*1.*n.*4.*vbi Crot n* 65. *Alex.n.*14.*& Castr. ff.solut.matrim.Couar. in* 4. *Decretal p.*2. *cap.*8. *§.*6.*nu.*6. *Bald. nouel.de dote.par.*9. *priuil.*16 *Dec.in auth quod locum.num.*4. *C de collat. Aufrer.de potest. Eccles.super laicos.q.*27 *num.*21. vbi dicit communem *Ricc.decis.*217.*per tot.p.*2 *Sylu.verb.Dos. nu.*14.*Gened in quæst.canon q.*37. *Vantius decis.*17.*nu.*5.*Ricc.in prax.resolut. par.*2. *resolut.*207. Siuè ageretur quando de restituenda dote. *d.c significauit. vbi Abb.n.*2. *Innoc.in d.c.de prudentia. & ibi Abb.n.*7. *idem Abb in d.c.proposuit.n.*4.*Felin.* dicit cōmunē *in d c.licet.n.*1.*Crot.in l.* 1.*nu.*65. *ff.solut.matrim Ancbar.conf.*21. *num.*11. & maximè quando peteretur à vidua, quæ miserabilis est. *Innoc. in c.significantibus. vbi etiam DD. de offic.deleg. Abb.in c.per vestras.de donat.inter vir.& vxor. Butr. in d.c.de prudentia.n.*1.*Calir.in d.l.*1.*n.*5. *Rip.in l.dotis causa.n.*48. *ff.solut.matrim.* Siuè quando esset relicta dos in testamēto puellæ pauperi. *Gutter. pract. quæst.lib.*1. *c.*44 *nu.*8.*&* 10. *Iaf.in l.cum bis. § si mulier.ff.de condit. indeb.* Ratio supradictorū est, quia causa dotis est pia. *d.l cū bis. § si in ea opinione. & in §.si mulier vbi Ias. num.*1.*& addit ad Bart ff.de cond. indeb. idem Bart. in l si constante. q.*9.*vbi Alex. nu* 18 *ff.solut.matrim. Couar.d.n.*6. *Boer. decis.*94.*Dec.conf.*71.*n.*3.*Aufrer.ad Capel. Tholos.decis.*215.*in princ.Cephal.cōs.*216. *n.*4.*vol.*2.*Mantic.de coniect. vlt volunt. lib.*6.*tit.*3.*n.*26.*cum seqq* cum dos, & causa pia æquiparentur. *c.*1.*§ donare.qual.olim feud. alien. Bart.in l* 2. *§ fin. ff.de donat. Euerard. in loco de dote ad piam causam. Geuuen.in practicabil.Eccles quæst.*43.*& q.*252.*n.*4. *Nouar. quæst.forens q* 56 *n.*10. Idem dici potest in augmento dotis, dos etenim & augmentum dotis à pari procedūt. *l. inter Soceru ff.de pact.dotal.Seraph. decis.*666.*nu.*2. Quamuis non desint, qui dicant dotem principaliter peti non posse corā Iudice Ecclesiastico. *glos.*2.*in d.c.de prudentia.vbi Butr.n.*4.*Io. Andr.in c.per vestras.de donat int. vir. & vxor.Rip.in l,*1.*nu.*48.*Angel.nu.*9. *Alciat. nu.*2.*solut. matrim. Neuizan de silu. nuptial. lib.*1. *num.*47.*Gutterez pract.quæst q* 44.*nu.*9. *Molin. lib.*1.*de primogen. cap.*15.*nu.*76.

62 Nonus. Poterit per censuras, & alia remedia compellere coniuges ad cohabitandum. *c.*1.*vbi Felin.n.*8. *& Præposit. de sponsal.c.literas.& ibi Abb.in fin. de rest. spol.Dec.in l.*2.*nu.*8.*ff.de reg.iur. Couar. in Epitom de sponsal. p.*2.*c.*7.*in princ.n.*1. vt dictum fuit superius in *§.*2.*n.*38. Atque coniugatos, qui sine iudicio Ecclesiæ separantur ob aliquam infirmitatē. *c.porrò. de diuort.cap.*1. *de coniug.leprof. c.si quis.* 32.*quæst.*7.

63 Potest etiam Episcopus punire spōsos, qui simul cohabitant, seù alioqui inter eos intercedit, seù intercessit copula priusquam matrimoniū per verba de præsenti ex ritu fuerit celebratum, vt declarauit Congreg. Cardinalium super Conc. Trid. *sess.*24.*c.*1.*de reform.matrim.in § sponsus qui sponsam. §. qui promiserunt. & §. hic versus. Nouar. quæst. forēs.p.*1.*q.*165. *n.*14. Atque punire poterit Episcopus contrahentes matrimonium clādestinum. *Couar.*

in

in 4. Decretal. p. 2. cap. 6. in princ. nu. 11. quidquid aliter sentiat. *Michaea de success. creat. §. 26. nu. 69.*

64 Item cognoscere inter seculares super damno, & interesse ex eo quòd alter ex contrahentibus cõtraxit matrimonium violata fide de cõtrahendo. *l. quoties C. de iudic.* vbi ratione incidẽtiæ Iudex incompetens efficitur competẽs. *d. c. de pruden-tia. de donat. inter vir. & vx. Sanchez de matr. lib. 3. disp 8. nu. 15. in fin.*

65 Decimus. Clericus poterit petere restitutionem in integrum coram Iudice Ecclesiastico contra laicum, quia hoc est fauore Ecclesiæ, quæ est in hoc priuilegiata. *c. ad nostram. vbi Abb. n. 2. & 6. de reb. Eccles. non alien. c. 1. & ibi Abb. nu. 18. de in integr. rest. idem Abb. in c. constitutus. nu. 1. eod. & in c. cum sit. nu. 10. Felin. in princ. vers. Ecclesia restituetur. Innoc. Io. Andr. Soccin. & DD. de for. compet Lap. alleg 65. Soccin. Sen. cons. 18. nu. 32. vol. 1. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 4. nu. 2.* Quod procedit etiam in rebus, quæ spectant ad patrimonium clericorum. *Abb. in d. c constitutus. d. nu. 1. & Felin. in d. c cum sit. in princ. vers. amplia etiam in clerico.* quicquid dicat *Couar. d c. 4. nu. 2.*

66 Vndecimus. Coram Iudice Ecclesiastico potest clericus petere reductionem ad arbitrium boni viri de laudo per laicos lato super re non solum Ecclesiæ, verumetiam prophana, maximè vbi allegatur dolus ex proposito, vel re ipsa, vt magna læsio, seu vbi laudum fuisset iuratum. *Abb. in cap. Quintaualllis. num. 29. vers. sed dubitatur quis Iudex erit competens. de iureiur. & in d c. cum sit. n. 11. vbi etiam Felin. in princ. vers. amplia etiã in clerico. de foro compet. facit. c. exposita. de arbitr.* vt dictũ quoquè fuit *in tit. de fauor. Cler. Person. in §. 16.* quidquid aliter sentiat. *Bero. cõs. 179. n. 9. vol. 1.* dicens esse petendam huiusmodi reductionem coram Iudice seculari. Item si duo iudicarunt, siuè laudarunt vnus laicus, & alter clericus, tunc appellabitur ad superiorem Ecclesiasticum, siuè coram eo petetur reductio ad arbitrium boni viri tanquam digniore. *Roman. cons. 265. nu. 2. vers. si verò Ecclesiastica, vbi Mandos. verb. Iudicem. Maran. de ordin. iudic. p. 4. d. 11 num. 21. Surd. cons. 369 nu. 17. vol. 3.* vt dictum fuit *in d. tit. de fauor. Cleric. Person. in d. §. 16.*

67 Duodecimus. Episcopus habet iurisdictionem in laicos in concernentibus pietatem, & officium charitatis, & humanitatis. *c. super quibusdam. in fin. de verb. sign. c. 1. & 2. 87. distin. Abb. in c. 1. nu 5. & 9. vbi etiam Host. nu. 9. Butr. Imol. & alij. de empt. & vend. Abb. in repet. c. cum esset. nu. 32. de testam. Aufrer. in clem. 1. de offic. Ord. & in tract. de potest. Eccles. super laicos. num. 3. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ. priuil. 149. Gutierez. pract. quæst. cap. 44. nu. 2. in fin.*

68 Nam Episcopus est executor indistinctè omnium piarum dispositionum non solùm morientium, sed etiam viuentium. *clem. 1. de testam. §. si quis autem pro redemptione. auth. de Eccles. tit. Conc. Trid. sess. 22. c. 8. de reform. Seraphin. decis. 611. nu. 7. p. 1. Capel. Tholos. decis. 112.*

69 Quamobrem compellere potest censuris laicos ad vendendum frumentum, & aliàs res tempore penuriæ. *l. fin. §. item Episcopi. ff. de muner. & honor. Abb. in d. c. 1. n. 8. & 9. Surd. cons. 301. n. 47. vol. 3.* & ad illud vendendum iusto pretio. *Abb. in eod. c. 1. d. nu. 9.*

70 Et cum expensa funeris dicatur pia causa. *l. si quis sepulchrum. §. Prætor ait. ff. de relig. & sumpt. fun. Sebast. Medic. de sepult. quæst. 5. par. 2. nu. 4.* poterit propterea Episcopus de ea cognoscere.

71 Necnon ad præstandum eleemosynam Prædicatori cogere laicos, qui eam præstare tenentur, vel solent. *Concil. Trid. c. 4 sess. 24. de reform.*

72 Item & cogere laicos, vt eodem precio merces, & res victui necessarias peregrinis, & hospitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi solent. *d. c. vbi Abb. nu. 5. & 6. Card. & alij. de emption. & venditio. d. §. item Episcopi. l. hæred. in fin. & ibi gloss. & DD. de petit. hæred. l. 1. C. de Episc. aud. l. nulli. §. quod si testator. & §. quod si in via C. de Episc. & cleric. auth. si verò contingit. C. de iudic. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 5. vers. huius tandem faciunt.*

73 Et punire laicum, qui merces mixtas alia cum specie ignorante emptore vendiderit, vt aromatarium immiscentem farinã fabarum in cera. *Abb. in d. c. 1. n. 9.* & post *Abb. antiqu.* & alios dicit. *Felin. in c. irrefragabili. §. cæterum. n. 5. vers. & dixit Abb. de offic. Ordin. Lopez ad Diaz. in pract. crim can. cap. 72. vers. poterit etiam. Couar. dicto cap. 14. nu. 5. vers. huius tandem.*

dem. Roman. sing. 526. neque illa puniendi facultas auferri potest à Iudicibus Ecclesiasticis ex cursu cuiuscumque temporis, quia contraria consuetudo esset nutritiua peccati. vt post *Host. Io. And. Abb. Card. & Barbat.* dicit *Lopez ad Diaz. super d. c. 72. vers. poterit etiam.*

74. Et compellere ad solutionem relictorum ad pias causas per defunctos factorum, etiamsi hæres sit laicus. *§. si quis autē pro redēptione. auth. de Ecclesi. tit. c. Syluester, vbi Anchar. Gemin.* 11. *q.* 1. *l. licet. C. de Epis. & cler. c. si hæredes. vbi gloss. fin. c. Ioānes & c. tua nobis. vbi gloss. verb. pijs. & Hostien. num.* 6. *&* 7. *de testam.* & post *Host.* dicit *Abb. in c licet. nu.* 7. *vers. nonus casus de for. comp. & in cap. à nobis nu.* 5. *de sent. excomm. Bart. in l. solent. ff. de alim. & cibar. leg. Abb. in repet. cap. cum esses. nu.* 32. *de testament. gloss. fin. in fin. & c. relatum. vbi Couar. nu.* 13. *Abb. nu.* 8. *& alij. de testam. Gutierez. pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 44. *nu.* 2. *idem Couar. in cap. nos quidem. n.* 3. *&* 5. *& in c. Ioannes. nu.* 1. *de testam. & in* 4. *Decretal. p.* 2. *c.* 8. *§.* 6. *nu.* 6. *Gemin. cons.* 63. *n.* 10. *& cons.* 114. *num.* 2. *Tiraq. de priuil. pia caus. priuil.* 149. *Alex. de Neuo cons.* 74. *n.* 10. vbi testatur de cōs. *Capel. Tholos. decis.* 1. *Concil. Trid. sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.* cum causa pia sit tractanda iuxtà iuris Canonici Constitutiones, & ideò nil mirū, si eius cognitio cōpetat Iudici Ecclesiastico. *Couar. d. nu.* 13. Imò ex officio procedere potest in legatis pijs per sequestrationē rerum hęreditariarum. *Gemin. cons.* 69. *nu.* 20. *Abb. in c. si hæredes. nu.* 5. In executione autem pro legatis ad pias causas procedi potest de plano, & iuris ordine non seruato. *Bald. in l.* 1. *nu.* 49. *C. de sacros. Eccl. Specul. in tit. de testā. edit. §. nunc aliqua. n.* 57. *vers. videtur autem.*

75 Et exequi testamenta tàm ad pias, quàm ad non pias causas negligente hęrede, per negligentiam etenim hæredis non adimplentis volūtatem defuncti intrà annū iuxtà *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* deuoluitur executio testamēti ad Episcopum, tàm in legatis pijs, quàm nō pijs. *glos. ind. c. si hæredes. vbi etiam Io. Andr. Imol. Butr. & Couar.* dicens communem. *nu.* 3. *item Couar. in d. c. nos quidem. num.* 5. *& in c. Ioannes. nu.* 2. *Alex. cons.* 239. *col. fin. vol.* 6. vbi fatetur hanc esse communem opinionem, quia quælibet vltima volūtas dicitur pia. *cap. vltima.* 13. *q.* 2. & interest Iudicis Ecclesiastici, quod nō adeptur executioni legata omnia per defunctos facta. *d. c. vlt.* Et in tantum Episcopus est executor vltimarum voluntatum, vt illas exequi possit, etiam quòd testator disposuerit se nolle, quod se intromitteret. *§. fin autem pro redemptione. auth. de Eccl. tit. auth. licet. C. de Epis. & cler. Salic. in l. nulli n.* 18. *C. eodem.*

76. Non negatur tamen, quòd Iudex secularis non sit etiam competens in legatis ad pias causas, atque in exequēdis alijs vltimis volūtatibus. *§ si quis ædificationem. auth. de Eccles. tit. & § cum vnū vbi gloss. auth. vt cum de appel. cogn. Specul. in tit. de vlt. volūt. execut. n.* 80. *Innoc. in c. significantibus. vbi etiam Ioan. Andr. de offic. deleg. Bart. in l.* 3. *§.* 1. *ff. de alim. leg. Bald. in l. hæreditas. § si defuncto. n.* 1. *ff. de petit. hæred. Angel. cons* 119. *Barbat cons.* 42. *vol.* 4. *Tiraq. de priuil. pia causa priu.* 149. *Couar. in c. si hæres. nu.* 1. vbi testatur de communi *de testam.*

77 Ad pias autem causas dicitur etiam relictum factum personis pauperibus, & miserabilibus. *Felin. in c significantibus. n.* 7. *de offic. deleg. Specul. in tit. de Instrum. edit. §. nunc aliqua. num.* 62. *vers. & fetat. Bart. in d. l. solent. nu.* 13. *ff de alim. & cib. leg. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib* 6. *tit.* 3. *num.* 26 *Gutierez d. quæst.* 44. *num.* 8. Legata autem facta contemplatione amicitiæ, vel affinitatis non dicuntur pia, sed ad pias causas dicūtur, quando relinquuntur pro anima. *gloss. in l si quis Titio. vbi Bart. n.* 4. *ff. de leg.* 3. *Abb. in Rub. de testam. num.* 9. *Dec. cons.* 120.

78 Si verò consanguineus, vel affinis, vel amicus sit pauper, & relinquatur pro maritāda filia dicitur pium legatum, aliàs secus. *Bald. in l. illud. nu.* 1. *C. sacros. Eccl. Io. Bott. cons.* 47. *nu.* 63.

79 Legatorum verò piorum executio fieri debet intrà sex menses à die insinuationis testamēti. *§. si autem legatum. auth. de Eccles. tit. Abb. in c. nos quidem. vbi etiā Couar. num.* 6. *& DD. de testam. Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. num.* 82.

80 Si quis autem piorum legatorum solutionem distulerit vsque adeò, vt & in iudicium vocetur cōpellendus est ad dandam ipsam rem, vel pecuniam relictam, & aliud tantum pro pœna, & in duplum eius fiet condemnatio. *§. item mixta. vbi gloss.*

verb.

verb. distulerint. & verb. in iudicium. Instit. de act. At interesse legati pij peti non possunt. *Capel. Tholos. q. 50.*

81 Quot autem modis legatum dicatur pium, videatur. *Capell. Tholos. q. 215.*

82 Quando autem nullum ad exequendum tempus est constitutum à testatore, tunc ad soluenda legata, & ad exequendum in cæteris rebus vltimam voluntatem annus datur à iure hæredibus, siuè executoribus testamentarijs. *l. nulli. C. de Episc. & Cler. Couar. in d. c. nos quidem. nu. 2.* aliàs elapso anno executio pertinet ad Episcopũ tàm in legats pijs, quàm nõ pijs. *d. c. nos quidem. de testam. d. l. nulli.* & post *Felin.* dicit *Couar. d. nu. 2. Capel. Tholos. decis. 78. Auctor Prax. Archiep. Neapol. c. 85. n. 25. Gutierez. pract. quæst. lib. 1. c. 44. n. 4. Host. in sum. de testam. §. & per quę.* Huiusmodi autem annus non incipit currere à die monitionis facienda per Episcopũ, vt executores testamentarij adimpleant voluntatẽ defuncti. *d. cap. nos quidem.* vbi post *Card. Anchar. Abb. & Imol.* dicit *Couar. d. nu. 2.* & DD. communiter *Abb. cons. 11. p. 2. n. 3. Capel. Tholos. d. q. 78. nu. 1.* sed à die aditæ hæreditatis; Quare annus à die mortis executioni testamentorum constitutus à casu Episcopali est intelligẽdus à die aditæ hæreditatis, & scientiæ. *d. cap. nos quidem. vbi Abb. ac etiam Couar. n. 3. & 4.* nam legata etiam pia non debentur hæreditate non adita. *Saliçet. in l. 1. C. de sacros. Eccl.* & post eum tenuit *Alex. cons. 209. num. 22. vol. 1. Couar.* post alios ab ipso allegatos *in cap. Raynaldus. §. 3. num. 11. de testam.* Quod si hęreditas non adeatur, & executores testamentarij noluerint exequi, siuè non possint compelli ad soluendum legata pia relicta, tunc Episcopus exequetur. *Capel. Tholos. q. 86. vbi etiam Aufrer.*

83 Item legatum factum Monacho dicitur pium, quia pauperi factum dicitur, *Bald. in auth. similiter. numer. 5. C. ad leg. Falcid. & in l. 1. num. 32. C. de sacros. Eccl.* nam licet legatum factũ Monacho inspecta qualitate priuilegij, quia filius, non est ad pias causas inspecta tamen qualitate secundaria, quia Monachus, dicitur ad pias causas, sufficit enim quòd causa pia sit annexa etiam non principaliter ad hoc, vt legatum dicatur pium, *Bald. in d. auth. similiter. nu. 5. & 6. Aret. cons. 12. nu. 3.*

84 Alimenta possunt etiam peti apud Iudicem Ecclesiasticum etiam à laicis, qui coram eo hac ratione conueniri possunt. *Bart. in d. l. solent. Io. Lup. in c. per vestras. in 2. not. n. 14. de donat. inter vir. & vxor. Aret. cons. 48. num. 5. Palatius Rubeus in c. per vestras. notab. 2. n. 15. Couar. in 4. p. 2. c. 8. §. 6. n. 6. Surd. de alim. tit. 8. priu. 9. n. 6.*

85 Causam enim alimentorum dicitur pia. *l. Mela. §. 1. ff. de aliment. leg. Crauet. cons. 199. nu. 10.* & ideò diebus feriatis tractari potest. *Alexand. in l. 1. col. 6. ff. solut. matrim. Couar. in 4 Decretal p. 2. c. 8. §. 6. nu. 5. in princ. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. nu. 75. Gutierez. lib. 1. pract. quæst. c. 44. nu. 2. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 9. n. 2.* quicquid dicat *Thessau. decis. 211. num. 4.*

86 Quòd autem Confraternitates sint loca pia quando sunt erecta auctoritate Episcopi dicunt *Bald. in l. id quod pauperibus. 21. quæst. C. de sacros. Card. cons. 121. Velasc. cons. 105. Gratian. disceptat. forens. cap. 517. Genuens. in suis practicabilibus. Ecclesiastic. tritenn. 21. c. 604. nu. 2. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 353. num. 1. & 2.* & ad Episcopi auctoritatem pertineant. *Card. cons. 13. Paris. cõs. 34. vol. 4. Petr. de Perus. in tractat. de quarta canon. q. 14. in princ. & 18. Caualcan. decis. 17. nu. 69. p. 2. Conc. Trid. d. c. 10. Menoch. de caus. poss. rem. 15. nu. 24. & seq. resolut. 66. num. 2. & seqq. & resolut. 93 nu. 1. & 2. Tiraq. in præfat. libr. priuil. pia caus. §. item relicta. vbi plures id tenentes nominat. Nauar. cons. 3. de for. compet.* Quamobrem legatum relictum Confraternitati dicitur pium. *Genuen. in practicab. Eccles. cap. 289. nu. 2. & 3. Ricc. d. resol. 353. nu. 3.* post plures ab ipso citatos. Et quamuis *Tiraq.* loco citato referat alios contrarium sentientes, & possint etiam addi *Petr. de Vbald. de canon. port. q. 14. n. 7. Bald. in auth. ingressi. vers. tertio quæro. C. de sacros. Eccles. Capel. Tholos. decis. 8. vbi etiam Aufrer.* Nihilominùs ij Doctores intelligendi sunt de illis Confraternitatibus, quæ religiosum institutum non habent, sed ad honestum quendam viuendi modum sunt factæ, vt arbitratur. *Bald. cons. 162. n. 4.* vbi tamen contrarium affirmat, si Ecclesia, vel Hospitale Confraternitati sit adiunctum, secùs verò de Confraternitatibus, quæ cõgregantur in loco religioso, & habent Hospitale cum Campanili, & ibi celebrantur Missæ, quæ dicuntur loca pia, & subijciuntur Episcopis. *Bald. d. nu. 4. Abb. cons. 31. Castr. cons. 5. vol. 2.*

87 Decimustertius casus. Laici administra-

nistratores Hospitalium, Confraternitatũ, Montis Pietatis, & quorumcumque pioru locorum ratione huiusmodi administrationis possunt conuenire coram Episcopo, *c. indicatum. & ibi gloss. in verss. alij dicunt. 89. dist. clem. quia contingit. §. vt autem premissa. de relig. dom. Concil. Trid. sess. 7. cap. 15. sess. 22. c. 9. & sess. 25. c. 8. de reform. Marian. Soccin. in d. c. licet. cas. 24. de for. comp.* & in præfatione eiusdẽ *tit. in princ. vers. primo ratione administrationis, & in c. 2. de iudic.* nam vbi administratio est gesta, ibi & ratio reddi debet. *l. Prætor. §. his etiam. ff. de eden. Bald. in l. 1. C. vbi de ratiocin. agi oport.*

88 Episcopus etenim habet intentionẽ fundatam in Hospitalibus, & Confraternitatibus, & locis pijs suæ Diœcesis de iure cõmuni. *clem. quia contingit. de relig. dom. §. si quis ædificationem. auth. de Eccles. tit. Card. in cap. de Xenodochys. vbi Abb. in princ. de relig. dom. Paris. cons. 34. in princ. vol. 4.* & Ecclesiæ, quæ sunt his locis appositæ, subsũt Iurisdictioni Episcopi *c. omnes basilicæ. 16. q. 7. c. constituimus. de relig. dom. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 72. & 79.* quia sine eius authoritate ædificari non possunt. *cap. nemo. de consecrat. dist. 1. c. quidã. 18. q. 2.* Quare poterit Episcopus, & Visitator Ecclesiasticus opera pia, Cõfraternitates laicorũ, Hospitalia, & laicos administratores compellere ad rationem reddendam. *Concil. Trid. sess. 22. c. 8. & 9.* vbi pluries fuit declaratum per Sacram Congregat. *Menoch. de arbitrar. cas. 209. nu. 24. Gratian. decis. 188. nu. 10. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 66. n. 4.* Poteritq. Ordinarius loci rationem exigere à Regularibus etiam exemptis de testamentorum executionibus, quas gesserunt, & si circa id deliquerint, illos punire. *clem. vnic. de testam.* Et non solùm ad rationem reddendam compellere, sed etiam ad solutionem debiti; aliàs rationũ redditio esset nullius momenti. *Bald. in l. cum testamento. nu. 4. C. de testam. manumiss. l. cum seruus. ff. de condit. & demonstr. Auctor Prax. Archiep. Neapol. c. 22. nu. 2. Ricc. in prax. resol. p. 2. resol. 2.* facit *Afflict. decis. 137.* quia reddere rationem duo continet, & computum dare, & debita restituere. *l. si ita fuerit. §. si id quæro. ff. de testam. manumiss. l. non solum. §. is qui rationem. ff. de libert. leg.* aliàs parùm operaretur Visitatio, nisi posset etiam Episcopus, seu Visitator compellere debitores ad solutionem. *Archid. in cap. 1. c. sanè. de censib. in 6. Ricc. d. resol. 2.* Quinimò poterit Episcopus pluries in anno exigere rationẽ administrationis à dictis locis pijs. *Franc. in c. vnic. § præsenti. n. 5. de cler. ægrot. in 6. Menoch. de arbitr. cas. 209. Viuius decis. 153. Gratian. dicta decis. 188. in fin.* Neque datur appellatio à decreto Episcopi contra administratores locorũ piorũ. *Lancell. de attẽtat. p. 2. c. 12. limit. 18. n. 9. & limit. 19. nu. 2. Scaccia de appell. q. 17. limit. 19. n. 2.* sed sentẽtia lata in causis pijs mãdatur executioni appellatione remota. *Alex. in addit. ad Bart. in l. Mela. verb. appellatio. ff. de alim. leg.* quia quod est pium, celeriter est exequendum. *l. fin. C. de appel. recipi.* Imò nec datur appellatio quoad effectũ suspensiuum in causis concernentibus Visitationẽ, & morum correctionem. *c. ad nostram. 3. vbi Felin. de appel. Conc. Trid. sess. 22. c. 8. & sess. 24. c. 10. de reform. Franc. in c. reprehensibilis. nu. 9. de appel.* Visitatio etenim, & morum correctio est causa executiua & sũmaria, secùs verò si procederetur ordine iudiciario cõpilato processu. *Gratian. d. decis. 188. nu. 4. Amat. decis. 25. nu. 6.* & ità declarauit Sacra Congregatio de mãdato Clementis Octaui die 13. Octobris 1600.

89 Potest similiter inquirere Episcopus contrà tenẽtes bona, quæ distribui debent pauperibus, vel alijs locis pijs. *Bart. in l. si vacãtia. n. 4. C. de bon. vacan. lib. 10.*

90 Item & fabrica Ecclesiæ trahit laicum reum ad forum Ecclesiasticũ. *Barbat. cõs. 50. col. 2. vol. 1. Menoch. cons. 322. n. 14. vol. 4. Concil. Triden. sess. 2. c. 9. & 3. in fin. sess. 24. de reform.* Et fabricerij Ecclesiæ possunt compelli ab Episcopo ad reddendam rationem. *§. Oeconomos. auth. de Sanctiss. Episc. clem. contingit. §. vt autem. vbi gloss. de relig. dom. Concil. Trid. d. c. 9. & eod. cap. 3. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. cas. 45.*

91 Decimusquartus. Habet Episcopus Iurisdictionem in laicos ad ipsos cogendũ ad obseruandum laudabilem consuetudinẽ Ecclesiæ, & ad cognoscendum an talis consuetudo sit laudabilis. *Abb. in c. ad Apostolicam. nu. 3. Felin. nu. 1.* vbi fatetur communem. *Host. nu. 1. vers. cauendum est. & nu. 6. & alij. de simon. Bart. in l. priuilegia. n. 2. & 3. C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 123. vol. 5.* ratio est, quia desistens à tali consuetudine videtur committere sacrilegium, in

quo Episcopus iudicat, vt dictum fuit superiùs in §.4.

92 Decimusquintus. Possunt etiã clerici conuenire seculares coram Iudice Ecclesiastico pro congrua portione. *cap. fin. §. vbi. de decim. in 6. Rebuff. in tract. de congrua port. n. 55. & 57. Thes. for. Eccles. c. 13. nu. 9.* quia ad Episcopus spectat tueri Ecclesias, vt in pristino statu conseruẽtur. *cap. sicut. de supplen. neglig. Pral. Rebuff. d. num. 55.*

93 Decimusfextus. Potest item Episcopus per cẽsuras compellere laicos, qui diù fuerunt discordes, & adhuc inter eos discordia durat, vt ad pacem, & concordiam deueniãt, postquam primitùs admonuerit. *cap. placuit. & ibi gloss. 1. 90. dist. Felin in Rubr. de treug. & pac. n. 5. Barbat. cons. 1. nu. 2. vers. & adduco. vol. 3.* vel ad inducias inter eos faciẽdas. *Abb. in d. Rub. de treug. & pac. n. 1.* Et quemadmodum compellere potest ad concordiam, ità etiam potest iudicare frangentem iuramentum pacis, quę est vinculum charitatis, compellere ad obseruantiam pactorum, promissionum, fœderum iuramento firmatorum, ne pacis fœdera soluantur. *c. 1. de treug & pac. c. nouit. vbi Abb. n. 49. de iudic. Felin. in c. cum sit. num. 19. vbi etiam Abb. num. 28. & ad eum adden. de for. comp.*

94 Decimusseptimus. Iudex Ecclesiasticus potest inhibere laico hæredi, ne persoluat Regularibus integrum legatũ illis per testamentum relictum, nisi priùs de huiusmodi legato detur Parocho quarta Canonica. *gloss. in clem. dudum. §. verum. verb. largiri. & ibi Abb. num. 54. de sepult. Federic. cons. 10. Oldrad. cons. 287.*

95 Decimusoctauus. Potest Iudex Ecclesiasticus punire tẽporali pœna excommunicatum contemnentem excommunicationem antè lapsum anni, & superindè inuocare brachium seculare. *Host. in c. grauem. n. 8. & Abb. n. 5. & ibi addit. de pœn. Felin. in c. postulasti. circà princ. vbi etiam Anan. de homicid. Bald in l. 1. C. de malef. & mathem. Couar. in c. alma mater. in 1. p. §. 7. nu. 10. causa. fin. de sent. excom. Diaz. in pract. crim. canon. c. 118. nu. 7.* Et valet statutum Episcopi, quòd excommunicatus perseuerans in excommunicatione soluat quolibet mense certam pecuniæ quantitatem. *Host. in c. ad aures. in princ. vbi etiam Felin. in fin.* dicens de communi *de simon.* & post *Host. Butr. Card. Anan. Roman. & Io. Andr.* dicit, & sequitur *Felin. in c. irrefragabili. §. cæterùm. nu. 5. in fin. de offic. Ordin. Roman. sing. 354. incip. statutum Episcopi. Franc. Marc. decis. 660.* & tale statutum est rationabile, vt excõmunicatus citiùs inducatur ad procurandam absolutionem, vt post *Anan.* dicit *Felin. in d. c. ad aures. in fin.*

96 In absolutione autem ab excommunicatione potest Iudex Ecclesiasticus imponere pœnam pecuniariam in vsus pios conuertendam. *Symanc. de Cathol. instit. tit. 27. num. 50.*

97 Decimusnonus. Potest animaduertere in prauos eleemosynarum quæstores, quamuis laicos. *c. tuarum. & ibi Abb. n. 1. de priuil. c. cum ex eo. de pœnit. & remiss. clem. abusionibus. eod. Dec. cõs. 276. per tot. Conc. Trid. sess. 5. c. 2. in fin. & sess. 21. c. fin. de reform. & sess. 25. in Decreto de Indulgentijs.*

98 Laici enim nõ possunt quærere eleemosynam pro aliqua causa, nisi re cognita per Episcopum. *l. vnic. vbi gloss. Bart. & Io. de Plat. C. de mendicant. valid. lib. 11.* quia istorum mendicatio sine causa cõcernit materiam peccati mortalis ex subtractione, quæ indè resultat ijs, qui verè indigent. *c. pastor. 1. q. 2.* & mendici ficti, & alij huiusmodi homines maximè forẽses, quẽadmodum etiam vagabũdi, otiosi, & inertes eijci debent à Ciuitatibus, & puniri. *l. vnic. & ibi Bart. num. 8. & Angel. C. de mendic. lib. 11. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 401. circà fin. Rip. in tract. de peste tit. de remed. præseruat. cont. pest. num. 160. & seqq. Peguer. in quæst. crimin. c. 3. nu. 1. & seqq. & c. 4. Iodoc. in prax. crim. c. 151. de Relegat. ad ergastula. n. 9. & cap. 110. de furt. nu. 55. Cabal. resolut. crimin. cas. 178. per totum.*

99 Vigesimus. Item & cogere Iudicem secularem ad obseruandum ius Canonicũ, vbi agitur de præiudicio animæ. *Archid. in c. licet. nu. 1. de iureiur. in 6. Abb. in d. c. cũ sit. n. 21. in fin. de for. comp.* nam Episcopus est executor sacrorum Canonum, & potest trãsgressores punire. *clem. 1. & ibi Anchar. de ætat. & qual. cap. 1. 18. dist.*

100 Vigesimusprimus. Et compellere laicos ad administrandum iustitiam, clericis, & personis Ecclesiasticis, ex defectu enim iustitiæ potest haberi recursus ad Ecclesiam. *Abb. in c. cum deputati. nu. 3. de iudic.* vt dictum fuit *in hoc §. in quarto casu.*

casu. Quinimò excõmunicari possunt Principes, & Officiales, qui tertiò moniti ab Episcopis iustitiam eis super eorum causis facere recusarent. *cap. administratores. 23. quæst. 5.*

101 Vigesimussecundus. Procedere potest contrà laicos non obseruantes festa. *c. 1. de fer. Pius V. in sua Constit. 5. §. cum verò. vers. in alijs autem. Sot. de Iust. & Iu. lib. 2. quæst. 4. art. 4. post med. Couar. in 4. Decretal. par. 2. cap. 6. nu. 18. Fusc. de visit. lib. 2. c. 21. num. 41. Campanil. diuers. iur. canon. Rubr. 12. cap. 13. nu. 111.*

102 Et licet videatur permissum Superioribus laicis statuere circà festorum obseruantiam, & pœnas imponere festa violantibus. *c. irreligiosa. de consecr. dist. 3. l. 1. & toto tit. C. de ferijs. Dec. in l. milites. n. 18. C. de milit. test. Bald. cons. 166 nu. 2. vol. 5. Maran. in Specul. p. 4. §. validum. aut inualidum. nu. 91. Syluest. verb. Dominica. nu. 2. & 3. Pius V. in d. Constit. 5.*

103 nam Princeps secularis potest suos subditos laicos punire de delicto seculari, & profano, & Ecclesiastico. *Abb. in d. c. cũ sit. nu. 31.* quia non est inconueniens, quòd adijciantur pœnæ temporales à Principe seculari contra illud crimen, quod Ecclesia detestatur, & damnat. *Couar. d. nu. 18. cum duobus seqq.*

104 Et contrà transgressores legis Ecclesiasticæ procedere in auxilium Ecclesiæ. *Suarez. de virtut. & stat. relig. lib. 2. cap. 12. vers. ad vltimam. & vers. quin potiùs.*

105 Nihilominus hoc intelligendum est circà obseruantiam festorum iam indictam ab Ecclesia, non autem quòd ij possint subditis suis inducere & præcipere obseruantiam alicuius diei festi, sine Episcopi auctoritate. *Abb. in cap. 2. nu. 2. de ferijs.* & post eum *Syluester & D. Antonin.* dicit *Suarez d. c. 12. per totum. Azor. Inst. Mor. p. 2. lib. 1. cap. 26. vers. quinto quæritur.* vt dictum fuit superiùs *in §. 2. nu. 8.*

106 Et concedere licentiam operandi, & contrauenìendi. *Ang. in verb. dies festus. Syluest. verb. Dominica. nu. 4. Sot. de Iust. & Iur. lib. 2. q. 74. art. 4. post med. Alderan. de general. stat. interpret. conclus. 1. nu. 15.* vbi subdit quòd laici sic operantes intuitu licentiæ à Superiore seculari illis concessæ, possint nihilominùs puniri à Superiore Ecclesiastico, & maximè ratione peccati, à quo non possunt dispensari, nisi ab Ecclesiastico, non obstante huiusmodi licentia, quæ tantùm operabitur quòd contrauenìens obseruationi festorum non poterit puniri pœnis in edicto laicali cõtentis.

107 Neque tamen à Superiore seculari puniri poterunt laici non obseruantes cum licentia Episcopi prohibitionem à se factam circà festorum obseruantiam. *Alderan. d. conclus. 1. num. 256.* cum quia iniustè vexarentur dicti laici contrà vniuersalem omnium locorũ consuetudinem, tùm verò quia per indirectum impediretur Iurisdictio Ecclesiastica, contra ea, quæ dicẽtur *in tit. de exempt. Cler. à stat. secul.* & ità nunquã posset dari casus in quo, Superior Ecclesiasticus posset dispensare ab obseruãtia diei festi, cũ festiuitates Dei, & Sanctorũ, & earũ obseruãtiæ dependeant à potestare Ecclesiastica. *DD. in c. licet. de ferijs. Butr. in c. cõquestus. n. 19. eod. Sylu. d. verb. Dominica.* festa etenim imperandi facultas spectat ad Episcopum cum clero, & populo. *c. 1. de consecrat. dist. 3. c. conquestus. de ferijs*, sed populus non adhibetur, vt cum Episcopo statuat dies colendos, sed vt Episcopus audiat ab eo, si multiplicitate festum oneretur, vt post *Gregor. Tholos. & Sayr.* dicit *Cãpanil. in Diuers. iur. can. Rubr. 12. cap. 13. nu. 92.*

108 Nam Episcopi possunt prohibere nundinas, & mercatus, qui etiam ex antiqua consuetudine celebrantur, prout declarauit. Congr. Card. super. Concil. Trid. *sess. 25. super cap. de delect. cibor. ieiun. & diebus fest.* & refert *Gratian. Rot. Marcb. decis. 21. n. 18. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 481.* & hoc tàm de iure cõmuni Episcopi facere possunt. *c. 1. de fer.* quàm ex prædicta Const. Pij Quinti. *Rot. Marcb. decis. 21. per totam.* Prætereà elusoriæ essent licentiæ Episcoporum, qui cum dispensent super obseruantiam festi, dispensant etiam in consequentiam à pœna. Potestque Episcopus prohibere, ne in Sãctorũ solemnitatibus populus saltationibus, choreis, & cantilenis insistat. *c. qui die. de consecrat. dist. c. & c. irreligiosa. ead. dist. 3.*

109 Vigesimustertius casus. Potest Summus Pontifex Imperatorem, & alios Principes hæreticos, ac schismaticos deponere, & subditos ab eorum obedientia liberare. *c. excommunicamus. & ibi Abb. nu. 2. de heretic. cap. ad Apostolica. vbi Io. Andr. de sent. & re iud. in 6. D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 6. & ar. 10. D. Raimund. in Sum.*

tit. de haretic. §. 7. Hostien. in Sum. tit. eod. §. qua pœna puniatur. nu. 11. Turrecrem. in Sum. de Ecclesia. cap. 114. conclus. 4. in fin. D. Bonau. de Hierarch. Eccles. p. 2. c. 1. D. Anton. in Sum. p. 3. tit. 22. cap. 3. §. 7. & cap. 5. §. 7. Domin. à Sot. in 4. sent. dist. 25. q. 2. ar. 1. concl. 5. Simanc. de Cathol. Instit. tit. de Papa. nu. 25. Alphons. de Castro. de iusta hareticor. punit. lib. 2. cap. 7. Item si propter eorum grauissimas culpas turbaretur vniuersalis status Ecclesiæ. *Clar. in §. fin. q. 35. nu. 4. & 6.* Solus enim Papa, Imperatorem, Reges, Rempublicam, & alios Principes non recognoscentes Superiorem in tẽporalibus iudicare potest. *c. si Papa. 4. distin. c. conuenior. 24. q. 8. Direct. Inquisit. par. 1. lib. 1. schol. 7. vers. nam veritate*; ac Imperatoris sententias nullas declarare. *clem. pastoralis. de re iudic.* eò quòd sit Iudex omnium non recognoscentium Superiorem. *c. nouit. §. cum enim, vbi Abb n. 11. & 15. Felin. n. 4. & Nauar. 3. not. n. 2. de iudic. D. Paul. 1. Corinth. 2. in fine. Extrauag. Vnam sanctam §. porrò. & ibi gloss. de maior. & obed. Præposit. in c. in nouo. 21. dist. Oldrad. cons. 180. nu. 51. Io. à Capistr. de auct. Papæ 1. p. princ. num. 1. & 2. tom. 13. Tract. Maluic. de canoniz. Sanct.* quem citat & sequitur *Tusc. tom. 6. pract. quæst. conclus. 41. nu. 51. Mart. de iurisd. p. 1. cap. 23.*

110 Et non solùm propter hæresim, aut schisma, sed etiam propter aliud crimen intolerabile, ac etiam propter insufficientiam, & quando vtile est, & necessarium ad Ecclesiæ Catholicæ regimen, & spiritualis potestatis vsũ. *d. c. ad Apostolicæ. c. alius. & cap. nos sanctorum. 15. q. 6. Anchar. in c. canonum. n. 6. de constit. Abb. in c. solitæ. n. 7. de maior. & obed. Anan. in c. licet. num. 10. de voto. Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 9. nu. 7. Nau. in d. c. nouit. notab. 3. nu. 41. de iudic. Bellem. in c. alius. num. 2. & 15. q. 6. Host. in Sum. de elect. in §. item sciendũ. & in d. §. qua pœna puniatur. n. 11. Turrecr. in Sum. de Ecclesia. lib. 2. cap. 113. proposit. 4. Faber. in l. 1. num. 10. C. de Sum. Trinit. Bart. in l. si Imperator. C. de legib. Aufren. de potest. secular. nu. 5. & 6. Specul. tit. de Legato. §. nunc ostendendum. nu. 17. Clar. in §. fin. q. 35. n. 4. & 6. D. Raymun. in Sum. tit. de hæretic. d. §. 7. Syluest. in Sum. verb. Pap. nu. 10. Astens. in sum. p. 1. lib. 2. tit. 64. art. 4. Molin. de Iust. & Iu. tract. 2. disp. 29. conclus. 3. Vasq. lib. 1. controuers. illustr. cap. 21. Petr. Andr. de Gambara in tract. de offic. & potest. Legat. lib. 2. tit. de var. ordinar. nomin. nu. 220. Palud. in tract. de cau. immed. Eccl. potest. art. 4. Isidor. lib. 2. de Imper. militan. Eccles. dign. tit. 8. cõcl. 3. Biel. lect. 23. in Canon. Missæ. D. Bonauen. lib. de Eccles. Hierarch. p. 2. d. c. 1. D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. & q. 12. art. 2. Thusc.* multos citans hoc tenentes *in tom. 6. pract. quæst. conclus. 41. n. 3. 18. & 39. Duard. in com. Bull. Cœnæ Domini lib. 1. cap. 1. q. 2. nu. 21. & seqq.* & de Imperatore latè discurrit *Azor. Inst. Moral. p. 2. lib. 10. cap. 9. per totum. Nauar. in c. nouit. not. 3. nu. 5. vbi etiam Innoc. de iudic.* & plures casus recenset. *Io. à Capistr. in tract. de potest. Pap. 2. p. 2. p. princ. n. 36. cum seqq. & 3. p. 2. p. prin. n. 17. Baron. Annal. Eccles. 407. tom. 5. pag. 258. circà fin.*

111 Vigesimusquartus. Contra raptores, & prædones, quos poterit etiam excommunicare. *cap. 1. & ibi Abb. num. 1. & Host. nu. 1. de raptor. Abb. in d. c. cum sit. nu. 29. vbi etiam Host. nu. 1. de for. compet.*

112 Vigesimusquintus. Ac prohibere ingressum in Ecclesiam mulieribus vbera mostrantibus. *Benedict. in cap. Rainutius. vers. cuidam Petro tradiderant. nu. 43. & seq. de testam. Anchar. in c. 1. de constit.*

113 Vigesimussextus. Atque inquirere in visitatione de omni crimine contra laiços. *Imol. in cap. Romana. de censib. in 6.* & post eum dicit *Felin. in d. cap. cum sit. nu. 17.* & in actu Visitationis possunt capi extraiudiciales informationes super decimis, & primitijs, & alijs huiusmodi. *Thes. for. Eccles. cap. 31. nu. 64.* quia in illo actu Ordinarius gerit vices Summi Pontificis; & ideò non solùm potest recipere testes absqnè partis citatione, si agatur contrà detentores bonorum Ecclesiæ, sed contrà eos etiã proferre sententiam diffinitiuam. *Io. Andr. in c. cum olim, de re ind. Bald. in l. 2. C. quom. & quand. iud. & in prælud. feud. coll. 9. Ias. in l. ne quidquam. col. 5. vers. quarto limita. ff. de offic. Proconsul.*

114 Vigesimusseptimus. Iudex ratione iuramenti, & in prohibitis lege Diuina, vt periurio, crimine cõtra naturam subsunt Ecclesiæ. *Abb. in c. quod super. n. 12. de voto. Felin. in d. c. cum sit. n. 10. vers. septimo. & num. 18.* Atque si proferant verba opprobriosa contra Ecclesiam, siuè iniuriam inferant Cruci, siuè matrimonio. *Abb. in d. c. cum sit. nu. 18. vers. alius casus.* dices

de veriori. *& in d.c.quod super num.13.* quidquid dicat *Federic.de Sen.cons.15.* aut aliquid dicant in contumeliam Christianæ fidei. *Bald.cons.100.n.1.vol.2.*

115 Et Christianus carnes comedens diebus prohibitis potest puniri à Iudice Ecclesiastico, cum hoc sapiat heresim. *Pen. in 3.p. Direct. Inquisit. com. 24. vers. Ecclesiastica sacramenta. Ricc.in prax. resol. p.1.resol.423.vers.carnes.*

116 Item in Infideles peccantes contra naturam Ecclesia exercet Iurisdictionem. *Abb.in cap.in Archiepiscopatu.num.7.de raptor. & in c.clerici.n.2. de excess. Prel.* atquè si peccant in moralibus contra eorum legem. *Abb. in dicto cap.quod super. num.12. & 13.*

117. Decimusoctauus. Poterit etiam Iudex Ecclesiasticus punire seculares induêtes habitum Regularium in ludibrium, seù per iocum, vt in Comœdijs, theatris, & huiusmodi. *l.mima. vbi gloss. & Bald. C.de Episcop.aud. §.fin.auth. de sanctiss. Episcop.*

118 Et illis prohibere ne deferant dictum habitum regularem, nequè habitum & tonsuram clericalem. *Gemin.in cap.fin. vbi etiam Franch.de bigam.in 6.* & inhibere ne prædicent. *cap.adijcimus.16.q.1. & cap.sicut. de haretic.* & ne faciant processiones. *auth.sed nouo. §.laicis. C.de Episc. & Cleric.* nequè constituant locum sacrũ, vel rem spiritualem absquè sua licentia. *cap.ad hæc.de religios. dom.* vt dictum fuit *in tit. de Discipl.Cleric.in §.1.nu.10.11. & 12.*

119 Laici item disputantes publicè, vel priuatim de Fide coerceri possunt per Iudicem Ecclesiasticum; nã possunt excommunicari. *c.2.§ inhibemus. de hæret. in 6. Castr.de iust.hæret.punit.lib.2.cap.19.*

120 Vigesimusnonus. Potest Episcopus excommunicare Magistratus seculares, qui ab eo requisiti ei non auxiliantur; vt clausura sanctimonialium, vbi inuiolata est, conseruetur, & vbi violata est restituatur. *Concil. Trident. sess.25. de Regular. & Monial. c.5. c.unic. in fin. vbi gloss. pen. de stat. Regul. in 6. Campanil. Diuers. Iur. Canon. rubr. 12. c. 19. n. 8.*

121 Trigesimus. Sed clericus, & laicus sint executores alicuius testamenti, possunt conueniri coram Iudice Ecclesiastico in concernentibus executionem dicti testamenti. *Afflict. de Neapol. conf. 74. num.7.8.& 9. Soccin.Sen. cons.14.num.3. vol.4.* vt notatum quoquè fuit *in tit. de fauor. Cleric.Person. in §.16.num.24.*

122 Trigesimusprimus. Potest Episcopus mandare Iudici seculari, vt arrestet carceratum in suis carceribus pro causa pendente corã ipso Episcopo. *Bald.cõs.91. in fin vol 5.Thusc.in suis Cõclus.ver. Iudex Ecclesiasticus. conclus.442.*

123 Scholaris quoquè potest conueniri coram Episcopo; est enim Iudex scholarium. *auth.habita. ne fil. pro patr. Capell. Tholos.q.169.Clar.in §.fin. q.35. nu.23.* Et emphyteota compelli ad reficiendam rem emphyteoticariã. *§.scire autem.auth. de nõ alien.aut pmut. Capel.Tholos.q.354. in princ.* Item & prohiberi, ne Populus pro negotijs non spiritualibus tractandis se congreget in Ecclesia. *Bald. in l. nemo. nu.6.& 7.C. de sacros.Eccles.*

124 In casibus autem, in quibus possunt laici conueniri coram Iudice Ecclesiastico, possunt etiam oppignorari, carcerari, torqueri respectiuè, & alijs pœnis temporalibus iuxtà qualitatem causæ puniri, & contrà eos sententias exequi, etiam per apprehensionem bonorum sine auxilio brachij secularis, nisi sibi aliter placuerit. *c.attendendum.17.q.4. c. contra idolorum.26.q.5 cap.1.& ibi gloss. pen.deposit. Conc.Trid.sess.25.cap.3.de reform. Anan. in c.2.de adult. & in Rubr. de sacrileg. nu.5.Gemin.in c.cum Episcopus, vbi etiam Franch.de offic. Ordin. in 6.* & post *Anan.* dicit *Felin.in d.c cum sit.nu.20.vbi etiam Marian.Soccin.in fin.vers.Vtrum autem Ecclesia. idem Felin. in c.significasti. post Gemin.num.4 in fin. vbi etiam Io. Andr. nu.30.& Imol. n.30. de offic. deleg. Lopez ad Diaz.in pract.crim. can.cap.125.vers. licet quid.& vers.illud etiã. Oldr.cons.86. & cons.89. Couar.pract.quæst.cap.10.n.4 vers.cõtrarium planè. Lal Iordã. de Roman. Sed origin.n.8.n.19.Gratian. Rot. Marsb. decis. 111. nu. 17. Roman. sing. 712. Innoc. in c.olim.3.de rest.spol. Boss.de for.compet. n.159.Cagnol.in l.1.n.216. ff. si quis ius d. non obtemp. Vasq lib.3.c.22.nu.17. & seq. Antonin. var. resol. lib.3.resol.14. Foller. in pract. crimin. par.2. vers. aut inquisit. formas. nu.52.& seqq. Bertr.cons.3.n.13. Gutierrez. dicens de communi opinione. pract.quæst.lib.4.q.24. per totam. Aufrer. in tract.de potest. Eccles. super laicos in princ.* licet in cõtrarium in aliquibus sen-

tire videatur, poteſtquè idem Iudex Eccleſiaſticus, fuſtigationibus, tortura, triremibus, & alijs pœnis reos punire, vt ſuperiùs dictũ fuit. *in tit. de Diſcip. Cler. §. 5. n. 152. & ſeqq.* atque in cauſis ad ſe ſpectãtibus pœnas pecuniarias laicis imponere. *cap. dilectus. de offic. Ordin. c. ſi vos. 23. q. 5. Felin. in c. irrefragabili. §. caterùm. nu. 5. Abb. in c. licet. n. 4. & 5. de pœn. Farin. de delict. q. 19. n. 51.* Neque obſtat quòd aliqui minùs fauentes Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ dicant non licere perſonis Eccleſiaſticis exigere decimas officio Iudicis, & Magiſtratus ciuilis, ſed tantùm per cenſuras, *vt per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de reform. Couar. pract. quaſt. c. 35. nu. 2. verſ. quod ipſe non admitterem.*

125 Quia quinimò licet Iudici Eccleſiaſtico Iudicis officio, & Magiſtratus ciuilis captis pignoribus decimas exigere. *c. ſi beneficiorum. de decim. c. pen. de reſt. in integrum. c. poſtulaſti. de homicid. Mynſing. obſeruat. 100. in princ. centur. 1. Monet. de decim. c. 8. n. 76. Theſ. for. Eccleſ. c. 27. n. 34.* Auctoritas autem *Couar.* nõ releuat, quia ibidẽ dicit ipſe poſſe laicos ad ſolutionem decimarum cẽſuris, & alijs modis per Eccleſiaſticum Iudicem cõpelli, & ità neceſſariò dicẽdũ eſt vel per oppignorationem, vel per alia remedia Iudicis officio. *Conc. verò Trid. in d. c. 12.* nõ excludit, illã ... nam intelligendum eſt de illa excõmunicatione, quæ venit in ſubſidiũ iuris, iuxta diſpoſita *in d. Conc. ſeſſ. 25. c. 3.* & ità vnum Concilium per aliud declaratur, ſicut dicimus de lege, vt dicit *Molin.* poſt alios. *de bracch. ſecular. c. 3. n. 21. & 26.* & in his terminis declarauit. *Theſſau. for. Eccleſiaſt. d. n. 34.*

126 Poteſt itẽ Iudex Eccleſiaſticus torquere teſtes laicos corã eo citatos ratione mendacij. *Bart. in l. vnius. §. Iudex. ff. de quaſt. Boſſ. in tit. de tort. teſt. n. 10. Farin. in tract. de teſtib. q. 69. nu. 21.*

127 Quia conceſſa Iuriſdictione ſunt etiam conceſſa ea, per quæ peruenitur ad illam. *c. præterea. cum ibi not. de offic. deleg. l. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* & Iudex omnia poteſt, quæ ad ſuam Iuriſdictionem exercendam pertinent, & ſine quibus cauſa expediri non poteſt. *l. cum quædam. vbi DD. de Iuriſd. omn. Iud. c. præterea. c. ſignificaſti. & c. prudentiam. §. fin. de offic. deleg. gloſſ. in c. 1. verb. impedire. de offic. deleg.* Quinimò poteſt Iudex ordinarius ſuam Iuriſdictionem tueri, & defendere pœnis, & mulctis arbitrarijs. *Boſſ. in prax. crim. tit. de crim. ſtellionatus. nu. 1. Menoch. de arbitr. cent. 6. caſ. 521. per tot.* Quòd verò aliquando debeat inuocare brachiũ ſeculare, hoc intelligendum eſt, quando Iudex Eccleſiaſticus procedit de facto ob aliquem difficilem caſum, vndè per ſe non poſſit. *Dec. & alij. in d. c. ſignificaſti. Abb. in c. poſtulaſti. nu. 5. de Iud. Butr. in c. cum non ab homine. vbi Imol. nu. 4. Aret. nu. 10. & Felin. de iudic. Oldrad. conſ. 89.*

128 In delictis autem, in quibus procedere poſsũt tàm Iudex Eccleſiaſticus, quàm ſecularis, quæritur, an punitus in foro ſeculari poſſit etiã puniri in foro Eccleſiaſtico, & è contra. In hac quæſtione diſtinguendũ venit, aut ſcilicet diuerſa eſt pœna Canonica à Ciuili pro eodem delicto, & omninò ſeparata, & tunc punitus per vnũ Iudicem poteſt etiam puniri per alium. *c. fin. §. per hoc non adimimus. vbi Franc. & Io. Andr. de pœn. in 6. Abb. in c. tua. n. 5. de procurat. in d. c. cum ſit. n. 1. vbi etiam Felin. n. 21. de for. comp. in c. 1. n. 15. vbi etiã Alciat. n. 80. cum ſeqq. de offic. Ordin. & in c. de his n. 4. vbi etiam Felin. nu. 3. de accuſat. Bart. in l. placet. n. 6. & 7. & Bal. n. 15. C. de ſacroſ. Eccleſ. Cyn. in l. 2. C. de ſportul. Couar. in c. Rainutini in prin. n. 19. de teſtã. Marã. in Specul. p. 6. verſ. duodecimus actus. in fin. ... conſ. 12. n. 17. cum ſeqq. vol. 2. Roman. conſ. 385. Barbat. conſ. 31. n. 7. & 8. vol. 4. Oſaſc. deciſ. 103. nu. 8. Farin. in prax. crim. tom. 1. p. 1. tit. de Inquiſit. q. 4. n. 7. cũ ſeqq.* nam quando per diuerſas leges imponũtur diuerſæ pœnę pro eodem delicto omninò ſeparatæ, tunc impoſitio vnius pœnæ per vnum Iudicẽ non tollit aliam. *d. §. per hoc. nõ adimimus. l. qui ſepulchra. C. de ſepulc. viol. l. 3. §. ſi tamẽ. ff. de lib. hom. exhib. Bal. in l. data opera. n. 3. C. de his qui actu. poſſ. & in l. officiales. C. de epiſc. & cler. Abb. in d. cap. tua. num. 5. Afflict. deciſ. 219. num. 4. Bald. conſ. 260. per totum. volum. 3.* & ideò Iudex Eccleſiaſticus non obſtante ſententia Iudicis laici poterit procedere contrà ſacrilegos ad excõmunicationem, & alias pœnas ſpirituales: vt veniant ad condignã pęnitẽtiã. vt poſt *DD.* tenet *Oſaſc. dec. 103. n. 10.* Aut pœnæ nõ ſunt diuerſæ, ſed omninò ſimiles, & tunc ſi non fuerit ſufficiens pœna inflicta, poterit amplius puniri delinquens pro eodem delicto, ſi verò fuerit ſufficiens ad criminis punitionem, tunc non poteſt iterum ab alio Iudice puniri.

d. §. per

d.§.per hoc non adimimus. Abb.in d.c.tua. num.5. Felin. in d.cap.de his. num.13. & in cap.1. num.6. vers. considera tamen. de praescript.Couar.lib.2.var.resol.cap.10. nu.6. vers. vndecimo. Alciat. Bart. Bald. Marant. & Roland.locis allegatis. ne de vnius hominis delicto saepè quaeratur. *l.licet.§.in factum. ff.naut.caup.stabul.Abb. in dicto cap.tua. num.5. Felin. in d.cap.de his nu.13.& in d.c.1.n.6.vers.considera tamen.de praescript.Osase d.decis.103.n.8. Cuech.de obseruant.attestans in tract. de priuileg.clericor.nu.16.*

129 Vbi verò est dubium, an Iurisdictio spectet ad Iudicem secularem, siuè ad Iudicem Ecclesiasticum, tunc nō coniunguntur Iurisdictiones, neque vterquè Iudex cognoscit, sed maior praefertur, & ità Ecclesiasticus, vt post *Innocent.* determinat *Butr. in c.caeterùm. de iudic.* quos refert, & sequitur. *Felin.in c.pastoralis.num.4. de rescript. Ias.* dicēs cōmunē *in l.2.n.19.ff.si quis in ius vocat.nō ierit. Osase. decis.103. nu.4.* & post *Felin.Dec.Vasq.& Lancell.* dicit *Caualcant. decis.2. de contract.n.38.* maior enim Iudex est, vbi duo Iudices cōcurrunt, & contendunt circà Iurisdictionē, vt post *Innoc.Butr.& Felin.* dicit *Boss.in tit.de for.comp.n.21.& 155.* vt dictum fuit superiùs *in tit. de fauor.Cleric.Person. in §.14.num.3.& seqq.*

130 Quinimò Iudex, cuius Iurisdictio negatur, potest cognoscere, an sua sit Iurisdictio. *Ausuer.ad Capel.Tholos.q.211. num.2.* ipsamque tueri, vt dictum est *sub num.127.*

De Exemptionibus Clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis.

SVMMARIVM.

1 *Onera imponi non possunt clericis, & eorum bonis à secularibus.*
2 *Onerum clericis, & eorum bonis impositio probibetur iure Diuino.*
3 *Iure Imperiali item.*
4 *Iure Pontificio.*
5 *Immunitas concessa bonis clericorum extenditur etiam ad futura bona.*
6 *Onera imponentes clericis, & eorum bonis sunt ipso facto excommunicati.*
7 *Onera huiusmodi imponentes iniuriam irrogant Clero, Episcopo, & Ecclesiæ vniuersali.*
8 *Episcopi debent publicare in censuras incursos ob impositionem onerum factam clericis, & eorum bonis.*
9 *Collecta est munus quod imponitur principaliter personæ pro rebus.*
10 *Onerum prædictorum impositio est iurisdictionis.*
11 *Consuetudo imponendi talia onera clericis, & eorum bonis non debet attendi.*
12 *Possessio longi temporis imponendi huiusmodi onera non iuuat.*
13 *Immunitatis priuilegium clericis, & eorum bonis quare concessum fuerit.*
14 *Libertas Ecclesiæ æquiparatur publicæ vtilitati.*
15 *Ius publicum versatur etiam in Sacerdotibus, & sacris.*
16 *Dicata Deo non debent ad mundanos vsus transire.*
17 *Onera non possunt imponi clericis. seu eorum bonis etiam per indirectum.*

§. Primus.

POSTQVAM dictum fuit de fauore Clericorum Personali, ac de reali dicendum est de eorundem fauore mixto, quem ego considero circà exêptiones à muneribus publicis, à statutis secularium, circà debita, necnon circà testimonium ferendum, de quibus sigillatim distinctis titulis disquiretur; modò autem tractabitur de exemptionibus Clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis.

1 Clericis, ipsorum bonis, & rebus taleæ, munera, siuè collectæ, seù gabellæ à laicis imponi non possunt tàm Iuris Diuini, quàm humani sanctionibus. *c. quãquam. de censib. in 6. Abb. cons. 13. num. 1. & per totum. par. 2. Alban. in tractat. de immun. Eccles. Speculat. in tit. de immunit. Eccles. num. 1. & 2.*

2 Iure siquidem Diuino probatur *Genes.* 47. vbi Ioseph subiecit Pharaoni terram Ægypti, & cunctos populos eius a nouissimis terminis Ægypti vsque ad fines eius præter terram Sacerdotalem, & proindè in vniuersa terra Ægypti quinta pars Regibus soluebatur, & factum fuit quasi in legem, præter terram Sacerdotalem, quæ libera fuit ab hac conditione; probatur itidem *Numer. 8. & Esdr. 1. cap. 7.* vbi Rex Artaxerses suis Ministris in hæc scripsit verba; Vobis quoque notum facimus de conuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, & ministris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. *Leuitic. cap. fin. dicto cap. quamquam. Io. Lap. in tract. de libert. Eccles. quæst. 2.* & de magis communi dicit *Bursat. cons. 42 n. 2. vol. 1. Conc. Trident. sess. 25. cap. 20. de reform.* hanc sententiam amplectuntur Theologi communiter *Sot. in 4. distinct. 25. n. 2. q. 2. conclus. 5. Banner. 2. 2. q. 67. nu. 1. Sayr. thes. cas. consc. de censur. lib. 3. cap. 22. n. 9. & cap. 34. n. 3. Molin. o. 3. de Iust. & Iur. disp. 670. num. 2. p. 1. Instit. Moral. lib. 5. c. 12. q. 2. & p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 8. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 94. n. 3. Reginal. in sua prax. pœnit. lib. 9. n. 380. Bonacin. de contract. disput. 2. q. 9. p. 2. n. 2.*

3 Probatur autem iure humano Imperiali in *lib. placet. C. de sacros. Eccles. l. presbyteros. & l. omnes. §. priuilegijs. C. de Episc. & cler. §. ad hæc sancimus. autbent. de Eccles. tit. §. nulli verò liceat. auth. vt*

null.

null. iud. §. item nulla. auth. de statut. & consuetud. contra libertat. Eccles. c. generaliter. 16. q. 1. Bart. in l. vnic. num. 32. C. de mulier. lib. 10. Bald. in l. 2. & ibi Cyn. C. de Episc. & cler. Bertach. in tract. de Gabel. p. 7. prin. q. 7. col. 4 Couar. variar. resol. lib. 2. c. 20. in princ. Nat. consil. 203. per totum. vol. 1. Bellem. cons. 45. num. 1. & 4. Bursat. qui plures congerit *d. cons. 42. n. 1. & 2. Io. Lup. in d. tract. q. 4. num. 2. & 3. Mandell. Alba cons. 8. nu. 1. & seqq. Anchar. cons. 14. Bal. se ipsum retractans. cons. 180. vol. 1. Brun. cons. 91. num. 4. & cons. 94. n 2. Bertazzol. de clausul. cau. 21. gloss. 9. n. 3. Rol. cons. 12. n. 61. & cons. 61. n. 6. & cons. 71. n. 1. cum seqq. vol. 4 Surd. cons. 301. n. 63. & seq. vol. 3. Gallia. cons. 59. n. 1. & seqq. Bellon. cons. 40. Borou. cons. 31. n. 12. vol. 1. Velasc. decis. 100. nu. 9. Cæsar de Grass. de effect. clericat. effect. 3. n. 162. & 168 Thesau. 203. n. 1. & 9. Duard. in comm. Bull. Cœn. Rom. l. 2. canon. 15. q. 18. n. 6. seqq.*

4 Iure verò Pontificio constat in *dicto c. generaliter. 16. q. 1. c. conuenior. c. tributum. c. in qualibet. c. secundum. & c. sancitum. 23. q. fin. cap. benè quidem. 96. dist. & c. non minus. vbi Abb. nu. 3. & 17. de immunit. Eccles.* vbi Concilium Lateranense videns in diuersis mundi partibus à Consulibus, & Rectoribus Ciuitatum, necnon ab alijs, qui potestatem habere videbantur tot onera frequenter imponi Ecclesijs, vt deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotium videretur, quàm sub Pharaone fuerit qui legis Diuinæ notitiam non habebat; ille quidem omnibus alijs seruituti subactis Sacerdotes, & possessiones eorum in pristina libertate donauit, & de publico eis alimoniam administrauit, isti verò onera sua ferè vniuersa imponebant Ecclesijs, & tot angarijs eas affligebant, vt eis, quod Hieremias deplorat competere videretur, Princeps Prouinciarum facta est sub tributo, siuè quidem fossata, siuè expeditiones, seù alia quælibet sibi arbitrarentur agenda de bonis Ecclesiarum, & clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis volebant ferè cuncta compleri, Iurisdictionem quoque, & auctoritatem Prælatorum ità euacuabant, vt nihil potestatis eis in suis videretur hominibus remansisse, quo circà sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibuit; Quod idem disponitur *in cap. 1. & c. clericis. de immunitat. Eccles. in 6. vbi Io. Andr. Gemin. & Franc. & in extrauag. quod olim. eod. & in cap. aduersus eodem.* Idem sanciuit *Bonifacius Octauus in c. quamquam. de censib. in 6.* qui Constitutionem Alexandri Quarti relatam *in dicto c. 1. de immun. Eccles. in 6.* statuentis Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia penitùs non teneri, nec ad exhibendum, vel soluendum tallias pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seù trasmittunt, adiuuare volens, adiecit districtiùs inhibendo contraria consuetudine quorumcunque, quæ dicenda est corruptela veriùs, non obstante, vt nec Collegium, nec Vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona cuiuscunque sit dignitatis, conditionis, aut status ab Ecclesijs, aut præfatis rebus, aut personis pro personis ipsis, aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat per se, vel per alium suo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiusmodi persoluenda compellat; Qui verò contrafecerint, si personæ fuerint singulares excommunicationis, si autem Collegium, vel Vniuersitas Ciuitatis Castri, seù loci alteriùs cuiuscunque, ipsa Ciuitas, Castrum, vel locus interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. *d. c. clericis. §. nos igitur & clem. vnic. de immun. Eccles. Abb. in c. non minus. n. 7. eod. Gemin. cons. 19. n. 3. Nat. cons. 203. n. 9. vol. 1. Rol. cons. 71. n. 13. vol. 4. Felin. in. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n. 76. de constit. Abb. in c. fin. n. 12. de vita & honest. cleric. Host. in sum. de immunit. §. à quibus. vers. verum etiam. Specul. de cler. coniug. n. 3. Calder. cons. 18. de Regul. Sylu. verb. immunitas. n. 37. Nauar. in Manual. c. 17. n. 202. & cap. 27. n. 115.* ita & sanciuit Leo X. in sua Constit. 8. quæ incipit. *Regimini.* vbi innouat quascunque Cõstitutiones editas contra impedientes libertatem Ecclesiasticã, & in alia sua Constitut. 11. quæ incipit. *Superna. Azor.* qui ad cõtraria respondet *p. 1. Inst. Moral. l. 5. c. 12. §. ego sanè. & §. obijciet quippiã. Bellarmin.* respõdens pariter ad contraria. 2. *Controuers. de cleric. c. 28.*

pro-

proposit.5. in 4. & 5. argum. lib.1. tom 2. Immunitas autẽ bonis Ecclesiasticis, siuè Ecclesiæ concessa est realis, non autem personalis. l.ætatem.ff.de censibus. Alexan. cons.86.nu.1.vol.1. Abb.cons.3.n.1. vol.1. Rot. decis.4. num.1. de priuil. in antiqu. Ruin. cons.157. nu.9. vol.3. & de communi testatur Bursat.cons.16.nu.9.& 10. Decian.post plures per ipsũ citatos.cõs.51. nu.14.vol.3. Rot.diuers.p.2. decis.23.n.6. Thusc.tom.5.pract.quæst.Rubr.onera realia.conclus.119.nu.2. Et ideò priuilegium concessum personis Ecclesiasticis intelligitur concessũ fauore Ecclesiarũ, non autem personæ. d.cap. generaliter. § placet. 16.q.1. Bart in l.non plures.n.2.vbi etiam Bald.n.3. Castr.n.2.& alij. C. de sacros. Eccles. Io.Lup.de libert. Eccles. q.11.nu.1. Carau. super rit.Magn.Cur.rit.229.n.1.

5 Huiusmodi verò immunitas ad futura quoquè bona extenditur, quia mutata persona possessoris, mutata est conditio rei, & attẽditur qualitas noui possessoris, c.cognouimus.12.q.2.c quia circà.vbi glos. de priuil. in 6. Felin. in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.nu.77.de constit. Abb.cons.53.n.1. & seqq.par.1. Bart.cons.59.nu 8.& 9.& cons.180.num. 4.& post Bart. Bald.Alex. Ias.Cyn. Imol.Ruin. & alios dicit Osasc. decis.136. num. 2.vbi fatetur de receptiori opinione. Thessau. decis.234.n.7. quamuis in catastro æstimi descripta, vt post gloss. & Iacob.tenet.Bal.in auth.item nulla n 5. C.de Episc.& cler.Castr. in l.iubemus n 8. C.eod. Abb.in c.fin.n.13. de vit. & honest. cler.& de veriori,& sustẽtabiliori testatur Fel.in d c.Eccl. S.Mar.n.76. & seq.Guid. Pap.q.381 382.& 383.& de cõi dicit Vasq. de suc.creat.l.1.§.10.n.659. Surd.cons.301. n.64.& seq.vol.3.& Osasc.d.decis.136.n 2. vbi dicit hanc esse receptissimã opinionẽ. Gall cons.59.nu.14.& 39. Balb.post decis. Osasc.18.cons.1.n.4. Potestq; solus Papa absquè Imperatoris,& Principũ Christianorũ cõsensu pro potestate quã habet super tẽporalibus, iuxtà spiritualiũ exigẽtiã huiusmodi exẽptionẽ cõcedere. Sot.in 4.dist.25. q.2.ar.2. Cou.pract.quæst.c.31.concl.3.n.3. & 4. Az.Inst.Mor.p.3. lib.5.c.19.q.2. Less. de Iust.et Iur.lib.2.c.33.n.36. Mol.de Iust.et Iur to.1.tract.2. dis.31.§.tertia verò pars.

6 Imponẽtes autẽ huiusmodi onera clericis sunt ipso facto excõicati.d. c.clericis. per quod sũt correcti canones.in c.nõ minus. & in c.aduersus. de immun. Eccles.& incidunt pariter in sententiam excõmunicationis Bullæ Cœnæ Domini, vt colligitur ex eadem Bulla sub n.18. Azor. lib.5. Inst. Moral.1.p.c.12. §.ego sanè. Thes.for.Eccl. c.38.n.113.cum pluribus sequẽtibus. Tollitur enim exindè libertas Ecclesiastica, seù læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur, quibus casibus incurritur in Bullam Cœnæ Domini emanatam ab Vrbano Octauo. vt nu.15.

7 Præterea fit iniuria toti Clero, Episcopo, & vniuersali Ecclesiæ. Card. in clem.præsenti.q.10.de censib. Bertach.in d. tract. de Gabel. p.7.q.7.col.5. vers.circa prædicta. Rolan. d.cons.71.num.26.& 27.

8 Quamobrem Clemens Quintus in Concilio Viennensi relatus in d.clem.præsenti.iubet; quòd locorum Ordinarij contra eos, qui ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus proprijs pedagia, vel guidagia suo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent excommunicationis, & interdicti sententias à iure prolatas, postquam de his ipsis constiterit omninò publicent, vel à suis subditis tandiù faciant publicari, donec illi sic exacta restituerint, & de huiusmodi transgressione satisfecerint competenter. Imò potest Episcopus requirere Episcopos vicinos, vt publicent excommunicatos Gabellarios exigentes gabellas à clericis gloss.in dicta clem.præsenti.verb. subditis. vbi etiam Card.in quæst.11. Rolan.d.cons.71.per tot.

9 Et quia collecta est munus, quod imponitur principaliter personis pro rebus. l.rescripto.§.fin.& ibi gloss.& Bart.ff. de mun.Gemin.in c.1.de immun. Eccles. in 6. Alex. cons.35.nu.16.vol.4. Dec. cons.694. n.2. Purpur.cons.539.n.15.cons.582.n.9.& cons.594.n.4.vol.2.quia subire onera, quæ imponũtur personis ꝑ rebus, vt sũt collectę, spectat ad illos, qui omninò sũt subditi l.libertus.§.sola.vbi Bar.ff.ad munic. Bal. in l.ult. col.2. vers. specialis autẽ impositio. C.sine cẽsu. Alex. cõs.78. vol.6. & cõs.31. n.10.vol.7. ideò clericis, qui non sunt subditi laicis collecta, seù aliquod onus imponi non potest. auth.itẽ nulla Cõmunitas.C.de Episc.& cler. Bar. in d.l.rescrip.§ fin. Bal. in d.vers. specialis autẽ. Alex.cõs.68.vol.2. Abb cons.13.n.2.& 5.vol 2 Bero.cõs.31.per tot.& cõs.146.n.18.vol.1. Nat cõs.280.n.5. Bur.cõs.42.vol.1. Lanc.Gall.cõs.59.per tot.

10 Nec mirum, quia talis impositio est Iurisdictionis. Salicet.in l.neminem.C.de

sacros. Eccles. Alex. d. cons. 68. nu. 9. Brun. cons. 29. col. 2. Paris. cons. 25. num. 3. vol. 1. quæ Iurisdictio non extéditur ad non subditos *l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iudic.* præsertim clericos *c. quamquam. de cẽsib. c. Eccl. S. Mariæ. vbi DD. de constit. auth. sancimus. C. de Episc. & cler. Afflict. decis. 2. n. 25. Honded cons. 3. nu. 21. vol. 1.*

11 Neque debet attendi quælibet consuetudo contraria, quia tãquam contrà libertatem, & vtilitatem Ecclesiæ nõ valet. *d. c. quamquam. & ibi gloss. verb. consuetudine. de censib. in 6. Bero. d. cons. 31. nu. 12. vers. præterea ille textus. & n. 17. vol. 1. Io. Lup. in d. tract. de liber. Eccl. q. 6. n. 2. 4. et 5*

12 Nec iuuat possessio longi temporis, seù præscriptio. *Io. Lup. ead. q. 6 per tot.* Cum igitur laicorum potestas in clericos sit penitus interdicta, non possunt propterea seculares grauare libertatem Ecclesiasticam. *c. nouit. de sent. excom. d. auth. cassa. C. de sacros. Eccl.* & tantò minùs cum ista immunitas sit à iure diuino, & contrà iua diuinũ nemo statuere possit. *c. nõ licet Imperatori. c. lege Imperatorum. c. cõstitutiones. & c. Imperium 10. dist. c. sunt quidam. & c. nulli. & c. seq. 25. q. 1. Abb. in c. innouamus. nu. 4. de censib.*

13 Huiusmodi autem immunitatis priuilegium concessum fuit, vt clerici in summi Dei cultu sint frequentiores, indictio enim collectarum per laicos est iusta causa cessandi à diuinis officijs, quemadmodum etiam iusta causa cessandi à diuinis officijs est, si laici faciant statuta contrà libertatem Ecclesiæ. *Abb. cons. 3. in fin. p. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 180. nu. 6. & 7.* Potest etiam adduci alia ratio, quare clerici sint à secularium exactionibus immunes, quia ipsi seculares gaudent bonis, honoribus, & dignitatibus secularibus ipsius Ciuitatis, cuius causa nec immeritò vt, cum gaudeant huiusmodi honoribus, & vtilitatibus, quibus non gaudent clerici, supportent ipsi onera. *Abb. in d. c. non minùs. n. 14. vbi etiam alij. de immun. Eccles. & cons. 3. nu. 5. p. 1. & cons. 13. num. 2. p. 2. Eucrard. d. cons. 30. nu. 16. cum seq. Io. Lup. d. q 4. n. 8.* qui enim sentit cõmodum & incommodum sentire debet. *l. secundum naturã. ff. de reg. Iur. c. qui sentit. eod. in 6.* Suadet etiam æquitas, quòd clerici sint immunes à subiectione tributorum, nam clerici Diuinis vacantes laborem Principum cõpensant, qui Reipublicæ administrationi insudant. *D. Thom. super c. 13. ad Roman.* orationibus enim, & religionibus magis, quam officijs, & labore corporis, vel sudore Imperialis dignitas cõtinetur, vt dicebant Imperatores Constantinus, & Cõstans. *c. qualibet. 23. q. 8. Sayr. Thesau. cas. cons. lib. 3. cap. 22. nu. 5. Bellar. de exempt. cler. in c. fin. in fin.*

14 Addatur etiã alia ratio, quia libertas Ecclesiæ æquiparatur publicæ vtilitati. *l. iubemus. C. de sacros. Eccl. Bellam. cons. 46. in fin.*

15 Ius autem publicum versatur etiam in Sacerdotibus & sacris. *c. ius publicum. 1. dist. l. 1. §. huius studij. ff. de Iust. & Iur. Abb. in d. c. non minùs. nu. 18. vers. secundò ad idem. Ancbar. cons. 155. nu. 4.* Præterea cum bona Ecclesiarum sint deputata publico vsui spirituali. *cap. vidẽtes. 12. q. 1. cap. aurum. & c. nulli. ead. q. 2. Abb. in d. nu. 18. vers. probatur quartò.*

16 Nõ debent huiusmodi bona publico, & profano vsui deseruire, nam quod semel Deo dicatum est, ad mundanos vsus non debet amplius pertransire. *cap. semel. de reg. Iur. in 6.*

17 Et in tantùm sunt clerici exempti à gabellis, vt neque per indirectum possint illis imponi. *Dec. cõs. 84 col. penult. vers. quarto ista conclusio. Menoch. cons. 136. nu. 7. & 13. vol. 2. Molin. de Iust. & Iur. to. 3. disp. 670. col. pen. vers. postremò hodiè.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici an teneantur ad collectam impositam pro refectione viarum, & pontium. nu. seqq.*
2 *Lex Imperialis faciẽs expressam mentionem de Ecclesijs, & de clericis est nulla.*
3 *Iuri Canonico standum est in causis Ecclesiæ, & clericorum.*
4 *Doctor illam opinionem tenere præsumitur, quam vltimo loco ponit.*
5 *Clerici an teneantur ad collectam impositam pro munitione Ciuitatis, & pro bello, & quomodo.*
6 *Omnes approbare debent, quod omnes tangit.*
7 *Clerici quando cõpelli possint ad contribuendum cum laicis & nu. 10.*
8 *Necessitas qualis esse debeat ad hoc, vt clerici compelli possint ad contribuendum.*

9 Com-

9 *Compulsio clericorum ad contribuendum fieri debet per Iudicem Ecclesiasticum.*

10 *Laici quando recipiunt subsidia à clericis debent illa recipere cum gratiarum actione.*

11 *Clerici spontè soluentes, siuè soluere promittentes, aut se soluturos consentientes laicis aliquod onus absquè auctoritate Sedis Apostolicæ sunt excommunicati.*

12 *Exigere probibitus ab inuito non potest à spontè soluente recipere.*

13 *Hoc autem in Constitutione Benedicti XI. quantum ad pœnas ipsas ex causa est restrictum ad exigentes tantummodò, & ad exigendum dantes auxilium, consilium, vel fauorem. in fin. num. 3.*

14 *Collectari auctoritate Sedis Apostolicæ quando clerici possunt pro bonis ad reficiendas vias, & pontes, nequeunt tamen collectari pro Ecclesia, & cœmiterio.*

15 *Sacræ res, & religiosæ in nullius bonis existunt.*

§. Secundus.

1 AN autem teneantur clerici ad gabellam, siue vectigal, quod imponitur ob refectionẽ viarum, & pontium, portarum, & murorum Ciuitatis. *Bald. in §. ad hac sancimus. n. 1. Auth. de Eccles. tit. & in c. 1. §. Imperiali. nu. 15. de pace Constant. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num 106. de constit. Bertachin. in tract. de Gabel. par. 7. princ. q. 7. n. 13. in fin. Siluan. cõs. 30. Nat. cons. 2. nu. 1. & cons. 280. n. 6. Vasq. de success. lib. 3. limit. 7. nu. 180. Osasc. decis. 181. num. 4. & seqq.* dicunt teneri *per l. neminem. & l. ad instructionem. C. de sacros. Eccles.* & eandem opinionem sequuntur *Duen. reg. 100. n. 17. & Decian. resp. 14. nu. 12. col. 1.* nam vbicunque tractatur de communi vtilitate clericorum, & laicorũ mixtim, videtur, quòd clerici nõ sint immunes. *Nat. cõs. 280 nu. 6. Ancbar. in c. non minùs. de immun. Eccles. Archid. in cap generaliter. 16. q. 1.* Veruntamen cõtrarium, & veriùs sentiũt *Host. in Sum. tit. de imm. Eccl. in §. quibus. DD. in d. c. nõ minùs.* vbi præcipuè *Abb.* dicens cõmunem *nu. 20. & in c. innouamus. n. 4. & ibi Appostil. de censibus, & cõs. 3. per tot. p. 1. Bart. in d. l. ad instructionẽ. Cæph. cons. 154. n. 22. vol. 2. Bursat. cõs. 16. nu. 66. vol. 1. Bero. cõs. 31. per tot. vol. 1.* qui respõdit *ad d. l. ad instructionem. & ad d. l. neminem.* dicens illas secundùm mentem *Bart. in eadem l. ad instructionem* corrigi *per auth. nulla Communitas. C. de Episc. & cleric.* quod etiam expresſè voluit *Host. in d. §. quibus. Ang. cons. 14. Dec. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 270. Bellem. cons. 46. & 47. Azor. Inst. Moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. q. 8.*

2 Prӕtereà leges Imperiales mẽtionem faciẽtes expressam de Ecclesijs, & Clericis sũt ipso iure nullæ. *auth cassa. C. de Sacros. Eccles. Abb. d. cons. 3. & in d. c. non minus. d. nu. 20. vbi etiam Io. Andr.* etiamsi tales leges tenderent ad bonum, & fauorem clericorum. *d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. & ibi DD. c. quæ in Ecclesiarum. vbi pariter DD. de constit. Bero. d. cons 31. n. 22. & 24.* ex defectu potestatis, & Iurisdictionis. *arg. c. atsi clerici. de iudic. c. si diligenti. de for. comp. c. fin. de constit. in 6. iuncta l. fin. C. si à non comp. Iud.* vt dicetur *in tit. de Exempt. cleric. à statut. secul. in §. 1. & 2.* ergò à maioritate rationis idem, & multò magis dicendum est in legibus Imperialibus, & secularium, quæ expresſè disponerẽt in odium clericorum. *auth. multò magis. C. de Episc. & cler.* quamobrem *d. l. ad instructionem* non debet obseruari. *Cald. cons. 2. de censib.* & post *gloss. Card. Abb. Bart.* & alios, quos allegat, dicit *Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Mariæ. num. 94.* Addatur quòd opinioni contrariæ, quæ se fundat *in dicta l. ad instructionem. & in d. l. neminem.* aduersantur plura iura canonica, *vt d. c. non minùs. d. c. aduersus. de immun. Eccl. d. c. 1. eodem in 6. d. c. quamquam. de cẽsib. in 6. d. clem. præsenti. eodem. & d. extrauag. quod olim. de immun. Eccl.*

3 Et iuri Canonico in causis Ecclesiæ, & clericorum est standum non obstante legum humanarum dispositione. *Bero. d. cons. 31. nu. 22. & ad not. per gloss. Bero. & DD. in c. 1. de nou. oper. nunc. Fulgos. in l. præscriptione. C. si contra ius. Couar. in c. quamuis. p. 2. §. 4. nu. 13. vers. quidam autem. de pact. in 6.* Insuper contraria opinio intelligi debet cum distinctione, scilicet, aut viæ, siuè pontes publici fiunt ad ornatum loci, seu ad pompam, & voluptatem, & tunc nec Ecclesia, neque clerici tenentur, aut fiunt ex necessitate, quia

ſunt deſtructi propter currus, & plauſtra, & In iſtis tenentur clerici contribuere pro modo æris,& libræ, ad quam aſcēdunt eorum prædia,quibus dicti pōtes, & viæ deſeruiunt, quando tamen ex burſa Principis,ſiuè Cōmunitatis refici nō poſſint, & nō vi arctatiua,& itá diſtinguit. *Purpurat. conſ.335. nu.1.2.& 3. vol.1. & conſ.485. nu.1.vol.2.* vbi dicit itá eſſe intelligendum dictnm *Barbat.conſ.29.vol.4. Abb.in d.c. non minùs.num.18.Rebuff. de ſent.prouiſ. art.3.gloſſ.6.n.4.& 6.* Per huiuſmodi autē Purpurati conſilia non obſtat, quòd idem *Pnrpurat. conſ.324. per totū.* contrarium tenere videtur, tùm quia ex lectione eiuſdem conſilij colligi poteſt reſponſio, tùm verò quia cōſilia 335.& 485. ſunt poſteriora, per quæ videtur Purpuratus recedere á conſ.324.

4 Nàm opinionem illam Doctor tenere præſumitur, quam vltimo loco ponit. *gloſſ.in l.qui filiū.§.Sabinus.ff.ad Trebel. Felin.in c.1.nu.55.verſ.quarto.de conſtit.* facinnt.*l.Iudex.ff.de re iud.l.pacta nouiſſima.C.de pact. §.poſteriore. Inſtit. quib. mod.teſtament.*.

5 Nequè tenentur clerici ad collectam impoſitā pro fortificatione Ciuitatis, ſeù munitione aduerſus hoſtes, ſinè pro alijs oneribus,niſi ſpontè illa ſubire velint, approbante tamen Epiſcopo, & Clero, conſultoquè Romano Pontifice, & vbi laicorum non ſuppetunt facultates. *d.c.non minùs.vbi Abb.nu.18.& 20. & DD.d.c. aduerſus.de immun. Eccleſ. c.clericis. §.nos igitur.eod in 6.Iaſ.in l.placet. C.de ſacroſ. Eccl. Gulielm.de Cun.in l.neminem. C de excuſat muner. Bart.conſ.180. Abb.cōſ. 3. conſ.6.conſ.9.conſ.13.conſ. 31. & conſ. 53. par.1.& conſ.13.per totum.par.2. Barbat. conſ.1.num.85. cum ſeqq.vol.3. Euerard. conſ.42.per totū Nat.conſ.203.n.2.vol. 1. Rio.reſp.22.circà fin.* vbi citat cōmunem. *reſp.20.nu.5.& reſp.26.n.25.vol.2. Bero. d.conſ.31.num.13.Burſat.conſ.16.nu.76. conſ.25.n.3.& conſ.42.n.3.vol.1. Cæphal. conſ.154.num.22.vol.2.* facit *Io.Lup. in tract. de libert.Eccleſ.q.5. num.1. & tex. in l.fin.ff.de excuſat.tut.Mart.de Iuriſd. p.4.caſ.1.n.52.Graſſ.de effect.cler.effect.3. nu.231.* ratio autem, quare ad huiuſmodi onera imponenda ſit vocandus totus Clerus, vt conſentiat, neque ſufficeret Epiſcopus cum ſuo Capitulo, ea eſt.

6 Quia quòd, omnes tangit, particulariter ab omnibus approbari debet. *c. cum omnes.de conſtit.clem.1.de cenſib.d.cap.aduerſus.& cap.quod omnes de reg.Iur.in 6. Abb.in d.c.nō minùs.n.20.Bero.d.conſ.31. nu.13.verſ.quarto requiritur. Guid. Pap. deciſ.424. Nouar.quaeſt.forenſ.q.38.n.12.*

7 Ex cauſa nanque publicæ vtilitatis, neceſſitatiſue ineuitabilis, & incogitatæ poſſunt clerici cōpelli ad contribuendum cum laicis ad onera pro tali neceſſitate, & vtilitate, ac pietate impoſita, vt videntur velle communiter *DD.in d.l.ad inſtructionem.d.c.non minùs. vbi Anchar. & DD.& d.c.aduerſus. Bart. in l. nullus. C.de curſor.public.lib.12. Luc. de Pen. in l.fin.in fin. C.de exact.tribut.lib.10.Plot. in l. ſi quando. num. 17.* qui de communi teſtatur. *C.vnde vi. Barbat.cōſ.1.vol.3. & conſ.29.vol.4.Bero.d.conſ.31.nn.13. Nat. conſ.280.n.6. Anchar. conſ.96. Purpurat. conſ.50.per totnm.& conſ.335.nu.3. verſ. ſecnndo.& num.4.5.7.8. & 9.vol.1. Rip. in tract.de peſt.par.1. num.456.& ſeq.& conſ.20.volum.2. Riminald conſ.2.per totum.vol.1. Burſat. conſ.16.n.22.23.& 25. volum.1.Oſaſe.deciſ.181.nnm.24.Decian. conſ.14.n.12. & 20.vol.1.* nam licet alioqui non teneantur ad onera belli,& ad excubias mænium Ciuitatis, ſeù ad alia onera,tenētui tamen, ſi immineat neceſſitas, & burſa Principis ſit exhauſta, & laicorum facultates non ſuppetant, & agatur de defenſione neceſſaria Patriæ, vt ſi ex tempore hoſtis in Principem inuaderet, vel ſi bellum iuſtè, ac pro Imperij, vel Eccleſiæ tuitione fieret, vel pro cuſtodia Ciuitatis. *Bellem. conſ.46. num.1.2.4.& 8. verſ.ad ſextum. & conſ.47. nu.1.verſ.ſuper ſecundo. & verſ.ſubdit autem. & per totnm.* vbi teſtatur de obſeruantia. *Bero. dicto conſ.31.num.13.Nat.coſ.65.num.15. volum.1.& conſ.280.nu.6. volum. 2. Collegium Tauriense inter conſilia Feudalia diuerſ.conſ.3.Burſat.dicto conſ.16.nu.76. Io. Lup. dicta q.4. num.4. Decian.conſ.51. n.31.vol.3.Mart.d.caſ.1.n 52.* Hoc tamen caſu non poſſunt tunc laici grauare Clericos ſine auctoritate Papæ. *d.c.aduerſus.& d.cap.clericis. §.nos igitur.vbi etiam gloſſ. verb.ſedis.Abb.d.conſ.3.num.1.p.1.Feſtas. de collectis.in.4.p.n.24.& 61.* niſi tanta eſſet neceſſitas, & pietas, quòd non poſſet ſine ſcandalo, & periculo recurſus haberi ad Papam, nam in tali caſu ſufficeret deliberatio Cleri cum Epiſcopo. *Abb.in dicto*

c.non

c. non minus. Mart. de Iurisd. p. 4. cas. 1. n. 51. & cas. 9. n. 6. & cas. 10. Ex prædictis colligitur, quòd neque clerici possint cum Gabellarijs, siue alijs collectas exigentibus transigere super collectis, aut exemptionibus absque afcẽsu Apostolico, quia exindè imminueretur exemptio clericorum. *Nouar. quaest. forens. quaest. 43. per totam.*

8 Et quod dicitur de publica necessitate, intelligi debet de necessitate præcisa, cui aliter nec prouideri, neque occurri valeat, nisi per collectam, & onus clericis impositum. *Socein. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. Cur. Iun. cõs. 61. vers. præterea. Paris. cons. 68. in fin. vol. 1. Rol. cons. 13. num. 68. vol. 3. Barbat. cõs. 1. n. 57. vol. 3. Purpurat. d. cons. 335. nu. 1. cum seqq. vol. 1. & ità est intelligendus Riminald. Iun. cons. 2. n. 10. volum. 1.* nam in necessitate præcisa nullus cuiuscunque ordinis, vel dignitatis, vel sacrosancta Ecclesia excusationem habet. *l. nullus. C. de cursor. publ. lib. 12. Abb. in c. peruenit. num. 3. 5. 6. & 7. de immunit. Eccles.* vbi distinguit quòd aut quæritur, an clerici debeant ire ab bellum, & dicitur quòd non, etiamsi ageretur pro recuperatione terræ sãctæ, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnandum, etiam contra Saracenos. *c. ex multa. §. fin. de voto.* aut quæritur an teneantur custodire Ciuitatem, seù oppidum, vbi morantur; & tunc, si maxima necessitas non subest, excusantur, quia non debent auocari à diuinis officijs. *c. reprehensibile. 23. quaest. 8.* si verò magna imminet necessitas, ita vt sine eis non possit Ciuitas ab oppressione, vel inuasione custodiri, & tunc tenentur. *Ioan. Andr. in dicto c. peruenit. vbi etiam Butr. de immunit. Eccles. Abb. d. cons. 3. propè fin. parte 1. Nat. consil. 157. num. 7. volum. 1.*

9 Notandum tamen est, quòd in casibus, in quibus clerici tenentur ad supradicta onera, siue alia, fieri debet compulsio per Iudicem Ecclesiasticum competentem ipsorum clericorum. *dicto c. non minus. vbi etiam Ancbar. & Abb. de immunit. Eccles. gloss. in c. generaliter. verb. necessitatis. 16. quaest. 1. Card. in clem. fin. in 6. q. de censib. Niger. in extrauag. vnic. n. 284. de vit. & honest. cleric. Saliet. in d. auth. cassa. nu. 12. Cald. cons. 2. de censib. Isern. in c. 1. §. illicitas. de pace. iuram. firm. Bar. in dicta l. nullus. C. de cursor. publ. lib. 12. Castr. in dicta l. ad instructionem. Nat. cons. 27. per totum. vol. 1. & cons. 280. nu. 6. & cons. 311. vol. 4. Surd. cons. 301. nu. 35. vol. 3. Barbat. cons. 1. nu. 47. & 57. vol. 3. Bellem. cons. 46. n. 1. 2. & 4. & cons. 47. n. 1. vers. super sexto. Bero. d. cons. 31. n. 13. vers. sexto requiritur. Rip. in tract. de peste. in tit. de remed. ad cõseruan. vber. n. 234. Riminald. cõs. 2. n. 26. volum. 1. Caballin. in centur. crimin. cas. 9. cent. 1. n. 10. & seqq. Alderan. de general. statut. interpret. conclus. 1. nu. 204. & seq. Carol. de Graff. de effect. cler. eff. 3. nu. 296. Grat. discept. for. c. 16. num. 21. & 25. Abb. d. cons. 3. & in d. c. nõ minus. n. 20.* qui subdit, quòd quãdo clerus nollet cõsentire sine legitima causa, posset populus officiũ Papæ implorare, vt cõpellat Clerum ad consentiendum, & contribuendum.

10 Et quando supradicta subsidia porriguntur per clericos, debent tunc laici ea humiliter recipere, & deuotè, & cum gratiarum actione. *dicto cap. non minus. & dicto c. aduersus. Hostien. in Sum. in tit. de immun. Eccles. §. quibus muneribus. col. 3. vers. hæc vera. Bellem. dicto consil. 47. vers. videtur dicendum. Barbat. d. cons. 1. n. 103. & 104.* Et breuiter ex deductis colligitur, quòd ad hoc vt clerici ad aliquod onus compelli possint, requiruntur plura. Primum quòd adsit magna necessitas. Secũdum communis vtilitas, vel saltem pietas. Tertium quòd fit tale onus, ad quod sustinendum non sufficiant laici. Quartum quòd ad huiusmodi onus imponẽdum vocetur totus clerus, vt consentiat. Quintum quòd onus imponatur consulto Papa. Sextum quòd ad tale onus soluendũ clerici cõpellantur ab Episcopo, & à suo Superiore Ecclesiastico. *d. cap. non minus. Bero. d. cons. 31. n. 13. Surd. cons. 301. n. 67. vol. 3.*

11 Et quamuis *Bonifacius VIII. in d. c. clericis. §. nos igitur. de immun. Eccl. in 6.* nõ solũ disposuerit clericos ab huiusmodi oneribus immunes, verumetiã si ipsi clerici tallias, decimã, vicesimã, seù cẽtesimã suorũ, & Ecclesiarũ prouentuũ, vel bonorum laicis soluerint, vel promiserint, vel se soluturos cõsenserint, aut quãuis aliã quantitatẽ, portionem, seù quotã ipsorũ prouentuum, vel bonorum æstimationis, vel valoris ipsorum sub adiutorij, mutui, subuentionis, subsidij, vel doni nomine, seù quouis alio titulo, modo, vel quæsito colore absque auctoritate Sedis Apostolicæ, eo ipso sentẽtiam excõicationis incurrãt, & ità

itá prohibetur etiam laicis recipere á clericis collectas, etiam spontè soluentibus sub pœna excommunicationis Bullæ in Cœna Domini *sub nu.* 18. vbi innouantur omnia decreta, & Concilia generalia, & Canones super hoc editi.

12 Quia vbi aliquis pro interesse publico exigere prohibetur ab inuito, non potest á spontè soluente recipere. *c.exigit.& ibi gloss verb.volente.de censib.in 6. gloss. in l.inuitus.§.fin.& ibi Bar.ff.de reg.Iur. Felin.in cap.1.num.2.in fin.de simon.Nat. cons.203.nu.8.vol.1.Mynsig.obseruat.74. centur.2.Nouar.quæst.forens.q.43. nu.4.*

13 Nihilominùs quãtũ ad pęnas ipsas ex causa Benedictus XI. restrinxit *d.Extrau. clericis.* ad exigentes tantummodò, & ad exigendum dantes auxilium, cõsilium, vel fauorem, sed quoad easdem pœnas in soluentibus, aut recipientibus á spontè dantibus deinceps noluit sibi locum vendicare. *Extr. c.inter.cõm. de immunit. Eccles.*

14 Et si fortè alicui Ciuitati concederetur per Papam facultas percipiendi collectas á clericis pro bonis per ipsos possessis ad reficiendas vias, & pontes, non possunt ipsi clerici collectari pro Ecclesia, seù cœmiterio pro reficiẽda via iuxtá Ecclesiam, seù cœmiterium.

15 Quia Ecclesia, & cœmiterium, cum sint res sacræ, & religiosę, nõ sũt ipsius clerici, sed in nullius bonis existũt, quia sunt Iuris diuini. *l.1.in princ.& l.in tãtũ.§.sacra res. ff.de rer.diuis. & §. nullius. Inst. eod.Gratian.Rot.Marcb.decis.26.n.3.et 4.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici tenentur ad contributionem oneris ordinarij annexi rei, quæ ad eos peruenit, secùs si non sit onus ordinarium; sed variabile & nu.seqq.*
2 *Onus rei annexũ transit cũ sua causa.*
3 *Priuilegiati naturam assumit res non priuilegiata ad priuilegiatũ transiẽs.*
4 *Clerici non tenentur ad hospitandum milites, nequè etiam ratione consuetudinis.nu.seq.*
5 *Seculares nequeunt sibi vendicare hospitium in domibus clericorum.*
6 *Prædia clericorum non possunt à laicis describi in catastris æstimi.*
7 *Probibito vno censetur etiam probibitum id, per quod peruenitur ad illud.*
8 *Datium non potest exigi à clericis.*

§. Tertius.

1 RES tamen, cui est annexum, & affixum certum, & inuariabile, ac perpetuum onus, si deuenit ad clericos, non efficitur libera á solutione illius oneris, sed clerici ad huiusmodi onus tenẽtur. *c.si tributum.& c.magnum. 11.q.1.c.conuenior. & c.tributum.23.q.8. l.1. & toto tit. C.sine censu.l.de bis. & ibi Bart.C.de Episc.& cler.Bald.in l.fin.n.2. C.sine cens.vel reliq.gloss.in c.1.verb. bonorum.vbi Arcbid.in prin.& Io.Monacb. de immun.Eccl.in 6.* & post *Bart.Arcbid. & Lap.* dicit *Abb.in c.quod clericis.n. 41. de for.compet.Felin.in cap.Ecclesia Sancta Mariæ.nu.75.vers.quinto quæritur. de constit.& cõs.46.n.17.& 18.Gemin.cõs.19 nu.2.& 3.Barbat.cons.1.num.9.10.11.16. & 85.vsque ad fin.vol.3.Bart.cons.180.per totũ.Ang.cõs.103.& 206. Ancbar.cõs.303. & cons.117.nu.1.Siluan.cons.32.n.1.& 2. Abb.cons.3.num.2.p.1.Bero.cons. 150.per totum.vol.3.Nat.cons.280.vol.2.Bellem. cons.45.n.4. vers.sed quæro cons.46.n.5.6. & 7.& cons.47. num.1. vers.super tertio. Ferret.cons.167.nu.11.Ruin.* de communiori opinione *cons.117.n.3.& seq. vol.4. Mencbaca. de success. creat. lib.1.§.10. num.652.Eucrard.cons.42.ferè per totum. Alb.cõs.8.n.1.& 6.Lancellot.Gall.cõs. 59. ferè per totum.Gutierez.pract.quæst.lib.1. q.3.nu.15.& seq.Purpurat.cons.324.n.10. vers.quarto.& n.11.vol.1.Bursat.cõs.16. nu.11.* & de magis communi *in cons.42. num.7. vol.1. Tbessaur.* plures adducens *decis.234.nu.2.cum seqq.Azor.p.1.Instit. Moral.lib.5. cap.13. q.1.Surd. cons.262. nu.53.& decis.20.n.2.Germon. de sacror. immunit.lib.3.c.17.nu.78.*

2 Quia onus rei annexum transit cum sua causa. *l.Iulianus. l.Caius. vbi Bart. ff.de manũ.testam. l.Pomponius.§.1.ff.de acq.poss.c.ex literis.de pignor.c.pastoralis. de decim. Bald.in l.neminem.nu.2. C. de Sacros.Eccles. Rebuff. in l.si.diuina. nu 3. C. de exact.tribut.Felin. in d.c.Ecclesia Sancta Mariæ.n.77.& cons.46.n.17.& 18. Abb.in c.non minùs. num.16. de immun. Eccles.Specul. in tit.de cler.coniug nu.11. & 12.Soccin.Sen.cons.45.vol.3.& cons.12. vol.4.Bocr.decis.182.n.16.Afflict.dec. 95. num.3.Osasc. decis. 136. num.2.* vbi dicit communem.

3 Si autem huiusmodi onus non esset ordinarium, nequè annexum, nec perpetuum, sed variabile, prout sunt descriptiones, quæ fiunt hodie, quia æstimantur bona cuiuscunque, vt pro illis soluatur plus, & minus secundum impositionē collectæ, vt putà pro hospitio dando militibus, tunc ad ista onera non tenentur Clerici, sed corruit huiusmodi onus, vbi bona perueniunt ad Ecclesiasticos. *c. nouerint. 10.quæst.1.cap.1.§. volentes. vbi Archid.nu.1. de immun.Eccles.in.6.gloss. in cap.fin.vers.siuè.de vit. & honest.cler. Abb. in cap. ex literis. num.12.eod.* & post *Cyn. Rainer. & Fulgos.* tenet *Ias. in l.qui filiabus. n.13.ff.de leg.1. Rebuff in d. l.si diuina. num.3.vers.in muneribus.Specul. in d.tit.de.cler.coniug.n.12.ver.sed certè. Bart.cons.180.n.3. & 4. & in l.placet. in 1.lect.n.3. & in 2.lect.n.1.& 25. vbi etiam Bald.n 4. vers.quæro iuxta hoc. Aret.n.3. Castr.n.8. C.de sacros. Eccles. Io Lup. in tract.de libert. Eccles.q.4.n.1.& 2.Gemin. d.cons.19.n.2. & cons.116. Bald.cons.246. vol.3. Bellon. cons.40. n.3. Brun. cons.94. & 103 num. 6.Bellem. d cons.45.vers.sed quæro. & d.cons.46. num 5.6.& 7.* & post plures ab eo allegatos dicit *Felin.cons.46 num.18.* & post *Archid.Gemin.Io.Andr.& Bart.* tenet *Barbat.d.cons. 1.nu.52. Bero. d.cōs.31.n.13.in fin & n.14 & 15.vol.1 & d.cōs.150.n.19.Euerard.cōs 42.n.26.Nat. cōs.66.n.13.cōs.160.n. 23.cons.328. nu. 4. Ruin.cons.117.n.8.et 17.vol.4.& cōs.111. vol.5.Siluā cons.9.n.29.& cons.32,nu.11. Paris.cōs.68.n.7.& 10.* vbi de cōi testatur *vol.2.* & de cōi,& magis recepta opinione testatur *Bursat.d.cons.16.nu.77.Thessau. decis.234.n.2.& 4.* & de veriori, & magis recepta opinione dicit etiā *Osasc.dec.136. n.1.Guid. Pap.q.381.Gallia cons.59.n.30. cū seqq.Fettus.de collect p 4 c. 5.Caranit. de rit.magn.Cur.rit.229.n.3. Afflict. super Constit. Regn. Neapol.lib.1.rubr. 32. n.4.Bursat.* de magis communi.*cons. 422. nu.2.& 3. vol.1.Bellarmin. 2.Controuer. to.2.lib.1.de cler.cap.28.in fin.Farinac. in pract. crimin. tom.1.par.1. q.8. num.21.* quia tūc mutatione personę mutatur onus, vel priuilegium. *Abb. in d.cap. ex literis. d.nu. 21.Ferret.d.cons.167.num. 11.* & ità intelligendi sunt *Brun. cons.91. in princ. & cons.94.& cōs.103.vol.2.& Rol.cōs.61. num.7.* nam quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatos, assumit eorum priuilegium. *cap. vnic. de inrepatr. in 6. Abb.cons 9.nu.2.par.1.* Præterea allibratio non afficit prædium,nisi postquam imposita est collecta. *not. in l.incola.ff. ad municipal.* nequè possunt dici bona hypothecata pro solutione onerum, antequam collecta imponatur, quia obligationi incertę hypotheca non accedit. *l.inter debitorem.ff.de pact. Negusan.de pignor.p.2. membr.4.n. 125.cas.10.* Insuper quod Domino consecratur siuè homo fuerit, siuè animal, siuè ager non veniet, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. *Leuit.Exod.c.7. vlt̄ c. nulli liceat.12.q.2. c. conuenior. 29.q.8.c.semel.de regul iur. in.6.Bellarm. controuers. tom. 2. de cler. lib.1. cap.29. ad 4.argum.*

4 Ex his potest etiam deduci,quòd nequè clerici, nequè ipsorum domus tenentur ad hospitandum Legatos Principis, siuè alicuius Domini,siuè Comitis,seu Duces militum,aut milites tùm propter immunitatem Ecclesiasticarum personarum, tū verò propter dissolutiones,& lasciuias, quę plerunq.fiūt ab huiusmodi militibus. *l.1.C.de Epis.& cler.Abb.in c.1.n.1.& 3. de immun.Eccl.Rebuff.de cōgru.port.q.8. nu.73.* huiusmodi etenim onera numerantur inter extraordinaria. *Ias. in l.placet. in 2.not. C.de sacros.Eccl. Nat. cons.280. Carol. de Graff. de effect. Cler. effect. 3. nu.122.& 126.Thessau. Inn. in addit. ad patrem.decis.116.in fin.*

5 Nequè seculares ministri possunt earūdem domorum hospitium quoquo modo sibi vendicare. *Suar. de virtut. & stat. relig.lib.3.cap.13 num.4.* Nequè ratione consuetudinis possunt laici sibi vendicare huiusmodi ius hospitādi in domibus Clericorum,cum talis consuetudo sit clericis onerosa. *d.c.1.& ibi Abb.nu.4.post.Innoc. & Io.Andr.*

6 Minùs possunt laici prædia clericorum in catastris æstimi describere, siue registrare, & hoc modo collectare. *Purpurat.cons.594.n. 10.vol.2.*

7 quia cum prædia Ecclesiarum, siuè clericorum non possint collectari,ergò neque registrari, aliquo etenim prohibito censetur quoque prohibitum omne id,per quod peruenitur ad illud. *l.oratio.ff.de spōsal.* registrum etenim, & æstimum ad hoc tendunt, vt pro bonis registratis collecta exigatur. *Purpurat.d.n.10.*

8 Idem censetur; vt scilicet clerici sint immunes à datijs, vt post *gloss. tradunt DD. in clē. presēti. vbi singulariter Card. num.* 11. *vers. octauo quaro.* & *Imol. n.* 13. *vers. vos hic videtis. de censib.* & in specie à datio imposito à laicis super vino, carne, & similibus. *Euerard. consil.* 42. *n.* 24. 25. & 29. & *per totum. Nauar. in Manual. cap.* 17. *n.* 201. *Rodriquez in Sum. p.* 2. *c.* 75. *conclus.* 14. *Azor. Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. *vers. in dubium vocatur.*

SVMMARIVM.

1 *Negociationis ratione non excusatur clericus à solutione gabella, & huiusmodi gabella non coram Iudice laico, sed Ecclesiastico peti debet.*
2 *Datium, siue gabellam vini collecti in bonis Ecclesia non tenetur soluere clericus, si illud vendat.*
3 *Clericus exercens aliquod exercitium, quando bona non sufficiunt ad victum, est immunis à solutione gabella.*
4 *Artificium facere quando possit clericus.*
5 *Negociari quando dicatur clericus, & quando non.*
6 *Item quando dicatur negociari absque nota illicita negociationis.*

§. Quartus.

1 QVòd si clericus negocietur, tunc ratione negociationis non excusatur à solutione gabellæ. *clem. præsenti.* & *ibi gloss. verb. nō negociandi. de cēsib. c. quamquam. vers. quas non causa negociandi. eod. in* 6. *Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ. nu.* 106. *vers. fallit in tribus casib.* & *ibidē Dec. n.* 272. & *seq. de constit. Parpal. in l. placet. n.* 101. *C. de Sacros. Eccles. Nat. cōs.* 139. *n.* 4. *vol.* 1. *Federic. de Sen. consil.* 111. *Bellem. consil.* 45. *num.* 4. & *consil.* 47. *nu.* 1. *vers. super quarto. Bursat. consil.* 42. *n.* 8. *vol.* 1. *Specul. in tit. de immun. Eccl. n.* 3. *Lopez. ad Diaz. in pract. crim. Can. cap.* 58. *vers. præterea nec illud.* quæ tamen gabella petenda erit nō coram Iudice seculari, sed Ecclesiastico, vt dictum fuit superiùs *in tit. de fauor. Cler. Person.* §. 1. *nu.* 17. *Rol. consil.* 71. *n.* 2. *vol.* 4. *Card. in clem. præsenti. in* 6. *quæst. de censib. Lopez. ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap.* 58. *vers. erit tamen.* & *vers. quamuis opinionem. vbi testatur de veriori opinione.*

2 Non tenetur tamen clericus soluere, datium, siuè gabellam vini collecti in bonis Ecclesiæ, si illud vendat. *Federic. de Sen. consil.* 207. *Abb. consil.* 6. *in secundo dub. part.* 1. *Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Mariæ num.* 273.

3 Excusatur etiam clericus à solutione gabellæ, quando bona non sufficerent ad victum, & exerceat aliquod honestum exercitium, vel opera manuum suarum lucrari intenderet. *Fed. d. consil.* 207. *Ferret. consil.* 145. *num.* 4.

4 Non enim est prohibitum clericis artificium facere, si bona non sufficiunt ad victum. *c. clericus victum.* 91. *dist. c.* 1. 21. *q.* 1. *c. nunquam. de consecrat. dist.* 5. *gloss. in Sum.* 14. *q.* 3. *in fin.* vt dictum fuit *in tit. de Disciplina Clerical. in* §. 21. *n.* 12. & *seqq.* talia etenim lucra erāt licita etiam Apostolis *d. c.* 1. 21. *q.* 1. & *d. c. nunquam.*

5 Quinimò hoc etiam permittitur clericis causa lucri ex opera sua. *Hostien. in c. secundū instituta. in princ. vbi Io. Andr.* & *Innoc. ne Cler. vel Mon.* & *ibi Anchar.* qui subdit illum *tex. dum prohibet lucri causa* &c. loqui in mercatore, & negociatore, secùs verò si ex opera manuum suarum, & arte sua clericus intendat lucrari, quia tunc non dicitur mercator, neque negociator. *c. eijciens.* & *cap. seq.* 88. *dist. gloss. fin. in cap. canonum.* 14. *quæst.* 4. *Abb. in c. fin. num.* 14. *vbi etiam Imol. de vit.* & *honest. cler. Federic. d. consil.* 207. Dummodò ea de causa non omittat ea, ad quæ ex officio clericali tenetur, & dummodò artificiū turpe non sit, ac sordidum, clericisquè indecens. *latiùs Mol. de Iust.* & *Iur. tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 342. *nu.* 13. *prax. Archiepisc. Neapol. c.* 77. *n.* 2. & *in annot.* Qui tamen clericus non dicitur negociari, quando vendit vinum, bladum, oleum, & similia ex rebus suis, quoniam illi dicuntur propriè negociari, qui emunt rem, vt eam integram nō mutata forma lucri causa vendant, non illi qui emunt rem, vt eam reducant ad aliquam formam, vel si vendant vinum, aut bladum, vel similia de rebus suis collectum. *d. c. eijciēs. Card. in d. clem. fin. de immun. Eccles. Anchar. in c. quamquam. nu.* 5. *de censib. in* 6. *Abb. consil.* 6. *in fin. vol.* 1. *Rolan. consil.* 71. *n.* 11. & 12. *vol.* 4.

6 Conducere etiā potest clericus prædia ad suam, suorumquè sustentationem, quæ colat soluendo certam fructuum, aut

pecuniæ portionem; lucri autem gratia maiora prædia conducere, vt fructus vendat, & lucretur, inhibitum est. *c. 1. & 3. 21. q. 3. & c. 1. ne Cler. vel Mon. Mol. vbi sup. nu. 15. Paul. Layman. lib. 3. tract. 4 nu. 40.* Item absquè nota illicitæ negociationis poterit emere animalia, quæ nutriat in proprijs agris, vt cum creuerint, aut partus ediderint, illa, eorumquè fructus vendat; Item mulam, aut aliud iumentum: vt cum creuerit, & inseruierit, carius illud vendat. Prætereà locare poterit propria prædia, ac iumenta; emere tamen iumenta solùm; vt ea locet, genus est negociationis, atquè adeò clerico illicitum. *Mol. l. cit. nu. 14. Barbos. de offic. & potest. Epis. alleg. 14 n. 11. Auctor prax. Archiep. Neapol. cap. 77. nu. 4.* Hinc sacra Congregatio Episcoporum negocijs præposita anno 1631. sub die 5. Septembris censuit clericum non prohiberi animalia sibi donata retinere, eorumquè fœtus iusto prætio, honestaquè ratione vendere; nec proptereà illicitæ negociationis prætextu vexari posse, ac debere.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonialia bona clericorum sunt exempta à collectis. & gabellis. Bona ad clericos quocunquè titulo deuenientia item.*
2 *Bona clericorum eodem gaudent priuilegio, quo res Ecclesiarum, & an sit perpetuò verum nu. 6. 7. & 8.*
3 *Clericus succedens patri nō tenetur ad collectas, licet pater teneretur. Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
4 *Persona mutata mutatur status rei in imponendis collectis.*
5 *Emens à priuilegiato non est immunis à collectis.*
6 *Patrimonialia bona clericorum quoad immunitates gaudent priuilegio quo fruuntur res Ecclesiarum.*
7 *Patrimonialia clericorum præscribuntur eo tempore, quò res laicorum.*
8 *Restitutio in integrum non competit clerico in bonis patrimonialibus, eo modo quo competit in bonis Ecclesiæ.*
9 *Patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus clericus, gaudet priuilegio, quo gaudent res Ecclesiæ quoad immunitatem.*
10 *Vsusfructuarius Clericus fundi sibi ad sustentationem vitæ legati, non tenetur ad collectas eiusdem fundi.*

§. Quintus.

1 NEquè de bonis patrimonialibus clerici collectas, extraordinarias soluere tenentur, nec de bonis ad eos quocunque titulo deuenientibus. *c. Ecclesiarum. 12. q. 2. c. similiter. vbi gloss. verb. Ecclesijs. 16. q. 1. c. 1. §. volentes. & cap. clericis. §. nos igitur. vers. vel Ecclesiasticarum personarum. de immun. Eccles. in 6. c. quamquam.* ponderando dictiones *Ecclesiastica persona. & vers. pro rebus suis proprijs, & ibi gloss. verb. ipsarum. de censib. in 6. Butr. in c. 1. de cōsuetud. & in c. nō minus. de immun. Eccles. gloss. in c. fin. verb. suis facultatibus. vbi etiam Abb. nu. 4. vers. ex quo infero. Butr. n. 3. & Imol. n. 2. de vit. & honestat. cleric. Bald. in l. placet. nu. 4. C. de sacros. Eccles. Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 98. Felin n. 7. de constit. Bart. cons. 180. per totum. lib 1. & cons. 44. num. 1. lib. 2. Rol. cons. 23. nu. 13. vol. 2. Siluan. cons. 30. Nat. cons. 280. n. 5. vol. 2. Bursat. cons 422. num. 2. vol. 1. Speculat. in tit. de immun. Eccles. nu. 2. Sebast. Medic. in Sum. peccat. tit. 9. q. 78. num. 85. & 188. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 22. nu. 9. Bellarm. controu. tom. 2. lib. 1. de cler. cap. 28. in fin. Farinac. in pract. crimin. tom. 1. q. 8. num. 21. in fin. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 88. nu 2. & seqq. & resol. 97. & lib. 2. resol. 167. Ricc. decis. 209. n. 3.* nequè in collectis extraordinarijs, & non perpetuis dissentire videtur. *Barbat. cons. 1. num. 66. & seqq. vol. 3.* quidquid dicat *Purpurat. cons. 324. num. 8. & 9. vol. 1.*

2 Ratio autem, quare pro huiusmodi bonis non teneantur clerici collectas soluere, ea est, quia res clericorum eodem priuilegio gaudent, quo res Ecclesiarum, *gloss. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. verb. Ecclesiasticis. in c. Episcopus. verb. subsidiū. de praben. in cap fin. verb. suis. de vit. & honest. cler. in c. ex literis. verb. obligata. de pignor. & in c. similiter. verb. Ecclesia. 16. q 1. Bursat.* de magis cōmuni *cons. 14. num. 1, vol. 1. Bellarmin. in 4. contrà gent. tom. 1. lib. 1. de Clericis. cap. 28. in fin.*

3 Et si clericus succedit patri non tenetur ad collectas, licet pater teneretur,

& bona sint excastrata. *Gu. Pap. q.* 381. 382. *& q.* 383. *Purpurat. conf.* 582. *n.* 11. *vol.* 2. quia bona sunt accessoria ad personam, *auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. l.* 1. *&* 2. *ff. de pecul. leg. Felin. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. n.* 8. si ergò persona est exempta, bona etiam exempta dicuntur, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. *c. accessorium. de reg. Iur. in* 6.

4 Prætereà quia in collectis imponendis mutata persona mutatur status rei, & consideratur qualitas noui possessoris. *l.* 1. *C. de imponen. lucrat. describt. Alex. cõs.* 25. *n.* 16. *vol.* 4. *Purpurat. conf.* 582. *nu.* 8. *vol.* 2. *Osasc. decis.* 136. *n.* 1. *Caranit. sup. rit. Mag. Cur. rit.* 229. *num.* 3. *Cosil. de facti. & scien. & ignor. cent.* 1. *dist.* 10. *num.* 1. Et de recepta & vera opinione pluribus citatis testatur *Vasquez. de succes. creat. lib.* 1. *§.* 10. *n.* 659. & quia collecta est munus, quod imponitur personę pro rebus, vt dictũ fuit superiùs *in §.* 1. *n.* 9. ideò cũ clericus sit persona priuilegiata, & exempta, erunt etiam res ipsius exemptæ, quia eius persona inspicitur.

5 Quemadmodum etiam è contrario si miles exemptus à collectis alienet prædia in rusticum, tenebitur talis acquisitor ad collectas. *l. ætatem. in fin. ibi, personis quidẽ. ff. de censib. Specul. in tit. de immun. Eccles. in fin. Purpurat. d. conf.* 582. *nn.* 6. & emens bona Ecclesiastica, seù clerici non eximitur à collectis. *Ias. conf.* 20. *vers. secundo facit. vol.* 1. *Purpurat. d. conf.* 582. *n.* 7. vt dicetur inferiùs in *§.* 8.

6 Quoad enim immunitates bona patrimonialia clericorum gaudent eodem priuilegio, quo fruuntur res Ecclesiarum. *d. c. non minus. & c. aduersus. de immun. Eccles. Card. in c.* 1. *vers. ex his infero. de dol. & contum.* & post eum dicit *Felin. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. n.* 9. *vers. & dicit Dñs Card. Imol. conf.* 55. *nu.* 7. *Honded.* de communi *conf.* 3. *nu.* 12. *vol.* 1. *& cõs.* 20. *n.* 6. *&* 11. *vol.* 2. *Euerard. cõs.* 42. *n.* 5. 6. 20. *& seqq. Lancellot. Gallia. conf.* 59. *n.* 14. & post multos ab eo allegatos dicit *Gutierez pract. quæst. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 15. *& seq. Molin. de Iust. & Iur. tom.* 3. *disput.* 670. Quamuis alioqui non sit generaliter verum, quòd bona patrimonialia clericorum gaudeant priuilegio eorundem clericorum, nam hoc procedit in casibus in iure expressis duntaxat, in vniuersali etenim nullibi probatur. *Abb. in c. si diligenti. n.* 36. *post Butr. & Archid. de præscript. in c. fin. n.* 11. *de vit. & honest. cleric.* & post *Arch. Butr. Imol.* & alios ab eo citatos dicit *Felin. in d. cap. Ecclesia Sãcta Maria. n.* 8. *vers. sed nihilominus. vbi etiã Abb. n.* 7. *Signorol. cõs.* 218. *Barbat. d. conf.* 1. *num* 68. *Conar lib.* 1. *var. resol. c.* 4 *n* 3. *& in reg. possessor.* 2. *p. §.* 2. *in fin. de reg. Iu. in* 6. *Cagnol. in l.* 2. *n.* 225. *ver. sed illa opinio. C. de pact. inter empt. & vēd. Alex. conf.* 136. *n.* 12. *Caroc.* de magis communi in suis Decisionibus. *cas.* 127 *num.* 6. *& 9. Barz. decis.* 117. *n.* 29. *Nauar. conf.* 5. *n* 1. *de immun. Eccl. p.* 1. *Vasqu. de success. creat. lib.* 1. *§.* 10. *nu.* 659. *& lib.* 3. *§.* 22. *n.* 42.

7 Et ideò res patrimoniales clericorũ præscribuntur eo tempore, quo res laicorum. *gloss.* 1. *in c. possessiones.* 16. *q.* 4. *Roman. sing.* 451. *Abb in d. c. si diligenti. d. num.* 36. *Felin. in dicto c. Ecclesia Sancta Maria. n.* 9. *Couar. locis citatis.*

8 Neque competit clerico restitutio in integrum in bonis patrimonialibus eo modo, quo competit in bonis Ecclesiæ *Abb. d. n.* 36. *& d. n.* 11. *&* 7. *Felin. d. nu.* 9. *Couar. d. n.* 3. *Odd. de rest. in integr. quæst.* 3 *n.* 52. *& seq.* clericus enim in istis ratione patrimonij habetur vt laicus. *gloss. in c. cũ dilectus. vers. tanquam. de iurepatr. Felin. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. n.* 11. *vers. secundò nota.*

9 Ex supradeductis potest etiam multò magis inferri, quòd patrimonium, ad cuius titulum fuit promotus clericus, gaudeat priuilegio, quo gaudent res Ecclesiæ quoad immunitatem Ecclesiasticam, vt sint immunia à collectis. *gloss. fin in c. Episcopus. de præben. Felin in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n.* 10. *vbi etiam Dec. n.* 70. *gloss. fin. in c. Episcopus.* vbi pariter *Dec. nu.* 20. *de præben. Bal. in tit. de pace Const. gloss.* 6. *in prin. vers. ex his apparet. Nauar. cõs.* 12. *n* 1. *de censib. & conf.* 5. *nu.* 1. *de immunit. Eccles. Carauit. de rit. Magn. Cur. rit.* 229. *nu.* 5. *Grat. discept. forens. c.* 159. *n.* 27. *Ric. decis.* 209 *per tot. p.* 2. *Antonin. var resol. lib.* 1. *resol.* 88. *n.* 1. *& seqq Nonar. quæst. forens. p.* 1. *q.* 72. *n.* 3. *& seqq. Mart. de Iurisd. p.* 4 *cēt.* 1. *cas.* 12 *n.* 45. & alij relati per *Cou. lib* 1. *var. resol. c.* 4. *n* 4. & per *Vasqu. de success. creat. lib.* 1. *§* 10. *n.* 653. ista etenim bona dicuntur quædam spirituales mercedes, & præmia pro seruitijs Ecclesiæ exhibendis. *Ricc. d. decis.* 209. *n.* 1. *Nouar. dicta q.* 72. *nu* 6. quamuis *Couar. & Vasqu. lib.* 3. *§.* 22. *n.* 43. contrarium teneant, quorum

rum tamen opinio est intelligenda quoad alia onera, vt ad decimas, & alia huiuſmodi, ad quæ tenetur dictum patrimonium.*Abb.in c.tuis. nu 6.de prabend.*& ità intelligendus est *Diaz. in pract. crim. canon.c.18.nu.14.* & hoc adeò verum est, vt imponens collectas, & alia onera, vel illa exigens ſuper huiuſmodi patrimonio incidat in excõmunicationem Bullæ Cœnæ Domini, vt dicunt *Alter. in explicat. Bull.Cœn.Domini.cã.18.cap.2.col.2.in fin. & col.7. Duard. in comm. eiuſdem Bull. lib.2.q.5.Nouar.d.q.72 n.5.*

10 Minùs tenetur clericus ad ſoluendum collectas pro vſufructu fundi ſibi legato ad ſuſtentationem vitæ.*Bart in dicta l.placet.vbi etiam Bald. de ſacroſ. Eccleſ. Rom.conſ.230 Ricc. in prax. reſol. part.2. reſol.167.n.1.verſ clericus.* quamuis regulariter vſufructuarius fundi teneatur ad collectas.*l quaro ff.de vſufr leg. Caſtr. in l.Titia cum nuberet.n.158.ff.de leg.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Clerici non tenentur ad ſolutionem pedagiorum, ſeù vectigalium pro rebus, quæ vehuntur in vſum eorundem clericorum, & eorum familiæ. Huiuſmodi autem familiæ appellatione qui veniant.*

2 *Clerici coniugati tenentur ad huiuſmodi ſolutionem.*

3 *Clerici non ſunt immunes ab onere ſoluendi mercedem ſaltuario, ſiuè campario.*

4 *Clerici mittentes ſua animalia ad paſcua Communitatis tenentur ſoluere prout laici.*

5 *Custodes animalium clericorum poſſunt puniri à laicis, ſi eum animalibus damnũ prabent in alienis agris, & an ſit perpetuò verum.*

6 *Clerici tenentur ad ſolutionem Medicorum Communitatis, ſi eorum opera vti voluerint.*

7 *Clerici tenentur ad purgationem, & refectionem putei communis cum vicinia.*

§. Sextus.

1 NEquè pro rebus, quæ in eorundem clericorum, & eorum familiæ vſum vehuntur ad pedagiorum, ſeù vectigalium ſolutionem tenentur clerici. *l.vniuerſi. C. de vectigal. clem præſenti. vbi Card. num.8. de cenſib. Bertach.in tract.de Gabel. par.7.quaſt.7. verſ.item verum.Rol.conſ.34.n 18. vol.3. & conſ.71 nu.14.* cum pluribus ſequentibus.*vol.4.Boſſ.in tit.de Principe. nu. 178. Bald.conſ.241.vol.4.Imol.conſ.84.num.5. Ruin.conſ.112.nu.6.vol.5.Boer.deciſ.213. nu.8.Lancellot.Gall.conſ.94.num.5. & 6. Surd.conſ.41.nu.1.vol.1.Burſat.*qui alios citat *in conſ.42.nu.4.& 17. vol.1.* Nequè valet conſuetudo in contrarium.*Rol. dicto conſ.34.nu.19.Lancellot.Gall.& Surd locis citatis.* Debent nihilominùs conſignare bona Gabellarijs.*l.fin. §.Diuus.& ibi Bart. ff.de publican.Bald. conſ.79. vol.2. Bertachin. in dicto tract. in vlt. par. q.2.* comprehenduntur autem ſub familia clerici famuli, mater, ſoror, pauperes, & alij coniuncti, quos alere clericus conſueuerit,& teneretur, & iſta familia gaudet immunitate. *Viuius deciſ. 88.Ricc.in prax.reſol.par.2.reſol.329.*Quòd ſi publicani gabellam indebitã exegerint à clericis,ſunt excommunicati, & ad reſtitutionem rei acceptæ tenentur.*c.quamquam.de cenſibus.in 6.d.clem. præſenti. eod. Card. conſ.12.Rol.d.conſ.71.in fin.* Quòd ſi Gabellarij allegarent res eſſe alienas, prout ſæpè accidit, & clerici dicerent eſſe proprias,& ſic oriretur controuerſia,tunc ſtabitur iuramento nedum clericorum, ſed etiam nunciorum.*gloſſ.in d.clem præſenti. verb.non negotiandi. Abb.in c.ex parte.3. nu.2.de priuil.Nau.conſ.1.n.4.de immun. Eccleſ.* niſi repugnaret qualitas perſonarum, vt quia malæ conditionis, vel clericus eſſet conuictus de mendacio, & ſic oportebit adire Iudicem, quia qualitas perſonarum diſſuaderet iuramentum, tũc erit adeundus Index Eccleſiaſticus,& non laicus. *Card.in d.clem.præſenti. Bertach. in d.q.7.col.5.verſ.nec præterea. Roland. d.conſ.71.nu.24.& 25.*

2 Aduertẽdum tamen eſt clericos coniugatos non gaudere huiuſmodi priuilegio.*Abb. in cap. ex literis. num.8. de vit. & honeſt.cler.*

3 Non ſunt tamen immunes clerici ab onere ſoluendi mercedem ſaltuario, ſiuè vt vulgò dicitur Campario, qui cuſtodit agros,tàm laicorum,quàm Eccleſiæ.*Caſtr. conſ.424. dub.ſecun. vol.2. Capra.reg.96. n.40.Nat. cõſ.311.*per totum.*& conſ.180. n.6.*

n.6.vol.2.Grammat. de cõmuni. *conf.* 102. per totum. *Burfat.d.conf.* 42. *nu.* 15. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap.* 58. *verf. Imò eadem.* quod nõ poteft appellari onus, fed merces faltuarij, ad quam mercedem, & Ecclefia, & omnes Iure etiam diuino tenentur, iuxtà illud: Dignus eft operarius mercede fua, *cap.* 1. *de fepult. clem.* 2. *§. verum.eod.* Prætereà clericus, cũ vtatur beneficio laicorũ, tenetur onus illi annexum beneficio fubire. *Bald.in l.* 1. *circà fin. C. de contrab. empt. Nat.d.conf.* 311. *nu.* 3.

4 Nam fi mittunt clerici animalia ad pafcua Cõmunitatis, cogi poffunt ad folnendum, prout alij. *Luc.de Pen. in l. iubemus. col.* 1. *verf. hac faciunt ad quæftionem. C. de nau. non excuf. lib.* 11. *Iaf.in l.placet. in* 1. *&* 2. *lect. C. de facrof. Eccl. Abb. conf.* 6. *in princ & nu.* 1. *p.* 1. *Purpurat. conf.* 324. *nu.* 10. *vol.* 1. neque funt ferendi illi, qui lucra, & commoda capere volunt, & onera fubire recufant. *l.* 1. *§. pro fecundo. C. de caduc. tol. c. qui fentit. de reg. Iur. in* 6.

5 Animalium tamen clericorum cuftodes, qui cum animalibus dant damnum, in alienis agris, poffunt accufari, & puniri à laicis pœna impofita ab ipfis laicis, quia hoc non refpicit perfonas clericorum, fed laicorum cuftodum, qui funt caufa damni, & ità puniuntur ex facto, & delicto proprio. *Luc. de Pen. in l. iubemus. C. de nauib. non excufan. lib.* 11. quem fequitur multa cõgerens *Niger. in Extrau. in Conftit. Regn. Cum partes. n.* 9. *Antdan. de exequen. mandat. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap.* 58. *verf. feptimo it etiam. & verf. fecurius. Grammat. conf. ciuil.* 104. *num.* 14. *&* 15. *Alderã. Mafcar. de general. ftat. interpret. conclus.* 1. *nu.* 151. *& feq.* fecùs autem vbi ftatutum animalibus Ecclefiæ communia pafcua denegaret. *Abb. conf.* 6. *par.* 2. *Surd. conf.* 301. *nu.* 88. *vol.* 3.

6 Tenẽtur etiam clerici eadem ratione ad folutionem Medicorum Communitatis, fi eorum opera vti voluerint. *Caftr. d.conf.* 424.

7 Item ad contributionem pro purgatione, & refectione putei, quem habet vicinia cõmunem cum ipfis clericis. *Speculin tit. de cenfib. §. nunc dicendum. nu.* 10. *verf. itẽ pone. Bellem. conf.* 46. *n.* 6. *verf. hic tamen aduerto. Barbat. conf.* 1. *num.* 36. 66. 67. *&* 68. *vol.* 3. Et confequenter famuli Ecclefiæ ab huiufmodi non funt immunes, *Grammat. d. conf.* 102. *& Burfat. d. conf.* 42. *dicto num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Coloni clericorum an fint immunes à gabellis, et alijs munerib. & nu. feqq.*
2 *Famuli clericorum, qui non dicuntur ftare ad panem, & vinum, fed funt conducti fub certa diurna penfione, gaudent huiufmodi immunitate.*
3 *Coloni clericorum pro bonis proprijs non funt immunes à folutione onerum, & an fit perpetuò verum. nu.* 5.
4 *Coloni clericorum non funt immunes à folutione onerum pro portione colonica.*
5 *Colonipartiarij Ecclefiæ tenentur foluere decimam de fua portione, & eorum pars colonica etfi fubiecta ftatuto probibenti extractionem extra territorium.*
6 *Directo fieri probibita per indirectum etiam fieri probibentur.*

§. Septimus.

1 COloni pariter clericorum funt immunes à folutione gabellarum, collectarum, atquè aliorum munerum, tàm realium, quàm perfonalium. *c. Ecclefiarum. & ibi gloff. verb. clericorum.* 12. *q.* 2. *l. Dominicos. C. de agr. & mancip. dom. fifcal l. b.* 11. *gloff. in c. generaliter. §. nouarũ. verb. mancipia.* 16. *q.* 1. *& in clem.* 1. *verb. excolendas. vbi etiam Imol. nu.* 17. *Card. nu.* 21. *Abb. num.* 10. *& Vital. n.* 31. *de decim. & in l. hi penès. verb. recepta, vbi Parpal. nu.* 15. *C. de agricol. & cenfit. lib.* 11. *Abb in c. ex parte.* 1. *nu.* 4. *de decim. Bar. in l. vnic. C. de mul. in quo loco mun. lib.* 10. *& in l. placet. n* 63. *C. de facrof. Eccl. Bald. in l.* 1. *in princ. & in l.* 2. *nu.* 2. *C. de Epifc. & Cler. Iaf. in l.* 1. *nu.* 32. *C. de Iur. emphyteot. Rebuff. in l.* 1. *n.* 3. *C. de col. Thracenf. lib.* 11. *Parif. conf.* 69. *nu.* 6. *vol.* 1. *Burfat.* de communi. *conf.* 25. *num.* 2. *&* 3. *vol.* 1. *Capic.* qui fimiliter teftatur communem *decif.* 12. *Boff. in tit. de Principe. n.* 121. *Ofafc. decif.* 83. *num.* 6. *Eug. conf.* 96. *vol.* 1. *Ruin. conf.* 157 *n.* 9. *vol.* 3. *Soc. Sen. cõf.* 297. *nu.* 5. *vol.* 2. *Barbat. conf.* 29. *n.* 7. *&* 9. *vol.* 4. *Zuccar. inter cõf. Rimin. Sen. conf.* 739. *n.* 7. *&* 8. *Catt. inter cad. confilia, conf.* 740. *n.* 5. 6. *&* 12. *vol.* 4. *Abb. conf.* 441. *nu.* 14. *vol.* 3.

Decian. post plures ab eo allegatos. *cōs. 51 nu. 14. & 15. vol. 4. Caroc. de locat. par. 2. Rubr. de collect. n. 3. & 8. Azor. Inst. Mor. p. 1. lib. 7. c. 37. § septimo. Rot. decis. 4. nu. 1. de priu. in antiq. & Rot. diuer. p. 2. decis. 23. nu. 5. in fin. iuncto nu. 6. Ferret. cons. 102. n. 13. vol. 1 Bertachin p. 7. de Gabell. n. 16. latissimè Antonius Clauarinus in suo consilio pro Ecclesia Mediolanen. per totum. Surd. cons. 301. nu. 74. ad fin. vol. 3. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 13. Thessau. for. Eccles. cap. 14. nu. 6.* quia ad munera mixta, quæ imponūtur personis pro rebus, qualis hospitatio, & alimonia militum, & alia onera bellica non tenētur coloni clericorum. *Abb. cons. 9. in fi. p. 1. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 111. nu. 17. cum seqq. Thessau. decis. 116. nu. 4.* Huiusmodi enim onera, quæ indicūtur pro possessionibus sunt tantùm onera patrimonialia. *l. rescripto. § patrimonialia ff. de muner. & honor.* ideò Dominis tantùm, & possessoribus rerum indicuntur, colonus autem non est Dominus, neque possessor prædij, grauari igitur non potest. *Nat. cons. 419. nu. 3. & 9. vol. 2. Rol. cons. 79. à num. 8. vsque ad fin. vol. 4.* Insuper retraherentur homines à conducendis bonis Ecclesiæ, vel satis viliori pretio ea conducerent. *Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria. nu 99. de constit. Feder. de Sen. cons. 111. & Bald. cons. 31. vol. 1.* Prætereà exemptio competens bonis Ecclesiasticis est realis, vt dictum fuit superiùs, & ideò comprehendit quoscumquè colonos. *gloss. in clement. 1. verb. excolendas. circa fin. & ibi Abb. numer. 10. & Imol. de decim.* quam dixit notandam. *idem Abb in d. c. ex parte. n. 4. eod. & in cons. 9. num. 2 vers. ad 2. Bart. in l. bipenēs. C. de agricol. & censit. lib. 11. & cons. 187. Alex. ad Bart. in auth. cassa. vbi etiam Dec. n. 18. C. de sacros. Eccl. Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria. n. 74. de constit. & in c. 2. nu. 3. de for. comp. Grat. cons. 130.* cui plures subscripserunt *nu. 4. Pancirol. cons. 49. nu. 5. Surd cons. 301. n. 7. cum seqq. vol. 3.* quidquid aliter sentiant *Thessau pat. decis. 116. & Gaspar eius filius ibid. in addit.* vbi dum dicit *Bursat. & Decian.* procedere in priuilegio reali concesso bonis Equitum Hierosolymitanorum, & aliorum, non autem in concesso clericis, & quod ait esse personale, *nam Decian. d. cons. 51. n. 9. 10. & 11.* tenet colonos tam Equitum Hierosolymitanorum, quàm clericorum esse exemptos ab oneribus per seculares imponendis. Nequè dicti coloni tenētur ad hospitationem militum, siuè ad collectas impositas occasione huiusmodi hospitationis, vt post plures per ipsum citatos tenet *Menoch. de arbitrar. cent. 6. cas. 562. n. 36. & Thessau. Iun. in d. decis. 116. in fin.*

2 Et hoc adeò verum est, vt etiam huiusmodi immunitate gaudeant famuli, qui non dicūtur stare ad panem, & vinum, sed videntur conducti sub certa diurna pensione, sicuti cōduci solent operarij, etiamsi seorsim habitent à clericis, si vni seruitio sint addicti, & victum à Domino recipiāt. *Surd. decis. 35. per totam. Berret. cons. 150. per totum.*

3 Quòd si vltrà bona Ecclesiastica, quæ colunt habent etiam bona propria eorum nomine allibrata, tunc non excusantur ab onerum solutione ratione dictorum bonorum. *Rebuff. in l. 2. nu. 2. & 3. & Bart. num. 1. C. de agricol. & censit. lib. 11.*

4 Quemadmodum pro rebus, & portionibus fructuum ad eos spectantibus ratione bonorum Ecclesiasticorum, quæ colunt, quamuis sint coloni clericorum, non sunt immunes, licet aliud sit de portione dominicali. *Gemin. in c. quamquam. in fin. de censib. Parpal. in l. placet. num. 73. C. de sacros. Eccl. Abb. in clemen. 1. num. 10. de decim. & cons. 9. part. 1. Federic. de Sen. cons. 111. num. 10. Bertachin. de Gabell. 2 par. quæst. 7. num. 17. Boss. in tit. de Principe, dicto num. 121. Nat. cons. 409. nu. 1. & 2. & cons. 419. num. 6. & 7. volum. 2. Soccin. Sen. cons. 197. n. 7. Rip. resp. 2. c. 22. dub. 3. Purpurat. cons. 332. num. 4. vol. 1. & cons. 594. num. 1. & seqq. vol. 2. Bursat. cons. 25. num. 3. & cons. 42. num. 14. vol. 1. Menoch. de arbitrar. cent. 6. cas. 562. & cons. 136. num. 25. vol. 2. Surd. d. cons. 301. nu. 89. & cons. 338. nu. 14. vol. 3. Rip. in in tract. de peste. tit. de remed. ad cōseruan. vbert. nu. 127. & seqq.* vbi multos allegat. *Graff. de effect. cler. effect. 3. n. 5. & 6. Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria. num. 99. de constit.* quia quando fructus sunt à solo separati non dicuntur Ecclesiæ, nequè in eius dominio, sed ipsorum colonorum priuatorum, & laicalium personarum, propter quod de illis, ac de rebus prophanis solēt exigi vectigalia. *Auchar. in d. c. quāquam. Barbat. cons. 28. vol. 4.* & separatorum est separata ratio. *gloss. in d. clem. 1. verb. excolendas. in fin. de decim.*

5 Hinc

5 Hinc videmus quòd coloni partiarij Ecclesiæ soluunt decimas de sua parte; licet Ecclesia, à qua conducunt non solueret decimā de sua portione, quia diuersitates personarū separationem recipiūt *Abb. in d.c.ex parte 1.n.4. & cons.9. p.1. Boer. decis.213.n.19. Fed.de Sen.d.cōs.151. Bal. cons.321. vol.1. per l.primam. C. si vnius ex plur. Io.de Amse.cōs.18. Bursat. d.cons.25. nu.3. & cons.47.nu.14.vol.1.* & pars fructuum, quæ cōpetit colono partiario pro parte colonica ex prædio clerici, siuè Ecclesiæ, remanet subiecta statuto prohibenti extractionem extra territorium, & propterea extrahi nō potest. *Bertazol.cōs.87. nu.1. & 2. vol.1. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect.2. nu.293. & seq.* Si tamen per indirectum Ecclesia pateretur, eo quòd nimis grauerentur coloni, vt quia proindè non inuenirent clerici colonos, tunc etiam pro parte ad eosdem colonos spectante ipsi coloni immunitate gauderent, licet alioqui pro eadem parte non sint exempti. *Feder.de Sen.cons.106. Gemin. in d.c. quāquam. in fin. Ias. in l.1.nu.10.C.de indict. viduit.sol. Io.de Amie.cōs.18.n.13. Siluan. cons.9.nu.7. Bursat. d. cons.25.num.4. & dicto cons.42. num.16. Thessau.decis.116. num.9.*

6 Ea enim, quæ directò prohibentur fieri etiam prohibentur per indirectum. *l.scire oportet.§ si mater.ff.de tutor. c.cum quid. vbi Dyn.de reg.Iur.in 6. Dec.cōs.48. n.5.vers.& adeò ista. Menoch.d.cons.136. num.7.vol.2.*

SVMMARIVM.

1 *Conductores bonorum clericorum an gaudeant priuilegijs eorumdem clericorum quoad immunitatem à gabellis, datijs, & huiusmodi.*
2 *Emptor frumenti à clerico an sit immunis à solutione gabellæ, & n.n. sequentibus.*
3 *Priuilegium immunitatis alicui concessum non trāsit ad singularem successorem.*
4 *Priuilegium extinguitur mutata persona, quæ est causa priuilegij.*
5 *Emphyteota, siuè Vassallus Ecclesiæ an sit immunis à collectis.*

§. Octauus.

1 Conductores autem, seu fictuarij bonorum clericorum non gaudent priuilegijs Ecclesiæ, & clericorum quoad immunitatem à gabellis, datijs, collectis, & huiusmodi pro fructibus perceptis ex dictis bonis *gloss in clem. præsenti, vbi eam sequuntur Imol. & alij. de censib. Alex. in l. quia tale.n.3. ff.solut. matrim. Bar in l.licitatio.§.fin ff.de publican. Ias. in auth.quas actiones. nu.41.C.de sacros. Eccles. Gemin. in c. quamquam vbi etiam Franc.de censib. in 6. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ n.99. de constit. Dec. in c.sanè.n.7. & 8. de priuil. Feder. de Sen. cons.111. nu.10. Boss.in tit.de Principe n.121. & 174. Rol.cons.61.num.14. & 15. vol.4. Bal cons. 496. vol.4. Ruin. cons.89. n.6. vol.1. & cons.143.nu. 18. vol.5. Guid. Pap.q.208. Boer. decis.213.n.19 p.1. Tiraq.* qui innumeros idem sentiētes refert *de retract.consanguin.§.1 gloss.13.n.11. & 12. Surd.decis.35. per totam. & cons.338.n.14. vol.3.* tum quia vectigal, seu datium soluitur ratione fructuum, fructus autem ipsi percepti sunt proprij conductorum. *l.1. vbi Bart. C.de agric. & censit. lib.11.* aliamquè sumunt naturam, ac cum essent solo coniuncti. *Bald cons.31. circà med. vol 1.* tùm verò quia & Ecclesia ipsa hoc non vtitur priuilegio, si negocietur. *d. cap. quamquam. & ibi gloss. verb. negociandi,* neque igitur ij, qui conducunt tantùm causa negotiādi eo frui debent. *glos. Card. & Imol. in clem. præsenti. de censib.* cum alijs rationibus, de quibus per *Rip. lib.2. resp. c.22.* ait qui hāc opinionem esse crebriorem, & veriorē. Si tamen pro fictu solueret conductor partem illorū fructuum, tūc gaudebit priuilegio clericorum ratione dictorū fructuum. *Rimin. Sen. cons.747. vol.4.* Aut quando esset conuentum inter clericum, & conductorem, quòd clericus proprijs sumptibus teneretur dare fructus conductos ad domum ipsiusmet conductoris, vt post *Bald.* dicit *Rol d.cons.61.nu.20.* & post *Bart. Bald. Salic. & Bertachin.* dicit *Surd. cons.301.nu.7. & 8. Grass. de effect. cleric. effect.3. n 91. & Caualcan. decis. 44. num.98. & seqq p.1.* Seù quando esset consuetudo in contrarium. *Dec. cons.48. in princ.* Siuè quando collecta, aut gabella esset ità excessiua, vt magna cum difficul-

tate,

tate, & magno cum detrimento clerici inuenirent conductores, & fictuarios, & cogerentur minoris locare, quàm faciant alij seculares, tunc enim conductores gaudebunt priuilegio clericorum. *Federic. dicto cons. 111. nu. 10. Felin. in d. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. nu. 99. appostil. ad Abb. in c. qua in Ecclesiarum. n. 2. de constit. Port. cons. 184. n. 9.* tùm quia fieret contrà *c. fin. de immun. Eccles. in 6.* tùm verò quia per laicos neque per indirectum Ecclesia grauari potest, *Anchar. cons. 112. & not. in dicto c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ.*

2 Neque est immunis à solutione gabellæ emptor frumenti a clericis, licet clerici sint exempti. *gloss. in clem. fin. verb. negociandi. vbi etiam Card. & Imol. de censib. Bar. in l. licitatio. §. fin. ff. de publican. Dec. in l. in omnibus. in fin. de regul. iur. Ias. in auth. quas actiones. n. 41. C. de sacros. Eccles. appostil. ab Abb. in c. innonamus. n. 4. de censib. Archid. in c. fin. de censib. in 6. Bertachin. p. 7. de gabel. q. 7. Salicet. in l. vniuersi. n. 2. C. de vectigal. & commiss. Federic. d. cons. 111. nu. 10. Crau. cons. 239. Rol. cons. 61. per totum. vol. 4. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 13. n. 12. Purpurat. cons. 489. nu. 7. & 8. vol. 2. Mandel. cons. 132. n. 3. Bursat. d. cons. 42. nu. 14.* vbi alios citat *vol. 1. Grass. de effect. clericat. effect. 3. num. 88. & seq.* & ità etiam tradunt multi cõmemorati à *Boer. decis. 213. n. 19.* vbi dicit de communiori opinione.

3 Priuilegiũ etenim immunitatis concessũ alicui pro bonis nô trãsit ad singularem successorem, neq. ad eum, in quem bona transferuntur. *d. l. licitatio. §. fin. & ibi Roman. ff. de publican. l. ætatem. §. fin. ff. de censib. Bart. in l. per procuratorem. in fin. ff. de acq. hered. Alex. cons. 35. vers. quartũ verò. vol. 4. Bald. cons. 31. vol. 1. Crauet. cons. 770. nu. 1. vol. 5.*

4 Quia vbi persona est causa priuilegij, mutata persona extinguitur priuilegium. *d. l. p procuratorẽ. & l. 1. C. de impon. lucr. descript. lib. 10. Ias. d. nu. 41. Nat. cons. 311. nu. 5. & 6. vol. 2. Mandel. dicto cons. 132. nu. 3.* Nam emptores à fisco tenentur soluere. *Salicet. in d. l. vniuersi. num. 2. C. de vectigal. & commiss.* Quamuis non desint qui teneant, quòd vbi immunitas à gabellis, & vectigalibus concessa est venditori, censetur etiam concessa emptori, & è contrà, quia immunitas Ecclesiæ extenditur etiam ad alterum, quando alias Ecclesia damnũ sentiret, cum tanti minoris emptores emerẽt ob causã oneris gabellæ. *d. l. licitatio. in fin.* & post *Bald. Gemin. Imol. Nell. & Dec.* concludit *Menoch. cons. 136. num. 14. vers. quinto hanc omnem controuersiam. & num. 19. vol. 2. & de arbitrar. centur. 6. cas. 562. num. 45. & seqq. Imol. cons. 184. Siluan. cons. 9. num. 13. Decian. cons. 51. n. 10. 41. & 42. vol. 3. Surd. cõs. 301. num. 80. & seq. vol. 3. Rimin. Iun. cons. 724. n. 48. & seq. vol. 6. Ricc. in prax. resol. p. 2. resolut. 283.* Prior tamen opinio procedit quando gabella, seù collecta venit soluenda ex actu separato ab emptione, quia in isto casu clerici non læduntur directè, neque indirectè; Secunda verò opinio procedit, quando venit soluenda gabella pro ipso actu connexo, & pro ipso contractu celebrato cum clerico, quo casu sicuti non tenetur clericus, ità nec emens ab eo. *Dec. cons. 48. Io. de Amic. cons. 18. Rol. cons. 61. nu. 18. vol. 4. Menoch. dicto cons. 136. per totum,* & præcipuè *num. 24. vers. non obstat quartum. Surd. dicto cons. 301. nu. 80. & seq. Ricc. in prax. resolut. p. 2. resol. 283.* & ità est intelligendus *Bald. d. cons. 11. circà med. & cons. 496. vers. interdum statutum. vol. 4. Rimin. Iun. cons. 724. num. 48.* quia per indirectum esset contrà libertatem Ecclesiæ, nam tantò minùs Ecclesia, siuè clericus venderet rem suam, quantum est illud onus, pluris enim venditur res libera, quàm onerata. *l. si venditor. in fin. ff. de seru. asportan.* Præterea emptor huiusmodi est immunis, quando emptio facta fuisset cum pacto, quòd sumptibus clerici venditoris deferatur res empta ad talem locum. *Grass. de effect. cleric. effect. 3. n. 91.* vbi plures citat.

5 Vassalli verò, siuè Emphyteotæ Ecclesiæ non tenentur ad solutionem collectarum, & ad onera fiscalia. *Bart. in l. priuatæ. vbi Ang. & Io. de Pat. C. de excusat. mun. lib. 10.* sequitur *Ias. in l. 1. nu. 31. C. de Iur. emphyteot. & in auth. quas actiones. nu. 42. C. de sacros. Eccles. Parpal. in l. placet. art. an clericis imponi possit collecta. vers. moueo quæstionem. C. eod. Bellem. in in clem. 1. nu. 239. de decim. Abb. cons. 9. p. 1. Boss.* dicens tutiorem *in prax. tit. de Principe. num. 128. Grat. cons. 130. lib. 1. Bursat. cons. 25. num. 6. & cons. 42. num. 22. vol. 1. Eug. cons. 69. num. 22. volum. 1. Menoch. de arbitrar. cas. 562. numer. 24. Gerall. commun. opin. n. 726. & in suis resol. crim.*

cas. 12. *num* 4 *Felician. de Solis de censib. tom.* 2. *in addit. ad librum primum, cap.* 1. *num.* 3. *Fachineus. controu. Iur. cap.* 91. *litera C. vers. ego puto. Grass. de effect. cleric. effect.* 3. *nu.* 77. 81. *& seqq.* quia si Dominus nō tenetur, neq. Emphyteota *d. l. priuatæ. Fachinæ. d. vers. ego puto.* nā alioqui Emphyteota duplici onere grauaretur, pensionis videlicet soluendæ Ecclesiæ, & tributi, siue collectæ fisco. Præterea vbi aliquis possidet rem immunem à collectis, & tributis, is non tenetur collectas soluere. *l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. Ecclesia autem Emphyteota possidet rem immunem ex eo, quod bona sunt Ecclesiarum. *l. placet. C. de sacros. Eccles. c. non minus. de immunit. Eccles.* ergo non tenetur ad collectas, cum solutio collectarum non sit pro fructibus, sed pro prædijs. *Alexan. cons.* 37. *vol.* 4. *& cons.* 4. *vol.* 5. *Curt. Sen. cons.* 36. *Bellon. cons.* 27. *nu.* 8. *&* 10. *Nat. cons.* 409. *nu.* 5. *Osasc. decis.* 83. *nu.* 6. Quamuis non desint, qui defendant Emphyteotam teneri ad solutionem collectarum. *Luc. de Penn. in l.* 1. *col.* 2. *vers. vndè si res. C. de imponen. lucrat. descrip. lib.* 10. *Felin. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num.* 99. *de constit. Nat. cons.* 114. *nu.* 18. *Rol. cons.* 61. *nu.* 14. *&* 15. *vol.* 4 *Boer. decis.* 214. *nu.* 19. *addit. ad Thessau decis.* 116. *Caroc. de locat. q.* 25. *nu* 34. 35. *&* 43. *Menoch. de arbitr. cas.* 562. *nu.* 39. *Velasc. de Iur. Emphyteot. q.* 17. *nu.* 11. *& seqq. Gar. de expens. & meliorat. cap.* 12. *nu.* 69. *&* 70. Isti tamen Doctores sunt intelligendi, quando collecta imponeretur non ratione prædiorum, sed pro vtili dominio, idest ratione fructuum, quia tunc videtur Emphyteotam posse cogi ad solutionem collectarum. *Bald. in dicta l. placet. nu.* 26. *Ias. in l.* 1, *nu.* 31. *C. de Iur. Emphyteot. Alex. cons.* 101, *n.* 17. *vol.* 1. *Rol. cons.* 66. *n.* 34. *vol.* 1. *Purpurat. cons.* 50. *n.* 7. *&* 8. *& cons* 332. *per tot. vol.* 1. *Decian. cons.* 51. *num.* 14. *vol* 3 *Rim. Iun. cons.* 353. *nu.* 178. *vol.* 4. *Anguisola. cons.* 52. *nu.* 100. *volum.* 3. *Surd.* plures cumulans *cons.* 338. *nu.* 13. *& seqq. vol.* 3. At prædicti Vasalli siue Emphyteotæ Ecclesiæ, licet dicantur immunes à collectis, vt dictum est, Minoris tamen collectatur res Emphyteotica propter onus canonis. *Purpurat. cōs.* 332. *num,* 3. *Brun. de statut exclus. fœm. art.* 8. *princ. n* 106. *& seqq.* Si verò concessa fuisset res in censum redimibilem, tunc subijceretur solutioni collectarum. *Felician. de Solis, de censib. tom.* 2. *in addit. ad lib. primum. cap.* 1, *nu.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus negligens, aut nolēs defendere clericorum immunitates, an incurrat aliquam pœnam, & n. n. seqq.*

2 *Iudex negligens ea, quæ sunt iuris publici, puniri debet.*

3 *Prohibere qui potest, & non prohibet, tenetur de damno dato.*

4 *Iudex Ecclesiasticus, quando est negligens in administratione rerum Ecclesiæ est deponendus ab officio, & dignitate.*

§. Nonus.

1 SEd quid si Iudex Ecclesiasticus nolit, aut negligat defēderet clericorum immunitates à secularibus depressas, & oppressas, iniuriasq. clericis, eorumq. bonis ab ipsis secularibus illatas arcere, prout sæpissimè sunt laici clericis infesti *c. clericis. de immun Eccles. in* 6. *Chassen. cons.* 58. *num.* 30. an incurrat aliquam pœnam?

2 Nulli dubium est huiusmodi Iudicem Ecclesiasticum esse puniendum. *Chassen. cons.* 38. *Clar. in §. fin. q.* 36. *nu.* 18. *vers. regulariter autem. in fin.* nam Iudex negligens ea, quæ sunt iuris publici, vel per quæ ius publicum, seù Resp. damnum patitur, vel iniuriam, & omittens id quod facere debet punitur. *l. non quicquid. §. si Iudex. & ibi Bart. ff. de iudic.*

3 Quinimò Iudex negligens repetere seruum Ciuitatis, cuius est defensor tenetur in duplum. *l. mancipia. & ibi Bald. & Angel. C. de seru. fugit.* nā qui potest prohibere, & non prohibet, tenetur de damno dato per delinquentem. *l.* 2. *cum seq. ff. de noxal.* & si quis potest resistere de facto ex officio suo ne fiat iniuria, tenetur, ac si ipse iniuriam intulisset. *cap. sicut dignum. §. illi etiam. de homicid. c. dilectio. de sent. excom. in* 6. quia ratione omissionis ità punitur, sicut si malè iudicaret. *Io. Andr. in c.* 1. *vbi etiā Gemin. de sent. & re iud. in* 6. Et tātò magis puniendus venit si fuerit imploratū suum officium. *§.* 1. *auth. vt diff. Iud. auth. si verò contigerit. C. de iudic. Bart. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. Ias. in*

§. præ-

§.prateteà. Inst. de act. & tenetur actione in factum ad interesse partis. *Io. Andr.in d.c.1. vbi etiam Gemin. de sent. & re iud. in 6. & in c. legitima.* vbi pariter *Gemin. de appellat. Bart in l.si Iudex. in fin. ff.de var.& extraord. cognit.* & facit iniuriam clericis.*l.1.§.permittitur.& ibi Bar.ff.de aqua quotid. & ast. Aret. in § 1.col.5.vbi Ias. col.2. Instit. de action.* Addatur quòd eo magis sit puniendus, quia cum Iudices iurare soleant subditos suos,quantum possibile erit,seruare illæsos, & omnibus,vbi iuris erit,iustitiam exhibere. *auth. iusiur. quod præstat. ab his qui admin. accip.* cum hæc non seruet, vtique est puniendus tanquam periurus; Periuri autem si sunt beneficiati,sui sunt beneficijs priuādi. *c querelam.cum ibi not. de iureiur.* & dicetur *in 2.p. in tit.de Pœnis Cler.in §.21.n.11.*

4 Quinimò vbicunque Iudex Ecclesiasticus est negligens in administratione rerum Ecclesiæ,est deponendus ab officio,& dignitate.*l.si quos.C.de offic.Præfect.Prætor.Orient.vel Illyric.gloss.fin.in cap.sæpè.12.q.2.& in c.eà quæ. verb.negligentia.de offic.Archid.Abb.in c.ea quæ.in princ. de stat.Monach.Felin.in c.edoceri.in fin.de rescript.& in c.1.nu.2. de treug. & pace. Gemin.in c.grādi.de supplen.neglig.Pral.* & multò magis est deponēdus propter negligentiam commissam tàm circà administrationem personæ Ecclesiasticæ, quàm propter negligentiam cōmissam circà res Ecclesiæ, quia malè administrando res Ecclesiæ, ratione negligentiæ offendit solùm Ecclesiam, sed offendendo clericum denegādo ei iustitiam offendit Ecclesiam. *c.2.de for.comp.* & facit iniuriā Deo,cuius legatione fungitur. *Abb.in c.cum sit generale.nu.5. de for. comp.* Præterquam quòd sequuntur plura absurda ex negligentia supradicta,qua vtitur Iudex Ecclesiasticus ex recusatione officij sui,nam facit: vt seculares sentētiam excommunicationis incurrant in deprimendo, & opprimēdo clericorum immunitates, iniuriasq. ipsis clericis faciendo,vt dictum fuit superiùs. Secundo sequitur quòd fit iniuria Ecclesiæ, & clericis per *tex. in c. si diligenti. de for. comp.* Quas omnes supradictas pœnas incurrit Iudex Ecclesiasticus nolens, aut negligens repetere clericum à seculari detentum adhibitis pœnis, & censuris, prout latissimè tenet *Gemin. d.cons.38 per totū.* quem sequitur *Clar.in § fin. d q.36.n.18. Diaz.in pract.crimin.canon. cap.62. n.8. & 13. Farinac.in prax.crimin.tom.1.p.1. q.8.nu.46 .vers.amplia.18.* vt dictum fuit *in tit.de fauor. Clericor. Person. in §.12. num.16.*

De Exemptionibus Clericorum à Statutis secularium.

SVMMARIVM.

1 *Statuta, & Edicta secularium quantumuis indeterminata, & generaliter loquentia non ligant clericos. & quare. nu. 6. & 8.*

2 *Statuta, & edicta secularium quamuis honesta, & bona non comprehendunt clericos.*

3 *Statuta, & edicta secularium nõ comprehẽdunt clericos, quamuis sint clericis vtilia, & fauorabilia.*

4 *Statuta, & edicta laicorum non solùm non extenduntur ad clericos, sed neque etiam ad bona Ecclesiastica.*
Bona Ecclesiastica non ligantur statutis laicorum.
Donata Ecclesiæ efficiuntur sancta.

5 *Bona patrimonialia clericorum non ligantur statutis secularium.*
Bona veniunt accessoriè ad personã.

6 *Clerici sunt exempti de iure Diuino à Iurisdictione secularium.*

7 *Paria sunt foro ligari, & statutis subijci.*

8 *Statuta secularium si comprehenderẽt clericos, essent contrà libertatem Ecclesiasticam.*
Libertas Ecclesiastica in quibus casibus lædi dicatur. n. n. seqq.

9 *Libertas Ecclesiastica læditur, quando fit aliquid directè, siuè indirectè contrà priuilegia, aut prærogatiuas concessas Ecclesijs, Ecclesiasticis personis, ac piæ causæ.*

10 *Libertas Ecclesiastica læditur quando clerici fiunt timidiores, & laici audaciores propter statuta, siuè edicta secularium.*

11 *Libertas Ecclesiastica læditur quando propinqui clericorum, siuè aliæ personæ eorundem clericorum intuitu opprimuntur.*

12 *Libertatis Ecclesiasticæ in cõtemptum carcerantes, vel molestantes Episcoporum, & Iudicum Ecclesiasticorum Ordinariorum consanguineos, & affines sunt ipso facto excommunicati.*

13 *Paria sunt committere aliquid in aliquem, vel in illos de domo sua.*

14 *Pœna suos auctores tenere debet.*

15 *Libertas Ecclesiastica læditur, quando clerici fiunt deterioris conditionis, quam sint laici.*

16 *Libertas Ecclesiastica læditur, quando fit iniuria vni Ecclesiæ.*

17 *Ecclesia vna offensa vniuersalis Ecclesia offensa dicitur.*

18 *Libertas Ecclesiæ læditur, si offenditur vnus Episcopus.*

19 *Libertas Ecclesiastica læditur, quando impeditur Ecclesiarum ædificatio.*

20 *Libertas Ecclesiastica læditur, quamuis non impediretur absolutè Ecclesiarum ædificatio sed cum conditione.*

21 *Ecclesia ad Sacerdotem, Palatia ad Imperatorem pertinent.*

22 *Libertas Ecclesiastica læditur, quando Ecclesijs, siuè personis Ecclesiasticis tolluntur, siuè illa prohibentur, aut impediuntur vti rebus sibi concessis de iure cõmuni Canonico, vel Ciuili.*

23 *Ius commune difficiliùs tollitur, quàm priuilegium.*

24 *Libertas Ecclesiastica læditur, non solùm si directè, vel indirectè, sed etiã si sub inuolucro verborum aufertur, quod clericis de iure communi reperitur concessum.*

25 *Libertas Ecclesiastica neque directè, neque indirectè lædi potest.*

26 *Libertas Ecclesiastica læditur, vbi in consequentiam redundat aliquod Ecclesiarum, siue clericorum detrimentum.*

27 *Loquentis intentio, & affectus est attendendus.*

28 *Libertas Ecclesiastica quamuis lædatur in parte etiam minima consideratur, ac si esset magna.*

29 *Statuto laicorum quãdo dubitari posset, quòd intelligerentur comprehensi clerici, posset Episcopus compellere eos, ad quos spectat, vt declarent ipsũ Statutum non extendi ad clericos.*

30 *Episcopus potest tollere, & mandare, vt tollatur Statutũ laicorũ disponens in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ.*

31 Le-

31 *Legem à Principe seculari latam, quæ sine peccato etiam veniali seruari nõ potest, Papa tollere potest, & præcipere, ne seruetur.*

32 *Excommunicati sunt, qui Statuta, seù queuis decreta faciunt contra libertatem Ecclesiasticam. & n. 37.*

33 *Statuta contrà libertatem Ecclesiasticam sunt reuocanda, & cassanda.*

34 *Statuta contrà libertatem Ecclesiasticam sunt abolẽda de libris, & quare.*

35 *Iudex in causa propria nemo esse potest.*

36 *Episcopus est Iudex in his, quæ respiciunt dignitatem Pontificiam, & iura suæ Ecclesiæ.*

37 *Episcopus est Iudex in causa suæ Ecclesiæ, nequè propterea potest allegari suspectus; Imò procuratorẽ in causa suæ Ecclesiæ constituere potest, qui nomine suo petat, & ipse causam audire, & finire poterit.*

38 *Statuentes contrà libertatem Ecclesiasticam sunt ipso iure excommunicati post editionem Statutorum.*

39 *Successores statuentium contrà libertatem Ecclesiasticam non sunt excommunicati.*

40 *Consiliarij populi, qui deputarũt Commissarios ad facienda Statuta, an sint excommunicati, si huiusmodi Cõmissarij aliqua fecerunt contrà libertatem Ecclesiasticam.*

41 *Generalis commissio non comprehendit illicita.*

42 *Statuta laicorum non solum non ligãt Sacerdotes, sed nequè etiam initiatos prima tonsura.*

43 *Statuta laicorum ligant Sorores, & Fratres tertij Ordinis.*

44 *Statuta Vrbis comprehendunt etiam clericos.*

§. Primus.

1 CLERICI sunt exẽpti à Statutis, Legibus, & Edictis seculariũ, ità vt ijsdem non ligentur, quantumcunque indeterminatis, & generaliter loquentibus. *c. 1. & per totam. 10. dist. c. benè quidem. cum seqq. 96. dist. c. quæ in Ecclesiarum. & c. Ecclesia Sancta Mariæ. vbi Dec. num. 233. & DD. de constit. auth. cassa. C. de sacros. Eccles. Abb. in cap. quod clericis. n. 1. 2. 11. 17. 19. & 24. de for. comp. Bart. in repet. l. de quibus. nu. 30. vbi etiam Ias. nu. 1. ff. de legib. & in l. 1. nu. 27. & 28. C. de Sum. Trin. & fid. Cath. Bart in l. filiusfam. §. Diui. num. 12. vbi Alex. nu. 12. Rip. nu. 81. Ias. in 2. lect.* dicens cõmunem *nu. 106. & 107. ff. de leg. 1. Alex. in l. nolle. ff. de acqu. hæred. & cons. 110. & cons. 111. per totum. vol. 2. Signorol. cons. 80. num. 6. Butr. cons. 40. per totum. Castr. cons. 157. num. 1. vol. 1. Barbat. cons. 22. nu. 1. vol. 3. Crauet. cons. 972. n. 5. vol. 5. Alciat. resp. 30. num. 1. vol. 1. Honded.* de communi *cons. 3. n. 11. vol. 1. Surd. cons. 301. per totũ. vol. 3. Azor. Instit. Moral. par. 1. c. 12. q. 3. lib. 5. Rim.* de communi *cons. 15. num. 85.*

2 Quamuis honestis, & bonis, eorundemq. causa sit honesta, & rationabilis ob publicum bonum. *c. benè quidem. 96. dist. Abb. in d. c. quod clericis. nu. 38. vbi etiam Imol. de for. compet. Soccin. Iun. in l. filius familias. §. Diui. nu. 168. vbi etiam Crot. nu. 80. & Ruin. nu. 92. ff. de leg. 1. Ias. in l. quominùs. q. 25. num. 36.* vbi testatur de magis communi opinione. *ff. de flumin. & cons. 161. in vlt. dub. vol. 2. Anchar. cõs. 12. 13. 14. 155. & 298. Calder. cõs. 11. de cõstit. Soccin. Sen. cons. 71. num. 10. vol. 4. Alba. cons. 8. num. 20. Purpurat. cons. 335. nu. 2. Surd. d. cons. 301. n. 14.* vbi refert communem. *& cons. 560. nu. 11. vol. 4. & decis. 20. Menoch.* reijciens contrarium tenentes *cons. 136. nu. 24. vol. 2. Garz. de vltim. fin. illat. princ. 13. nu. 223. Ioan. Lup. in tract. de libert. Eccles. q. 2. nu. 3.* vbi dicit ità obseruatum, & declaratum fuisse per multos Imperatores seculares. *Rot. diuers. par. 2.* dicẽs de magis cõi opinione *decis. 50. n. 25.* quicquid post *Bart. in l. cũctos. C. de Sum. Trin. & fid. Cath.* scribant *Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 4. de reg. iur. in 6. Menoch.* non sibi constans *cons. 1000. & alij.* dicentes Statuta generalia laicorum, nullam facientia mentionem clericorum, vel Ecclesiarum, sed tendentia aduersus ea, quæ clericis competunt non tanquam priuilegiatis, sed vt cuilibet de populo clericos ligare, dummodò honesta sint, quia doctrina *Bart.* & sequacium communiter reprobatur, vt testantur *Dec. in d. c. Ecclesia Sãctæ Mariæ. n. 233.* qui multos adducit. *& ibi Felin. nu. 89.* non enim sufficit publicum bonũ, & honesta ratio, vbi deficit potestas legislatoris, quæ deficit vbicũque tollitur

Ecclesiasticis, quod eis iure cōmuni quæsitum est. *Bald. in l. 1. num. 55. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 7. & Felin. num. 38. Purpurat. cons. 335. n. 2. Euerard. cons. 42. num. 4. 5. & 40. Surd. d. cons. 301. num. 18. & seq. & nu. 30. Alderan. de general. stat. interpret. concl. 1. num. 7. & 8.* Præterea lex Principis secularis, alioquin iusta, & honesta valet, quatenus nō repugnat iuri Canonico. *cap. 2. & ibi not. Abb. de desponsat. impub. Couar. in Epitom. de sponsal. p. 2. c. 6. nu. 18.* in hoc autem casu apertissimè videntur talia Statuta repugnare Iuri Canonico.

3 Neque huiusmodi statuta cōprehenderēt clericos, quamuis essent clericis vtilia, & fauorabilia. *dicta auth. cassa. d. cap. 1. 10. dist. d. c. quæ in Ecclesiarum. & d. c. Ecclesia S. Maria. & ibi Abb. n. 26. & DD. de constit. Abb. in c. cum causa. nu. 4. de sent. & re iud. & cons. 83. nu. 2. Bart. in d. l. 1. n. 27. & 28. C. de Sum. Trin. & fid. Cath. & in repet. l. de quibus. nu. 30. vbi etiam Ias. n. 1. Lap. alleg. 100. nu. 4. Alex. cons. 211. nu. 3. vol. 2. Soccin. Sen. cons. 1. nu. 9.* vbi de communi testatur. *vol. 2. cons. 14. in princ.* vbi dicit pariter communem. *& cons. 46. nu. 8. vol. 4. Grammat. decis. 29. n. 15. Io. de Amic. cons. 14. nu. 5. Honded. d. cons. 3. n. 11. Surd. d. cons. 301. nu. 13. 14. 29. & 67. Menoch. de recuper. poss. remed. 14. num. 156. Costa. de remed. subsid. remed. 93.*

4 Huiusmodi autem clericorum exemptio à Statutis laicorum non solum procedit respectu personæ, sed bonorum Ecclesiasticorum. *d. c. benè quidem. cum seqq. 96. dist. c. cum laicis. de reb. Eccl. non alien. d. c. quæ in Ecclesiarum. & ibi DD. & dicto c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. vbi gloss. verb. personis. Abb. num. 2. Felin. nu. 10. & Dec. num. 38. & DD. d. auth. cassa. Turrecr. in c. si Imperator. conclus. 2. 96. dist. Euerard. cons. 30. num. 9. & cons. 42. num. 7. 20. 42. & ferè per totū. Surd. d. cons. 301. n. 46. 62. & seq. & cons. 338. num. 1. & seqq. vol. 3.* quia ea, quæ dantur Ecclesiæ, efficiuntur Sancta Sanctorum. *Leuit. 27. c. nulli. c. videntes. §. nulli liceat. vbi Archid. & Gemin. & cap. quicunque. 12. q. 2.* & non curamus vndè res venerit, vel à quo ducat originē, sed penès quem reperiatur. *Bart. in l. quominus. num. 25. de flum. Vasqu. de success. creat. lib. 1. §. 20. nu. 654. Surd. d. cons. 301. num. 9.* & propterea huiusmodi bona sunt exempta à laicali Iurisdictione. *Oldrad. cons. 83. nu. 5. Azor. Instit. Moral par. 1. lib. 5. c. 12. §. ego sanè. & §. obyciet quispiā. Bellarmin. tom. 2. controu. de cleric. lib. 1. cap. 28. §. fin. vers. & quod de personis.* vbi plures allegat, & reprobat *Couar. pract. quæst. cap. 31.*

5 Quinimò etiam respectu bonorum patrimonialium, quia bona veniūt accessoriè ad personam, & maximè vbi agimus de foro. *Abb. in d. c. Ecclesia Sācta Mariæ. nu. 21. & in repet. nu. 20. & 26. vbi etiam Felin. nu. 8. Imol. in c. constitutus. nu. 6. de rest. in integr. Soccin. Sen. cons. 65. num. 6. vol. 4. Bursat. cons. 42. num. 3. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 449. num. 35. vol. 4. Honded.* de communi *d. cons. 3. nu. 12. & cons. 20. n. 6. & 11. vol. 2. Surd. d. cons. 301. n. 64. & seqq. & decis. 20. nu. 10. & decis. 160. n. 9. & 10. Euerard. d. cons. 42. n. 5.* & ferè per totum. *Maran. in sua disput. 8. n. 13. vers. quantum enim.*

6 Duplici autem potissimum ratione Statutis laicorum clerici non ligantur. Prima, quia clerici sunt exempti de iure Diuino à Iurisdictione secularium. *gloss. in d. c. si Imperator. verb. discuti. 96. dist. & in c. quamquā. verb. diuino. de censib. in 6. Alciat. in c. cum nōn ab homine. in princ. & ibi DD. de iud. Couar. pract. quæst. c. 31. n. 1.* vbi latissimè, & melius sentiens, quàm fecerit *in Epitom. de sponsal. par. 2. cap. 6. nu. 20. Nauar. in c. nouit. nu. 6. & 30. de iudic. Bursat.* multos cumulans *d. cons. 42. num. 2. & cons. 93. nu. 20. vol. 1. Rol. cons. 4. n. 7. vol. 1. Vasq. de success. creat. p. 1. lib. 3. §. 22. limit. 17. n. 58. & seq.* vt latiùs dictū fuit *in tit. de fauor. Cleric. Person. in §. 1. num. 18. Duar. in com. Bull. Cœn. Domini. lib. 2. Canon. 15. q. 18. n. 6. vers. secunda sententia. cum seqq.* vbi refellit opinionem Theologorum sentientium immunitatem Ecclesiasticam esse de iure humano.

7 Paria autem sunt foro ligari, & Statutis subijci. *cap. 2. de constit. in 6. Berò. in c. quæ in Ecclesiarum. n. 12. de constit. gloss. in l. 2. ff. de eo quod cert. loco. DD. in l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. & in d. c. quod clericis. Alex. cons. 210. nu. 2. & cons. 211. nu. 3. vol. 2. Dec. cons. 283. Soccin. Sen. d. cons. 71. nu. 2. vol. 4. Surd. d. cons. 301. n. 16. & seqq.* cū igitur laicis desit Iurisdictio suprà clericos, deficit quoquè statuendi potestas, quia vbi est eadem ratio ibi idem esse debet ius. *l. illud. ff. ad leg. Aquil.*

8 Secunda autem ratio est, quia huiusmodi Statuta sunt contrà libertatem Ecclesiasticam, & proindè clericos arctare nequeunt defectu potestatis condentis. *c. clerici. de iudic. c. si diligenti. de for. comp. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n. 40. vers. primo propter. de constit. Alexand. cons. 210. num. 1. & seqq. vol. 2. Purpurat. cons. 335. num. 2. vol. 1. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. §. tertio quæritur. vers. nulla enim lex*, vbi post multos ab ipso allegatos testatur hanc esse communem opinionem.

9 Statuta verò contrà libertatem Ecclesiasticam dicuntur, quando directè, siuè indirectè sunt contrà priuilegia, aut prærogatiuas concessas Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, & piæ causæ à Papa, vel à Principe seculari. *Innoc. in c. nouerit. nu. 1. & 2. & ibi Abb. num. 2. & Butr. num. 9. de sent. excom. Imol. in c. nouit. nu. 2. vbi Abb. nu. 2. de iudic. Dec in d. c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 6. Bart. in d. l. cunctos. vers. quintò quæro. & in auth. cassa. nu. 3. & 5. vbi etiã Salicet. C. de sacrosanct. Eccles. idem Bart. cons. 187. Alex. cons. 209. nu. 3. & 14. vol. 2. Barbat. cons. 31. num. 1. & 2. vol. 4. Abb. cons. 63. in princ. p. 1. Soccin. cons. 55. vol. 1. Lap. alleg. 92. num. 1. & seq. Anchar. dicto cons. 12. nu. 3. & 4. Tolet. in Instr. Sacerd. lib. 1. cap. 37. vers. libertas autem. Thusc. tom. 5. pract. conclus. iur. verb. libertas Ecclesiastica. conclus. 342. num. 12.*

10 Item quando clerici efficiuntur timidiores, & laici audaciores propter talia Statuta. *l. 1. §. quæ onerandæ. & ibi Bart. & Angel. ff. quar. rer. act. gloss. in auth. de non alien. §. vult enim. Abb. in d. c. nouerit. nu. 2. & cons. 83. nu. 1. & cons. 88. in princ. p. 1. Bald. in Rubr. de constit. nu. 3. & Dec. in d. c. Ecclesia S. Maria. nu. 11. Card. & in cap. perpendimus. de sent. excom. Marian. Soccin. in c. si clericus. nu. 11. vers. quartò quæro. de for. comp. Bart. in d l. cunctos. & in dicta auth. cassa. vbi etiam Bald. nu. 4. Barbat. cons. 23. col. pen. & cons. 34. nu 9. & 11. vol. 3. & d. cons. 31. nu. 1. vers. subdit postea. Matth. de Afflict. in tract. de iu. protbomis. §. 9. nu. 16. Alba. cons. 8. num. 3.*

11 Itidem quãdo propinqui clericorũ, siuè aliæ personæ eorũdem clericorum intuitu opprimuntur. *Bart. in l. 1. in fin. & ibi addit. ff. de his qui pœna nom. & in l. si penès. C. de agricol. & censit. lib. 11. Angel. in l. 1. vbi etiam Bald. ff. vt in ius vocat. eat. Gozadin. in l. omnes. nu. 91. vbi etiam Crot. n. 94. ff. de Iust. & Iur. Bald. in l. fin. in fin. C. de indict. viduit. tol. Dec. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Maria, num. 179. vbi etiam Felin. nu. 99. Federic. cons. 111. n. 10. Ruin. cons. 8. vol. 5. Thessau. decis. 116. n. 9. Decian. in tract. crimin. lib. 2. c. 34. num. 9. Alderan. de gen. Stat. interpret. conclus. 1. nu. 141. & seqq.*

12 Huiusmodi autem directè, vel indirectè carcerantes, vel molestãtes Archiepiscoporum, Episcoporum, Superiorum, & inferiorum Prælatorum, & omnium aliorũ quoruncunque Iudicum Ecclesiasticorum Ordinariorum consanguineos, & affines in contemptũ libertatis Ecclesiasticæ sunt ipso facto excommunicati. *c. sciant. & ibi gloss. verb. consanguineos. de elect. in 6. c. quicunque. de sent. excom. in 6. & Bulla Cœnæ Dñi Vrbani VIII. nu. 16.* vt dictum fuit *in tit. de fauor. Cler. Can. in §. 2. n. 21.*

13 Quia paria sunt committere aliquid in aliquem, vel in illos de domo sua. *Lap. alleg. 29. num. 7. Barbat. cons. 29. in princ. vol. 4. Curt. Sen. cons. 27. nu. 30. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 34. num. 7. & 8.*

14 Estquè ab omni ratione alienum, vt innocẽtes consanguinei, & affines puniantur, etiam quòd clerici essent rei, & nocentes, cũ pœna suos auctores tenere debeat. *l. sãcimus. C. de pœn.* & nemo debeat alterius odio prægrauari. *cap. non debet. & ibi Dyn. & DD. de reg. iur. in 6.* nequè alteri per alterum iniqua cõditio debeat afferri. *l. non debet. ff. de reg. iur. l. si quis in suo. in fin. C. de inof. test. toto tit. C. ne fil. pro patr. toto tit. C. ne vxor pro mar. §. quoniam verò. vers. aut damnã eorum inferri vicis. & ibi gloss. auth. vt nulli Iudic.* nequè Statuto, aut pacto id fieri potest, cum Statutum, siuè pactum permittẽs alium pro alio corporaliter puniri sit nullum, inualidum, & iniquum. *Bald. in d. l. sancimus. & in Rubr. C. res inter alios act. nu. 4. & in cap. 2. vbi etiã Dec.* dicens cõmunem. *n. 26. de cõstit. Calcan. cons. 1. nu. 4. Alber. de Statutis. p. 1. q. 51.* atquè contrà ius Diuinum. *Deut. c. 24. Paral. 2. c. 25.* quia anima quæ peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. *Ezechiel. c. 18.*

15 Sunt etiam Statuta contrà libertatem Ecclesiasticam, quãdo clerici fiunt deterioris cõditionis, quàm sint laici. *c. quanto. de priuil. cap. fin. de immun. Eccles. in 6.*

Card.

Card.in d.cap.perpendimus.n.13. Anchar. conf.155.n.2. cum non debeant clerici minùs benè tractari, quàm laici. *c.non minus. de immun. Eccles.*

16 Necnon quando sunt contrà libertatem vnius Ecclesiæ particularis, quia faciens iniuriam vni Ecclesiæ vniuersam Dei Ecclesiam offendit. *Card. in d.cap.perpendimus.in quæst.4. & 5. Dec.in d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.num.12.vers.quartò contrà libertatem. Bal.in repet.d.l.1.C.de Sum.Trin.& fid. Cath. Salicet. in d.auth. cassa.Caiet.in Sum.verb.excommunicatio. cap.31.vers.5.ad fin.*

17 Quia vna est Ecclesia vniuersalis, & vnus thalamus Christi, ita vt dum offenditur vnum membrum, & tota offendatur Ecclesia. *c.quãuis.& ibi Turrecr. 21.dist. cap.loquitur.& cap.rogamus.24. q.1. c.significasti de elect.*

18 Quemadmodum lædere Episcopum est facere contrà libertatem Ecclesię, licet non lędãtur omnes Episcopi. *d.cap.significasti.de elect.c.olim.de iniur. Lap.alleg.92. nu.6. Felin.in d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu.69.vers.sed quod.*

19 Multò magis esset contrà libertatem Ecclesiasticam quãdo huiusmodi Statutis impediretur Ecclesiarum ædificatio, quæ libera esse debet, eo etenim casu imminueretur cultus diuinus, cum per sanctissimas Ecclesias sustineatur Imperium, & communes res clementissimi Dei gratia muniuntur, & omnium animę saluãtur. *c.sunt quidam.1.q.1.c.futuram.12.q.1.c.præcipimus.16.q.1.cap.Ecclesias.ead.q.7.l.quoniam.C.de sacros.Eccles.& l.omnem.l.sanctissimarum. & l.sãcimus.§.sed si quidem. C.de Episc.& cler.Caccialup.in l.cunctos. nu.2.C.de Sum.Trinit & fid.Cath.Thusc. practic. conclus. tom.5. dicta conclus.342. num.75.& sequentibus.*

20 Etiamsi non impediretur absolutè, sed cum conditione, putà si statueretur, ne Ecclesiæ cõstruerentur absquè licentia secularium, cum nõ ad seculares, sed ad Episcopos spectet huiusmodi licentiæ concessio. *c.ad audientiam.de Eccles.ædif.cap.de locorum. cap.præcepta. c.basilicas. cap.Ecclesia.& c.nemo.de consecr. dist.1. auth.de Eccles.titul.per totam.& authen.vt null. fabric.orator.dom.præter volunt. Episcop. Conc.Trid.sess.21.c.7. de reform.* vt etiam dictum fuit *in tit.de Disciplina Clerical.in §.1.nu.11.* Et licet à Valente, & Theodosio, & Archadio Imperaroribus fuerit prohibitũ Ecclesias ædificari sine Principis licentia. *l.nemo.C. de relig. & sumpt.fun.* hoc tamen fuit de facto, & propterea fuit reuocatum per *Iustinianum in d.l.sancimus. §.si quidem. & in d.auth. vt null. fabric.orator.dom.& ibi Cuiac.*

21 Nã ad Imperatorẽ Palatia pertinẽt, Ecclesiæ verò ad Sacerdotem. *D. Ambros. in Epist. 13. ad Marcellinam sororem. c.conuenior.§.ad Imperatorem.23. q.8.*

22 Postremò dicuntur quoquè illa contrà libertatem Ecclesiasticam quando Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis tolluntur, sinè illæ prohibentur, aut impediuntur vti rebus, & facultatibus, & alijs rebus sibi concessis de iure communi Canonico, vel Ciuili. *c.quanto.de priuil.c.cum terra. de elect.d.c.quæ in Ecclesiarum.& d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. & c.Ecclesia Sanctæ Mariæ. vt lit.pend. c fin.de immun.Eccles.in 6.Butr. in c.nouerit. col. pen.de sent.excom. in d.c.cum terra. & ibi Abb.Imol.de elect.Dec.in d.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ.n.7.8.& 9.Felin.nu.68. & seq.vbi etiam Butr. & Imol. de constit. Card.in d.cap.perpendimus.nu.13. in fin. Bart.in l.1.§.quæ onerandæ.nu.3.ff.quar. rer.act.& in dicta auth.cassa.in quæst.de statut.imponen.pœnam pro homicidio. vbi etiam Salic.nu.9.& Fulgos.& Bald.vers. sed quæritur.Bald.in dicta l.cunctos.vers. nunc de tertio membro.Crot. in l.filiusfamilias. §.Diui. nu.84.& seq.Alex.nu.12. Rip.n.82. & Opizo. n.94.ff.de leg.1.Cou. in reg.possessor. p.2.§.5.nu.8. de reg. iur. in 6. Alex.cons.121.vol.1.cons.209. nu.14. cons.210.nu.11.& cons.211.num. 3.vol.2. Card.cons.194.Dec.cons.114.col.fin. vers. tertio principaliter tenet. Calcan. cons.7. n.14.& seq. Barbat.cons.31.vol.4.Anchar. d.cons.12. num.3. Alb. d.cons.8.nu.3.Abb. cons.83. Lap.alleg.92. Cassan. in cõsuetud. Burgũd.Rubr.9.§.10. Grãmat.decis.100. nu.13.Thusc.pract.conclus.Iuris.verb.libertas Ecclesiastica. d.conclus.342.n.8.13. 19.& 137. Caiet.in Sum. verb.excommunicatio.cap.31.vers.5.ad fin.*

23 Quia difficiliùs tollitur ius commune, quàm priuilegium. *l.eius.§.militiæ ff.de testam.mil.Opizo.in d.§.Diui.n.93.* & proindè huiusmodi statuta auferentia ea, quæ competunt clericis de iure communi vigore legis generalis non afficiunt clericos. *Alex.in d.§.Diui.nu.12, vers.tamen ve-*

ritas

ritat. vbi etiam Ias. in 1. lect. n. 74. & in 2. lect. nu. 108. Rip. nu. 81. & seq. Socein. Iun. num. 167. & omnes. ff. de leg. 1. Butr. Imol. Felin. & alij quos refert, & sequitur Con. in d. reg. possessor. in 2. p. §. 4. nu. 7. vers. ex qua. Rum. cons. 23. num. 16. vol. 2. Honded. d. cons. 3. num. 15.

24 Prædicta autē procedūt, siuè directè, siuè indirectè, siuè sub inuolucro verboru clericis auferatur, quod illis de Iure communi reperitur cōcessum. Card. in d. c. perpendimus. n. 13. Maran. in disput. 8. nu. 3. Alb. d. cons. 8. num. 3. Honded. dicto cons. 3. num. 15. vol. 1.

25 Nam nequè directè, nequè indirectè lædi potest libertas Ecclesiastica à statutis laicorum. dicto cap. fin. de immun. Eccles. d. c. quāto. de priuil. c. statutum. de haeretic. in 6. Bald. cons. 31. vol. 1. Anchar. cons. 12. num. 3 & cons. 13. Alexan. dicto cons. 211. num. 7. & 10. vol. 2. Gemin. cons. 74. col. 1. vers. sicut ergò directè. Ias. cōs. 161. col. fin. vers. circà aliam dubitationem. volum. 2. Bellon. cons. 44. num. 1. Alba. dicto cons. 8. nu. 18. & latè Surd. d. cons. 301. ferè per totum, & praecipuè. nu. 75. & 77. cum seqq. volum. 3.

26 Et maximè vbi secundariò, & in consequētiam indè redundat aliquod Ecclesiarum, siuè clericorum detrimentum. DD. in dicto. §. Diui. vbi præsertim Ruin. col. 20. Socein. Iun. nu. 167. cum seq. & Rip. n. 81. Anchar. d. cons. 12. & cons. 13. & post alios Surd. d. cōs. 301. n. 75. & 77. Menoch. cons. 136. nu. 24. vol. 2.

27 Nequè est curandum quomodo, & cū quo quis loquatur, sed in quem voluntas, & loquentis intentio, & effectus dirigatur. l. peto. & l. miles. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. donationi. ff. de leg. 1. gloss. in c. fin. verb. libertatis. de immun. Eccl. in 6. Alex. cons. 211. num. 10. vol. 2. Anchar. cons. 155. n. 7. & 8. Ias. in l. 1. n. 7. ff. de leg. nam multoties vnum in dispositione exprimitur, & ad alium verè effectus dirigitur per obliquum, & hoc debet attendi, non persona interposita, vel expressa. l. 4. §. nunc de effectu. l. si quis. §. 1. de liberat. leg. l. cum dote. ff. ad l. Falcid. cap. quanto. de priuil. gloss. in d. c. fin. de immun. Eccles. Abb. in repet. d. c. Ecclesia Sancta Mariae. num. 31. Anchar. cons. 155. nu. 8. non enim intentio statuentium attenditur, cum satis sit quòd lædāt in effectu libertatem Ecclesiasticam. Alba. d. cons. 8. nu. 6. Caiet. in Sum. verb. excommunicatio. cap. 31. §. sexto nota. Nauar. in Manual. prælud. 7. nu. 12. & 13.

28 Siuè læsio Ecclesiasticæ libertatis fiat in toto, siuè in parte, cum eadem sit ratio totius quoad partem, & è contrà. l. quae de toto. ff. de rei vend. & plùs, & minùs non differunt specie. l. fin. ff. de fund. instruct. Bal. in l. 2. C. de rescin. vend. etiāsi in modico fieret læsio libertatis Ecclesiasticæ, quia non potest dici quòd modica fiat læsio, quando læditur Ecclesia in sua iurisdictione, & libertate, nàm quando læsio inducit cōtemptum, modica læsio consideratur, ac si esset magna. cap. maioribus. vbi gloss. verb. quod in minimis. de praeben. Io. Lup. de liber. Eccl. p. 1. q. 8. n. 2. vers. nam ità læditur libertas. Surd. d. cōs. 301. nu. 90. in fin. & cons. 338. nu. 27. vol. 3. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 44. nu. 9.

29 Et ideò si ex generalitate Statuti laicorum posset aliqua ratione dubitari, quòd intelligerentur comprehensi clerici, tunc posset Episcopus compellere eos, ad quos spectat, vt declarent ipsum statutum non extendi ad clericos ne clerici de facto inquietarentur, licet de iure molestari non possēt. c. peruenit. de arbit. Felin. in d. cap. Ecclesia S. Mariae. n. 107. de cōstit. Anchar. in repet. cap. ea quae. vers. 26. quaero. de reg. iur. in 6. & cons. 155. nu 8. in fin. Butr. in cap. 1. de consuetud. & cons. 40. nu. 2. Capra. conclus. 15. n. 38. & post eos dicit Alderan. de general. stat. interpret. conclus. 1. nu. 79. Palud. in 4. distin. 18. quaest. 3. art. 3. cas. 14. D. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 18. Io. Andr. in c. eos qui. nu. 4. vbi Anchar. num. 1. Gemin. nu. 4 & Franc. n. 2. de immunit. Eccl. in 6. Bald. in l. statuimus. num. 5. C. de Episc. & cleric. Sylu. verb. excommunicatio. 9. n. 50. Angel. eodem verb. 7. cas. 26. num. 1. Sayr. Thesau. cas. consc. de censu. lib. 3. cap. 34. nu. 17. Graff. decis. aur. lib 4. cap. 18. n. 133. Gabriel. cons. 37. nu. 3. vol. 2. Tol. Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 27. vers. aduertè similiter. Surd. cons. 301. nu. 45. vol. 3.

30 Imò, & multò magis si certum esset, & notorium, quòd Statutum laicorum disponeret in præiudicium Ecclesiasticorum, siuè libertatis Ecclesiasticæ, potest non solùm Papa, sedetiam Episcopus illud tollere, & mandare, vt tollatur, & ex se ipso illius obseruantiam prohibere, etiam nemine citato, seù audito. d. c. nouerit. & c. grauem. de sent. excom. Felin. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. nu. 108. & 145. Bald.

in l. presbyteri. 1. nu. 11. C. de Episc. & cler. Victor. in 1. relect. de potest. Eccles. sect. 6. n. 13 & 14. Tolet. in Sum lib. 1 c. 38. n. 15. Archid. in c. qua Lotharius. 2. q. 1. Gemin. in cap. fin. de sent. excom. in 6. Alderan. in dicta concl. 1 nu. 80.

31 Cum Papa, si Princeps secularis legem aliquam ferret erga Rempublicam, quæ absquè peccato seruari nō posset, præcipere possit, ne ea lex seruetur. *c. fin. vbi Imol. & DD. de præscript. gloss. in reg. possessor. vbi Couar. in 2. p. §. 11 nu. 3. & 4 de reg. iur. in 6. Abb. in c. ad nostram. notab. vlt. de probat. & in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. vbi etiam Dec. nu.* 95. *de constit.* etiamsi illud peccatum esset veniale, vt post *Imol.* dicit *Dec. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria. num.* 98.

32 Hi autem, qui Statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vndè libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modò restringitur, seu Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ, ac quarumcunquè Ecclesiarum iuribus quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur, sunt eo ipso excommunicati. *d. c. grauem. & d. c. nouerit. vbi Abb nu. 1. Innoc. n. 2. Felin. nu.* τ. *c. eod. vbi DD. de immun Eccles. in 6. c. non minus & c. aduersus. eod. Nauar. in Man. c. 27. n. 118 & seq. Abb. in c. Ecclesia S. Maria. nu. 31. vbi etiam Felin. n. 96. de const. Anchar. cons. 12. & cōs. 155. n. 8. & 11.* & de cōi opinione testatur *Soccin. in d cap. nouerit. nu. 9. 13 & 14. Bonacoss. in Thesau. com. opin. vers. Statuta laicorum. tom. 2.* & incidunt in sententiam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini, *sub num.* 15.

33 A qua non possunt absolui, nisi priùs Statuta, ordinationes, constitutiones, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, aut libris in quibus nota ta fuerint deleta, & cassata fuerint, ac Sūmum Pōtificem de reuocatione huiusmodi certiorem fecerint. *vt in d. Bulla Cœnæ Domini, sub nu.* 20. *vers. declarantes.* facie *d. c. grauem.*

34 Nequè sufficit corrigi per signaturam, siuè appostillam Statutum, siuè decretum contrà libertatem Ecclesiæ, sed requiritur cassatio, quinimò & totalis abolitio in odium criminis, & ne detur occasio, quòd huiusmodi statutū de facto obseruetur, vel posteris relinquatur eius memoria. *Abb. in d c. nouerit. in prin. Fel. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 109. Bar. in d. auth. cassa. circa fin. Lap. alleg. 21. Tol. d. c. 38. n. 13.* Minùs sufficit protestatio quòd statuentes, siuè decernētes non intelligunt aliquid statuisse contrà libertatem Ecclesiasticam, nisi de iure, nequè quòd in fine statutorum ponant statutum, quòd si quæ sint statuta contrà libertatem Ecclesiasticam, habeantur nulla, & pro non scriptis, quia per hoc nō satisfit Constitutioni. *d. c. nouerit.* sed debent omninò huiusmodi statuta de libris deleri. *Bart. in d. authen. cassa. Lap. alleg. 92. n. 9.* & post eum, & alios, quos refert, & sequitur dicit *Felin. in d. c. Ecclesia Sancta Mariæ. n. 109. Abb. cons. 83. in fin. Card. in d. c. quæ in Ecclesiarum. de constit. Tolet. d. c. 38. num. 13. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 34. nu. 5. antè fin.*

35 Nequè officit, quòd posset dici Episcopum, siuè Papam in supradictis casibus esse Iudices in causa propria contrà *l. qui Iurisdictioni. ff. de Iurisd. omn. Iud. l. vnic. C. ne quis in sua caus.*

36 Quia hæc non est causa, quæ respiciat personā, sed dignitatem Pontificiam, & iura Ecclesiæ, de quibus Papa, seu Episcopus potest cognoscere. *gloss. in c. si quis erga. verb. priuetur. 2. q. 7. Innoc. in cap. ex parte. de verb. sign. Ias. in d. l. qui Iurisdictioni. nu. 10. Bald. in d. l. vnic num. 2. vbi etiam Bart. Azor. par. 2. Inst. Moral. lib. 9. cap. 14. quæst. 3.*

37 Nam & Episcopus potest esse Iudex competens in causa suæ Ecclesiæ, nequè proptereà potest allegari suspectus. *cap. si quis. & ibi gloss. 4. quæst. 7. cap. qui prædia. 12. q. 2. c. dilecto. de sent. excom in 6. Host. in c. ex parte. 2. de verb. sign. & in cap. præsentium. de testib. in 6. Felin. in c. cum venissent. num. 7. de iudic. Bald. in l. 1. C. ne quis in sua caus. iud. Redoan. in tract de reb. Eccles non alien. quæst. 78. cap. 8. nu. 4. & seqq. DD. in cap. venerabili. de censib. Surd. cōs. 50. vol. 1. Oldrad. cōs. 156. Coccin. decis. 79. num. 1. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 48. nu. 8. Gemin. cons. 114. nu. 3. Capic. decis. 12. nu. 11. & decis. 137. n. 1. & 4. Put. decis. 210. n. 3. p. 2. Cas. de Graff. decis. 4. n. 1.*

de

de except. Caffad.decif.6.num.1. de priuil. Rot.diuerf.p.1.decif.361.nu.1. maximè vbi commodum non venit fibi applicandum. *Abb.in c.venerabili.nu.4.de cenfib.* quidquid aliter fentiant alij. Et poteft Epifcopus cõftituere procuratorem in caufa Ecclefiæ, qui petat nomine fuo, & Ecclefię, & ipfemet Epifcopus audire, & definire ipfam caufam tanquam Iudex. *Gemin. dicto conf.114.nu.4.*

38 Nequè pro delendis huiufmodi Statutis, fiuè decretis contrà libertatem Ecclefiafticam eft affignatum aliquod tempus ad effugiendam dictam excommunicationem, fed ftatutarij, & fupradicti omnes, de quibus in *d.cap.nouerit, §.item excommunicamus.* funt ipfo iure excommunicati ftatim poft ipfam editionem. *gloff.in dicto cap.grauem. verb.promulgare.* quam ibi DD.fequuntur. *& in d.cap.nouerit.vbi Innocent.num.3. Abb.num 3.Card.num.3. Hoft.Io.Andr. Butr. & Boych.de fentent. excom.* Notandum tamen eft in huiufmodi excommunicationem non incidere Confiliarios, quorum voto non fuerunt condita huiufmodi Statuta, nifi in eorum fuerit poteftate illa reuocandi. *Innoc. Butr. & alij.in d.c.nouerit.*

39 Nequè fucceffores ftatuentium funt ipfo iure excommunicati, quia iuftã ignorantiæ caufam videntur habere, nam qui in ius fuccedit alterius, iuftam ignorantiæ caufam cenfetur habere. *l.qui in ius. ff.de reg.iur.*

40 Nequè funt excommunicati Confiliarij alicuius populi, qui deputarunt aliquos Commiffarios ad facienda Statuta, & fi illi Commiffarij fecerint aliqua cõtrà libertatem Ecclefiafticam. *d.c.grauem.*

41 Quia in generali commiffione non venit poteftas faciendi illicita. *cap.1.de iureiur.in 6.Abb.in d.c grauem.num.5.& Felin.nu.1.* nifi quando huiufmodi Confiliarij fuerint negligentes in illis delendis, vt fi quám citò fciuerunt Statuta effe contrà libertatem Ecclefiafticam, non deleuerint, vel officium dimiferint. *Innocent. in d.c.nouerit. nu.3.*

42 Huiufmodi autem laicorum Statuta non folùm non ligant Sacerdotes, nequè promotos ad ordines minores, imò nec initiatos prima tonfura. *gloff.in c.nullus. verb.tonfura.de temp.ordin.in 6.Dec.latè in d.c.Ecclefia Sancta Maria.n.19.20.21. & feqq. vbi etiam Felin.n.110. Alexand. conf.210.nu.1.& 2.vol.2. Barbat.conf.45. nu.2.vol.2. Marfil.conf.67.n.58. Mandof.* de communi in *1.quaft. regul.24. de malè promot.Rol.conf.4 n.7.vol.1. Couar.pract. quaft.cap.31.nu.5. in fin.& n.9.* vbi communem dicit *Farinac. de inquifit. q.8 n.5.*

43 Sorores verò Tertij Ordinis mãtellatæ, & fratres eiufdẽ Tertij Ordinis ligãtur Statutis laicorum. *Soccin.in c.1. de for. comp.& conf.230. col.pen. circà fin.vol.2. Parif.conf.40.nu. 15.& 16.per totũ.vol.3.* quia propriè non dicuntur religiofi, nec perfonæ Ecclefiafticæ, nifi viuant fub Regula, prout dictum fuit *in tit. de Difcipl. Cleric. in §.2.n.19.* & propterea Tertiarij huiufmodi, & mulieres non viuentes fub regulari obferuantia conueniuntur fub Iudice feculari. *Abb.in c.caufa.n.2.de iudic. & in c.2.num.11.vbi etiam Soccin. de for. comp.Aufrer. de poteft.fecul.fuper Ecclef. perfon.reg.2.num.37. Couar. pract.quaft. c.34.nu.4. Viuius conf.49.nu.10. Eugen. conf.26.nu.15.* vbi teftatur de magis communi opinione. *& nu.18.& 26. Farinac. de Inquifit. q.8.num.46. Federic.conf.150. Cald.conf.7.de for.compet. Franc. Marc. decif.49.num.10. & nu.fin.lib.1.Gratian. difcept.forenf.par.2.cap.236.nu.34.* & tenentur ad tributa, collectas, & regalia. *Decian. tom.1.criminal.lib.4.cap.9.n.34.* quamuis aliqui teneant, quòd fi prædictæ mulieres vitam virginalem fimpliciter, exprefsèq.vouerint, etiãfi habitent in proprijs, aut confanguineorũ domibus, gaudeant priuilegio fori.

44 Statuta tamen Vrbis cõprehendunt etiam clericos tanquam Statuta Papalia. *Rot.diuerf.decif.452.nu.1.& 2. par.1.*

SVMMARIVM.

1 *Iurifdictio non poteft exerceri in non fubditum.*
2 *Statuta laicorum loquentia fingulariter, & per verba præceptiua, prohibitiua, & directa in perfonam non ligant clericos.*
3 *Statuta condere eft iurifdictionis.*
4 *Statutum affumit vires à poteftate ftatuentis.*
5 *Lex humana vt dici poffit iufta, tria requiruntur.*
6 *Imperator, fiuè Principes feculares non habẽt poteftatem fuper Ecclefias, nequè Ecclefiafticas perfonas.*

7 *Sacerdotes in testamento veteri fuerunt à Principibus secularibus depositi ab officio sacerdotali, imò etiam interfecti, & quomodo hoc intelligi debeat.*

8 *Sacerdotes iure Diuino nouo, & Euãgelico sunt omninò exempti à Iurisdictione Principum secularium.*

9 *Sacerdotes noua legis maioribus prærogatiuis gaudent, quàm gauderent Sacerdotes veteris legis.*

10 *Potestas Ecclesiastica in veteri testamento an fuerit distincta à seculari.*

11 *Potestas Sacerdotalis, & Regalis, Ecclesiastica, & secularis enumerantur inter prærogatiuas primogenitorum.*

12 *Primogenitus olim qui erat, & Princeps, & Pontifex erat.*

13 *Melchisedech fuit Rex, & Sacerdos.*

14 *Iob fuit Princeps, & Sacerdos.*

15 *Imperatores Romani Pontifices quoquè vocabantur.*

16 *Reges olim qui erant apud varias nationes, & Sacerdotes erant.*

17 *Moyses fuit Sacerdos, & Princeps.*

18 *Salomon eiecit Abiatar Sacerdotem, & quare,*

19 *Eleazarus summus Sacerdos quomodo dicatur, quòd fuerit subiectus imperio, & præceptis Iosue.*

20 *Clerici quomodo ligẽtur Statutis laicorum obligatione directiua, non arctatiua.*

21 *Saul imperauit trucidari Sacerdotes non iure, sed de facto.*

22 *Cathedraliũ Ecclesiarũ qualitèr Principes patroni dicantur.*

23 *Libertas Ecclastica nullatènus infringi potest ab Imperatore, nequè ab alio Principe seculari.*

24 *Libertas Ecclesiastica est de iure Diuino, naturali, gentium, ac positiuo.*

25 *Imperialis lex quando recipiatur in foro Ecclesiastico.*

26 *Imperatores, & reges quare olim interueniebant in electione Papæ.*

27 *Cardinales soli habent ius eligendi Papam.*

28 *Imperator recognoscit Imperium ab Ecclesia.*

29 *Imperium transfertur ab Ecclesia de gente in gentem.*

30 *Papa duplicem habet potestatem spiritualem, quam administrat per se, & ceteros Ecclesiarum Præsules, Temporalem, quam in locis Ecclesiæ Romanæ subiectis per se, in alijs mundi partibus opera Imperatorũ, & aliorum Principum exercet.*

31 *Clerici seculares moram trahentes in alieno territorio subijciuntur Iurisdictioni Episcopi illius territorij.*

32 *Laici possunt fauorabiliter ad clericorum fauorem statuere.*

33 *Statutum secularium iustum, fauorabile, & honestum ligat clericos, modò non sit arctatiuum, vel prohibitiuum personarum, & quomodo hoc intelligi debeat. nu. 35. & seqq.*

34 *Statutis pretia rerum moderantibus ligantur clerici.*

35 *Statutum laicorum iustũ, fauorabile, & honestũ non ligat clericos vi Statuti laicalis, sed vi solius rationis.*

36 *Statuto, & lege laicorum uti possunt clerici pro se.*

37 *Statutum laicorum prodest clericis, non æquè nocet.*

38 *Clerici possunt inducere leges laicorũ in quantum faciunt pro se ipsis, & non acceptare in quantum faciunt contrà ipsos.*

39 *Statuto, quo cauetur instrumentum guarentigiatum habere executionem paratam poterit clericus vti contrà laicos, non tamen laici contrà clericum.*

40 *Clericus vtens Statutis laicorum cogitur illis vti cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus.*

§. Secundus.

1 CVm igitur clerici sint exempti à Iurisdictione secularium, nec possint esse de eorundem secularium Iurisdictione, vt dictum fuit *in tit. de fauor. Cleric. Person. in §. 2.* non potest consequenter aliquid eis imponi contrà libertatem Ecclesiæ. *Abb. in d. c. quæ in Ecclesiarum. n. 1. & 2. de constit. & in c. grauem. nu. 4. de sent. excom.* Quia Iurisdictio non potest exerceri in nõ subditum. *c. per venerabilem. qui fil. sint legit.*

2 Et maximè vbi Statuta loquũtur singulariter, & per verba præceptiua, prohibitiua, & directa in personam. *Socciu. Iun. cons. 1. num. 9. cum seqq. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 449. numer. 32. & seqq. vol. 4. Bursat. cons. 93. nu. 45. vol. 1.* vt dicetur inferius.

3 Et condere Statuta sit Iurisdictionis. *glos. 1. in l. 1. ff. de Iurisd. omn. Iud. Bar. in l. omnes. num. 3. vbi etiam Caccialup. & Rom. ff. de Iust. & Iur. Innoc. in c. cum accessissent. de constit.* facit *c. vt animarum. eod. in 6. & l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud.* sed laicis suprà clericos est interdicta omnis Iurisdictio, vt dictum fuit *in tit. de fauor. Cler. Person. in §. 1.* & ferè per totum illũ titulum. Ergò laico super clericos est interdicta potestas statuẽdi. *Barbat. cons. 29. n. 4. vol. 4. Surd. d. cons. 301. n. 15. & seqq.* cum neque potestas secularis libertatem, & immunitatem clericorum nequeat declarare, aut interpretari. *Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 10. & Felin. num. 17. de const. Azor. lib. 5. Instit. Moral. cap. 12. §. 3. par. 1.*

4 Statutum enim assumit vires à potestate, & Iurisdictione statuentium. *d. l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. cap. à nobis. de sent. excom. & d. cap. vt animarum. Surd. dicto cons. 301. num. 14.*

5 Ad hoc enim, quòd lex humana dici possit iusta, tria requiruntur, vt dicunt *D. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 2. & Sot. de Iust. & Iur. lib. 1. q. 5. ar. 3. & 4.* Primum, quòd sit congruens religioni, & respiciens actum iustitiæ. Secundum, quòd sit honesta, & æqualis in commune bonum. Tertium, quòd feratur ab habẽte Iurisdictionem in personas, & res, de quibus statuitur, & hoc vltimum requisitum probatur quoquè *in cap. 2. & cap. si clericis. de iudic. & d. c. vt animarũ. & d. l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Bart. in l. omnes. n. 3. vbi etiam Ias. nu. 6. ff. de Iust. & Iur. & in l. 1. n. 3. ff. de Iurisd. omn. Iud. Bald. in l. cunctos. nu. 17. C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. & in l. ex verbis. nu. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Innoc. in c. cum olim. de constit. Tiraq. de primogen. q. 16. nu. 1. Fortun. de vlt. fin. iur. ciuil. nu. 158. & 160. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 651. Surd. d. cons. 301. num. 26. & seq.*

6 Et certũ est, quòd neque Imperator, neque Principes seculares habent potestatem super Ecclesias, seù super Ecclesiasticas personas. *d. c. si Imperator. 96. dist.* & colligitur ex dictis superiùs in *§. 1.* atque *in tit. de fauor. Cleric. Person. in §. 1. & in tit. de fauor. Cler. Real. in §. 1.*

7 Neque obstat, quòd etiam in Historijs sacris recenseantur Sacerdotes à Principibus, & Regibus depositi ob officio Sacerdotali, imò etiam interfecti, nam Moyses, qui erat Princeps Populi constituit Aaron Sacerdotẽ, & consecrauit. *Leuit. 8.* illumq. deposuit, & consecrauit Eleazarũ. *Num. 20.* & tamen Aaron erat Summus Pontifex. Rex itẽ Salomon eiecit Abiatar, ne esset Sacerdos Domini, & posuit Sacerdotem Sadoc pro Abiatar. *3. Reg. 2.* atque Eleazarus Sũmus Sacerdos paruit Iosue. *Num. 27.* Saulq. Rex imperauit trucidari Sacerdotes Domini, ex quibus vna die octoginta quinq. interfecti sunt. *1. Reg. 22.* & conferunt dicta *in tit. de fauor. Cleric. Personal. in §. 1. nu. 30.*

8 Respondetur enim primò, quòd licet iure Diuino antiquò in veteri testamento Sacerdotes non fuerint omninò liberi à potestate Principum secularium, iure tamen Diuino nouo, & Euangelico sunt omninò exempti. *Matth. 17.* illis verbis, *Ergo liberi sunt filij.* vbi *Origen. D. Hieron. Euthych. & Theophyl.* necnon *D. August. lib. 1. quæst. Euangelic. cap. 3. D. Thom. in 4. distinct. 44. q. 2. ad primum. D. Bonauent. eadem dist. art. 3. ad primum.* exponunt nõ solùm de Christo, sed de alijs etiam Ecclesiasticis, & refert *Duard. in comm. Bulla Cœna Domini. lib. 2. Can. 15. q. 18. num. 19. vers. tertio.* probatur etiam *Ioan. 18.* vbi Christus celeberrimo miraculo Apostolos suos è satellitum manibus eripuit, iussitq. immunes abire illis verbis, *Sinite hos abire, vt impleretur sermo quẽ dixit, quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam, & omnia dedit ei Pater in manus. Ioan. 13. & illum constituit hæredem vniuersorum. ad Hebr. 1. & illi data est omnis potestas in Cælo, & in terra. Matth. 28. & regni eius non erit finis. Luc. 1. & est primogenitus mortuorum, & Princeps regnum terræ. Apocal. 1.* facit quoque illud *D. Paul. 1. Corinth. 6. in princ.*

9 Ratio autem (vltrà eam quæ adducta fuit superiùs *in d. tit. de fauor. Cler. Person. in §. 1. nu. 32.*) quare maiori prærogatiua gaudent Sacerdotes nouæ legis, quàm Sacerdotes legis antiquæ; ea est, quia Sacerdotium antiquum longè inferius erat nostro, & ad tempus tantummodò, cessare enim debebat cum lege Mosayca. *D. Paul. ad Hebr. 7.* Christi verò Sacerdotium sempiternum est ex Dei iuramento. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinẽ Mel-*

chisedech. Psalm. 109. quam rationem adducit *Vgo de S. Victore in Epist.* 1. *Petr.* 2. super illis verbis: *Regale Sacerdotium.*

19. Respondetur secũdo in veteri testamento non fuisse distinctam potestatem Ecclesiasticam à seculari, sed directè summos etiam Sacerdotes, Regibus, & Principibus secularibus fuisse subiectos. *Tostat. in* 3. *Reg.* 2. *q.* 30. *&* 31. quæ etiam fuisse videtur mens *D. Thom. Opusc.* 20. *cap.* 14. Quamuis contrariũ veriùs appareat; nempè quòd in testamento veteri potestas Ecclesiastica fuerit prorsus exempta à potestate seculari, nã Amarias Sacerdos, & Pontifex in his, quæ ad Deum pertinebant præsidebat, porrò Zabadias dux in domo David super opera erat, quæ ad Regis officiũ spectabant, 2. *Paralip.* 19. & precipiente Rege Saul emissarijs, qui circumstabant eum, vt interficerẽt Sacerdotes Domini tanquàm coniurantes in Regem, noluerunt serui Regis extendere manus suas in Sacerdotes Domini, 1. *Reg.* 22. *vbi gloss. super verbo noluerunt*, dicit, quia sciebant, quòd nõ erat obediendum Regi in illis, quæ sunt contrà Deum, quicquid enim semel fuerit consecratum sanctum sanctorum erit Domino. *Leuit.* 27. *cap. nulli, &c.* 1. *quicunque.* 12. *q.* 2. propterea Dominus Leuitas peculiari modo appellat suos, seq. ipsorum Dominum constituit illis verbis, *Tollesque Leuitas, & ego sum Dominus*, & paulò inferiùs *eruntq. Leuitæ mei. Num.* 3. ad hoc facit quoque *Genes.* 47. vbi Ioseph noluit Regi subijcere terram sacerdotalem. *&* 1. *Esdr.* 7.

11. Tertio respondetur, quòd vtraque potestas Sacerdotalis, & Regalis, Ecclesiastica, & secularis enumerãtur inter prerogatiuas primogenitorum.

12. Qui enim erat primogenitus, erat Princeps, & Pontifex, *Castald. de Imperat. q.* 4. *nu.* 2. *in fin.* vt dictum est *in d. tit. de fauor. Cler. Person. in* § 1. *n.* 33. propterea Iacob benedicens filio suo primogenito Ruben dixit, *prior in donis, maior in imperio. Genes.* 49. vbi *Tostat.* & præsertim *D. Hieron.* exponit, Tu sacerdotiũ, & Regnum hæreditario iure accepturus eras idem *D. Hieronym. in Epist. ad Euagrium. Peren. tom.* 2. *in Genes. cap. vltim. Petrus Comestor. in Histor. Genes. cap.* 103.

13. Melchisedech fuit etiam Rex, & Sacerdos Dñi. *Genes.* 14. *D. Paul. ad Hebr.* 7. *Petr. Albin. de Pont. potest. n.* 303. *tom.* 13.

14. Iob fuit quoque Princeps, & Sacerdos, vt colligitur tùm ex 1. *Iob*, tùm ex argumento *D. Hieronym. in lib. Iob.*

15. Nam & Imperatores Romani Pontifices Maximi dicebantur, vt dictum fuit superiùs *in d. tit. de fauor. Cleric. Person. in* § 1. *num.* 33.

16. Hancque fuisse generalem omnium gentium consuetudinem Reges simul, & Sacerdotes fuisse patet, *Pineda in Iob tom.* 1. *cap.* 12. *vers.* 19. *nu.* 1. tùm apud *Persas ex Herodot. lib.* 7. *in princ.* tùm apud *Parthos ex Iustino lib.* 41. *cap.* 4. apud *Macedones ex Diodoro lib.* 16. *ex Tito Liuio lib.* 40. apud *Lacedemonas ex Plutarco in Agesilao*, apud *Gothos ex Ioanne Magno sua Historia. lib.* 16. *c.* 17. apud *Aegyptios ex Heliodor. lib.* 1. *&* 7. apud *Polonos ex Cromer. lib.* 2. & apud *Romanos ex Tito Liuio, lib.* 1. ab Vrbe cõdita de Numa secundo Romanorum Rege; Apud Græcos de Anio Græcorũ Rege memorat *Virgilius Aeneid.* 3. *Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq. Sacerdos.*

17. Ad id quod legitur de Moyse, qui deposuit Aaron dicitur mirum nõ videri, tũ quia id fecit ex peculiari mãdato Dei. *Num.* 20. tùm verò quia Moyses fuit simul Summus Sacerdos. *Psalm.* 98. *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius*, & eò maximè quia cõsecrauit Aaron, sanctificauit tabernaculum, & altare, adoleuit incensum, & obtulit sacrificiũ. 2. *Paralip.* 26. *Exod.* 40. *& Leuitic.* 8. fuitque Princeps. *Exod.* 18. & habuit vtramque simul potestatem Ecclesiasticam, & secularem. *cap sacrosancta. vbi gloss. verb. Moyses.* 22. *distinct. cap.* 1. § *summè etenim. & ibi gloss. verb. minores.* 21. *distinct. cap. fin.* 36. *distinct. Ioan. à Capistr. de auct. Pap. part.* 2. *part.* 2. *princ. num.* 66. *&* 67. *Thusc. pract. conclus. iur. conclus.* 2. *numer.* 2. *tom.* 1. *D. Dionys. de Eccles. Hierarch. c.* 5. 7. *&* 9. *Philo. lib.* 3. *de vita Moysis. circà fin. Gregor. Nazianz. Orat. ad Greg. Nissen. Leo Papa Epist.* 88. *D. August. q.* 68. *in Exod. & q.* 23. *in Leuit. & quæst.* 46. *vet. & nou. testam. Bellarmin. tom.* 3. *lib.* 3. *de Missa. cap.* 2. vbi grauissimorum virorum auctoritate id cõprobat. *Duard. in cõment. Bullæ Cœnæ Domini. lib.* 2. *Canon.* 15. *quæst.* 18. *num.* 29.

18. Quòd autem Salomõ eiecerit Abiatar, ne esset Sacerdos Domini, & pro Abiatar posuerit Sacerdotem Sadoc. 3. *Reg.* 2. id fecit tanquam instrumẽtum diuinæ iustitiæ, vt ibidem apparet illis verbis, *vt*

imple-

impleretur sermo Domini; & testantur Theodoret. & Procop. in 3. Reg. quast. 9. Turrecrem. lib. 1. Summa de Ecclesia c. 96. Pineda lib. 7. c. 16. de reb. Salomon. vel quia Salomon fortè erat, & Summus Pontifex simul & Rex. Duard. d. quest. 18. nu. 31.

19 Minùs obstat, quòd Eleazarus Summus Sacerdos fuerit subiectus imperio, & præceptis Iosue. Num. 27. illis verbis, ad verbū eius egradietur, & ingredietur ipse, scilicet Eleazar, & omnes filij Israel cū eo: Seù quòd Iosue præceperit Sacerdotibus, vt tollerent arcam fœderis, & præcederēt populum, qui iussa complentes tulerunt, & ambulaerunt antè eos. Iosue 3. Quia respondetur Eleazarum fuisse subiectum nō mandatis Iosue, sed præceptis Dei Iosue significatis illisque obtemperasse, vt colligitur ex dicto Iosue 3. Potest etiam dici, Eleazarum fuisse subiectum Iosue nō obligatione coactiua, & arctatiua, sed directiua in iis maximè, quæ dignitati sacerdotali non repugnabant, sed ad conseruationem populi Israelitici, & felicem ingressum in terram promissionis conducebant.

20 Nam huiusmodi obligatione directiua clerici tenētur, vt docet Bellarmin. tom. 2. de clericis. lib. 1. cap. 28. proposit. 2. vt tangetur etiam inferiùs. nu. 33. & 35.

21 Ad exemplum Saul, qui imperauit trucidari Sacerdotes, colligitur responsio ex dicto 1. Reg. cap. 22. vbi constat non de iure, sed de facto id commisisse, nam nullus Hebræus ex seruis Regijs voluit Regi obtemperare.

22 Et quamuis dicatur Principes præsumi patronos omnium Ecclesiarum Cathedralium in Dominijs suis consistentiū, Archid. in cap. lectis. & ibi Gemin. 63. dist. Bald. in cap. quanto. de iudic. Castald. de Imperat. q. 100. nu. 20. Hoc tamen intelligitur si ex fundatione, aut dotatione, aut extructione Ecclesiarum, aut ex priuilegio id constiterit: Vel intelligendum est eos dici patronos, idest aduocatos, & defensores, ac protectores dictarum Ecclesiarum. Boer. decis. 32. num. 5. & per totam. & post eū, ac Lambert. & Curt. dicit Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 10. c. 7. vers. quarto quæritur. protectio autem Principis secularis non tollit iurisdictionem Superioris Ecclesiastici, neque probat superioritatē aliquam circà Ecclesias, earumq. bona, & iura; cum Christiani Principes sint ipso iure protectores Ecclesiæ. clem. 1. §. ergo. de iureiur. Gabr. cons. 195. nu. 1. & seq. vol. 2. Menoch. de arbitr. cas. 338. nu. 7.

23 Nec Imperator ipse, neque Domini temporales possunt venire contrà libertatem Ecclesiasticam, neque aliquid directè, siuè indirectè disponere in præiudiciū Ecclesiarum, & clericorum, neque statuere. c. lege Imperatorum. c. nō licet Imperatori. cum seqq. 10. dist. c. sanè. §. sed sicut. 15. q. 3. c. nulli fas. & c. violatores. 25. q. 1. d. c. quæ in Ecclesiarum. & d. c. Ecclesia S. Mariæ. e fin. de immun. Eccles. in 6. Card. in c. perpendimus. in fin. col. 15. vers. item per hoc indirectè. de sent. excom. Castr. in d. auth. cassa. n. 7. C. de sacros. Eccles. Bald. cons. 31. num. 2. vol. 1. Anchar. cons. 12. cons. 13. & cons. 155. num. 7. Alex. d. cons. 211. num. 7. & 10. vol. 2. Bellem. cons. 43. num. 1. Ias. cons. 161. col. fin. vers. circà aliam dubitationem. vol. 2. Gemin. cons. 74. col. 1. vers. sicut ergò directè. Grammat. decis. 100. num. 10. & 14.

24 Quam libertatem Ecclesiasticā esse de iure, Diuino, naturali, gentium, & positiuo, nec fuisse inductam à lege humana, docet eleganter Bozius in tract. de Iure statu, siuè de Iure diuino, & naturali Ecclesiastic. libert. & potest. lib. 4. 5. & 6. Bellarmin. tom. 2. disput. cōtrouers. 2. lib. 1. de clericis. cap. 28. & 29.

25 Imò non solùm in foro Ecclesiastico non recipiuntur leges Imperatorum in spiritualibus, sed neque etiam in alijs rebus, & negotijs Ecclesiasticis temporalibus, nisi in subsidium, quando Canonica decreta deficiunt. c. clerici. de iudic. c. 1. de nou. oper. nunc. c. super specula. de priuileg. seu quoties sacris Canonibus obstare non inueniuntur. cap. sanè. §. sed sicut. 15. q. 3.

26 Et quamquam videatur, quòd in electionibus Summorum Pontificum, & prouisionibus Ecclesiarum, & Prælaturum interuenerint Imperatores, & Reges. c. principali. cap. Reatina. cap. nobis. cap. Agatho. cap. Hadrianus. cap. in Synodo. cap. cum longè. cap. quia. cum seqq. 63. distinct. Hoc tamen erat propter tyrannidem, aut infidelitatem Imperatorum, vt maius euitaretur malum, ne scilicet Ecclesia Pastore careret, aut ne Ecclesia incideret in schisma causa Imperatorum. cap. Valentinianus. & cap. lectis. 63. distinct. dabaturque locus laicis, vt interessent in electionibus Summorum Pontificum, non quòd licitum esset, sed propter pacem, & quietem Ec-

clesiæ,

clesiæ, vt sine scandalo celebraretur electio. *Io. Lup. in tract. de libert. Eccles. q. 4. nu. 10. & 11.* & sic conueniebat illis temporibus ad conseruationem status Ecclesiæ, ad sedandos tumultus, & contentiones dirimendas, & ad tollendũ schisma. *c. vota. §. Principibus. 63. dist. Azor. Inst. Moral. par. 2. lib. 4. cap. 2. vers. tertio quæritur.* postea verò ijdem Imperatores, & Reges ab his omnibus se abstinuerũt, & ea renunciarunt. *c. quia Sancta §. fin. & c. Ego Ludouicus. 25 distinct. gloss. fin. in c. in Synodo. 63. dist. Plat. in Vit. Greg. VII. Rebuff. super concordat. rubr. de elect. derogat. post princ. gloss. super verb. tertiũ tempus. Bero. rubr. de iurepatr. nu. 21. & 24. Bellarmin. in 3. controuers. gent. de Rom. Pontif. to. 1. lib. 2. cap. 29. ad sextum. Nauar. in comm. Rubr. de iudic. nu. 70. tom. 3. cap. licet. de elect. c. vbi periculum. eod. in 6. clement. ne Romani. eod.*

27 Et postremò ad solos Cardinales ius eligendi Pontificis delatum est. *c. in nomine. 23. distinct.* neque Principes seculares eligendi, aut promouendi Episcopos aliquam facultatem habent, prout definitum fuit *in Concil. 4. Constantinopolit. cap. 24.* relatum cum alijs auctoritatibus. *à Bellarm. in 2. controuers. general. de cler. cap. 7. §. denique Concilium. lib. 1. tom. 2. c. si quis deinceps. & c. quoniam inuestituras. c. si quis Episcopus. & c. seq. 16. q. 7.*

28 Quinimò Imperator hodiè recognoscit Imperium ab Ecclesia; *cap. Venerabilem. §. verum. & ibi Abb.* de communi. *de elect. clem. 1. de iureiur. extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed. gloss. in clem. ad nostram. de hæretic. Abb.* de communi. *in c. si duobus. de appell. & cons. 82. num. 4. p. 1. Felin. in c. cum non deceat. de præscrip. Card. in cap. cum ad verum.* vbi latissimè. *96. dist. & in clem. præsenti. q. 8. de censib. Bald. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscrip. Castr. in l. de quibus. col. 2. ff. de legib. Alex. cons. 24. in fin. vol. 5. Castald. in tract. de Imperat. quæst. 4. nu. 4. & 5. quæst. 50. per totã. & q. 52. n. 10. & seqq. Abb. in c. nouit. vbi etiam Dec. num. 7. Felin. & Nauar. in 3. not. de iudic. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. n. 71.* vbi dicit communem, licet ipse contrarium sentiat.

29 Vndè ab Ecclesia coronatur, vngitur, & confirmatur, & Imperium de gente in gentẽ ab Ecclesia transfertur, vt fuit olim translatum de Græcis ad Germanos. *cap. alios. & ibi gloss. 15. q. 6. d. c. venerabilem. cap. 1. de iureiur. c. solitæ. de maior. & obed. c. duo. 96. dist. cap. ad Apostolicæ. & ibi Bald. & Innoc. de re iud. in 6. gloss. fin. in can. si Papa. 40. dist. & in c. quoniam. verb. discreuit. 10. dist. Host. in c. quãto. de transl. Prael. Abb. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 10. & in c. nouit. nu. 12. antè fin. de iudic. & in c. 2. nu. 4. circa fin. de cler. non resid. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. Purpur in Rubr. de Iurisd. omn. Iud. n. 5. Castald. in d. tract. de Imperat. q. 7. num. 5. & seqq. q. 17. nu. 2. & seqq. q. 26. nu. 1. & 2. q. 50. nu. 4. & 5. & seq. q. 67. n. 11. & q. 81. n. 1. & seqq. Bellarm. de Translat. Imper. Rom. lib. 3. cap. 1. §. habemus igitur. & cap. 3. §. primus igitur. Baron. Annal. 996. §. hæc igitur. tom. 10. Thessau. for. Eccles. cap. 1. num. 16. cum plurib. seqq. Azor. Inst. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 19. vers. sexto quæritur. & lib. 10. cap. 9.*

30 Nam penes Papam duplex reperitur potestas spiritualis, & temporalis, spiritualem quidem administrat per se, ac cæteros Ecclesiarum Præsules, temporalẽ verò in locis Ecclesiæ Romanæ ditioni subiectis similiter per se, in alijs autem mũdi Regionibus ministerio, & opera Imperatorum, & aliorũ Principum. *d. c. venerabilem. cap. omnes. vbi gloss. verb. cælestis. 22. dist. d. clem. vnã sanctã. de elect. d. c. ad Apostolicæ. clem. pastoralis. de re iud. Sylu. verb. Papa. quæst. 2. & 10. Bald. in proœm. Decretal n. 6. Aluar. Pelag. de planct. Eccl. lib. 1. c. 14. Aug. Anconitan. de potest. Eccles. quæst. 1.* quos sequitur *Azor. par. 2. Instit. Moral. lib. 4. cap. 19. in princ.* & ferè per tot. Spiritualem semper exercet iure, habitu, & actu, temporalem verò iure, & habitu, sed vsu, & actu in certis tantum causis. *Azor dicto cap. 19. vers. ex his manifestum. gloss. in cap. per venerabilem. verb. certis causis. qui fil. sint legit. Mart. de iurisd. p. 4. cas. 94.* Et quòd Papa habeat nedum spiritualem, verùm etiã temporalem potestatem, sitque omnium Christianorum Pater, & Doctor, dicunt *D. Paul. ad Rom. 13. 2. Corint. 10. & 13. Extrau. vnam Sãctã. vbi Abb. et Felin. de maior. & obed. Extrauag. com. Inter cunctos. §. duos. de priuil. Bellarmin. tom. 1. controuers. lib. 5. c. 1. Franc. Torreblanc. epit. delictor. lib. 3. cap. 4. nu. 4. & seqq.* vbi multos cumulat, & testatur de communi Patrum Orthodoxorum, Theologorum, Canonistarum, &

Legi-

Legistarum opinione, & duo gladij constituti fuerunt penès Ecclesiam. *Luc.* 22. ad vtriusquè Iurisdictionis Ecclesiasticæ, & secularis potestatem. *Torreblanc. d. cap.* 4. *nu.* 42. *& seqq.* Christus etenim acceptis funiculis eiecit de templo ementes, & vendentes. *Matt.* 21. *Marc.* 11. *Luc.* 19. *Io.* 2. *& D. Paul.* 1. *ad Corint.* 6. *Nescitis quoniã Angelos iudicabimus, quantò magis secularia?* & Petrus primus Christi Vicarius Ananiam, & Saphiram occidit. *Act.* 5. & ad defensionem Magistri auticulam Malcho amputauit. *Io.* 18. & licet Christus iusserit Petrum mittere gladium in vaginã, & proptereà videatur prohibita Põtifici gladij potestas, nihilominùs non iussit Christus, quòd proieceret, siuè relinqueret gladiũ, sed quòd conuerteret, hoc est seruaret in aliud tẽpus, vt docet *D. Bernard. de consid.* In Veteri etiam testamento Sacerdos gladij materialis potestatem habebat, nam Moyses Sacerdos mandauit Leuitis, vt interficerent Idololatras. *Exod.* 32. Samuel Sacerdos pręcepit occidi Agag. 1. *Reg.* 15. Elias Propheta occidit Prophetas Baal. 3. *Reg.* 28. & duos quinquagenarios Regis Ochoziæ. 3. *Reg.* 1. Mathathias sacerdos occidit Iudæũ falsis dijs sacrificãtem. 1. *Macbab.* 2. Vacante autem Imperio Papa Imperij subditis iustitiam administrat, atquè in administrationẽ succedit. *c. licet. de for. comp. clem. Pastoralis. §. fin. de sent. & re iudic. Extrau.* 1. *ne Sed. vacan. Mart. de Iurisd. part.* 2. *cap.* 20. *n.* 33. *& cas.* 197. Idem dicendum est de quocunquè Regno vacante. *Duard. in comm. Bullæ Cœnæ Domini. lib.* 1. *cap.* 1. *q.* 2. *nu.* 26.

31 Clerici autem seculares moram trahentes in alieno territorio subijciuntur Iurisdictioni, & Statutis Episcopi illius loci; & non laicorum, etiamsi sint ibi causa studij. *Abb. in d. c. quod clericis. n.* 3. *&* 22.

32 Et quamuis laici non possint sua lege clericos ligare, etiamsi eadem lex respiciat commodum, seù fauorem clericorum, vt dictum fuit superiùs *in §.* 1. possunt nihilominùs ipsi laici fauorabiliter ad clericorum fauorem disponere. *Gemin. in c. fin. de offic. deleg. in* 6. & post eum *Card. Abb.* & alios dicit *Dec. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu.* 104. *& seqq. Card. in d. c. perpendimus. in* 2. *quæst. in fin. de sent. excom. & Lap. alleg.* 101.

33 Nequè obstat quòd aliqui dicant legem iustam, & fauorabilẽ, & honestam laicorum ligare clericos, dummodò nõ sit arctatiua, vel prohibitiua personarum, nequè sit cõtraria sacris Canonibus. *Neuiz. cons.* 39. *num.* 4. *per totum. Cæphal. cons.* 53. *num.* 43. *cum seq. Bursat.* dicens de magis communi. *cons.* 56. *nu.* 10. *vol.* 1.

34 Et quòd proptereà clerici ligentur Statutis moderantibus pretia rerum, *Sot. in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *Nauar. in Manual. cap.* 23. *nu.* 88. *Franc. decis.* 9. *nu.* 3. *& seqq.* Quia hoc est contrà conclusionem, quòd Principi seculari nulla sit potestas in clericos quacunquè ratione, nisi sequatur confirmatio Papæ. *Ferret. cons.* 37. *par.* 1. *Alex. cons.* 209. *nu.* 3. *vol.* 2.

35 Prætereà allegati DD. sunt intelligendi, vt voluerint dicere clericos non subiacere huiusmodi laicorũ Statutis absolutè, sed teneri ad id faciendũ, vel omittendum, quod Statutis mãdatur, aut prohibetur, non ex vi legis, siuè Statuti laicalis, aut obligatione coactiua, sed vi rationis solius, aut iuris Naturalis, siuè Canonici, seù etiam Diuini, & obligatione directiua propter commune bonum, & propter charitatem, quia quod in huiusmodi Statutis præcipitur, sit iustum, & rationabile, ac respiciat bonum commune, vt si prohiberetur lusus aleæ, armorum vsus, seù præciperetur aliquid, quod alioqui est iuris Naturalis, seù Diuini, vel Canonici, atquè ità ligantur non lege, sed ratione, qua lex mouetur, & tunc nequè à laicis sunt arctandi ad obseruãtiam dictorum Statutorum, sed à Iudicibus Ecclesiasticis. *gloss. in cap. generaliter. verb. necessitatis.* 16. *quæst.* 1. *Surd. d. cons.* 301. *num.* 42. *Purpurat. cons.* 335. *nu.* 2. *&* 3. *Nauar. in Manual. c.* 23. *nu.* 88. *Menchaca de success. creat. lib.* 1. *§.* 10. *nu.* 651. *Palat. in cap. per vestras. in* 2. *not. §. sed est pulchra dubitatio. num.* 13. *de donat. inter vir. & vxor. Couar. pract. quæst. cap.* 33. *nu.* 7. *Sarmien. lib.* 7. *senten. c.* 14. *Bellem. cons.* 45. *in princ. Bannes de Iust. & Iur. quæst.* 67. *artic.* 1. *vers. ad secundum. Alderan. de general. statut. interpret. conclus.* 1. *n.* 204. *Garzias de vltim. fin. illat.* 13. *n.* 158. *& seqq. Azor. Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 7. *vers. animaduertendum. Bellarmin. tom.* 2. *de clericis. lib.* 1. *cap.* 28. *proposit.* 2. *Mart. de Iurisd. par.* 4. *cas.* 1. *&* 2. *Duard. in comm. Bull. Cœn. Dom. lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 19. *n.* 123. nequè tamen eo casu tenetur Iudex Ecclesiasticus infligere clerico pœnam à Sta-

tuto inflictam, sed poterit iuris Canonici pœnis, & mulcta pecuniaria eius arbitrio clericū punire. *Couar. d. n. 7. Frāc. decis. 9. n. 6. Molin. de Iust. et Iur. to. 1. tra. 2. disp. 31.*

36 Postremò illud intelligēdū est, quòd ad hoc, vt si velint clerici, possint ea lege vti non quòd cogātur illam contrà se recipere. *Lambertēg. de cōtract. tor. qui sine cert. solemn. gloss. 2. n. 57. Rocch. de Curte in c. fin. sect. 8. num. 71. de consuetud. Alex. cons. 210. num. 4. volum. 2. Bursat. cons. 93. vol. 1. Surd. d. cons. 301. nu. 14. Grammat. decis. 29 num. 15.* sed ea vti poterunt tanquam priuilegio, non tanquam lege. *cap. si in adiutorium. 10. distinct. Abb. in cap. fin. nu. 2. de vit. & honest. cleric. Bald. in c. cum venissent. nu. 6. de eo qui mit. in poss. Alex. dicto cons. 210. nu. 11. Soccin. Sen. cons. 128. nu. 6. vol. 4.*

37 Statutum etenim laicorum prodest clericis, sed nō æquè nocet. *Bald. cons. 30. col. 2. vol. 1. Grauet. cons. 441. nu. 6. vers. & per illā gloss. vol. 3. & cons. 972. n. 5. vol. 5.*

38 Nam clerici possunt inducere leges secularīū in quantum faciunt pro se ipsis, & sunt ad eorum commodum, & non acceptare in quantum faciunt contrà ipsos. *c. ad nostram.* & ibi *Abb. nu. 1. de probat. gloss. in d. cap. nouit. verb. quicunquè. vbi etiam Hostien. num. 22. & Abb. nu. 28. de iudic. idem Abb. in c. ex literis. nu. 2. & 6. de vit. & honest. cleric. Gemin. in cap. fin. col. 2. not. 3. de offic. deleg. in 6. Soccin. Sen. dicto cons. 71. nu. 5. & 19. & cons. 128. n. 6. vol. 4. Soccin. Iun. cons. 158. nu. 44. & seq. vol. 2. Afflict. de Iu prothomis. in §. 9. n. 17.* vbi dicit de veriori opinione, licet non desint, qui teneant, quòd si clericus velit se fundare in Statuto, possit etiam illudmet Statutum contrà ipsum allegari. *Alexan. cons. 209. num. 21. vol. 2. Bart. in l. cunctos. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Bald. in l. omni nouatione. C. de sacros. Eccl. Cœphal. cons. 395. n. 5. volum. 3. Io. de Amic. cōs. 14. per totum. Bursat. cons. 59. n. 30. & cōs. 93. n. 29. & 30. vol. 1. Tiraq. de retract. lignag. gloss. 13. nu. 7.* qui tamen se remittit ad Canonistas, neque suam profert sententiam, sed alios citat.

39 Et ex hoc infertur quòd si caueatur Statuto, quòd instrumentū guarantigiatū, siuè publicum debeat habere executionem paratam, clericus habens tale instrumentum contrà laicos poterit illo vti contrà eos, laici tamen non poterunt illo vti contrà clericum. *Abb. in d. cap. ex literis. nu. 2. & in c. quod clericis. nu. 18. de for. comp. & in c. sicut te. n. 17. ne Cler. vel Mon. Bal. in dicta l. cunctos. Viuius. decis. 326. lib. 2.* Neque etiam laici poterunt vti huiusmodi instrumento in foro ipsius clerici contrà eundem clericum, vt post *Abb. Butr. Imol. & Gemin.* dicit *Felin. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 81.* vbi reprobat *Bart. in dicta l. cunctos. nu. 29. in repet. l. de quibus. col. fin ff. de legib. Lap. alleg. 8. Calcan. cons. 7.* & potest addi *Couar. pract. quest. cap. 7. num. 5.* sentientes eo casu dictum Instrumētum habere paratam executionem etiam aduersus clericum in proprio foro.

40 Clericus tamen, qui vult vti Statutis laicorum, cogitur eis vti cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus. *Bald. in d. l. omni nouatione. nu. 2. & in l. 1. q. fin. C. de contrah. empt. Dec. in l. 1. nu. 12. & ibi appostil. ff. de Iurisd. omn. Iudic. & in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 225. & cons. 532. nu. 7. & seq. Soccin. in l. centurio. nu. 30. ff. de vulgar. Nat. cons. 534. num. 3. vol. 3. Gozad. cons. 69. n. 26. Cuman. cōs. 84. post princ. Soccin. Sen. cons. 97. num. 3. & cons. 120. col. pen. vol. 1. Grau. cons. 765. n. 12. & cons. 802. nu. 9. vol. 5. Cœphal cons. 226. num. 16. vol. 2.* quia in iudicijs debet seruari æqualitas. *l. non debet ff de reg. iur. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* qua ratione dicimus, quòd neque potest clericus litigans in foro Ecclesiastico cum laico allegare contrà laicum Statutum laicale, quemadmodum laicus non posset in eodem foro vti laicali statuto contra clericum. *Aret. cons. 45. Rocch. de Curte. in tract. de statut. sect. 8. quæst. 11 numer. 64.* & ità existimo procedere *Bursat. dicto cons. 59. nu. 30. & cons. 93. num. 29. & 30. vol. 1.* quod tamen intelligendum est, quando clericus vtitur Statuto, quia non sufficit, quòd possit vti ad hoc, vt Statuto ligetur, sed requiritur quòd actualiter vtatur. *Surd. decis. 20. n. 8. in fin. & num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Edictum laicorum prohibens annonam extrà territorium deferri non comprehendit clericos.*

2 *Edictum laicorum mandans annonam deferri ad Ciuitatem non ligat clericos.*

3 *Edictum laicorum prohibēs intromis-*

sionem frumenti, seu vini collecti extra territorium Principis non arctat clericos.

Edictum secularium disponens de tritico molendo ad molendina Principis, siuè alterius non ligat clericos.

4 Edictum seculariũ, propter quod molendina siuè furni clericorũ indirectè sentirent damnum, non valet.

5 Edictum laicorum disponẽs, quòd quis non possit uti nec emere alium salem, seu quid aliud, quàm à Principe praescriptum, non ligat clericos.

6 Statutum secularium, quo cauetur, quòd de contractu soluatur gabella, non ligat clericos.

7 Clerici negociationem exercẽtes tenentur ad solutionem gabellae.

8 Negociari, qui dicantur.

9 Statutum disponens, quòd extrahens bladum, & introducens mustum soluat gabellã non comprehendit Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas.

10 Clerici non ligantur legibus, quibus frumenti vini, olei, & aliarũ rerum venalium pretia taxantur.

11 Clerici res suas iusto pretio tenentur vendere, etiam tempore penuriae.

12 Clerici non tenẽtur soluere gabellam, quae imponitur carnibus, & vino.

13 Statutum laicorum disponẽs, quòd pro relictis soluatur gabella, non habet locum in relictis ad pias causas.

14 Clerici in litis decisorijs non ligantur stilo, consuetudine, siuè Statutis fori secularis, in quo litigant. & nu. seq.

15 Clerici non ligantur Statuto disponente partes cogi ad compromissum.

16 Clerici in praeparatorijs, & ordinatorijs litis ligantur legibus fori secularis, coram quo litigant.

17 Statutum laicorum super mortuarijs, & funere an, & quomodo valeat.

18 Exequiarum pompa, & conditio sepulturae sunt magis solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum.

19 Statutum secularium super obseruantia festorum quomodo valeat.

20 Statutum laicorum disponens clericos beneficiatos nõ posse esse in matricula Iudicum, siuè Aduocatorum non comprehendit clericos.

21 Statutum laicorũ disponens debitũ non posse probari per testes, sed solùm per Instrumentũ, nõ tenet cõtrà clericos.

22 Exceptio non numeratae pecuniae est intra biennium proponenda, & deinde fit perpetuò verum.

23 Clerici possunt proponere post biennium, exceptionem non numeratae pecuniae.

24 Statutum laicorum disponens, quòd debitum praescribatur per quinquennium, siuè per aliud tempus, non habet locum contrà clericos, neque cõntrà clericum bae ed m creditoris cõntrà quem erat de nulla pars tem ordi, & incoepta praescriptio.

25 Statuto quo cauetur, quòd conducens domum non possit expelli solutam ... litam pensionem, siuè si non fuerit protestatum per tres menses, non ligantur clerici.

26 Possessio Ecclesiae vel beneficij ad ... potest non obstante Statuto seculari disponente in contrarium.

27 Literarum Apostolicarum executionẽ impedientes siuè Ecclesiastici, siuè seculares sint ipso facto excommunicationis sententiam Summo Pontifici reseruatam incurrunt.

§. Tertius.

1 Ex superius hactenus deductis facilè inferri potest edictum, siuè Statutum laicorum prohibens annonam, putà vinum, frumentum, blada, legumina, & huiusmodi extrà territorium deferri ad hoc, vt conseruetur abundantia in Ciuitate non ligare clericos quominùs extrahere possint illa, quae colligunt ex praedijs Ecclesiasticis. *Bald cõs. 198. vol. 2. Nauar. cons. 3. de constit. Cram. decis. 100. n. 15. & 16. Rip. in tract. de peste. de remed. ad conseruand. vbert. n. 112. Couar. in reg. possessor. 2. p. §. 4. n. 8. de reg. iur. in 6. Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 2. n. 291.*

2 Minùs ligare, si iubeat eandem annonam deferri, & conduci ad Ciuitatem, *Soccin Sen. cons. 272. vol. 2. Rip. lib. 1. resp. c. 11. Bursat. cons. 42. nu. 18. vol. 1. Grãmat. d. nu. 16.* quia per huiusmodi edictum nunquam derogatur priuilegio exemptorum, nisi constet, quòd non possit aliundè euitari necessitas, & penuria. *Curt. Iun. cons. 61. nu. 14. vol. 1. Nat. cons. 275. nu. 4. vol. 2. Decian. cons. 51. nu. 31. vol. 3. Bursat. cons. 138. num. 11. vol. 2.*

3 Neque arctat clericos huiusmodi edictum, si prohibeat intromissionẽ frumẽti,

9 Nequè ligat Ecclesias, siuè Ecclesiasticas personas Statutum, quo cauetur, quòd extrahens bladum, & introducens mustum soluat aliquid. *Ancbar. cons. 14.* pluribus comprobat.

10 Nequè ligantur clerici legibus, quibus frumenti, vini, olei, & aliarum rerum venaliū pretia taxantur. *Angel. verb. lex. q. 5. Sylu. verb. eod. quæst. 15. Nauar. in Manual cap. 23. nu. 88.* tenentur tamen clerici vendere res suas iusto pretio, quia Iuris naturalis, & diuini est, quòd quisquè res suas iusto pretio vendat. *Azor. Instit. Moral. p. 1. lib 5 cap. 12. q. 4. & par. 3. lib. 8. cap. 22. quæst. 2.*

11 Quòd si clerici vendant frumentum tēpore penuriæ vltrà taxam siuè pragmaticam à Principe impositam, quamuis sint tuti in foro exteriori, nihilominùs in foro interiori peccant. *Sot. in 4. dist. 25. quæst. 2. Nauar. in Manual. cap. 23. nu. 88. Vinc. de Franc. decis. 9. Viuius decis. 28. per totam. par. 1. Rebell. de oblig. Iust. par. 2. lib. 9. q. 2. num. 9.* quia licet clerici non subdantur legi seculari vi coactiua, subijciuntur tamen vi directiua, & naturali, vt dictum fuit hoc. *eod. tit. § 2. nu. 35.* facit *Lopez ad Diaz. in pract. crimin. canon cap. 58. vers. non tamen intelligas. & vers. tertia minimè teneri.* quia lege naturali non possunt res vendi cariùs iusto pretio, iustum autem pretium est taxa imposita à Principe. *Nauar. part. 1. de empt. & vendit. cons. 3. num. 6. & cons. 6.*

12 Minùs onerari possunt clerici gabellà, quæ imponitur in carnibus, vel vino, quia cariùs emerent, vel cogerentur alibi emere, si minoris emere voluerint. *Azor. par. 2. Inst. Moral. lib. 9. cap. 11. vers. in dubiū.* licet *Ricard.* quodlibet. 2. *quæst. 30.* quem sequitur *Angel. verb. cōmunitas. 1. quæst. 6. vers. quartum. Rosel. verb. Pedagium. num. 17.* contrarium sentiant, quando huiusmodi gabella non imponeretur animo, & voluntate extorquendi ab Ecclesiasticis, & imponeretur ob communem Reipub. necessitatem, quia clericis nequè directè, nequè indirectè grauamen à secularibus inferri potest, vt dictum fuit hoc *eod. tit. § 1. nu. 23. & seqq.*

13 Nequè Statutum laicorū, per quod disponitur vt pro relictis soluatur gabella, habet locum in relictis ad pias causas. *Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 193. vbi etiam Felin. num. 94. de constit. Bald. in tract. de statut. verb. gabella. n. 10. cōs. 132. volum. 3.*

14 Minùs ligantur clerici consuetudine, stilo, statutis fori secularis in decisorijs litis. *Abb. in cap fin. nu. 3. de reb. Eccles. non alien. & in c. quod clericis. num. 6. 10. 11. 24. 31. 32. 35. & 36. de for. comp. & cons. 33. num. 4. par. 2 Rol. cons. 57. nu. 20. vol. 2. Decan dicto c. Ecclesia Sancta Mariæ. num. 145. cum seqq. & num. 164. vbi etiam DD. de constit. Gemin. in c. pia. col. 2. de except. in 6. Roccb. de Curte. de statut. sect. 9. q. 11. nu. 59. & 60. Put. decis. 98. n. 3. lib. 3.* Et ideò si Statuto Principis caueatur, quòd oblato iuramento litis decisiuo, quod præstatur duobus intorticijs accensis genibus flexis corā altari manibus supra sacrosāctis Euāgelijs positis imprecādo irā Dei, & vindictam contrà Ananiam, & Saphyram coniuges mētientes illatam, aliasquè pœnas, clericus coram Iudice seculari conueniens laicum non tenetur subire tale iuramentum, & consequenter tale Statutum non ligat clericos, quia huiusmodi iuramentum est litis decisiuum. *c. si Christus. de iureiur. l. 2. & l. iusiurandum. eod. Cald. in sua disput. incip. Statuto Ciuitatis cauetur. Thessau. for. Eccles. c. 9. num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

15 Nequè clericus litigans in foro seculari ligatur Statuto disponente partes cogi ad compromissum, quia hoc est litis decisiuum. *Capra. in dicto c. quod clericis. circà fin. Bald. in cap. cum venissent. nu. 6. de eo qui mit. in poss. Dec. in c. Ecclesia Sancta Mariæ. nu. 20. & nu. 179. Soccin. Sen. cons. 71. per totum. vol. 4.* si enim statutum mandans compromissum vlteriùs procedit, alterando decisionem causæ, vt quia diceretur in eo, quòd non posset appellari, seù peti reductio, vel quòd laudum faciendum haberet executionem paratam, vel talia disponeret, per quæ non posset dici, quòd statutum se contineret in terminis ordinatorij iudicij, sed tangeret etiam materiam decisorij, tunc clericus nō ligatur, secùs verò si tale statutum mandat tantummodò causam esse compromittendam, nam tunc huiusmodi statutum dicitur respicere ordinē & processum. *Bald. cons. 5. vol. 2. & cons. 107. in fin. vol. 6.* quem refert, & sequitur *Marsil. in l. si quis viduā. n. 20. ff. de quæst. Alex. cons. 210. n. 3. vol. 2. Capic. decis. 66. per totam.* & de magis communi testatur *Borel. de compromiss. § 1.*

gloss. 3. num. 225. Soccin. Sen. cons. 71. per totum. vol. 4. Cald. cons. 11. nu. 1. de constit.

16 In his autem, quæ concernunt ordinationem litis, vt de fine litis certo tempore, de fideiussione danda, de exhibendo mandato, de libelli oblatione, & vt vno verbo complectar in præparatorijs, & ordinatorijs litis, si litigent clerici coram Iudice seculari, ij ligantur legibus eiusdem fori secularis. *gloss. fin. in dicto c. quod clericis.* vbi *Abb. num. 6. & 10. & DD. de for. comp. & in clem. dispendiosam. verb. vsuris. de iudic. Abb. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 25. 26. & 42. Felin. num. 81. vers. tertius casus. Dec. num. 44. 145. cum seqq. & num. 164. vbi etiam Imol. & Gemin. de constit. Abb. d. cons. 33. num. 4. Put. dicta decis. 99. num. 2. Corn. cons. 114. num. 4. in princ. vol. 2. Cuman. cons. 139. col. 2. Alex. cons. 164. col. 1. vol. 6. Soccin. Sen. cons. 71. nu. 7.* vbi testatur de communi. *vol. 4. Cald. d. cons. 11. & in d. disput. incip. Statuto Ciuitatis cauetur. Rolan. cons. 48. n. 20. & 21. vol. 1. & cons. 57. nu. 20. vol. 2. Lap. alleg. 81. Cephal. cons. 654. nu. 32. vol. 5. Thessau. for. Eccl. loc. cit.* quia Statuta concernentia modũ procedendi nõ concernũt personã, sed causam, quæ subijcitur illi foro. *Rot. d. cons. 48. num. 21.* prætereà quia lex Canonica consentiens, quòd ibi causa agitetur, censetur etiam velle, quòd agitetur secundum modum illius iudicij. *gloss. in dicto c. quod clericis. & in clem. 2. verb. vsuris. de iudic.*

17 Neque valet Statutum laicorum super mortuarijs, & funere; si concernat cultum diuinum, & refrigerium animæ defuncti, quia illa propriè sunt annexa iuri spirituali. *Dec. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 196. vers. vndecimo. vbi etiam Felin. nu. 49. Abb. in cap. cum laicis. nu. 6. vbi etiam Imol. de reb. Eccles. non alien. & cons. 26. per tot. & cons. 61. par. 1. Roman. singul. 358.* vt dictum fuit *in tit. de fauor. Cleric. Real. in §. 2.* vel si ab eodem Statuto mandaretur, quòd in sepulturam non expenderetur nisi tantum, & taxaretur certus numerus clericorum, seu cereorum, quia licèt non sit factum cũ spiritualibus, est tamen in connexis eisdem. *Syluest. verb. statutum q. 5. & verb. sepultura. num. 15. Angel. eodem verb. nu. 46. Abb. Imol. Dec. & Roman.* in locis modò allegatis. *Sebast. Medic. de sepult. part. 1. q. 30. Mart. de iurisd. part. 4. cas. 34. n. 1. & 2.* secus in his, quæ non concernunt expensas, quæ applicantur Ecclesiæ, sed pompam mundanam, putà circà vestes lugubres, & similia. *Ang. in verb. immunitas. num. 47. Abb. Dec. & Sebast. Medic.* in locis nunc allegatis.

18 Quia pompa exequiarum, & conditio sepulturæ magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum. *cap. anima. 13. q. 2. Cassan. in Catal. p. 2. cons. 6. Alban. de Cardinal. q. 50. D. Thom. in 4. sent. dist. 45. quæst. 2. D. August. lib. de cura pro mort. cap. 2. & 18.*

19 Multò minùs valet Statutum Principis secularis indicens, & præcipiens obseruantiam alicuius festi, siuè disponens super rebus spiritualibus, vt copiosè dictum fuit *in d. tit. de fauor. Clericor. Real. in §. 2. & in §. 3. cas. 22.*

20 Neque Statutum decernens clericos beneficiatos non posse esse in matricula Iudicum, siuè Aduocatorũ, ligat ipsos clericos, quin possint in Collegiũ Doctorum Ciuitatis admitti. *Alciat. cons. 30. per totum volum. 1. qui cons. 30. vol. 2.* Statutum Collegij Papiæ, quo cauetur quòd nullus clericus possit in Collegio artium, & Medicinæ ingredi appellat iniquũ, & iniustũ.

21 Minùs valet, & tenet contrà clericos Statutum disponens debitum non posse probari per testes, sed solùm per Instrumentum, quia clerici debitum etiam per testes probare possunt. *Anchar. in reg. ea quæ. de reg. iur. in 6. Abb. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 42. vbi etiam Dec. n. 206. idem Abb. in d. cap. quod clericis. nu. 32. & Aretin. de for. comp. Marsil. in l. si quis viduam. num. 32. ff. de quæst. Cald. in disp. incip. Statuto Ciuitatis cauetur. dub. vlt. Alex. cons. 210. nu. 11. & cons. 211. num. 4. vol. 2. Paris.* de communi. *cons. 106. num. 1. vol. 3. Capra. conclus. 15. num. 62.*

22 Et quamuis de Iure ciuili exceptio non numeratæ pecuniæ sit intrà biennium continuum proponenda quo elapso introduci non potest nisi ætatis, vel absentiæ beneficio. *l. in contractibus. in princ. & ibi DD. de non num. pec. gloss. in c. si cautio. verb. confessioni. de fid. Instrum.*

23 Clerici tamen nõ prohibentur elapso biennio, quin hanc exceptionem opponere possint suscipiendo præsertim in se onus probandi pecuniam numeratam non fuisse. *Felin. in dicto c. si cautio. nu. 61. Dyn. in l. locupletari. in fin. de reg. iur.* quē sequuntur *Ias. in l. qui pecuniam. num. 7. ff. si cert. pet. & in l. cũ quis. n. 17. C. de iur. &*

fact. ignor. Marsil. sing. 463. *&* 622. *Angel. cons.* 156. *Menoch. cons.* 47. *n.* 9. *vol.* 1. *Capel. Tholos. quæst.* 318.

24 Neque contrà laicos habet locum Statutum, quòd debitum præscribatur per quinquennium, siuè per aliud tempus. *Fel. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. n.* 105. *vers. tertium exemplū. Anchar. cons.* 258. *Alex. cons.* 169. *num.* 1. *vol.* 2. neque contrà clericum hæredē creditoris, contrà quem erat decursa pars temporis, & incœpta præscriptio. *Mart. de Iurisd. par.* 4. *cas.* 4. *in fin. Duard. in com. Bulla Cœnæ Domini. lib.* 2. *Canon.* 17. *num.* 55. *& seqq.*

25 Neque ligantur clerici Statuto, quo cauetur, quòd conducēs domum, siuè apothecam non possit expelli soluendo solitam pensionem, siuè si non fuerit protestatum per tres menses antè. *Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Maria num.* 182. *Crot. in l. omnes. num.* 83. *ff. de Iust. & Iur. Alex. cons.* 17. *num.* 13. *vol.* 4. *& cons.* 160. *num.* 8. *vol.* 6. *Mart. d. p.* 4. *cas.* 98. Minùs arctantur clerici Statuto dante licentiam conductoribus possessionum liberè illas dimittendi, quia tale Statutum non extenditur ad conductores bonorum Ecclesiasticorum. *Fel. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. n.* 104. *vers. secundum exemplum. Bart. cons.* 187.

26 Sustineri neque potest Statutum, quo cauetur, quòd possessio Ecclesiæ, vel beneficij accipi non possit sine licentia dominorum temporalium, quam appellāt, Exequatur, quia est contrà libertatem Ecclesiasticam. *Gozadin. in d. l. omnes. n.* 91. *ff. de Iust. & Iur. Abb. cons.* 83. *p.* 1. *& in d. c. Ecclesia Sancta Mariæ. vbi etiā Felin. nu.* 96. *& Dec. nu.* 105. *de constit. Boss. in tit. de Principe. num.* 218. *Prax. Archiep. Neapol. c.* 92. *nu.* 1. *circā med. Graff. de effect. cleric. effect.* 2. *nu.* 368. *Azor. par.* 1. *Instit. Moral. lib.* 5. *c.* 13. *q.* 6. *& p.* 2. *lib.* 9. *c.* 11. *vers. statutum laicorum. Syluest. verb. immunitas.* 2. *q.* 9. *Mart. de Iurisd. p.* 4. *cas.* 46. *Duard. in comment. Bulla Cœn. Dñi. lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 11. *nu.* 59. *& q.* 19. *num.* 55. *vers. nec consuetudine.* qnicquid dicant *Angel. cons.* 23. *Couar. pract. quæst. cap.* 35. *nu.* 6. *Syluest. Aldobrandin. in addit ad Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. sub nu.* 185. *vers. & ità. Azaued. in l.* 2. *lib.* 6. *in* 1. *lib. recompilat.* & alij dicentes finem dandi exequatur, siuè ve alij dicunt, placet, non esse opprimendi Ecclesiasticam libertatē, neque in aliquo super illa statuendi, neque retinendi prouisiones Apostolicas, siuè Ordinariorum, sed causa se informādi, & posteà exequēdi, & consulendi bono publico non auctoritatiuè in signum superioritatis; quia si non simpliciter directè, saltem indirectè impeditur, siuè retardatur executio dictarum literarum, cum non sit curandum quomodo, & cum quo quis loquatur, sed in quem voluntas, & loquentis intentio, & affectus dirigatur. *l. cum pater. §. donationis. ff. de leg.* 3. & vnum sæpè in dispositione exprimitur, & ad alium effectum dirigitur per obliquum, prout dictum fuit superiùs in *§.* 1. *num.* 27.

27 Quare executionem literarum Apostolicarum impedientes siuè sint ij Ecclesiastica, siuè mundana dignitate insigniti, nisi prius ab illis fuerint examinatæ, vel sine ipsorum licentia, & consensu, eorumq. fautores, si vniuersitates fuerint, ipso facto interdicti, si singulares personæ excommunicationis eo ipso sentētiam Summo Pontifici reseruatam incurrunt, & alijs pœnis ligantur, de quibus Leo X. in sua Const. 26. quæ incipit. *In supremo.* Clemens VII. Constitut. 42. incip. *Romanus Pontifex.* & Gregor. XIII. Constitut. 24. quæ incipit. *Ad Romani.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum secularium prohibens alienationem in forenses non comprehendit clericos etiā alieni territorij, quin ipsi alienare possint sua bona in forenses, seù quin subditus alienare possit Ecclesiæ, & personis Ecclesiasticis.*

2 *Statutum prohibens legare forensi non comprehendit legantem Monasterio etiam forensi.*

3 *Statutum secularium prohibens alienationem in forenses non ligat clericos, quin possint in forenses alienare bona patrimonialia.*

4 *Statutum prohibēs extractionem frugum non comprehendit forensem extrahentem fruges collectas in dominio statuentium, in quo forensis prædia possidet.*

5 *Statutum secularium prohibens alienationem in Ecclesiam, siuè Ecclesiasticas personas non valet.*

6 *Correlatiuorum natura est, quòd dispositum in vno censeatur quoquè dispositum in alio.*

7 *Statutum secularium loquẽs singulariter, & per verba praeceptiua, & directa in personam imponendo certam formam in agendis per clericum non valet.*
8 *Statutum secularium prohibens fieri legata ad pias causas non valet.*
9 *Ecclesijs liberè legari, & donari potest.*
10 *Constantinii donatio magis videtur restitutio facta Ecclesiæ, quàm propria donatio.*
11 *Principes seculares prohibentes suis subditis, ne cum personis Ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia illis exhibeant, sunt excommunicati, & huiusmodi prohibitio est nulla, siuè fiat per viam praecepti, siuè per viam statuti.*
12 *Statutum laicorum prohibens nõ fieri alienationem in Ecclesiam nisi de licentia eorundem non valet.*
13 *Liber non est, cui petenda est licentia.*
14 *Verbum liberè quid importet.*
15 *Statutum disponens, quod pro legatis, & donationibus stabilium Ecclesijs, aut alijs pijs locis factis eorum æstimatio assignetur non valet.*
16 *Opinio quæ fauet Ecclesiæ, & religioni est sequenda.*
17 *Statutum secularium Monachis adimens ius succedendi non valet.*
18 *Statutum Rauenna disponens circà filias, & alias fœminas, quæ fiunt Moniales, non valet.*
19 *Statuta confirmata per Papam in forma communi, & generica non comprehendunt ea, quæ sunt contrà libertatem Ecclesiasticam.*
20 *Papa in generali confirmatione statutorum non intelligitur confirmare ea, quæ sunt contrà libertatẽ Ecclesiæ.*
21 *Statuta confirmata per Papam in specie ligant personas Ecclesiasticas.*
22 *Statutum de successione tàm in inclusione agnatorum, quàm fœminarum conditum antè susceptum clericatum ligat personas Ecclesiasticas. & n. 25.*
23 *Statutum, quòd stantibus masculis filia non succedat habet etiam locum in Clerico, & in Monacho.*
24 *Clerici non dicuntur omninò extranei, neque subditi, vel forenses.*
25 *Statutum factum post susceptum clericatum non ligat clericos.*
26 *Clericus factus post solutum debitum potest probare solutionem testibus nõ obstante statutô in contrarium.*
27 *Statutum laicorum de successione ab intestato excludens fœminas propter masculos non comprehendit hæreditatem clerici.*
28 *Clericus qui iniuit contractum antè clericatum ligatur statuto, siuè consuetudine laicorum respectu illius contractus.*
29 *Statuta laicorum ligant clericos in quærendis, licet secus in quæsitis.*
30 *Res transeunt in Ecclesiam cum onere.*
31 *Statutum disponens, quòd omnia prædia territorij sint tributaria, non ligat prædia Ecclesiæ, neque illa, quæ posteà à laicis transeũt in Ecclesiam.*
32 *Res quando transit in Ecclesiam, eximitur à registro Communitatis.*
33 *Clerici tenẽtur soluere Communitati, si mittant animalia ad pascua Communitatis.*
34 *Statuta laicorum nõ possunt disponere super rebus Emphyteoticis Ecclesiæ. & num. seq.*
35 *Statuta laicorum valent, si disponunt super vtili dominio rerũ Emphyteoticarum Ecclesiæ dum vtile dominiũ est separatum à directo, secus vbi fuerit consolidatum cum directo.*
36 *Statuta laicorum non possunt disponere super directo dominio feudi Ecclesiastici, secus super dominio vtili. Contrarium tamen est veriùs cum dominium vtile sit connexum, & dependens à directo, & ratione connexitatis idem de vtili, quod de directo debet iudicari.*
37 *Testamentum cõditum in aliquo Monasterio, in quo testamento non fuit seruata solemnitas requisita per statutum Ciuitatis, est validum, quamuis aliud testamentum fuerit celebratum validum, & solemne.*
38 *Statutum secularium disponens testamenta insinuata non valere nõ comprehendit testamentum clerici, quamuis in illo fuerit institutus laicus.*
39 *Statutum secularium disponens testamenta insinuata non valere non ligat clerici institutum in testamento non insinuato, quin possit hæreditatem adire. Sicut nec tenetur vltrà vires hæreditarias, etiamsi inuentarium non confecerit.*

40 *Statutum probibẽs aliquem teſtari, niſi ſeruatis certis ſolemnitatibus non comprehendit teſtante ad pias cauſas.*

41 *Statutum laicorum iuris congrui non arctat clericos.*

42 *Statutum diſponens, quòd qui voluerit vendere teneatur requirere conſanguineos, ſeù vicinos, non habet locum in alienationibus faciendis per clericos.*

43 *Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractibus mulierum non procedit, quando mulier cõtrahit cum Eccleſia.*

44 *Conſuetudo Neapolis probibens diſpoſitionem de bonis antiquis decedentiũ ſine filijs, niſi vſque ad medietatem non procedit in clerico diſponente.*

45 *Statutum quo cauetur, quòd declinans Iuriſdictionem Poteſtatis poſſit offendi non ligat clericos.*

46 *Statutum ſecularium permittens impunè occidi bannitum non comprehendit clericum bannitum.*

47 *Statutum ſecularium matrimonij liberum conſenſum impediens non valet.*

48 *Statutum probibens matrimonium cum forenſi non valet.*

49 *Aegidiana Conſtitutio clericos nõ comprehendit ex defectu ſtatuentis.*

50 *Conſuetudo in præiudicium Eccleſiæ, ſiuè clericorum introduci nequit.*

§. Quartus.

1 Nequè Statutum ſeculariũ prohibens alienationem in forenſes non ſubditos comprehẽdit clericos etiam alieni territorij, quin ipſi alienare poſsint bona ſua in forenſes, ſeù quin ſubditus poſsit alienare Eccleſiæ, ſiuè clericis, & perſonis Eccleſiaſticis. *Gemin. in c. eos. §. clericis. col. fin. verſ. not. benè. de temp. ordin. in 6. Card. in c. perpendimus. nu. 13. de ſent. excom. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 245. vbi etiam Felin.* dicens de cõmuni opinione. *n. 87. & DD. de conſtit. Io. Andr. in cap. fin. vbi etiam Gemin. Anchar. & Franc. de immun. Eccl. in 6. Bart. in l. filiusfam. §. Diui. num. 11. & 12.* vbi quoque *Angel. n. 4. Alex. n. 11. & 12. Iaſ.* de magis communi opinione *in 1. lect. n. 82. & ſeqq. & in 2. lect. n. 107. 109. & 110.* vbi pariter dicit de magis cõmuni. *Rip.* qui teſtatur communem. *n. 81. Soccin. Iun. nu. 166. & ſeq. Purpurat. ſub nu. 74. verſ. contrariam. Crot. nu. 80. & 88. Opizo. num. 83. Bolognet. num. 200 Loazeſ. nu. 152. & alij. ff. de leg. 1. Cæcialup in l. omnes populi. num. 98. ff. de Iuſt. & Iur. Bart. in l. fin. nu. 18. vbi etiam Bald. n. 17.* dicens ita ſe habere veritatem. *Caſtr. n. 5. & Iaſ. num. 30. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 211. nu. 2. vol. 2. Bald. conſ. 132. nu. 3. & conſ. 248. in fin. vol. 2. Corn. conſ. 145. n. 4. vol 4. Dec. conſ. 124. verſ. ſexto. Soccin. Iun. conſ. 76. nu. 10. vol. 3. Abb. conſ. 26. per totum. par. 1. Cæphal. conſ. 53 nu. 37. & 38. vol. 1. Burſat. conſ. 93. n. 25. vol. 1. Menoch. conſ. 165. n. 8. vol. 2. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 4. n. 8. & 9. de reg. iur. in 6. Tiraq.* qui infinitos citat *in tract. de legib. cõnub. in gloſſ. 6, nu. 169. Boſſ. in prax crim. tit: de Pœnis. n. 43. Alber. in tract. de ſtat. p. 2. q. 2. n. 26. Maran. in diſput. 8. n. 12. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 648. Clar. in §. fin. q. 82.* in quinto Statuto, dicens communem. *Card. conſ. 144. num. 4. Lancellot. Gall. conſ. 59. n. 87. & ſeq. Alb. conſ. 8. nu. 9. Alderan. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. nu. 2. & ſeqq. Rip. lib. 1. reſponſ. 2. n. 4. & 5. Caſtr. conſ. 89. nu. 1. vol. 2. Federic. conſ. 45. Anchar. conſ. 14. conſ. 15. n. 2. & conſ. 115. n. 6. Soccin. Sen. conſ. 14. n. 1. vol. 4. Barbat. conſ. 47. nu. 10. vol. 3. Plotin. conſ. 19. n. 11. & 12. Syluest. verb. excommunicatio. 4. n. 5. & verb. immunitas. 1. num. 9. Surd. conſ. 3. nu. 34. vol. 1. & conſ. 301. per totum. vol. 3. Caſſan. in conſuetud. Burgũ. l. fol. 314. n. 51. Duard. in com. Bullæ Cœnæ Domini. lib. 2. Canon. 15 q. 19. num. 84. verſ. non tamen. Nat. de Iuriſd. p. 4. caſ. 6. nu. 6.* & latiſſimè poſt multos ab eo allegatos tenet *Rimin. Iun. conſ. 15. nu. 85. 89. & ſeqq. vol. 1.* qui hanc opinionem dicit communem, atque omnibus, quæ in contrarium adducuntur, reſpõdet. *Carpan. ad Statut. Mediolanen. tit. de Pœnis. verb. cuiuſuis ſtatus. nu. 20. & 150.* vbi plures allegat. *Craſſ. lib. 2. commun. opin. verb. Statutũ. q. 12. Honded. conſ. 3. nu. 22. vol. 1.* vbi dicit hanc ſententiam communiter approbari reprobata opinione. *Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. n. 8. de conſtit. & in c. clericis. n. 2. de iudic.* & in alijs locis. *Signorol. conſ. 21. Menoch.* non ſibi conſtans *conſ. 800. num. 23. vol. 8. & conſ. 1000. nu. 34. vol. 10.* & ſequacium contrarium ſententium. *Azor. p. 1. Inſtit. Moral. lib. 5. cap. 12. q. 5. & cap. 25. q. 14.*

tum quia læditur liberras Ecclesiæ. *DD. in cap. nouerit. de sent. excõm.* tum verò quia aufertur Ecclesiæ, quod illi concessum est à Summis Pontificibus & Imperatoribus acquirendum. *l. bibeat C. de sacros. Eccles. l. iubemus. l. generali. l. illud. vbi addit. ad Bart. litera D. C. de sacros. Eccles. l. vt inter ff. de hered. relict. auth. de alienat. §. nos igitur. & § si nimis. cap. sunt qui opes. 17. q. 2. cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. clem. religiosi. de decim. Turrecrem. in cap. si quis in atrio num. 8. & 9. 17. quæst. 7.* Præterea nulla dispositio generalis comprehendit casus, vel personas priuilegiatas. *Dec. in l si certis. C. de pactis & in cap sedes. nu. 13. de rescript Ruin. cons. 195. nu. 5. vol. 1.*

2 Et propterea statutum prohibens legare forensi non comprehendit legantem Monasterio, etiam forensi. *Felin. in c. in præsentia. num. 38. de probat. Card. cons. 68. incip. in Ciuitate Trigesti.*

3 Neque huiusmodi Statuto prohibentur clerici, quin possint alienare eorum bona patrimonialia in forenses. *Rip. in d. c. 2. tit. de legibus.*

5 Cum neque forenses ligentur edicto Principis prohibentis extractionem frugum ex suo Dominio, si forenses extrahunt fruges collectas in Dominio illius Principis, in quo forenses prædia possident. *Cyn. in l. 1. col. fin. C. quæ sit long. consuet. Guid. Pap decis. 373. Thessau. decis. 152.*

5 Multò minus valet huiusmodi laicorum statutum, si directè, & expresse prohibeat, ne fiat alienatio in Ecclesiã, siue in Ecclesiasticas personas. *c. Ecclesia S. Maria. vt lit. pend. nihil innou & c. fin. de immun. Eccl. in 6. c. Eccl. S. Mariæ & ibi Abb. nu. 4. & 37. Felin. n. 38 89. & 93. & Dec. n. 24. 104. 106. 174. 245. & 249.* vbi dicit cõmunẽ. *de constit Card. in c perpẽdimus. de sent. excom. Abb. in c. clericis. vbi etiam Bald* sibi contrarius. *nu. 2. Butr. & Imol. de for. comp. Bart. in l. cunctos. nu. 28. C. de Sum. Trinit & fid. Cathol. in l fin. nu. 18. C. de sacros. Eccles. & in dicta l. filiusfam. §. Diui. n. 12. vbi etiam Alex. nu. 11. & 12. Ias.* qui testatur de communi, & magis communi opinione. *num. 72. 81. 82. & seq. Angel. num. 4. Rip. num. 81.* dicens pariter communem *Crot. num. 88. & 180. Opiza. nu. 72. & 81. & Loazes. nu. 157. ff. de leg. 1. Alciat. in auth. cassa. num. 12. & 13. C. de sacros. Eccles. Bald.* sibi contrarius *in l. vt inter diuinum. nu. 12. C. de sacros. Eccles.* vbi ait, quòd licet aliàs dixerit hoc Statutum valere, nihilominùs veritas est, quòd non comprehendat Ecclesiam. *Ancharan. cons. 11. nu. 5. & cons. 14. & cons. 155. Corn. cons. 145. nu. 5. & 6. vol. 4. Angel. cons. 47. nu. 3. Plot cons. 19. n. 11. & 12. Alba. cons. 8. nu. 8. Vasq. de success. creat. to. 1. lib. 1. §. 10. n. 648. vers. denique leges. Barbat. cons. 47. num. 9. vol. 3.* qui fatetur hanc opinionem esse communem, licet ipse contrarium teneat. *Cald. cons. 21. in fin. de constit. Surd. cons. 301 n. 11. vol. 3. Cassan in consuetud. Burgun. Rubr. 9. §. 10. nu. 51. Tiraquel. de legib. connubial. l. 8. nu. 172. Boss. in prax. crimin. tit. de pœnis. num. 43. & in tit. de Principe. nu. 339. Clar.* dicens communem *in § fin. q. 82 in quinto Statuto. Carpan. ad constit. Mediolanen. in c. de collegijs. vers. huic dominio. n. 150. Menoch. de recuper. poss. remed. 14 nu. 56. Zauallos,* qui multos allegat. *pract. quæst. q 37. nu. 26. Pecchius de amortizatione cap. 6. vers. cæterum &* de communi tàm Iuris Pontificij, quàm Imperialis Doctorũ opinione dicit *Thusc. pract. conclus. Iur. tom. 5. vers. libertas Ecclesiastica conclus. 342. num 83. cum seqq. Duard. in com. Bulla Cœna Domini lib. 2. can. 15. q. 19. num. 83. cum seqq.* nàm licet verba prohibitiua Statuti dirigantur in subditos, si tamen subditus prohibetur alienare in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas; Ecclesia, & personæ Ecclesiasticæ prohibentur emere, & acquirere ex natura correlatiuorum. *Alex ad Bart. in l fin. vbi etiam Ias num. 17. C. de exact. tribut. lib. 10.* quem sequitur *Purpurat. in addit. ad Ias. in d. §. Diui. num. 10.* cum adductis *per Thusc d. conclus. 342. n. 98. & 100.*

6 Nam dispositum in vno correlatiuorum censetur dispositum in alio. *l. vnica C. de cupress. lib. 11. l. fin. C. de indic. viduit. tol. Osasc. decis. 115. nu 10.*

7 Neque valeret tale Statutum, vbi loqueretur singulariter, & per verba præceptiua, & directa in personam, imponendo certam formã in agendis per clericum. *Abb. in d. c. Ecclesia S. Maria. in lectur. in fin. vbi etiam Felin. num. 38. & Dec. num. 104. & 106,* idem *Abb. in cap. inter alia.* post *Innoc.* ab eo allegatũ. *de immun. Eccles. 8.* post *Io de Lignano* testatur *Lap. alleg. 106. Socin. Iun. cons. 1. num. 9. cum seqq. vol. 2. Bursat. cons. 93. num. 45. vol. 1. Rim. Iun. cons. 449. num. 32. & seqq vol. 4. Honded. cons. 3. n. 23. vol. 1. Boer. decis. 231.*

nu. 1.

*nu.*1. leges enim fecularium mentionem acientes expreffam de Ecclefijs, & de clericis funt ipfo iure nullæ, vt dictum fuit in *tit. de Exempt. Cleric. & eor. bon. à muner. public. in §.*1.

8 Minùs fi prohiberet legata fieri ad pias caufas. *Dec. in d. c. Ecclefia S. Maria. nu.* 193. *Card. conf.* 66. *circà fin.* cum neque apud Ethnicos prohibitū effet legari Sacerdotibus. *l. ianna. §. Attitia. ff. de annu. leg. l.* 1. *§. ad municipium. ff. ad l. Falcid.*

9 Et propterea Ecclefijs liberè legari, & donari poteft. *l.* 1. *& l. fin. C. de facrof. Ecclef. auth. de non alien. & permut. reb. Ecclef. Azor. p.* 2. *Inft. Moral. lib.* 9. *cap.* 10. *verf. tertium prinsleginm.* nam quæ Ecclefiæ donantur ad priorem naturam rediiffe dicuntur, ad Chrifti videlicet poteftatem, cuius eft terra plenitudo eius. *Pfal.* 23. ad tradita per *gloff. in l.* 1. *§. cum Vrbs. de offic. Praf. Vrb.*

10 Et ità Conftantini donatio, de qua in *c. Ludouicus* 33. *dift.* magis videtur reftitutio facta Ecclefiæ, quàm propria donatio, vt ibidem dicit *gloff.* quam fequuntur *Abb.* & alij relati ab *Alban. in tract. de immunit. Ecclef. nu.* 72. *Iodoch. Coccius in thef. cathol. to.* 1. *lib.* 7. *de Hierarch. Ecclef. art.* 10. *Caftald. de Imperatore. q.* 50. *&* 51.

11 Domini autem temporales prohibentes fuis fubditis ne cum perfonis Ecclefiafticis contrahant, vel communia obfequia illis exhibeant ipfo facto excōmunicationem incurrunt. *c. eos qui. &* ibi *gloff. de immunit. Ecclef. in* 6. *Felin. in d. c. Ecclefia Sancta Maria. num.* 118. *Franc. in d. c. eos qui. col.* 1. *verf. vlt. not. & verf. quod autem. vbi etiā Anchar. n.* 1. idem *Anchar. conf.* 156. *nu.* 6. *Crot. in dicto §. Diui. n.* 80. *Ang. verb. excōmunicatio.* 8. *n.* 50. *Nau. in Manual. cap.* 27. *nu.* 130. & poft multos allegatos dicit *Sayr. thef. caf. cōfc. lib.* 3. *c.* 34. *nu.* 16. *& feq.* etiamque nulla huiufmodi prohibitio fiuè fiat per vim præcepti, fiuè per viam Statuti. *Abb. in d. cap. Ecclefia Sancta Maria. in* 2. *lect. nu.* 27. *Marta de Iurifd. par.* 4. *caf.* 62.

12 Neque valeret fupradictum Statutum in præiudicium clericorum, & fi prohibitio alienationis non fieret abfolutè, fed cum temperamento, ideft fine licentia eorumdem Dominorum temporalium, quia vtcunque offenderet hoc libertatem Ecclefiafticam, & eò maximè quia fi poftea peteretur talis licentia, poffet illa denegari. *Card. in dicto c. perpēdimus. Felin. in d. c. Ecclef. S. Maria. n.* 96. *Abb. conf.* 83. *par.* 1. *Lap. alleg.* 92. *nu.* 4. *Alciat. in auth. caffa. num.* 4. *C. de facrof. Ecclef.*

13 Cum non dicatur effe in libertate ille, cui petenda eft licentia. *gloff. in clem. dudū. verb. liberè. de fepul. Abb. in c.* 1. *n.* 4. *vbi Imol. nu.* 3. *de offic. Ordin. Alban. de immun. Eccl. n.* 11. *Dec. conf.* 131. *in prin. Rol. cōf.* 42. *n.* 18. facit *Boff. in tit. de Pœnis. nu.* 43. vbi dicit, quòd nunquam vidit alienationem factam alicui perfonæ Ecclefiafticæ fine huiufmodi licentia Senatus Mediolan. infringi. *Carpan. d. n.* 150. *&* 151.

14 Et verbum liberè importat libertatem fine contradictione, & aliqua diminutione, & fine auctoritate, cōfenfu, & abfq. neceffaria alterius requifitione. *cap.* 1. *vbi gloff. Arebid. Io. Andr. Gemin. Franch. & Butr. de offic. Ordin. in* 6. *c.* 1. *vbi Io. Andr. & Gemin. de Regular. in* 6. *c. de multa. vbi Abb. nu.* 3. *de praben. Alex. conf.* 12. *vol.* 2. *& conf.* 96. *vol.* 5. & illud dicitur fieri poffe liberè, in quo nullo alterius opus eft minifterio. *Iaf. in l. Centurio. n.* 47. *ff. de vulg. fubftit. Bart. in l. precibus. C. de impub. fubftit. Abb. conf.* 8. *num.* 17. *Menoch. de arbitrar. q.* 6. *nu.* 34.

15 Neque fuftinetur Statutum laicorum, quo non abfolutè prohibetur legari, aut donari Ecclefijs, fed difponeret, quòd pro legatis, & donationibus ftabilium à fidelibus factis Ecclefijs, aut alijs pijs locis, eorum æftimatio illis affignetur. *Bald. in auth. hoc ius porrectū. n.* 18. *C. de facrof. Ecclef. Gemin. in c. pen. de immun. Ecclef. in* 6. *Dec. in cap. Ecclefia Sancta Maria. n.* 191. *de cōftit. Specul. in tit. de locat. §. nūc aliqua. n.* 142. *in fin.* quos & alios ab eo allegatos fequitur *Duard. in cōmen. Bulla Cœna Domini. lib.* 2. *canon.* 15. *q.* 19. *nu.* 95. Licet nō defint, qui fuftinere conantur effe iuftum, & validum Statutum prohibens alienationem in Ecclefias, & perfonas Ecclefiafticas, fiuè addens huiufmodi prohibitioni non poffe alienationem fieri fine licentia Principis, aut nifi priùs foluatur certa quantitas ad rationem libræ, &c. cuius opinionis funt. *Butrig. in dicta auth. caffa. & in l. affiduis. C. qui potior. Bald. in d. c. qua in Ecclefiarum. nu.* 8. *& in c. clerici. nu.* 2. *&* 3. *de iudic. Salycet. in l.* 1. *C. de facrof. Eccl. Signorol. d. cōf.* 21. vbi pro hac opinione adducit quindecim fundamenta, & alij relati à *Tiraquel. de retract. lignag.*

§.1.verb.l'acbepteur. gloss.13.nu.5.in fin.

16 Nihilominùs, quamuis essemus adhuc in dubio, non debemus discedere ab ea opinione, quæ fauet Ecclesiæ, & religioni. l.sunt personæ.ff.de relig.& sumpt.fun. & cap.fin.de sent.& re iud. Boer. decis.38. nu.2. maximè in iudicando, & consulendo. Felin.in c.1. nu.104. de constit. Hostien.in c.rursus.vbi etiam Io. Andr. propè fin. qui cler.vel vouen.Ias.in dicto §.Diui.nu.82. Neque obstant l. Ecclesiastici. & l.nulla. C.de Episc. & Cler. quia dictæ ll. fuerunt abrogatæ per l.legẽ.C.eod.& d.auth.cassa. C. de sacros. Eccles. Minùs obstat, quòd emphyteotica res non possit alienari in Ecclesiam, siuè in piam causam, neque res feudalis. auth. de alien.emphyt.§.1.& c.1. §.1.qualit.olim pater.feud.alien. Quia hoc factum fuit, ne fiat deterior cõditio directi dominij. Cla. in §.emphyteusis.q.22.& in §.feudum.quæst.40.

17 Proindè neque valet Statutũ Monachis adimens ius succedẽdi. Bart.in l.fin. n.4.vbi etiam Cagnol. dicens communem n.178.C.de pact.Rip.in l.ex facto.§.si quis rogatus. nu.39.ff. ad Trebell. Zasius in l.stipulatio ista hoc modo concepta. nu.38. ff.de verb.obligat. Dec. in d.cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.num 188. de constit. Alex. cons.139.vol.2. quare iniquum, & inualidum est statutũ, quo cauetur, quòd ingrediens religionem non succedat parẽtibus, siuè alioqui huiusmodi statutum disponat de bonis ingredẽtium Monasterium. l. Deo nobis.C.de Episc. & Cler. Abb.in d.c.quod clericis.nu.40.de for.comp. DD.in d.l.stipulatio hoc modo cõcepta.& præcipuè Rom. vers.circa illud verò exemplum. Dec. de communi in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num.188.& Felin.num.77 idem Felin.in c.in præsentia.n.38.vbi etiam Dec. n.197. de probat.Bal.in l.omnes.& ibi Crot.n 82. ff.de Iust & Iur. Castr.in l.si quis id quod. ff.de Iurisd.omn.Iud.& cons.305.Cagnol. in d.l.fin.n 89.vbi etiam Bolognet.n.105. & Fulgos.C.de pact. Angel.in disput.quæ incipit. Nobilis quædam genere. Soccin. cõs.183.vers.& licet in statuto.& cõs.241. vers.secunda est opinio. vol.2. Campeg.in tract.de statut q.12.Alex.cons.138.in fin. dicẽs de magis communi opinione. vol.2. Roland.cons.35.nu.26.vol.3. & de Statuto Ferrariæ dicit Cæphal.cons.526.per totũ. vol.4.Duard.in com.Bullæ Cœnæ Domini. lib.2.Canon.15.q.19.nu.101.seqq. & ideò Monialis non arctatur statuto exclusiuo fœminarum, stantibus masculis, maximè si verba Statuti respiciãt tempus successionis. Cæphal.cons.95.num.14.vol.1. quia si tales ingredientes Monasterium repellerentur à successione possent de facili distrahi ab ingressu Religionis, & sic esset impedimentum vitæ contemplatiuæ, quod dari nõ potest, cõtrà tex. in §.sed hoc præsenti.auth.de sanctis.Episc.Riu.in l.ex facto.§.si quis rogatus. col.4.ff.ad Trebell. Rol. d. cons.35. num.26. quidquid dicant Angel.in d.l.fin.col.1.vers.sed tu dic.C.de pact. qui cõmuniter damnatur. & Rimin. Iun. cons.351.per tot. & maximè à nu 112. vsque ad fin vol.4. prout dicetur in tit.de Bonis Cleritor.in §.21.

18 Ex quibus etiam apparet nõ valere Statutum Rauennæ de successione filiorũ, & aliorum descendentium in bonis parentum, & aliorum ascendentium ab intestato morientiũ. Rubr.12 lib.3. quo formalibus verbis cauetur, quòd si filias, & alias fœminas velle ingredi Monasterium aliquod contingeret, eis dos illa præstatur, quæ dotantibus, & Monasterij ipsis placuerit, & simul pacti fuerint, vel si iam effectæ essent Monachæ contentæ esse debeant dote iam habita, & nihil vlterius in quocũque horũ casuum petere, aut consequi possint; tùm quia huiusmodi Statutum de facili retrahere posset filias ab ingressu religionis, & ita esset impedimentum vitæ contemplatiuæ, vt dictum fuit; tùm verò quia tale Statutum loquitur singulariter per verba præceptiua, & directa in personã, quo casu non ligat, vt dictum fuit superiùs in §.2. n.33.& maximè vbi expressè remouet personas Ecclesiasticas à successione. Paris. cons.65.nu.14.& 15.vol.2. leges autem secularium singularem, expressamq. mentionem facientes de personis Ecclesiasticis sunt ipso iure nullæ, vt dictum est n.6. & constat ex alijs diffusè dictis in præsenti titulo, & in tit.de Exempt.Cler. à muner. public.in §.2. propterea multò magis possunt Moniales petere legitimam debitam ex bonis matris, quatenùs illis non renunciauerint antè emissam Religionis professionem.

19 Neque iuuat, quòd dici possit Statuta Rauennæ esse confirmata à Sede Apostolica, quia huiusmodi confirmatio est in forma communi, & generica, quo casu nõ comprehenduntur ea, quæ sunt contrà li-

ber-

bertatem Ecclesiasticam, nequè proindè ligāt personas Ecclesiasticas. *Paris. cōs. 106. n. 3. & seqq. vol. 3. & in c. ex part. 1. de rescr.*

20 Quia Papa in generali cōfirmatione Statutorum, quam facit, non intelligitur confirmare ea, quæ sunt contrà libertatem Ecclesiæ. *Bald. in l. omnes. ff. de Iust. & Iur. Felin. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 4. Paris. d. cons. 106.* fermè per tot. *Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 2. n. 148. cū seqq.* Hinc Statutum Bononiæ disponens, quòd ædificans porticum viam tantæ latitudinis dimittat, non comprehendit clericos, nequè Ecclesias; Nequè Statuta pariter Bononiæ Notarij de Fanglo circà stratas, cloacas, & immūditias, nequè Statuta de Aquęductibus, & discursibus aquarum. *Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 5. c. 13. quæst. 5. in fin. Lopez ad Diaz. in pract. crim. Can. c. 58. vers. quinto hinc emanat*, quidquid dicant *Salicet. in d. auth. cassa. & Barbat. cons. 1. num. 33. & 34. vol. 3.* quia licet huiusmodi Statuta sint cōfirmata per Papam, nihilominùs talis cōfirmatio est in forma communi, vt ego vidi, & notaui. Quinimò confirmatio Statutorum Rauennæ facta per Syxtum Quintum, Clementem Octauum, & Paulum Quintum est cū clausula, *Dummodo sint licita, & honesta, iusta, & rationabilia, ac sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis minimè repugnantia, nec contrà Ecclesiasticam libertatem tendentia*, vt pariter ego vidi, & notaui.

21 Quod si Statuta fuerint in specie, quoad ea, quæ tangunt personas Ecclesiasticas, approbata per Papam, tūc valerent etiam contrà clericos, & Ecclesias. *d. c. Ecclesia S. Mariæ. vbi Abb. n. 5. Host. in c. cū laicis. n. 10. de reb. Eccles. non alien. Bald. in l. ex placito. n. 6. C. de rerum permut. Alex. cons. 209. nu. 3. vol. 2. Barbat. cons. 14. n. 24. vol. 2. Surd. cons. 301. nu. 30. vol. 3. Capra. concl. 15. n. 29. Maluas. cons. 3. n. 28. Garz. de vlt. fin. Iur. ciuil. n. 158. & seqq.* & tunc dicentur Statuta Papalia iuxtà regulam illam, omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostrā impartimur. *l. 1. §. meritò. C. de vet. iu. enucl. gloss. 1. in c. 1. de præsūpt. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 29. nu. 7.*

22 Statutum tamē de successione tàm in inclusione agnatorum, quàm exclusione fœminarum conditum antè susceptum clericatum, siuè Monachatū, dummodò prohibitio non fiat in personam, comprehendit personas Ecclesiasticas, *Soccin. Sen. cons. 230. n. 8.* qui dicit cōmunē. *Neuizan. cons. 39. Bursat. cons. 93. num. 22. cum seqq. & num. 28. & 36.* & ferè per totum. *vol. 1. & cons. 198. n. 45.* vbi fatetur communem. *vol. 2. Marant. in sua disput. 8. num. 8. 10. & per totam. Surd. decis. 20. nu. 10.* & post *Felin.* dicit *Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. vers. item solent.* quia huiusmodi Statutum non excludit personas Ecclesiasticas, vt Ecclesiasticas, sed vti vel secūdogenitos, qui repelluntur à primogenitis, vel vti mulieres, quibus prçferūtur masculi, & ità non læditur libertas Ecclesiastica. *Anchar. cons. 434. num. 3.* & animaduertit *Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. vers. item solent.*

23 Quamobrem Statutum, quòd stātibus masculis filia non succedat, habet etiā locum in clerico, & in Monacho. *Abb. in c. quod clericis. nu. 42. vbi etiam Bute. de for. comp. Felin. in c. Ecclesia Sācta Mariæ. num. 87. cum seqq. & cum appostil. & Dec. nu. 217. de constit. Soccin. Sen. cons. 2. n. 2. vol. 2. & cons. 127. n. 6. vol. 4. Nat. cons. 44. num. 5. vol. 1.* cum infinitis allegatis per *Bursat. d. cons. 93. nu. 27.* vbi de communi fatetur *Put. decis. 99. num. 3. lib. 3. & Dec. d. cons. 280. nu. 9.*

24 Non enim clerici dicuntur omninò extranei, nequè subditi, vel forenses, sed de loco, atque vniuersitate, & ciuium, ac districtualium, vel populi appellatione in materia fauorabili, priuilegiata, & indifferenti veniunt clerici. *Bald. in l. 1. §. huius. nu. 9. & ibi Castren. vers. item an clerici. ff. de Iust. & Iur. Io. Andr. in c. fin. de offic. deleg. in 6. Abb. in c. 1. n. 1. de vit. & honest. cler. & in cap. dilecti. in 2. not. de for. comp. Felin. in cap. Rodulphus. nu. 17. 31. & seq. de rescript. Rom. singul. 446. & cons. 180. Oldrad. cons. 32.* quem refert, & sequitur *Felin. in d. cap. Rodulphus. d. nu. 17. & seq. Barbat. cons. 1. nu. 65. vol. 3. Nat. cons. 157. num. 8. vol. 1. Cæphal. cons. 54. nu. 12. vol. 1. Osasc. decis. 180. num. 8. Rot. diuers. par. 1. decis. 452. nu. 2.* vt dictum fuit *in tit. de Disciplina Clericali in §. 2. num. 12. & 13.* Verumenimuerò licet clerici dicantur ciues, & originarij, non sunt propterea suppositi, siue de Iurisdictione. *Bald. in l. de quibus. vbi etiam Ias. ff. de legib. Angel. cons. 48. circà fin. Alciat. resp. 12. num. 12. vol. 1.*

25 Si verò Statutum fieret post susceptum clericatum, vel postquam filia est

effecta monialis, tunc non ligat clericos, nequè moniales, ſecùs verò ſi fuiſſet factū Statutum priuſquàm quis factus fuiſſet clericus, aut facta fuiſſet monialis, dummodò Statutum non loquatur in perſonam. *Bart. in l. fin. vbi etiam Angel. C. de pact. Crot. in l. omnes. nu. 82. ff. de Iuſt. & Iur. Salicet. in dicta auth. caſſa. verſ. ex bis decidit.ur. C. de ſacroſ. Eccleſ. Dec. in d. c. Eccleſia Sancta Maria. nu. 213. vbi etiam Felin. nu.* 101. *de conſtitut. Aretin.* de communi *in cap. quod clericis. vbi etiam Abb. num.* 40. *de for. comp. idem Aret. conſ.* 111. *Lap. alleg.* 101. *Bal. cōſ.* 300. *vol.* 3. *Anchar. conſ.* 107. *Ruin. conſ.* 204. *num.* 10. *vol.* 1. *& conſil.* 102. *num.* 14. *& ſeqq. vol.* 2. *Roland. conſ.* 35. *nu.* 29. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 40. *nu.* 16. *vol.* 3. *Galcan. conſ.* 7. *nu.* 18. *Soccin. Iunior. conſ.* 230. *num.* 8. *& conſ.* 241. *nu.* 2. *vol.* 2. *Alexan. conſ.* 139. *circà fin.* vbi teſtatur de cōi. *& conſ.* 211. *nu.* 8. *vol.* 2. *Nat. conſ.* 282. *nu.* 12. *vol.* 2. *Burſat. dicto conſ.* 93. *nu.* 40. *verſ. & iſtam diſtinctionem. Honded. cōſ.* 4. *n.* 27. *vol.* 1. *Put. d. deciſ.* 99. *n.* 3. *Surd. dicta deciſ.* 20. *Mart. de Iuriſd. p.* 4. *caſ.* 4. *in fin. & caſ.* 5. *in princ. Duard. in com. Bul. Cœn. Domini. lib.* 2. *Can.* 15. *quaſt.* 17. *num.* 28. Propterea dicimus quoquè, quòd ſi Statutum ſit conditum antè clericatum ſecundogeniti, quòd primogenitus ſuccedit in hæreditate, & ſecundogenitus, licet poſteà fiat clericus, ligatur iſto Statuto. *Abb. in dicto cap. quod clericis. num.* 39. *& in dicto cap. Eccleſia Sancta Maria. nu.* 25. *verſ. ſecundus caſus. Alex. conſ.* 220. *nu.* 11. *vol.* 2. *Rol. dicto conſ.* 35. *nu.* 25. *cum ſeqq. Marſil. ſingul.* 29. *Nat. conſ.* 282. *n.* 12. *vol.* 2. *Brun. ſuper ſtatut. fœm. exclud. artic.* 6. *num.* 32. *& ſequen.*

26 Secùs in alijs caſibus, qui eſſentiam, & principium recipiunt poſt clericatum, in quibus non poteſt dici vinculum iniectum antè clericatum, vt in caſu laici, qui poſt ſolutum debitum efficitur clericus, qui poterit probare ſolutionem teſtibus, non obſtante Statuto in cōtrarium diſponente, quia probatio fit poſt clericatum. *Anchar. in c. ea. col. fin. de reg. iur. in* 6. *Dec. in dicto cap. Eccleſia Sancta Maria. num.* 204. *vbi etiam Felin. num.* 101. *Butr. in diſput. incip. ſtante Statuto municipali. in ſolut.* 2. *dub. Cephal. conſ.* 95. *num.* 14. *vol.* 1. *Cald. in quaſt. incip. Statuto Ciuitatis cauetur. col. fin.*

27 Statutum tamen laicorum de ſucceſſione ab inteſtato excludens fœminas propter maſculos non comprehendit hæreditatem clerici. *Dec. in dicto cap. Eccleſia Sancta Maria. nu.* 218. *Burſat. conſ.* 93. *n.* 22. 27. *& ſequentibus. vol.* 1. *Bertazzol. conſ. ciuil. conſ.* 63. *n.* 23. vbi teſtatur de veriori, & communiori opinione.

28 Quòd ſi clericus iniuit contractum antequam aſſumeret clericatum, ligabitur Statuto, ſiuè conſuetudine laicorum reſpectu illius contractus, ita vt ſit iudicandum ſecundùm illud ius etiam in foro Eccleſiaſtico. *Io. Andr. in cap. ſine culpa. de regul. Iur. in* 6. *Abb. in dicto cap. Eccleſia Sancta Maria. num.* 25. *verſ. ſecundus caſus. & in d. cap. quod clericis. nu.* 39. *Rolan. dicto conſ.* 57. *num.* 24. *&* 25. *Blanc. in tract. de cōpromiſſ. n.* 32. *verb. clericus. col.* 5. *verſ. in hac quaſtione.*

29 In quærendis quoquè Statuta laicorum ligant clericos, licet ſecùs in quæſitis. *Dec. in dicto c. Eccleſia Sancta Mariæ. n.* 240. *verſ. tertia cōcluſio. & cōſ.* 269. *num.* 8. *in fin. Bald. in Rubr. de conſtitut. nu.* 13. *verſ. quaro an valeat ſtatutum. Card. in c. perpendimus. num.* 13. *in fin. de ſentent. excommunicat. Iaſ. in l. filiusfam. §. Diui. num.* 78. *ff. de leg.* 1. *Tiraquell. de iu. primogen. quaſt.* 43. *nu.* 9. *Abb. conſ.* 26. *per totum. par.* 1. *Barbat. conſ.* 1. *nu.* 26. *&* 29. *vol.* 3. *& conſ.* 30. *per totū. vol.* 4. *Anchar. conſ.* 11. *num.* 5. *Crauet. conſ.* 135. *num.* 7. *& conſ.* 251. *nu.* 2. *Cephal. conſ.* 471. *nu.* 20. *& conſ.* 513. *num.* 22. *vol.* 4. *Driedo. de libert. Chriſt. lib.* 2. *cap.* 3. *in fin. Barz. deciſ.* 117. *num.* 29.

30 Antequam enim res transferantur ad clericos poſſunt conſtitui tributariæ, & ita tranſeunt poſteà cum illo onere tributi. *Bart. in auth. item nulla Communitas. C. de Epiſcop. & cleric. & in l. reſcripto. ff. de muner. & honor. Archid. in cap.* 1. *de immunit. Eccleſ. in* 6. & poſt eos, & *Lap.* dicit *Abb. in dicto cap. quod clericis. nu.* 41. vt dictum fuit in *tit. de Exempt. Clericor. à muner. public. in §.* 3.

31 Non valeret tamen Statutum, quòd omnia prædia territorij eſſent tributaria, vt quòd ſoluatur tertia, vel alia pars fructuum Communitati, nam ex hoc prædia Eccleſiæ, & illa quę poſteà laicis ad Eccleſiam tranſeunt, non obligarentur propter generalitatem iſtius Statuti. *Bald. in l. neminem. C. de ſacroſ. Eccl. Felin. in d. c. Eccleſia S. Maria. n.* 76. *verſ. quinto quaro.*

dicens esse veriorem, & sustentabiliorem opinionem, *vbi etiam Dec.nu.52. Cagnol. in l.fin. num.148.C.de pact. Didac. Perez. in l.1. titul.3. lib.1. ordin. vet. Gutierez. practicar. quaest. lib.2. quaest.132. num.5.* & plures relati à *Iaf. in l.placet. in 2.lect. nu.21.C.de sacros. Eccles. & à Tiraquell. de retract. lignag. §.1. verb. l'achepteur. gloss.3.n.11.cum seqq.Purpurat.cons.594. num.10.vol.1.Parpal.in d.l.placet. in art. de Ecclesia.vers.vltimo limitetis.vbi etiam Bald.Castren. & Iaf. reprobato Bart.* qui licet tenuerit oppositum *in l. rescriptum. §.feiendum.ff.de muner.& oneri.*se tamen submittit determinationi Ecclesiæ,& protestatur,quòd si Ecclesia aliter sentit, ipse eodem modo pariter sentiebat.*Azor.p.1. Inst.Moral.lib.5.cap.13.quaest.1.Mart.de Iurisd.par.4.cas.11.nu.57.*

32 Statim enim quòd res transit ad Ecclesiam eximitur à registro Communitatis. *Bart.cons.*180. *Parpal. d. vers. vltimo limitetis.*

33 Si autem Communitas habeat aliqua bona pertinentia ad Vniuersitatem ipsam laicorum, putà pascua,potest facere Statutū, quòd omnes teneantur annuatim soluere Communitati certam quantitatē pro subleuandis oneribus ipsius Cōmunitatis, quare clerici,si voluerint mittere sua animalia ad illa pascua, tenentur soluere. *Abb. cons.6. in princ. & num.1. p.1.Purpurat.cons.324.nu.10.vol.1.*

34 Minùs laicorum Statuta disponere possunt super rebus emphyteoticis Ecclesiæ,quæ non debent ab huiusmodi Statutis regulari, & interpretari.*dicto cap.qua in Ecclesiarum.vbi Abb.num.2.Imol.num.7. Bero.num.6.Felin.num.95. circà fin. Dec. num.93.Alex.de Neuo.num.9. & DD. de consiit.Bero.cons.94.num.15.vol.1.Siluan. cons.9.num.23.& seq.Purpurat.cons.332. n.6.vol.1. & in l.placet.nu.23.C. de sacros. Eccles.Boss. in tit. de Principe. num.128. Surd.*post alios per ipsum citatos.*cōs.301. n.62.vol.3.Thusc. pract.conclus.iur.to.3. conclus.557. nu.18.Azor. Instit. Moral. par.3. lib.10. cap.11. q.1.3. seqq. & in fin.* tum quia prædia Ecclesiastica nō sunt sub potestate laicali.*Surd.dicto cons.301.dicto num.62.*cum verò quia dicta bona emphyteotica sunt perpetuò pensioni obligata, & pro eis quolibet anno canon soluitur, ideò nulla pro his debetur collecta,ne pro emphytheusi Ecclesiastica duplicia onera sustineantur.*Iaf.in l.1.numer.31. C.de iur. emphyt.*& post *Felin.Roman.Soccin. Dec.* & alios dicit *Thusc. pract.cōclus.iur.to.5. sub Rubr.oner.duplic. conclus.136. nu.1.* præterea exindè infringeretur libertas, quæ habetur adijciendi in traditione rei suæ conditiones, quas Dominus directus voluerit.*l.legem.& l.ex conuentione.C. de pact.* & maximè hoc esset cōtrà dispositionem. *l.1. & l.2. C.de iur. emphyt.* quibus disponitur in emphyteoticarijs contractibus pactiones conscriptas in Instrumentis esse diligenter obseruandas, quæ à Principe tolli non possunt. *§.adeò. Inst. de locat. gloss.in l.quoties. C. de precib. Imperator. offeren.* & de magis communi opinione. *Gabr.lib.3.cōclus.tit.de iur.quaesit. cōcl.1. num.1.& 2.* proindè nullum est Statutum Ternisinum disponens pressum ægestate posse vendere fundum, quem habet ab Ecclesia in feudum.*dicto cap.qua in Ecclesiarum.de constit.*

35 Quod tamen intelligendum est,quādo talia statuta disponerent absolutè, ac etiam complexiuè, seù super iure directo Ecclesiæ, prout distinguitur ab vtili Emphyteotæ laici, secus autem vbi disponerent super dominio vtili laicorum, prout distinguitur à directo Ecclesiæ, & pro eo tēpore, quo erit apud laicos, & super fructibus, qui exeo causantur,tunc enim valet eorum dispositio, quia fit super re laici, & nullum fit præiudicium Ecclesiæ,cui soluitur canon pro tempore, quo res est apud laicum,& si ad Ecclesiam reuertatur vtili dominio cōsolidato cum directo,cessat obligatio imposita ex registratione. *Iaf.in l.1.num.12.C.de indict. viduit.tol. Alex.cons.9.col.1.vol.5.Anchar.cons.125. num.7.& cons.433.num.3.Paris. cons.22. nu.85.Soccin.Iun. cons.71.num.13.vol.1. Alciat.cons.119.nu.8.vol.5.Bald.cons.31. vol.1.Ruin.cons.70.num.11.vol.5.Roland. cons.18.num.28.Purpur.cons.332.num.9. vol.1.Decian.tract.crim.lib.2.cap.35.n.14. Menoch.de arbitrar.cas.180.nu.7.& seq.* & nouissimè *in cent.6. cas.562. vbi.nu.30.* dicit de veriori, & communiori opinione. *Surd.cons.338.per totū.vol.3.& decis.160. num.13.vsque ad fin. Azor. par.3. Instit. Moral.lib.10.cap.11.quaest.2.*vbi dicit huiusmodi Statutum extendi super fructibus rei emphyteoticæ, pro quibus lex secularis onus imponere potest.

36 Et quæ dicta sunt de emphyteusi, intel-

gloss. 3. num. 225. Soccin. Sen. cons. 71. per totum. vol. 4. Cald. cons. 11. nu. 1. de constit.

16 In his autem, quæ concernunt ordinationem litis, vt de fine litis certo tempore, de fideiussione danda, de exhibendo mandato, de libelli oblatione, & vt vno verbo complectar in præparatorijs, & ordinatorijs litis, si litigent clerici coram Iudice seculari, ij ligantur legibus eiusdem fori secularis. *gloss. fin. in dicto c. quod clericis.* vbi *Abb. num. 6. & 10. & DD. de for. comp. & in clem. dispẽdiosam. verb. vsuris. de iudic. Abb. in d. c. Ecclesia Sancta Mariæ. nu. 25. 26. & 42. Felin. num. 81. vers. tertius casus. Dec. num. 44. 145. cum seqq. & num. 164. vbi etiam Imol. & Gemin. de constit. Abb. d. cons. 33. num. 4. Put. dicta decis. 99. num. 2. Corn. cons. 114. num. 4. in princ. vol. 2. Cuman. cons. 139. col. 2. Alex. cons. 164. col. 1. vol. 6. Soccin. Sen. cons. 71. nu. 7.* vbi testatur de communi. *vol. 4. Cald. d. cons. 11. & in d. disput. incip. Statuto Ciuitatis cauetur. Rolan. cons. 48. n. 20. & 22. vol. 1. & cõs. 57. nu. 20. vol. 2. Lap. alleg. 81. Cephal. cõs. 654. nu. 32. vol. 5. Thessau. for. Eccl. loc. cit.* quia Statuta cõcernẽtia modũ procedendi nõ concernũt personã, sed causam, quæ subijcitur illi foro. *Rol. d. cõs. 48. num. 21.* prætereà quia lex Canonica consentiens, quòd ibi causa agitetur, censetur etiam velle, quòd agitetur secundum modum illius iudicij. *gloss. in dicto c. quod clericis. & in clem. 1. verb. vsuris. de iudic.*

17 Neque valet Statutum laicorum super mortuarijs, & funere; si concernat cultum diuinum, & refrigerium animæ defuncti, quia illa propriè sunt annexa iuri spirituali. *Dec. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 196. vers. vndecimo.* vbi *etiam Felin. nu. 49. Abb. in cap. cum laicis. nu. 6.* vbi *etiam Imol. de reb. Eccles. non alien. & cons. 26. per tot. & cons. 61. par. 1. Roman. singul. 358.* vt dictum fuit *in tit. de fauor. Cleric. Real. in §. 2.* vel si ab eodem Statuto mandaretur, quòd in sepulturam non expenderetur nisi tantum, & taxaretur certus numerus clericorum, seù cereorum, quia licet non sit factum cũ spiritualibus, est tamen in cõnexis eisdem. *Syluest. verb. statutum q. 2. & verb. sepultura. num. 15. Angel. eodem verb. nu. 46. Abb. Imol. Dec. & Roman.* in locis modò allegatis. *Sebast. Medic. de sepult. part. 1. q. 30. Mart. de iurisd. par. 4. cent. 4. n. 1. & 2.* secus in his, quæ non concernunt expensas, quæ applicantur Ecclesiæ, sed pompam mundanam, putà circà vestes lugubres, & similia. *Ang. in verb. immunitas. num. 47. Abb. Dec. & Sebast. Medic.* in locis nunc allegatis.

18 Quia pompa exequiarum, & conditio sepulturæ magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum. *cap. anima. 13. q. 2. Cassan. in Catal. p. 2. cons. 6. Alban. de Cardinal. q. 50. D. Thom in 4. sent. dist. 45. quæst. 2. D. August. lib. de cura pro mort. cap. 2. & 18.*

19 Multò minùs valet Statutum Principis secularis indicens, & præcipiens obseruantiam alicuius festi, siuè disponens super rebus spiritualibus, vt copiosè dictum fuit *in d. tit. de fauor. Clericor. Real. in §. 2. & in §. 5. cas. 22.*

20 Nequè Statutum decernens clericos beneficiatos non posse esse in matricula Iudicum, siuè Aduocatorũ, ligat ipsos clericos, quin possint in Collegiũ Doctorum Ciuitatis admitti. *Alciat. cons. 30. per totum volum. 1. qui cons. 30. vol. 2.* Statutum Collegij Papiæ, quo cauetur quòd nullus clericus possit in Collegio artium, & Medicinæ ingredi appellat iniquũ, & iniustũ.

21 Minùs valet, & tenet contrà clericos Statutum disponens debitum non posse probari per testes, sed solùm per Instrumentum, quia clerici debitum etiam per testes probare possunt. *Anchar. in reg. ea quæ. de reg. iur. in 6. Abb. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 42.* vbi *etiam Dec. n. 206. idem Abb. in d. cap. quod clericis. nu. 32. & Aretin. de for. comp. Marsil. in l. si quis viduam. num. 32. ff. de quæst. Cald. in disp. incip. Statuto Ciuitatis cauetur. dub. vlt. Alex. cons. 210. nu. 11. & cons. 211. num. 4. vol. 2. Paris.* de communi *cons. 106. num. 1. vol. 3. Capra. conclus. 15. num. 62.*

22 Et quamuis de Iure ciuili exceptio non numeratæ pecuniæ sit intrà biennium continuum proponenda quo elapso introduci non potest nisi ætatis, vel absentiæ beneficio. *l. in contractibus. in princ. & ibi DD. de non num. pec. gloss. in c. si cautio. verb. confessioni. de fid. Instrum.*

23 Clerici tamen nõ prohibentur elapso biennio, quin hanc exceptionem opponere possint suscipiendo præsertim in se onus probandi pecuniam numeratam non fuisse. *Felin. in dicto c. si cautio. nu. 61. Dyn. in l. locupletari. in fin. de reg. iur.* quẽ sequuntur *Ias. in l. qui pecuniam. num. 7. ff. si cert. pet. & in l. cũ quis. n. 17. C. de iur. &*

fact. ignor. Marsil. sing. 463. & 622. *Angel. cons.* 156. *Menoch. cons.* 47. *n.* 9. *vol.* 1. *Capel. Tholos. quaest.* 318.

24 Neque contra laicos habet locum Statutum, quòd debitum praescribatur per quinquennium, siue per aliud tempus. *Fel. in d. c. Ecclesia Sanctae Mariae. n.* 105. *vers. tertium exemplũ. Ancbar. cons.* 258. *Alex. cons.* 169. *num.* 1. *vol.* 2. neque contra clericum haeredẽ creditoris, contra quem erat decursa pars temporis, & incoepta praescriptio. *Mart. de Iurisd. par.* 4. *cas.* 4. *in fin. Duard. in com. Bulla Coenae Domini. lib.* 2. *Canon.* 17. *num.* 55. & *seqq.*

25 Neque ligantur clerici Statuto, quo cauetur, quòd conducẽs domum, siue apothecam non possit expelli soluendo solitam pensionem, siue si non fuerit protestatum per tres menses antè. *Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Maria num.* 182. *Crot. in l. omnes. num.* 83. *ff. de Iust. & Iur. Alex. cons.* 17. *num.* 13. *vol.* 4. & *cons.* 160. *num.* 8. *vol.* 6. *Mart. d. p.* 4. *cas.* 98. Minùs arctantur clerici Statuto dante licentiam conductoribus possessionum liberè illas dimittendi, quia tale Statutum non extenditur ad conductores bonorum Ecclesiasticorum. *Fel. in d. c. Ecclesia Sancta Mariae. n.* 104. *vers. secundum exemplum. Bart. cons.* 187.

26 Sustineri neque potest Statutum, quo cauetur, quòd possessio Ecclesiae, vel beneficij accipi non possit sine licentia dominorum temporalium, quam appellãt, Exequatur, quia est contra libertatem Ecclesiasticam. *Gozadin. in d. l. omnes. n.* 91. *ff. de Iust. & Iur. Abb. cons.* 83. *p.* 1. & *in d. c. Ecclesia Sancta Mariae. vbi etiã Felin. nu.* 96. & *Dec. nu.* 105. *de constit. Boss. in tit. de Principe. num.* 218. *Prax. Archiep. Neapol. c.* 92. *nu.* 1. *circa med. Grass. de effect. cleric. effect.* 2. *nu.* 368. *Azor. par.* 1. *Instit. Moral. lib.* 5. *c.* 13. *q.* 6. & *p.* 2. *lib.* 9. *c.* 11. *vers. statutum laicorum. Syluest. verb. immunitas.* 2. *q.* 9. *Mart. de Iurisd. p.* 4. *cas.* 46. *Duard. in comment. Bulla Coen. Dñi. lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 11. *nu.* 59. & *q.* 19. *num.* 55. *vers. nec consuetudine.* quicquid dicant *Angel. cons.* 23. *Conar. pract. quaest. cap.* 35. *nu.* 6. *Syluest. Aldobrandin in addit ad Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. sub nu.* 185. *ver.* & *ità. Azaued. in l.* 2. *lib.* 6. *in* 1. *lib. recompilat.* & alij dicentes finem dandi exequatur, siue vt alij dicunt, placet, non esse opprimendi Ecclesiasticam libertatẽ, neque in aliquo super illa statuendi, neque retinendi prouisiones Apostolicas, siuè Ordinariorum, sed causa se informãdi, & posteà exequẽdi, & consulendi bono publico non auctoritatiuè in signum superioritatis; quia si non simpliciter directè, saltem indirectè impeditur, siuè retardatur executio dictarum literarum, cum non sit curandum quomodo, & cum quo quis loquatur, sed in quem voluntas, & loquentis intentio, & affectus dirigatur. *l. cum pater.* §. *donationis. ff. de leg.* 3. & vnum saepè in dispositione exprimitur, & ad alium effectum dirigitur per obliquum, prout dictum fuit superiùs in §. 1. *num.* 27.

27 Quare executionem literarum Apostolicarum impedientes siuè sint ij Ecclesiastica, siuè mundana dignitate insigniti, nisi prius ab illis fuerint examinatae, vel sine ipsorum licentia, & consensu, eorumq. fautores, si vniuersitates fuerint, ipso facto interdicti, si singulares personae excommunicationis eo ipso sentẽtiam Summo Pontifici reseruatam incurrunt, & alijs poenis ligantur, de quibus Leo X. in sua Const. 26. quae incipit. *In supremo.* Clemens VII. Constitut. 42. incip. *Romanus Pontifex.* & Gregor. XIII. Constitut. 24. quae incipit. *Ad Romani.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum secularium prohibens alienationem in forenses non comprehendit clericos etiã alieni territorij, quin ipsi alienare possint sua bona in forẽses, seu quin subditus alienare possit Ecclesiae, & personis Ecclesiasticis.*

2 *Statutum prohibens legare forensi non comprehendit legantem Monasterio etiam forensi.*

3 *Statutum secularium prohibens alienationem in forenses non ligat clericos, quin possint in forenses alienare bona patrimonialia.*

4 *Statutum prohibẽs extractionem frugum non comprehendit forensem extrahentem fruges collectas in dominio statuentium, in quo forensis praedia posidet.*

5 *Statutum secularium prohibens alienationem in Ecclesiam, siuè Ecclesiasticas personas non valet.*

6 *Correlatiuorum natura est, quòd dispositum in vno censeatur quoquè dispositum in alio.*

7 *Statutum secularium loquēs singulariter, & per verba praeceptiua, & directa in personam imponendo certam formam in agendis per clericum non valet.*
8 *Statutum secularium prohibens fieri legata ad pias causas non valet.*
9 *Ecclesijs liberè legari, & donari potest.*
10 *Constantini donatio magis videtur restitutio facta Ecclesiae, quàm propria donatio.*
11 *Principes seculares prohibentes suis subditis, ne cum personis Ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia illis exhibeant, sunt excommunicati, & huiusmodi prohibitio est nulla, siuè fiat per viam praecepti, siuè per viam statuti.*
12 *Statutum laicorum prohibens nō fieri alienationem in Ecclesiam nisi de licentia eorundem non valet.*
13 *Liber non est, cui petenda est licentia.*
14 *Verbum liberè quid importet.*
15 *Statutum disponens, quod pro legatis, & donationibus stabilium Ecclesijs, aut alijs pijs locis factis eorum aestimatio assignetur non valet.*
16 *Opinio quae fauet Ecclesiae, & religioni est sequenda.*
17 *Statutum secularium Monachis adimens ius succedendi non valet.*
18 *Statutum Rauennae disponens circà filias, & alias foeminas, quae fiunt Moniales, non valet.*
19 *Statuta confirmata per Papam in forma communi, & generica non comprehendunt ea, quae sunt contrà libertatem Ecclesiasticam.*
20 *Papa in generali confirmatione statutorum non intelligitur confirmare ea, quae sunt contra libertatē Ecclesiae.*
21 *Statuta confirmata per Papam in specie ligant personas Ecclesiasticas.*
22 *Statutum de successione tàm in inclusione agnatorum, quàm foeminarum conditum antè susceptum clericatum ligat personas Ecclesiasticas. & n. 25.*
23 *Statutum, quòd stantibus masculis filia non succedat habet etiam locum in Clerico, & in Monacho.*
24 *Clerici non dicuntur omninò extranei, nequè subditi, vel forenses.*
25 *Statutum factum post susceptum clericatum non ligat clericos.*
26 *Clericus factus post solutum debitum potest probare solutionem testibus nō obstante statutō in contrarium.*
27 *Statutum laicorum de successione ab intestato excludens foeminas propter masculos non comprehendit haereditatem clerici.*
28 *Clericus qui iniuit contractum antè clericatum ligatur statuto, siuè consuetudine laicorum respectu illius contractus.*
29 *Statuta laicorum ligant clericos in quaerendis, licet secus in quaesitis.*
30 *Res transeunt in Ecclesiam cum onere.*
31 *Statutum disponens, quòd omnia praedia territorij sint tributaria, non ligat praedia Ecclesiae, nequè illa, quae posteà à laicis transeūt in Ecclesiam.*
32 *Res quando transit in Ecclesiam, eximitur à registro Communitatis.*
33 *Clerici tenētur soluere Communitati, si mittant animalia ad pascua Communitatis.*
34 *Statuta laicorum nō possunt disponere super rebus Emphyteoticis Ecclesiae, & num. seq.*
35 *Statuta laicorum valent, si disponunt super utili dominio rerū Emphyteoticarum Ecclesiae dum utile dominiū est separatum à directo, secus ubi fuerit consolidatum cum directo.*
36 *Statuta laicorum non possunt disponere super directo dominio feudi Ecclesiastici, secùs super dominio utili. Contrarium tamen est veriùs cum dominium utile sit connexum, & dependens à directo, & ratione connexitatis idem de utili, quod de directo debet iudicari.*
37 *Testamentum cōditum in aliquo Monasterio, in quo testamento non fuit seruata solemnitas requisita per statutum Ciuitatis, est validum, quamuis aliud testamentum fuerit celebratum validum, & solemne.*
38 *Statutum secularium disponens testamenta insinuata non valere nō comprehendit testamentum clerici, quamuis in illo fuerit institutus laicus.*
39 *Statutum secularium disponens testamenta insinuata non valere non ligat clericū institutum in testamento non insinuato, quin possit haereditatem adire. Sicut nec tenetur ultrà vires haereditarias, etiamsi inuentarium non confecerit.*

40 *Statutum probibēs aliquem teſtari, niſi ſeruatis certis ſolemnitatibus non comprehendit teſtante ad pias cauſas.*

41 *Statutum laicorum iuris congrui non arctat clericos.*

42 *Statutum diſponens, quòd qui voluerit vendere teneatur requirere conſanguineos, ſeù vicinos, non habet locum in alienationibus faciendis per clericos.*

43 *Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractibus mulierum non procedit, quando mulier cōtrahit cum Eccleſia.*

44 *Conſuetudo Neapolis probibens diſpoſitionem de bonis antiquis decedentiū ſine filijs, niſi vſque ad medietatem non procedit in clerico diſponente.*

45 *Statutum quo cauetur, quòd declinans Iuriſdictionem Poteſtatis poſſit offendi non ligat clericos.*

46 *Statutum ſecularium permittens impunè occidi bannitum non comprehendit clericum bannitum.*

47 *Statutum ſecularium matrimonij liberum conſenſum impediens non valet.*

48 *Statutum probibens matrimonium cum forenſi non valet.*

49 *Aegidiana Conſtitutio clericos nō comprehendit ex defectu ſtatuentis.*

50 *Conſuetudo in praiudicium Eccleſiæ, ſiuè clericorum introduci nequit.*

§. Quartus.

1 NEquè Statutum ſeculariū prohibens alienationem in forenſes non ſubditos comprehēdit clericos etiam alieni territorij, quin ipſi alienare poſsint bona ſua in forenſes, ſeù quin ſubditus poſsit alienare Eccleſiæ, ſiuè clericis, & perſonis Eccleſiaſticis. *Gemin. in c. coi. §. clericis. col. fin. verſ. not. benè. de temp. ordin. in 6. Card. in c. perpendimus. nu. 13. de ſent. excom. Dec. in cap. Eccleſia Sancta Maria. nu. 245. vbi etiam Felin.* dicens de cōmuni opinione. *n. 87. & DD. de conſtit. Io. Andr. in cap. fin. vbi etiam Gemin. Anchar. & Franc. de immun. Eccl. in 6. Bart. in l. filiusfam. §. Diui. num. 11. & 12.* vbi quoque *Angel. n. 4. Alex. n. 11. & 12. Iaſ.* de magis communi opinione *in 1. lect. n. 82. & ſeqq. & in 2. lect. n. 107. 109. & 110.* vbi pariter dicit de magis cōmuni. *Rip.* qui teſtatur communem. *n. 81. Socein. Iun. nu. 166. & ſeq. Purpurat. ſub nu. 74. verſ. contrariam. Crot. nu. 80. & 88. Opizo. num. 83. Bolognet. num. 200 Loazeſ. nu. 152. & alij. ff. de leg. 1. Caccialup in l. omnes populi. num. 98. ff. de Iuſt. & Iur. Bart. in l. fin. nu. 18. vbi etiam Bald. n. 17.* dicens ita ſe habere veritatem. *Caſtr. n. 5. & Iaſ. num. 30. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 211. nu. 2. vol. 2. Bald. conſ. 132. nu. 3. & conſ. 248. in fin. vol. 2. Corn. conſ. 145. n. 4. vol 4. Dec. conſ. 124. verſ. ſexto. Socein. Iun. conſ. 76. nu. 10. vol. 3. Abb. conſ. 26. per totum. par. 1. Cæphal. conſ. 53 nu. 37. & 38. vol. 1. Burſat. conſ. 93. n. 25. vol. 1. Menocb. conſ. 165. n. 8. vol. 2. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 4. n. 8. & 9. de reg. iur. in 6. Tiraq.* qui infinitos citat *in tract. de legib. cōnub. in gloſſ. 6. nu. 169. Boſſ. in prax crim. tit: de Pœnis. n. 43. Alber. in tract. de ſtat. p. 2. q. 2. n. 26. Maran. in diſput. 8. n. 15. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 648. Clar. in §. fin. q. 82.* in quinto Statuto, dicens communem. *Card. conſ. 144. num. 4. Lancellot. Gall. conſ. 59. n. 87. & ſeq. Alb. conſ. 8. nu. 9. Alderan. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. nu. 2. & ſeqq. Rip. lib. 1. reſponſ. 2. n. 4. & 5. Caſtr. conſ. 89. nu. 1. vol. 2. Federic. conſ. 45. Anchar. conſ. 14. conſ. 15. n. 2. & conſ. 115. n. 6. Soccin. Sen. conſ. 14. n. 1. vol. 4. Barbat. conſ. 47. nu. 10. vol. 3. Plotin. conſ. 19. n. 11. & 12. Sylueſt. verb. excommunicatio. 4. n. 5. & verb. immunitas. 1. num. 9. Surd. conſ. 3. nu. 34. vol. 1. & conſ. 301. per totum. vol. 3. Caſſan. in conſuetud. Burgū. l. fol. 314. n. 51. Duard. in com. Bulla Cœnæ Domini. lib. 2. Canon. 15. q. 19. num. 84. verſ. non tamen. Nat. de Iuriſd. p. 4. caſ. 6. nu. 6.* & latiſſimè poſt multos ab eo allegatos tenet *Rimin. Iun. conſ. 15. nu. 85. 89. & ſeqq. vol. 1.* qui hanc opinionem dicit communem, atque omnibus, quæ in contrarium adducuntur, reſpōdet. *Carpan. ad Statut. Mediolanen. tit. de Pœnis. verb. cuiuſuis ſtatus. nu. 20. & 150.* vbi plures allegat. *Craſſ. lib. 2. commun. opin. verb. Statutū. q. 12. Honded. conſ. 3. nu. 22. vol. 1.* vbi dicit hanc ſententiam communiter approbari reprobata opinione. *Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. n. 8. de conſtit. & in c. clericis. n. 2. de iudic.* & in alijs locis. *Signorol. conſ. 21. Menocb.* non ſibi conſtans *conſ. 800. num. 23. vol. 8. & conſ. 1000. nu. 34. vol. 10.* & ſequacium contrarium ſententium. *Azor. p. 1. Inſtit. Moral. lib. 5. cap. 12. q. 5. & cap. 25. q. 14.*

tum quia læditur libertas Ecclesiæ. DD. in cap. nouerit. de sent. excõm. tum verò quia aufertur Ecclesiæ, quod illi concessum est à Summis Pontificibus & Imperatoribus acquirendum. l habeat C. de sacros. Eccles. l iubemus. l. generali. l. illud. vbi addit. ad Bart litera D. C. de sacros. Eccles. l. vt inter ff. de hered. relict. auth. de alienat. §. nos igitur. & § si nimis. cap. sunt qui opes. 17. q. 2. cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. clem. religiosi. de decim. Turrecrem. in cap si quis in atrio. num. 8. & 9. 17. quæst. 7. Præterea nulla dispositio generalis comprehendit casus, vel personas priuilegiatas. Dec. in l si certis. C. de pactis & in cap sedes. nu. 13. de rescript Ruin. cons. 195. nu. 5. vol. 1.

2 Et propterea statutum prohibens legare forensi non comprehendit legantem Monasterio, etiam forensi. Felin. in c. in præsentia. num. 38. de probat. Card. cons. 68. incip. in Ciuitate Trigesti.

3 Neque huiusmodi Statuto prohibentur clerici, quin possint alienare eorum bona patrimonialia in forenses. Rip. in d c. 2. tit. de legibus.

5 Cum neque forenses ligentur edicto Principis prohibentis extractionem frugum ex suo Dominio, si forenses extrahunt fruges collectas in Dominio illius Principis, in quo forenses prædia possident. Cyn. in l. 1. col. fin. C. quæ sit long. consuet. Guid. Pap decis. 373. Thessau. decis. 152.

5 Multò minus valet huiusmodi laicorum statutum, si directè, & expressè prohibeat, ne fiat alienatio in Ecclesiã, siuè in Ecclesiasticas personas. c Ecclesia S. Mariæ. vt lit. pend. nihil innou & c. fin. de immun. Eccl. in 6. c. Eccl. S. Mariæ & ibi Abb. nu. 4. & 17. Felin. n. 38 89. & 93. & Dec. n. 24. 104. 106. 174. 245. & 249. vbi dicit cõmunẽ. de constit Card. in c perpẽdimus. de sent. excom. Abb. in c. clericis. vbi etiam Bald sibi contrarius. nu. 2. Butr. & Imol. de for. comp. Bart. in l. cunctos. nu. 28. C. de Sum. Trinit & fid. Cathol. in l fin. nu. 18. C. de sacros. Eccles. & in dicta l. filiusfam. §. Diui. n. 12. vbi etiam Alex. nu. 11. & 12. Ias. qui testatur de communi, & magis communi opinione. num. 72. 81. 82. & seq. Angel. num. 4. Rip. num. 81. dicens pariter communem Crot. num. 88. & 180. Opizo. nu. 72. & 83. & Loazes. nu. 157. ff. de leg. 1. Alciat. in auth. cassa. num. 12. & 13. C. de sacros. Eccles. Bald. sibi contrarius in l. vt inter diuinum. nu. 12. C. de sacros. Eccles. vbi ait, quòd licet aliàs dixerit hoc Statutum valere, nihilominùs veritas est, quòd non comprehendat Ecclesiam. Ancharan. cons. 11. nu. 5. & cons. 14. & cons. 155. Corn. cons. 145. nu. 5. & 6. vol. 4. Angel. cons. 47. nu. 3. Plot cons. 19. n. 11. & 12. Alba. cons. 8. nu. 8. Vasq. de success. creat. to. 1. lib. 1. §. 10. n. 648. vers. denique leges. Barbat. cons. 47. num. 9. vol. 3. qui fatetur hanc opinionem esse communem, licet ipse contrarium teneat. Cald. cons. 21. in fin. de constit. Surd. cons. 301 n. 11. vol. 3. Cassan in consuetud. Burgun. Rubr. 9. §. 10. nu 51. Tiraquel. de legib. connubial. l. 8. nu. 172. Boss. in prax. crimin. tit. de pœnis. num. 43. & in tit. de Principe. nu. 339. Clar. dicens communem in § fin. q. 82 in quinto Statuto Carpan. ad constit. Mediolanen. in c. de collegijs. vers. huic dominio. n. 150. Menoch. de recuper. poss. remed. 14 nu. 56. Zauallos, qui multos allegat. pract. quæst. q 37. nu. 26. Pecchius de amortizatione cap. 6. vers. cæterum & de communi tàm iuris Pontificij, quàm Imperialis Doctorũ opinione dicit Thusc. pract. conclus. Iur. tom. 5. vers. libertas Ecclesiastica conclus. 342. num 83. cum seqq. Duard. in com. Bullæ Cœnæ Domini lib. 2. can. 15. q. 19. num. 83. cum seqq. nàm licet verba prohibitiua Statuti dirigantur in subditos, si tamen subditus prohibetur alienare in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, Ecclesia, & personæ Ecclesiasticæ prohibentur emere, & acquirere ex natura correlatiuorum. Alex ad Bart. in l fin. vbi etiam Ias num. 17. C. de exact. tribut. lib. 10. quem sequitur Purpurat. in addit. ad Ias. in d. §. Diui. num. 26. cum adductis per Thusc d. conclus. 342. n. 98. & 100.

6 Nam dispositum in vno correlatiuorum censetur dispositum in alio. l. vnica C. de cupress. lib. 11. l. fin. C. de indic. viduit. tol. Osasc. decis. 115. nu. 10.

7 Neque valeret tale Statutum, vbi loqueretur singulariter, & per verba præceptiua, & directa in personam, imponendo certam formã in agendis per clericum. Abb. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. in lectur. in fin. vbi etiam Felin num. 38. & Dec. num. 104. & 106. idem Abb. in cap. inter alia. post Innoc. ab eo allegatũ. de immun. Eccles. & post Io de Lignano testatur Lap. alleg. 106. Socin. Iun. cons. 1. num. 9. cum seqq. vol. 2. Bursat. cons. 93. num. 45. vol. 1. Rim. Iun. cons. 449. num. 32. & seqq vol. 4. Honded. cons. 3. n. 23. vol. 1. Boer. decis. 231.

nu.1. leges enim secularium mentionem acientes expressam de Ecclesijs, & de clericis sunt ipso iure nullæ, vt dictum fuit in *tit. de Exempt. Cleric. & cor. bon. à muner. public. in §. 2.*

8 Minùs si prohiberet legata fieri ad pias causas. *Dec. in d. c. Ecclesia S. Maria. nu. 193. Card. cons. 66. circà fin.* cum neque apud Ethnicos prohibitũ esset legari Sacerdotibus. *l. ianua. §. Attitia. ff. de annu. leg. l. 1. §. ad municipium. ff. ad l. Falcid.*

9 Et propterea Ecclesijs liberè legari, & donari potest. *l. 1. & l. fin. C. de sacros. Eccles. auth. de non alien. & permut. reb. Eccles. Azor. p. 2. Inst. Moral. lib. 9. cap. 10. vers. tertium priuilegium.* nam quæ Ecclesiæ donantur ad priorem naturam redijsse dicuntur, ad Christi videlicet potestatem, cuius est terra plenitudo eius. *Psal. 23.* ad tradita per *gloss. in l. 1. §. cum Vrbe. de offic. Praef. Vrb.*

10 Et ità Constantini donatio, de qua *in c. Ludouicus 33. dist.* magis videtur restitutio facta Ecclesiæ, quàm propria donatio, vt ibidem dicit *gloss.* quam sequuntur *Abb.* & alij relati ab *Alban. in tract. de immunit. Eccles. nu. 72. Iodoch. Coccius in thes. cathol. to. 1. lib. 7. de Hierarch. Eccles. art. 10. Castald. de Imperatore. q. 50. & 51.*

11 Domini autem temporales prohibentes suis subditis ne cum personis Ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia illis exhibeant ipso facto excõmunicationem incurrunt. *c. eos qui,* & ibi *gloss. de immunit. Eccles. in 6. Felin. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. num. 118. Franc. in d. c. eos qui. col. 1. vers. vlt. not. & vers. quod autem. vbi etiã Anchar. n. 1.* idem *Anchar. cons. 156. nu. 6. Crot. in dicto §. Diui. n. 80. Ang. verb. excõmunicatio. 8. n. 50. Nau. in Manual. cap. 27. nu. 130.* & post multos allegatos dicit *Sayr. thes. cas. cõsc. lib. 3. c. 34. nu. 16. & seq.* estquè nulla huiusmodi prohibitio siuè fiat per vim præcepti, siuè per viam Statuti. *Abb. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria. in 2. lect. nu. 27. Marta de Iurisd. par. 4. cas. 62.*

12 Neque valeret supradictum Statutum in præiudicium clericorum, & si prohibitio alienationis non fieret absolutè, sed cum temperamento, idest sine licentia eorumdem Dominorum temporalium, quia vtcunquè offenderet hoc libertatem Ecclesiasticam, & eò maximè quia si postea peteretur talis licentia, posset illa denegari. *Card. in dicto c. perpẽdimus. Felin. in d. c. Eccles. S. Maria. n. 96. Abb. cons. 83. par. 1. Lap. alleg. 92. nu. 4. Aleiat. in auth. cassa. num. 4. C. de sacros. Eccles.*

13 Cum non dicatur esse in libertate ille, cui petenda est licentia. *gloss. in clem. dudũ. verb. liberè. de sepul. Abb. in c. 1. n. 4. vbi Imol. nu. 3. de offic. Ordin. Alban. de immun. Eccl. n. 11. Dec. cons. 131. in prin. Rol. cõs. 42. n. 18.* facit *Boss. in tit. de Pœnis. nu. 43.* vbi dicit, quòd nunquam vidit alienationem factam alicui personæ Ecclesiasticæ sine huiusmodi licentia Senatus Mediolan. infringi. *Carpan. d. n. 150. & 151.*

14 Et verbum liberè importat libertatem sine contradictione, & aliqua diminutione, & sine auctoritate, cõsensu, & absq. necessaria alterius requisitione. *cap. 1. vbi gloss. Archid. Io. Andr. Gemin. Franch. & Butr. de offic. Ordin. in 6. c. 1. vbi Io. Andr. & Gemin. de Regular. in 6. c. de multa. vbi Abb. nu. 3. de praeben. Alex. cons. 12. vol. 2. & cons. 96. vol. 5.* & illud dicitur fieri posse liberè, in quo nullo alterius opus est ministerio. *Ias. in l. Centurio. n. 47. ff. de vulg. subst. Bart. in l. precibus. C. de impub. substit. Abb. cons. 8. num. 17. Menoch. de arbitrar. q. 6. nu. 34.*

15 Neque sustinetur Statutum laicorum, quo non absolutè prohibetur legari, aut donari Ecclesijs, sed disponeret, quòd pro legatis, & donationibus stabilium à fidelibus factis Ecclesijs, aut alijs pijs locis, eorum æstimatio illis assignetur. *Bald. in auth. hoc ius porrectũ. n. 18. C. de sacros. Eccles. Gemin. in c. pen. de immun. Eccles. in 6. Dec. in cap. Ecclesia Sancta Maria. n. 191. de cõstit. Specul. in tit. de locat. §. nũc aliqua. n. 142. in fin.* quos & alios ab eo allegatos sequitur *Duard. in cõmen. Bulla Cœna Domini. lib. 2. canon. 15. q. 19. nu. 95.* Licet nõ desint, qui sustinere conantur esse iustum, & validum Statutum prohibens alienationem in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, siuè addens huiusmodi prohibitioni non posse alienationem fieri sine licentia Principis, aut nisi priùs soluatur certa quantitas ad rationem libræ, &c. cuius opinionis sunt. *Butrig. in dicta auth. cassa. & in l. assiduis. C. qui potior. Bald. in d. c. quæ in Ecclesiarum. nu. 8. & in c. clerici. nu. 2. & 3. de iudic. Salycet. in l. 1. C. de sacros. Eccl. Signorol. d. cõs. 21.* vbi pro hac opinione adducit quindecim fundamenta, & alij relati à *Tiraquel. de retract. lignag.*

§. 1. verb. l'acbepteur. gloss. 13. nu. 5. in fin.

16 Nihilominùs, quamuis essemus adhuc in dubio, non debemus discedere ab ea opinione, quæ fauet Ecclesiæ, & religioni. *l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. & cap. fin. de sent. & re iud. Boer. decis. 38. nu. 2.* maximè in iudicando, & consulendo. *Felin. in c. 1. nu. 104. de constit. Hostien. in c. rursus. vbi etiam Io. Andr. propè fin. qui cler. vel vouen. Ias. in dicto §. Diui. nu. 82.* Neque obstant *l. Ecclesiastici. & l. nulla. C. de Episc. & Cler.* quia dictæ ll. fuerunt abrogatæ per *l. legẽ. C. eod. & d. auth. cassa. C. de sacros. Eccles.* Minùs obstat, quòd emphyteotica res non posſit alienari in Ecclesiam, siuè in piam causam, neque res feudalis. *auth. de alien. & emphyt. §. 1. & c. 1. §. 1. qualit. olim pater. feud. alien.* Quia hoc factum fuit, ne fiat deterior cõditio directi dominij. *Cla. in §. emphyteusis. q. 22. & in §. feudum. quæst. 40.*

17 Proindè neque valet Statutũ Monachis adimens ius succedẽdi. *Bart. in l. fin. n. 4. vbi etiam Cagnol.* dicens communem *n. 178. C. de pact. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 39. ff. ad Trebell. Zasius in l. stipulatio ista hoc modo concepta. nu. 38. ff. de verb. obligat. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 188. de constit. Alex. cons. 139. vol. 2.* quare iniquum, & inualidum est statutũ, quo cauetur, quòd ingrediens religionem non succedat parẽtibus, siuè alioqui huiusmodi statutum disponat de bonis ingredẽtium Monasterium. *l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler. Abb. in d. c. quod clericis. nu. 40. de for. comp. DD. in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta.* & præcipuè *Rom. vers. circa illud verò exemplum. Dec. de communi in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 188. & Felin. num. 77 idem Felin. in c. in præsentia. n. 38. vbi etiam Dec. n. 197. de probat. Bal. in l. omnes. & ibi Crot. n. 82. ff. de Iust. & Iur. Castr. in l. si quis id quod. ff. de Iurisd. omn. Iud. & cons. 305. Cagnol. in d. l. fin. n. 89. vbi etiam Bolognet. n. 105. & Fulgos. C. de pact. Angel. in disput. quæ incipit. Nobilis quædam genere. Socein. cõs. 183 vers. & licet in statuto. & cõs. 241. vers. secunda est opinio. vol. 2. Campeg. in tract. de statut. q. 12. Alex. cons. 138. in fin.* dicẽs de magis communi opinione. *vol. 2. Roland. cons. 35. nu. 16 vol. 3.* & de Statuto Ferrariæ dicit *Cæphal. cons. 526. per totũ. vol. 4. Duard. in com. Bulla Cœnæ Domini. lib. 2. Canon. 15. q. 19. nu. 10. & seqq.* & ideò Monialis non arctatur statuto exclusiuo fœminarum, stantibus masculis, maximè si verba Statuti respiciãt tempus successionis. *Cæphal. cons. 95. num. 14. vol. 1.* quia si tales ingredientes Monasterium repellerentur à successione possent de facili distrahi ab ingressu Religionis, & sic esset impedimentum vitæ contemplatiuæ, quod dari nõ potest, cõtrà *tex. in §. sed hoc præsenti. auth. de sanctis. Episc. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. col. 4. ff. ad Trebell. Rol. d. cons. 35. num. 26.* quidquid dicant *Angel. in d. l. fin. col. 1. vers. sed tu dic. C. de pact.* qui cõmuniter damnatur. *& Rimin. Iun. cons. 351. per tot.* & maximè *à nu 102. vsque ad fin vol. 4.* prout dicetur *in tit. de Bonis Clericor. in §. 21.*

18 Ex quibus etiam apparet nõ valere Statutum Rauennæ de successione filiorũ, & aliorum descendentium in bonis parentum, & aliorum ascendentium ab intestato morientiũ. *Rubr. 12. lib. 3.* quo formalibus verbis cauetur, *quòd si filias, & alias fœminas velle ingredi Monasterium aliquod contingeret, eis dos illa præstatur, quæ dotantibus, & Monasterij ipsis placuerit, & simul pacta fuerint, vel si iam effecta essent Monachæ contenta esse debeant dote iam habita, & nihil vlteriùs in quocũque horũ casuum petere, aut consequi possint*; tùm quia huiusmodi Statutum de facili retrahere posset filias ab ingressu religionis, & ita esset impedimentum vitæ contemplatiuæ, vt dictum fuit; tùm verò quia tale Statutum loquitur singulariter per verba præceptiua, & directa in personã, quo casu non ligat, vt dictum fuit superiùs *in §. 2. n. 33.* & maximè vbi expressè remouet personas Ecclesiasticas à successione. *Paris. cons. 65. nu. 14. & 15. vol. 2.* leges autem secularium singularem, expressamq. mentionem facientes de personis Ecclesiasticis sunt ipso iure nullæ, vt dictum est *n. 6.* & constat ex alijs diffusè dictis in præsenti titulo, *& in tit. de Exempt. Cler. à muner. public. in §. 2.* propterea multò magis possunt Moniales petere legitimam debitam ex bonis matris, quatenùs illis non renunciauerint antè emissam Religionis professionem.

19 Neque iuuat, quòd dici posſit Statuta Rauennæ esse confirmata à Sede Apostolica, quia huiusmodi confirmatio est in forma communi, & generica, quo casu nõ comprehenduntur ea, quæ sunt contrà li-

ber-

bertatem Eccleſiaſticam, neque proindè ligat perſonas Eccleſiaſticas. *Pariſ. cōſ. 106. n. 3. & ſeqq. vol. 3. & in c. ex part. 1. de reſcr.*

20 Quia Papa in generali cōfirmatione Statutorum, quam facit, non intelligitur confirmare ea, quæ ſunt contrà libertatem Eccleſiæ. *Bald. in l. omnes. ff. de Iuſt. & Iur. Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ. n. 4. Pariſ. d. conſ. 106.* fermè per tot. *Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 2. n. 148. cū ſeqq.* Hinc Statutum Bononiæ diſponens, quòd ædificans porticum viam tantæ latitudinis dimittat, non comprehendit clericos, neque Eccleſias; Neque Statuta pariter Bononiæ Notarij de Fanglo circà ſtratas, cloacas, & immūditias, neque Statuta de Aquęductibus, & diſcurſibus aquarum. *Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 5. c. 13. quæſt. 5. in fin. Lopez ad Diaz. in pract. crim. Can. c. 58. verſ. quinto hinc emanat*, quidquid dicant *Salicet. in d. auth. caſſa. & Barbat. conſ. 1. num. 33. & 34. vol. 3.* quia licet huiuſmodi Statuta ſint cōfirmata per Papam, nihilominùs talis cōfirmatio eſt in forma communi, vt ego vidi, & notaui, Quinimò confirmatio Statutorum Rauennæ facta per Syxtum Quintum, Clementem Octauum, & Paulum Quintum eſt cū clauſula, *Dummodo ſint licita, & honeſta, iuſta, & rationabilia, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis minimè repugnantia, nec contrà Eccleſiaſticam libertatem tendentia*, vt pariter ego vidi, & notaui.

21 Quod ſi Statuta fuerint in ſpecie, quoad eà, quæ tangunt perſonas Eccleſiaſticas, approbata per Papam, tūc valerent etiam contrà clericos, & Eccleſias. *d. c. Eccleſia S. Mariæ. vbi Abb. n. 5. Hoſt. in c. cū laicis. n. 10. de reb. Eccleſ. non alien. Bald. in l. ex placito. n. 6. C. de rerum permut. Alex. conſ. 209. nu. 3. vol. 2. Barbat. conſ. 14. n. 24. vol. 2. Surd. conſ. 301. nu. 30. vol. 3. Capra. concl. 15. n. 29. Maluaſ. conſ. 3. n. 28. Garz. de vlt. fin. Iur. ciuil. n. 158. & ſeqq.* & tunc dicentur Statuta Papalia iuxtà regulam illam, omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtrā impartimur. *l. 1. § meritò. C. de vet. iu. enucl. gloſſ. 1. in c. 1. de præſūpt. Mart. de Iuriſd. par. 4. caſ. 29. nu. 7.*

22 Statutum tamē de ſucceſsione tàm in incluſione agnatorum, quàm excluſione fœminarum conditum antè ſuſceptum clericatum, ſiuè Monachatū, dummodò prohibitio non fiat in perſonam, comprehendit perſonas Eccleſiaſticas. *Soccin. Sen. conſ. 230. n. 8.* qui dicit cōmunē. *Neuzan. conſ. 39. Burſat. conſ. 93. num. 22. cum ſeqq. & num. 28. & 36.* & ferè per totum. *vol. 1. & conſ. 198. n. 45.* vbi fatetur communem. *vol. 2. Marant. in ſua diſput. 8. num. 8. 10. & per totam. Surd. deciſ. 20. nu. 10.* & poſt *Felin.* dicit *Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. verſ. item ſolent.* quia huiuſmodi Statutum non excludit perſonas Eccleſiaſticas, vt Eccleſiaſticas, ſed vti vel ſecūdogenitos, qui repelluntur à primogenitis, vel vti mulieres, quibus præferūtur maſculi, & ità non læditur libertas Eccleſiaſtica. *Anchar. conſ. 434. num. 3.* & animaduertit *Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. verſ. item ſolent.*

23 Quamobrem Statutum, quòd ſtātibus maſculis filia non ſuccedat, habet etiā locum in clerico, & in Monacho. *Abb. in c. quod clericis. nu. 42. vbi etiam Butr. de for. comp. Felin. in c. Eccleſia Sāctæ Mariæ. num. 87. cum ſeqq. & cum appoſtil. & Dec. nu. 217. de conſtit. Soccin. Sen. conſ. 245. n. 2. vol. 2. & conſ. 127. n. 6. vol. 4. Nat. conſ. 44. num. 5. vol. 1.* cum infinitis allegatis per *Burſat. d. conſ. 93. nu. 27.* vbi de communi fatetur *Put. deciſ. 99. num. 3. lib. 3. & Dec. d. conſ. 280. nu. 9.*

24 Non enim clerici dicuntur omninò extranei, neque ſubditi, vel forenſes, ſed de loco, atque vniuerſitate, & ciuium, ac diſtrictualium, vel populi appellatione in materia fauorabili, priuilegiata, & indifferenti veniunt clerici. *Bald. in l. 1. § huius. nu. 9. & ibi Caſtren. verſ. item an clerici. ff. de Iuſt. & Iur. Io. Andr. in c. fin. de offic. deleg. in 6. Abb. in c. 1. n. 1. de vit. & honeſt. cler. & in cap. dilecti. in 2. not. de for. comp. Felin. in cap. Rodulphus. nu. 17. 31. & ſeq. de reſcript. Rom. ſingul. 446. & conſ. 180. Oldrad. conſ. 32.* quem refert, & ſequitur *Felin. in d. cap. Rodulphus. d. nu. 17. & ſeq. Barbat. conſ. 1. nu. 65. vol. 3. Nat. conſ. 157. num. 8. vol. 1. Cæphal. conſ. 54. nu. 12. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 180. num. 8. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 452. nu. 2.* vt dictum fuit *in tit. de Diſciplina Clericali in § 2. num. 12. & 13.* Verumenimuerò licet clerici dicantur ciues, & originarij, non ſunt proptereà ſuppoſiti, ſiue de Iuriſdictione. *Bald. in l. de quibus. vbi etiam Iaſ. ff. de legib. Angel. conſ. 48. circà fin. Alciat. reſp. 12. num. 12. vol. 1.*

25 Si verò Statutum fieret poſt ſuſceptum clericatum, vel poſtquam filia eſt

effecta monialis, tunc non ligat clericos, nequè moniales, secùs verò si fuisset factū Statutum priusqoàm quis factus fuisset clericus, aut facta fuisset monialis, dummodò Statutom non loqnatur in personam. *Bart. in l. fin. vbi etiam Angel. C. de pact. Crot. in l. omnes. nu. 82. ff. de Inst. & Inr. Salicet. in dicta auth. cassa. vers. ex bis deciditur. C. de sacrof. Eccles. Dec. in d. c. Ecclesia Sancta Maria. nu. 213. vbi etiam Felin. nu. 101. de constitnt. Aretin.* de communi *in cap. quod clericis. vbi etiam Abb. nnm. 40. de for. comp. idem Aret. conf. 111. Lap. alleg. 101. Bal. cõs. 300. vol. 3. Ancbar. conf. 107. Ruin. conf. 204. num. 10. vol. 1. & consil. 102. nnm. 14. & seqq. vol. 2. Roland. conf. 35. nu. 29. vol. 2. Paris. conf. 40. nu. 16. vol. 3. Galcan. conf. 7. nu. 18. Soccin. Iunior. conf. 230. num. 8. & conf. 241. nu. 2. vol. 2. Alexan. conf. 139. circà fin.* vbi testatur de cõi. *& conf. 211. nu. 8. vol. 2. Nat. conf. 282. nu. 12. vol. 2. Bursat. dicto conf. 93. nn. 40. vers. & istam distinctionem. Honded. cõs. 4. n. 27. vol. 1. Put. d. decis. 99. n. 3. Surd. dicta decis. 20. Mart. de Iurisd. p. 4. cas. 4. in fin. & cas. 5. in princ. Duard. in com. Bul. Cœn. Domini. lib. 2. Can. 15. quæst. 17. num. 28.* Propterea dicimus quoquè, quòd si Statutum sit conditum antè clericatum secundogeniti, quòd primogenitus succedit in hæreditate, & secundogenitus, licet posteà fiat clericus, ligatur isto Statuto. *Abb. in dicto cap. quod clericis. num. 39. & in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. nu. 25. vers. secundus casus. Alex. conf. 210. nu. 11. vol. 1. Rol. dicto conf. 35. nu. 25. cum seqq. Marsil. singul. 29. Nat. conf. 282. n. 12. vol. 2. Brun. super statut. fœm. exclud. artic. 6. num. 32. & sequen.*

26 Secùs in alijs casibus, qui essentiam, & principium recipiunt post clericatum, in quibos non potest dici vinculum iniectum antè clericatum, vt in caso laici, qui post solutum debitum efficitur clericus, qui poterit probare solutionem testibus, non obstante Statuto in cõtrarium disponente, quia probatio fit post clericatum. *Ancharan. in c. ca. col. fin. de reg. inr. in 6. Dec. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 304. vbi etiam Felin. num. 101. Butr. in disput. incip. stante Statuto municipali. in solut. 2. dub. Cæphal. conf. 95. num. 14. vol. 1. Cald. in quæst. incip. Statnto Ciuitatis cauetur. col. fin.*

27 Statutum tamen laicorum de successione ab intestato excludens fœminas propter masculos non comprehendit hæreditatem clerici. *Dec. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. nu. 218. Bursat. conf. 93. n. 22. 27. & seqnentibus. vol. 1. Bertazzol. conf. ciuil. conf. 63. n. 23.* vbi testatur de veriori, & commuoiori opinione.

28 Quòd si clericus iniuit contractum antequam assumeret clericatum, ligabitur Statuto, siuè consuetudine laicorum respectu illius contractus, ita vt sit iudicandum secuodùm illud ius etiam io foro Ecclesiastico. *Io. Andr. in cap. sine culpa. de regul. Iur. in 6. Abb. in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 25. vers. secundus casus. & in d. cap. quod clericis. nu. 39. Rolan. dicto conf. 37. num. 24. & 25. Blanc. in tract. de cõpromiss. n. 32. verb. clericus. col. 5. vers. in hac quæstione.*

29 In quærendis quoquè Statuta laicorum ligant clericos, licet secùs in quæsitis. *Dec. in dicto c. Ecclesia Sancta Maria. n. 240. vers. tertia cõclusio. & cõs. 269. num. 8. in fin. Bald. in Rubr. de constitut. nu. 13. vers. quæro an valeat statutum. Card. in c. perpendimus. num. 13. in fin. de sentent. excommunicat. Ias. in l. filiusfam. §. Dini. num. 78. ff. de leg. 1. Tiraqnell. de iu. primogen. quæst. 43. nu. 9. Abb. conf. 26. per totum. par. 1. Barbat. conf. 1. nu. 26. & 29. vol. 3. & conf. 30. per totū. vol. 4. Ancbar. conf. 11. num. 5. Cranet. conf. 135. num. 7. & conf. 251. nu. 2. Cæphal. conf. 471. nu. 20. & conf. 513 num. 22. vol. 4 Driedo. de libert. Christ. lib. 2. cap. 3. in fin. Barz. decis. 117. num. 29.*

30 Antequam enim res transferantur ad clericos possunt constitui tributariæ, & ita transeuot posteà cum illo onere tributi. *Bart. in auth. item nulla Communitas. C. de Episcop. & cleric. & in l. rescripto. ff. de muner. & honor. Arcbid. in cap. 1. de immunit. Eccles. in 6.* & post eos, & *Lap.* dicit *Abb. in dicto cap. quod clericis. nu. 41.* vt dictum fuit in *tit. de Exempt. Clericor. à muner. public. in §. 3.*

31 Non valeret tamen Statotum, quòd omoia prædia territorij essent tributaria, vt quòd soluatur tertia, vel alia pars fructuum Communitati, nam ex hoc prædia Ecclesiæ, & illa quę posteà laicis ad Ecclesiam transeunt, non obligarentur propter generalitatem istius Statuti. *Bald. in l. neminem. C. de sacrof. Eccl. Felin. in d. c. Ecclesia S. Maria. n. 76. vers. quinto quæro.*

dicens esse veriorem, & sustentabiliorem opinionem, *vbi etiam Dec.nu.52. Cagnol. in l.fin. num.148. C. de pact. Didac. Perez. in l. 1. titul.3. lib. 1. ordin. vet. Gutierez. practicar. quaest. lib.2. quaest.132. num.5.* & plures relati à *Ias. in l. placet. in 2. lect. nu.21. C. de sacros. Eccles. & à Tiraquell. de retract. lignag. §.1. verb. l'achepteur. gloss. 3. n.11. cum seqq. Purpurat. cons. 594. num. 10. vol. 1. Parpal. in d. l. placet. in art. de Ecclesia. vers. vltimo limitetis. vbi etiam Bald. Castren. & Ias. reprobato Bart.* qui licet tenuerit oppositum *in l. rescriptum. §. sciendum. ff. de muner. & oneri.* se tamen submittit determinationi Ecclesię, & protestatur, quòd si Ecclesia aliter sentit, ipse eodem modo pariter sentiebat. *Azor. p. 1. Inst. Moral. lib. 5. cap. 13. quaest. 1. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 11. nu. 57.*

32 Statim enim quòd res transit ad Ecclesiam eximitur à registro Communitatis. *Bart. cons.* 180. *Parpal. d. vers. vltimo limitetis.*

33 Si autem Communitas habeat aliqua bona pertinentia ad Vniuersitatem ipsam laicorum, putà pascua, potest facere Statutũ, quòd omnes teneantur annuatim soluere Communitati certam quantitatẽ pro subleuandis oneribus ipsius Cõmunitatis, quare clerici, si voluerint mittere sua animalia ad illa pascua, tenentur soluere. *Abb. cons. 6. in princ. & num. 1. p. 1. Purpurat. cons. 324. nu. 10. vol. 1.*

34 Minùs laicorum Statuta disponere possunt super rebus emphyteoticis Ecclesiae, quae non debent ab huiusmodi Statutis regulari, & interpretari. *dicto cap. quae in Ecclesiarum. vbi Abb. num. 2. Imol. num. 7. Bero. num. 6. Felin. num. 95. circà fin. Dec. num. 93. Alex. de Neuo. num. 9. & DD. de constit. Bero. cons. 94. num. 15. vol. 1. Siluan. cons. 9. num. 23. & seq. Purpurat. cons. 332. n. 6. vol. 1. & in l. placet. nu. 23. C. de sacros. Eccles. Boss. in tit. de Principe. num. 128. Surd.* post alios per ipsum citatos *cõs. 301. n. 62. vol. 3. Thusc. pract. conclus. iur. to. 3. conclus. 557. nu. 18. Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 11. q. 1. 3. seqq. & in fin.* tum quia praedia Ecclesiastica nõ sunt sub potestate laicali. *Surd. dicto cons. 301. dicto num. 62.* tum verò quia dicta bona emphyteotica sunt perpetuò pensioni obligata, & pro eis quolibet anno canon soluitur, ideò nulla pro his debetur collecta, ne pro emphytheusi Ecclesiastica duplicia onera sustineantur. *Ias. in l. 1. numer. 31. C. de iur. emphyt.* & post *Felin. Roman. Soccin. Dec.* & alios dicit *Thusc. pract. cõclus. iur. to. 5. sub Rubr. oner. duplic. conclus. 136. nu. 1.* praetereà exindè infringeretur libertas, quae habetur adijciendi in traditione rei suae conditiones, quas Dominus directus voluerit. *l. legem. & l. ex conuentione. C. de pact.* & maximè hoc esset cõtrà dispositionem. *l. 1. & l. 2. C. de iur. emphyt.* quibus disponitur in emphyteoticarijs contractibus pactiones conscriptas in Instrumentis esse diligenter obseruandas, quae à Principe tolli non possunt. *§. adeò. Inst. de locat. gloss. in l. quoties. C. de precib. Imperator. offeren.* & de magis communi opinione. *Gabr. lib. 3. cõclus. tit. de iur. quaesit. cõcl. 1. num. 1. & 2.* proindè nullum est Statutum Teruisinum disponens pressum aegestate posse vendere fundum, quem habet ab Ecclesia in feudum. *dicto cap. quae in Ecclesiarum. de constit.*

35 Quod tamen intelligendum est, quãdo talia statuta disponerent absolutè, ac etiam complexiuè, seu super iure directo Ecclesiae, prout distinguitur ab vtili Emphyteotae laici, secùs autem vbi disponerent super dominio vtili laicorum, prout distinguitur à directo Ecclesiae, & pro eo tẽpore, quo erit apud laicos, & super fructibus, qui ex eo causantur, tunc enim valet eorum dispositio, quia fit super re laici, & nullum fit praeiudicium Ecclesiae, cui soluitur canon pro tempore, quo res est apud laicum, & si ad Ecclesiam reuertatur vtili dominio cõsolidato cum directo, cessat obligatio imposita ex registratione. *Ias. in l. 1. num. 12. C. de indict. viduit. tol. Alex. cons. 9. col. 1. vol. 5. Anchar. cons. 125. num. 7. & cons. 433. num. 3. Paris. cons. 22. nu. 85. Soccin. Iun. cons. 71. num. 13. vol. 1. Alciat. cons. 119. nu. 8. vol. 5. Bald. cons. 31. vol. 1. Ruin. cons. 70. num. 11. vol. 5. Roland. cons. 18. num. 28. Purpur. cons. 332. num. 9. vol. 1. Deciani. tract. crim. lib. 2. cap. 35. n. 14. Menoch. de arbitrar. cas. 180. nu. 7. & seq.* & nouissimè *in cent. 6. cas. 562. vbi. nu. 30.* dicit de veriori, & communiori opinione. *Surd. cons. 338. per totũ. vol. 3. & decis. 160. num. 13. vsque ad fin. Azor. par. 3. Instit. Moral. lib. 10. cap. 11. quaest. 2.* vbi dicit huiusmodi Statutum extendi super fructibus rei emphyteoticae, pro quibus lex secularis onus imponere potest.

36 Et quae dicta sunt de emphyteusi, intel-

intelliguntur & de feudo. Ruin. cons. 70. nu. 11. vol. 5. Surd. d. cons. 338. n. 18. & seq. nihilominus verius est, quòd Statuta huiusmodi non possint disponere super vtili dominio in bonis emphyteoticis. Bald. in auth. si quas ruinas. nu. 9. C. de sacros. Eccl. & cons. 300. nu. 1. & 4. lib. 1. Abb. cons. 72. in princ. p. 1. & in c. quæ in Ecclesiarum. n. 2. vbi Bero. n. 8. & Dec. n. 6. de constit. Siluan. cons. 9. nu. 25. Ias. cons. 152. num. 9. vol. 4. Card. cons. 2. nu. 1. Cuman. cons. 41. num. 2. & ità firmauit Rot. corã Coccino 19. Ianuarij 1611. in vna Romana domus de Scaputijs registrata à Statilio Pacifico in tract. de Saluiano interdicto. decis. 238. vbi respondetur omnibus Doctoribus contrariũ sentientibus, quia cum dominium vtile sit connexum, & dependens à dominio directo, ideò ratione connexionis tale iudicari debet, quale est directum. c. translato. de cõstit. ead. Rot. d. decis. n. 2. 3. et 4. Et proindè Iudex secularis nullo pacto se intromittere potest, etiam quòd agatur de vtili dominio inter laicos, cuius cognitio seruatur Iudici Ecclesiastico. Card. cons. 92. nu. 8. in fin. Calder. cons. 15. nu. 1. de iudic. Alexand. cons. 58. in fin. vol. 1. Bero. in dicto cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 9. & alij qui allegantur in d. decis. coram Coccino. nu. 12. & seqq. & nu. 22. cum seqq. vbi reprobantur contrarium sentientes.

37 Et si quis fecerit priùs testamentum validum, & solẽne, & posteà in aliqua alia Ciuitate in Monasterio aliquo Regulariũ, vbi decedit faciat aliud testamentum, in quo reuocauit, vel mutauit ea, quæ disposuerat in priori, & quamuis testator sit forensis, quo casu debet attendi locus conditi testamenti circà solemnitatem etiam in actibus forensium, tamen licet in isto secundo testamento non fuerit seruata solemnitas requisita pro forma per Statutum illius Ciuitatis, cum fuerit conditum intrà dictum Monasterium, & sic in loco exempto, in quo non ligabat Statutum illud, valet secundum testamentum, & remanet reuocatum primum, vt consuluit. Roland. cons. 32. à n. 23. vsquè ad fin. vol. 3. Angel. cons. 233. incip. Quædam. D. Margarita per totum. Nat. cons. 643. Crauet. cons. 918. nu. 6. Felin. in c. graue. nu. 43. de offic. Ordin. Ias. in l. fin. nu. 5. ff. de Iurisd. omn. Iud.

38 Nequè testamenta clericorum, etiãsi in illis fuerit institutus laicus, subiacent Statuto disponenti testamenta non insinuata non valere. Bald. in l. cunctos. nu. 24. 26. 31. & 42. C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. Butr. in d. c. quæ in Ecclesiarum. col. 4. & ibi DD de constit. & in d. c. Ecclesia Sancta Maria. nu. 20. vbi etiam Imol. qui post Io. de Lignano dicunt communiter esse damnatam opinionem Bart. contrarium dicentis in d. l. cunctos. in 5. quæst. & consequenter eius sequacium, qui sunt Bald. in d. auth. cassa. in 5. quæst. Paris. cons. 40. num. 22. vol. 3. Alex. cons. 210. n. 6. vol. 2. Brun. in tract. de constitut. verb. clericus. vers. statutum quod testamẽta. cum testamentum clerici valeat etiam sine solẽnitate. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 37. & 84.

39 Nequè si clericus esset hæres institutus, testamentum laici comprehenditur huiusmodi Statuto disponente super dicta insinuatione, nam eo non obstante poterit clericus adire hæreditatem. Bald. in dicta auth. cassa. num 6. vbi etiam Fulgos. Abb. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria. num. 39. Anchar. in repet. c. canonum. antè med. in 2. quæst. quos sequitur Alexan. d. cons. 210. num. 6. vol. 2. Syl. verb. immunitas. 2. q. 7. Azor. p. 2. Inst. Moral lib. 9. cap. 12. vers. si Statuto laicorum, & licet hæres institutus nõ conficiens Inuentarium teneatur vltrà vires hæreditarias insolidũ omnibus creditoribus hæreditarijs. l. fin. §. cum igitur. C. de iur. delib. clericus tamen hæres institutus, si non confecerit Inuentarium tenetur solùm de eo, quod verè in hæreditate reperitur: Io. Andr. in cap. quanquam nu. 9. de vsu. Mart. qui alios allegat & sequitur de Iurisd. p. 4. cas. 75.

40 Nequè Statutũ prohibens aliquem testari nisi seruatis certis solemnitatibus comprehendit testantem ad pias causas, quia tunc fauore piæ causæ valebit testamentum, quamuis nõ fuerint seruatæ illæ solemnitates. Bald. in l. generali. circà fin. vers. quæro quinimò. C. de sacros. Ecc. Crot. in l. omnes. num. 80. ff. de Iust. & Iur. Alex. cons. 105. num. 11. vol. 4. Dec. cons. 504. n. 3.

41 Minùs arctantur clerici Statuto iuris congrui. Abb. in c. constituens. vbi etiã Imol. de rest. in integr. Ias. cõs. 132. col. vlt. vol. 4. Bald. cons. 300. in 2. dub. vol. 1. Alex. cons. 27. in princ. volum. 6. Afflict. de iur. prothomis. §. 9. n. 14. 15. & seqq. Marant. in sua disput. 8. licet contrariũ cõsuluerit. Io. de Anic. cons. 14. per totum.

42 Quem-

42 Quemadmodũ neque arctantur illo Statuto, quo disponitur, quòd qui voluerit vẽdere teneatur requirere cõsanguineos, seu vicinos, & quòd illis emere volentibus teneatur ipsis vendere, nam non habet locum in alienationibus faciendis per clericos, & Ecclesiasticas personas. *Dec. in dicto c. Ecclesia Sancta Mariæ n. 257. Marant. in d. disput. 8. num. 15. vers. verum nu. 44. 50. 51. & seq. Honded. cons. 3. per tot. vol. 1. vbi in fin.* dicit ità fuisse iudicatum.

43 Quare Statutum requirens certam solemnitatem in contractu mulieris non procedit, quando mulier contrahit cum Ecclesia. *Bald. in l. generali. C. de sacros. Eccles. Castr. cons. 432. n. 2. vol. 1. Caputaq. decis. 194. nu. 1. p. 1. Abb. in cap. relatum. 1. vbi etiam Butr. de testam. Azor. p. 2. Instit. Moral. lib. 9. c. 11. vers. si statuto laicorum. Mart. de Iurisd. p. 4. cas. 52.*

44 Neque cõsuetudo Ciuitatis Neapolitanæ prohibens dispositionem de bonis antiquis decedentium sine filijs, *nisi vsque ad medietatem* procedit in clerico disponente. *Franc. decis. 411. nn. 1. par. 2.*

45 Minùs si Statuto caueatur, quòd quicunque declinauerit Iurisdictionem Potestatis, sit extrà protectionem Communitatis, & ità possit offendi, comprehenditur huiusmodi Statuto clericus. *c. 1. de iureiur. in 6. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. vbi etiam Felin. n. 70. & Abb. de constit. Bart. in l. si quis sub cõditione. ff de condit. instit. Alex. cons. 33. in fin. vol. 5. Barbat. cons. 24. col. 3. & cons. 47. col. 15. 17. & seq. vol. 1. Cæpol cons. 15. Lap. alleg. 30. Card. cons. 33. in fin. Chassen.* qui multos cumulat *in cons. 1. p. 3. nu. 19. Marian. Soccin. in c. si clericus. nn. 10. de for. comp.*

46 Quare neque Statutum secularium permittẽs impunè occidi bannitum comprehendit clericum bannitum. *Franch. decis. 463 n. 1. & 2. p. 3. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 67.*

47 Neque vim legum habent leges, quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus sine parentũ consensu, nam & si Principes eas tulerint ad honestatem persuadendam, quæ consistit in exigendo parentũ consensu ab ipsis filijs ad coniugalem contractum, non tamen habent vim, cũ id spectet ad Summum Pontificem; laici etenim nihil possunt statuere, quod matrimonij liberum consensum impediat, etiam circà accidentia ipsi matrimonio. *Concil. Trid. sess. 24. c. 9. de reform. Abb. in repet. d. c. Ecclesia Sancta Mariæ. n. 20. vbi etiã Felin. nu. 59. & Dec. nu. 36.* qui dicunt de communi. *Io. Andr. in c. statutum. 1. de hæretic. in 6.* & post multos ab eo allegatos dicit *Felin. in cap. 1. nu. 13. de sponsal. Federic. cons. 36. Dec. cons. 251. Alex. cons. 97. in fin. vol. 1. Calcan. cõs. 3. n. 21. Seraph. dec. 811. nu. 3. Abb. in c. fin. n. 3. ante fin. de secund. nupt. Azor. Inst. Mor. p. 1. q. 13. lib. 5. c. 25. Couar.* qui multos cumulat dicens de cõmuni opinione *in Epitom. de sponsal. p. 2. c. 3. §. 8. n. 6. Brunel. de sponsal.* dicens cõmunem. *conclus. 19. n. 4. & 5. Clar. in §. fin. q. 82. vers. in statut. 3. nu. 3.* dicens de veriori, & communiori.

48 Minùs valet Statutũ prohibens matrimonium contrahi cum forensi, vt de communi dicit *Curt. Sen. cõs. 27. post n. 5.* & post eum, & *Cott.* dicit *Clar. in d. vers. statut. 3. nu. 2. Alderan. de general. statut. interpret. conclus. 1. n. 174. & seqq.* Neque valeret si caueret, quòd pro nuptijs non posset dari Parocho nisi certa summa. *Fel. in cap. 1. num. 19. de sponsal.*

49 Neque personæ Ecclesiasticæ, & eorum bona ligantur Ægidiana Constitutione ex defectu statuentis, *vt fuit decisum in vna Romana Domus de Scaputys. 19. Ianuarij 1611. coram Coccino. nu. 1.* vbi dicitur Rotam sæpè hoc idem censuisse, & in alia *Romana Vineæ 1. Iunij eodem anno coram eodem Coccino. nu. 5.* & refert *Statilius Pacificus in tract. de Saluiano inter. dicta decis. 238. num. 1. & decis. 239. nu. 5.* & in alia *Romana Saluiani interdicti corã Bubalo. 12. Iunij 1589. & 27. Iunij 1587. Perusina Hæreditatis coram Brauo.* & in vna *Romana Separationis thori. 2. Decembris 1605. coram Marcomontio. num. 6. & 8.*

50 Et quemadmodum laici non possunt facere Statuta, quæ in aliquo præiudicent Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis, ità neque introducere cõsuetudinem in damnum Ecclesiæ, siuè personarum Ecclesiasticarum. *Cyn. in l. 1. col. fin. C. quæ sit long. cõsuet. Innoc. in c. audites. de rest. in integr. Anchar. cons. 238. per tot. Ruin. cons. 156. nu. 8. vol. 4. Paris. cons. 27. n. 43. cum seqq. vol. 1. Camil. Borell. ad Belling. in Specul. Princip. Rubr. 11. §. videndum. verb. prohibemus. vers. septimo nõ refragatur. cũ seq. vsque ad fin. Azor. p. 1. Inst. Mor. lib. 5. c. 18. q. 12.* quia nõ valet cõsuetudo Ecclesiæ damnosa.

nosa. *cap. cum causam. de sent. & re iud. & c. clericus laicum. de immunit. Eccles. in 6.* cum huiusmodi consuetudo dicatur proxima sacrilegio. *Bald. cons. 9. num. 6. vers. non valeret. vol. 1. Ruin. d. nu. 8.* nam sicut laici non possunt aliquid statuere contrà personas Ecclesiasticas, & illarum immunitatem ex defectu potestatis, & auctoritatis, vt dictum fuit superiùs in §. 1. *Lancell Gall. cons. 59. nu. 84. cum seq.* ità neque tacitè poterunt aliquam particularem super illis introducere consuetudinem, ad tradita per *Rol. cons. 3. num. 41. cum seq. vol. 2. Anchar. d. cons. 258.* Vbi autem dubium est, an Statutum laicorum sit contrà libertatem Ecclesiæ, tunc neque includuntur clerici propter anceps periculum, ad quod statuentes non videntur se adstrinxisse. *Bald. cons. 5. num. 2. vol. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum non porrigit vires suas ad extraneos. & nu. 23.*
2 *Statutum non potest legitimare personam sibi non subditam. & nu. seq.*
3 *Testari secundum legem rusticorum nō licet declinātibus ad loca ruralia.*
4 *Testari secundùm consuetudinem Venetorum licet solis Venetis, & non Venetias euntibus.*
5 *Sepeliri nō debet in Ecclesia ruris, qui domicilium habens in Ciuitate, & se rus transferens recreationis gratia illic decessit non electa sepultura, sed sepeliendus est in sua Ecclesia Parochiali, vel in sepultura maiorum.*
6 *Mori quis præsumitur, vbi degere solebat.*
7 *Parochianus Parochi ruralis non fit recedens à Ciuitate tempore pestis, siuè belli, & rus se conferens, etiam recreationis gratia.*
8 *Matrimonium celebratum per Parochum ruralem absque licentia proprij Parochi inter eos, qui rus profecti sūt recreationis gratia irritum est, & nullum.*
9 *Parochianus Parochi ruralis fit inhabitans æquali tempore ruri.*
10 *Parochianus fit Parochi ruralis habitans per annum, vel maiorem anni partem.*
11 *Domicilium vbi quis habere dicatur. & nu. 16.*
12 *Seruiens in duobus locis assumit nomē ex eo, in quo magis assiduè commoratur.*
13 *Domicilia duo habens si eligat sepulturam in aliqua tertia Ecclesia debet solui Canonica portio ambabus Ecclesijs domiciliorum.*
14 *Domicilia quis potest habere in pluribus locis.*
15 *Filius quem peperit mater ruri, quæ diuertit recreationis gratia, siuè causa belli, seù pestis, si ruri moriatur, est sepeliendus in propria Parochiali, siuè in sepulchro maiorum.*
16 *Domicilium non facit sola domus possessio.*
17 *Parochus Scholarium quis sit. Parochus mercenariorum quis sit. ibidem.*
18 *Statutum disponens circà personam habilitandam ad aliquem actum non porrigitur ad eos, qui non sunt sua Iurisdictionis.*
19 *Statutum inhabilitans non se extendit ad forensem.*
20 *Statutum habilitans personam non extenditur ad bona sita extrà territorium.*
21 *Statutum habilitans, siuè inhabilitans habet locum in subditos etiam extrà territorium vbicunque existentes, & contrahentes. & num. seq.*
22 *Territorium non attenditur quoad ligandum subditos.*
23 *Solemnitas actus, siuè iudicialis, siuè extraiudicialis sortitur naturam secundùm legem loci. vbi fit. & nu. seq.*
24 *Statutum inhabilitans personam simpliciter, & absolutè, & statutum inhabilitans personam cum modificatione differunt.*

§. Quintus.

1 CVm igitur clerici intelligantur extranei respectu laicorum statuentium, prout dictum fuit superiùs in §. 1. dicendū est, quòd huiusmodi Statuta non porrigant vires suas in clericos tāquam in extraneos, quemadmodum dicimus Statuta non porrigere vires suas ad extraneos, proindè si extat Statutū, quo inhabilitētur minores vigintiquinque annis ad contrahēdum, seù distrahendum nisi adhibitis certis solemnitatibus, prout est

Bononiæ *sub Rubr. de contract. cũ minor. & fil fam. §. & quia in fraudem.* & si extet Statutum prout est Romæ, quo maiores viginti annis in quolibet actu, & negocio pro maioribus reputantur, non valet donatio Romę facta per Bononiensem minorem vigintiquinque annis rei sitæ in territorio Bononiensi.

2 Primo, quia Statutum habilitans subditos non potest habilitare forēses in territorio proprio statuentium, Statutum enim non potest legitimare personam sibi non subditam. *Bart. in l. cunctos. n. 26. vbi etiam Bald. n. 13. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. per l. primam. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & l. etiam. ff. de tutel.* Et hoc adeò verum est, vt ibidem subiungit *Bald.* quòd licet filiusfam. per Statutũ alicuius Ciuitatis posſit testari, tamen forenses filijfam. ad illam Ciuitatem veniētes non poterunt testari, nisi illic domicilium habeant, nam ratione domicilij efficiuntur sub illa lege, quia quasi ciues sūt. *l. 1. C. vbi pet. tut.* & ad hoc facit *l. fin. C. de testam.* coniuncta cum *l. conficiuntur. §. 1. ff. de iu. codicil.* per quas patet licere rusticis facere testamentum, vt in eisdem ll. dicitur.

3 Non licere tamen declinantibus ad loca ruralia testari secundùm legem rusticorum, quia suæ Ciuitatis, & non illius, ad quam declinauit quis lege adstringitur, illa enim suorum Ciuium est propria. *l. omnes. ff. de Iust. & Iur. §. illud. 22. dist.* facit etiã, quòd si de consuetudine alicuius loci testamentum coram tribus testibus factum valet, & aliquis alienigena ibi coram tribus testibus testamentum cōdit, testamentum non valet, quia non videtur in loco fuisse, qui ad tēpus ibi erat. *c. nam & ego. de verb. sign. l. si ità legatum. & l. quasitũ. ff. de leg. 3. l. ex facto. §. verũ. ff. ad Trebell. Iaf in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. Felin. in c. Rodulphus. num. 27. de rescript.* quæ cōsuetudo non ligat nisi incolas. *l. pupillo. ff. de curat. dat. ab his. Specul. in tit. de Instrum. edit. § compendiosè. nu. 16. vbi Io. Andr. addit. ex Iacobo de Aren.*

4 Quod testari secundum consuetudinē Venetorum, licet solis Venetis, & non Venetias euntibus, Ergò donans Bononien. non potuit habilitari ad donandũ per Statutum Romæ.

5 Hinc etiam dicimus, quòd habēs domicilium in Ciuitate, & se transferens ad Villam ruralem recreationis gratia, vel vt ruralia opera in ea exerceat, si non electa sepultura ibidem decedat, non debet sepeliri in Ecclesia dictæ Villæ, sed in sua Parochiali, vel in ea, in qua maiorũ ipsius ab antiquo extitit sepultura, quia per huiusmodi accessum nō fit subditus illius Parochi ruralis. *c. is qui. & ibi Franc. & alij. de sepult. in 6. Abb. in c. in nostra. num. 10. vbi etiam gloss. verb. apud eos. & Host. num. 7. eod. de sepult. Card. in element. vnic. col. 4. vers. 16. quaro. de priuileg.* & post *Bonf. Cœphal. Nau.* & alios consuluit *Terzag.* inter consilia *Menoch. cons. 398. num. 5. 16. 21. 37. 45. 46. & 49. vol. 4. Federic. de Sen. cons. 246.*

6 Nam ibi præsumitur quis mori, vbi degere solebat, vt in terminis docet *Oldr. cons. 229. nu. 3.* nec quis dicitur esse in loco quoad iuris effectum, vbi non est mãsurus. *l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. legat.* neque absens iudicandus est, qui ex legitima causa recesſit vti reuersurus. *Rom. cons. 263. & seq.*

7 Imò si quis tempore pestis, siuè belli recessit de Ciuitate, & rus se contulit, non efficitur Parochianus illius Parochi ruralis. *Abb. in d. c. in nostra. num. 10. Io. Andr. in d. cap. is qui. Federic. cons. 154.* & post *Io. Andr. & Host.* dicit *Cald. cons. 3. de praben. Menoch. d. cons. 398. num. 16.*

8 Quare matrimonium per Parochum ruralem celebratum absque licentia proprij Parochi inter contrahentes, qui rus gratia recreationis profecti sunt, & ibi continuè nō morantur irritum esse, & nullum pronunciauit, & declarauit *Rota Romana*, vt refert *Menoch. d. cons. 398.* non enim est Parochus ille presbyter ruris, ad quod quis diuertit recreationis causa, aut vt ruralia exerceat ad Vrbem reuersurus. *d. c. is qui. & ibi Franc. de sepult. in 6. Abb. in d. c. in nostra. n. 10. Card. in d. elem. vnic. col. 4. vers. 16. quaro.* & ità senserunt *Bonsius. Cœphal. Nau. cōs. 7. de cland. desp̄ōsat. Terzagus, & Theologi Fratrũ Minorum, & Societatis Iesu inter consilia Menoch. d. cons. 398. num. 5. 16. 21. 37. 45. 46. & 49.* Nam Parochus iuxta terminos *Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de reform. matr.* intelligitur de proprio, qui requiritur pro forma, neque Parochus ruralis dicitur proprius inter habentes in Ciuitate domos apertas, quia ibi dicuntur domicilium habere, licet ruri recreationis, seu colligendorum fructuum gratia cōmorentur, & maximè cum

cesset ratio notitiæ impedimentorum in Villa, quæ in Ciuitate præsumitur. *Rota diuers. par. 1. decis. 643. 656. & 657. per tot.*

9 Quando autem huiusmodi cõtrahentes inhabitarent æquali tempore modò in vna, modò in alia Parochia, tũc efficiuntur Parochiani ambarũ Parochialium. *Syluest. verb. confessor. num. 10. q. 12. Angel. verb. confessio. 3. nu. 12. gloss. in cap. cum nullus. verb. domiciliũ. de tẽp. ordin. in 6. Menoch. d. cons. 398. num. 7.*

10 Vel quando inhabitarẽt ruri per annum, vel maiorem partem anni, & ab eo Parocho sacramenta sumunt *gloss. in dicto verb. domicilium. & in l. 1. verb. maneat. & ibi Bart. ff. de lib. agnoscen. Tiraq. de retract. lignag. q. 5. gloss. 2. num. 26. Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Paroch. c. 7. n. 2. Io. de Selua in tract. Benefic. p. 3. q 42. n. 7. Federic. de Sen. cons. 254. Menoch. dicto cons. 398. nu. 33. & 34.*

11 Nam quis potest habere domiciliũ in duobus locis in Ciuitate, & ruri quãdo illis vtitur promiscuè, & vniformiter, alioquin dicitur habere domiciliũ, vbi assiduè moratur maximè diebus festiuis, & maiorem partẽ tenet fortunarum. *l. assumptio. §. Iurisprudentibus. ff. ad municip. l. Senatores. C. vbi Senator. vel clariss. cap fin. de sepult. gloss in d. verb. domicilium. Host. in d. c. in nostra nu 7. & Abb. nu. 10. circà fin. Menoch d. cons. 398. num. 22. 24. 32. & 33. Afflict. decis. 184. nu. 5. Nauar. d. cons. 7. de cland. despons.*

12 Nam dicimus etiam, quòd vbi aliquis seruit in duobus locis assumit nomẽ ex eo, in quo magis assiduè commoratur. *l. seruos. §. fin. & l. legatis. §. si vnus. ff. de leg 3. l. 2. & l. fin. C. de incol. in libris posterioribus. Franc. decis. 175. per totam. par. 1.* Hinc si Canonici alicuius Collegiatæ soliti sint venire ad Ecclesiam Cathedralem quotidie, & in illa inseruiant, & recipiãnt distributiones, atque in choro installẽtur, non exindè illorum Canonicatus dicitur consistere in Cathedrali, sed in Collegiata, cum alibi habeant focum, & larem, & stallum. *Rot. decis. 8. nu. 2. de preben. in antiq.*

13 Si quis autem habeat plura domicilia, si eligat sepulturam in aliqua tertia Ecclesia, debet solui Canonica portio ambabus Ecclesijs, in quibus ipse defunctus habebat domicilia. *gloss. in cap. 2. in formatione casus. vers. nota vlterius. de sepultur.*

14 Quinimò potest quis habere domicilia in pluribus locis *l. adsumptio. §. Iurisprudentibus. ff. ad municip gloss. in c. præsenti. § idẽ est. verb domiciliũ. vbi Gemin. nu. 4. & DD. de preben. in 6. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 264 nu. 1. & 2.*

15 Et si mater recreationis causa, vel pestis, belli, aut alterius impedimenti aliò proficiscatur cum intentione reuertendi, peperit interim filium post baptismũ morientem, sepeliẽdus puer erit in sepulchro maiorum suorum, aut in Parochiali Ecclesia, à qua mater recessit corpore, licet nõ mente. *Nauar. cons. 2. nu. 3. de Paroch.*

16 Exinde tamen, quòd quis habeat domum in aliquo loco, quam non habitat, non dicitur ibi habere domicilium, sola enim domus possessio, quę in Ciuitate aliàs comparatur, non facit domicilium. *l. libertas. §. sola ff. ad municip. glos. in dicto verb. domicilium.*

17 Verumtamen ille dicitur proprius Parochus scholarium, & Mercenariorum, vbi ipsi habitant, quamquam habeant animum redeũdi tempore debito in patriam, vel eligẽdi fortè domum in alia Parochia in anno sequenti. *gloss in clem. 1. de priuil. Innoc. in c. omnis. de pœn. & remiss.* nequè dissentire videtur *Abb in d. cap. in nostra. num. 10. & 11. Boer. decis. 175. nu. 5.* & ità si traxerũt morã in loco per aliquod tempus, vel venerunt animo standi ibi per aliquod tempus, tunc debent sepeliri ibi in Ecclesia Parochiali, sub qua degunt, quia illorum dicitur Ecclesia Parochialis. *Boer. d. nu. 5. gloss. in d. clem. de priuileg.*

18 Et quòd Statutum disponens circà personam habilitandam ad aliquem actum non porrigatur ad eos, qui non sunt suæ Iurisdictionis, sed ad eos tantùm, qui sunt originarij, vel habent domicilium, dicunt *Bart in l. 1. num. 8. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Abb. in c. quod clericis, nu. 32. de for. comp. Roman. cons. 391. Ias. cons. 59. num. 6. & 7. vol. 3. Castr. cons. 226. in princ. vol. 2. Socin. Sen. cons. 239. num. 2. vol. 2. Roland. cons. 24. nu. 19. Alciat. cons. 10. num. 1. & 2. vol. 1. Rot. diuers. par. 1. decis. 404. nu. 1. & decis. 580. nu. 1. & par. 2. decis. 103. nu. 13. & seq.* & ferè per totam. vbi dicit de communi, etiãsi habeãt bona in loco Statuti, & quamuis Statutum indirectè tãgat illa bona. *Abb. in d c quod clericis. n. 32. & 33. Socin. Sen. cons 71. num. 11. vol. 4. Marc. decis. 155. numer. 6. Bouius de statut. Vrb.*

pra-

præscript. gloss. 19. *vers. contrà creditores. nu.* 150. *&* 158.

19 Ratio autem est, quia non potest huiusmodi Statutum disponere de persona sibi non subdita. *Rot. d. decis.* 103. *nu.* 21. *&* 36. Quare neque Statutum inhabilitãs habet locum in forensem. *Bald. in d. l. cunctos. nu.* 19 *Rot. d. decis.* 103. *nu.* 13. & tantò minùs quando donatio fit de rebus sitis in territorio Ciuitatis, in qua est Statutum inhabilitans. *Paris. cons.* 99. *num.* 56. *vol.* 1. Et confirmatur, quia si quis ex Flandria obierit Genuæ, & ibi in testamẽto vxorem suam hæredem instituerit, licet secundùm consuetudinem Genuæ nõ possit vxor succedere viro, & in Flandria possit, tunc mulier potest succedere, quia non inhabilitat forensem huiusmodi Genuense Statutum. *Bart. in d. l. cunctos. n.* 26. *vers. & ideò dico. Specul. in d. §. qualiter. nu.* 2.

20 Statutum autem habilitans personã non extenditur ad bona sita extrà territorium. *Bart. in l. cunctos. nu.* 40. *vbi etiam Bald. n.* 17. *C. de Sum. Trin. & fid. Cathol.* & de magis communi testatur *Alexand. cons.* 16. *num.* 1. *vol.* 1. *Seraphin. decis.* 782. *num.* 2. *par.* 1.

21 Secundo quia Statutum tàm habilitans, quàm inhabilitans habet locum in subdito absente contrahente, vel aliter agente extrà territorium, quia ius habilitationis, vel inhabilitationis respicit personam, & habet ipsam qualificare, idest habilitare, vel inhabilitare vbiquè locorum. *Bald. in d. l. cunctos. num.* 13. *& alij. Alex. cons.* 16. *per tot. vol.* 1. Huiusmodi autem Statutum cum concernat fauorem minorum ligat subditos, & illos inhabilitat vbicunque existentes, & contrahentes. *Bart. in d. l. cunctos. nu.* 32. *Anchar. in c.* 1. *q.* 11. *princ. de cõstit. Abb. cons.* 70. *in princ. vol.* 1. *Paris. d. cõs.* 99 *n.* 56. *Rot. Genuen. decis.* 93. *nu.* 4. *&* 5. *Soccin. Sen. cons.* 88. *n.* 3. *vol.* 2. vbi dicit, quòd aliàs Statuta semper ligant suos ciues, præsertim quoad bona in eorũ territorio sita. *Alex. d. cons.* 16, & præcipuè minores, ne decipiantur, prout in muliere propter sexus fragilitatẽ dicit *Rot. diuers. decis.* 162. *num.* 2. *par.* 2.

22 Neque attenditur territoriũ quoad ligandum subditos. *l. fin. ff. de decret. ab ordin. fac. l.* 2. *C. de commerc. & mercat. c. fin. de cler. nõ resid.* & propterea *Soccin. Sen. cons.* 79 *col.* 2. *vers. circà primã. vol.* 4. dixit quòd Statuta loquentia in personam afficiunt personam subditam extrà territorium, & ità *Bart. Bald. Saliceт. & alij in d. l. cunctos. Abb in d. c. quod clericis. n.* 32. *de for. comp. Achil de Graff. decis.* 2. *n.* 3. 4. *&* 5. *de constit.* Et quòd Statutum liget subditos contrahentes extrà territorium, ità quòd faciat irritum contractũ vbicunque factum non adhibitis solemnitatibus Statuti, dicunt *Tiraq. de legib. connubial. gloss.* 8. *q.* 26. *nu* 116. *Monterent. ad Statuta Bononien. tit. de Contract. cum minor. §. & quia in fraudem. ver. extrà districtum.* & in terminis Cõstitutionis Marchiæ dantis certam formam cõtractibus minorum, quæ seruari debet à minori donante extrà territorium; & Iurisdictionem dictæ Prouinciæ Marchiæ, tenet *Gratian. Rot. March. decis.* 28. *nu.* 13. quæ loquitur in quadam muliere, quæ forte Neapoli existens donauit nõ seruata forma Constitutionis Marchiæ, sub cuius Iurisdictione erat oriunda, cuius donatio propterea fuit declarata nulla. Tertio, & vltimo si valeret huiusmodi donatio facta à minore Bononiensi, sequeretur absurdum euidentissimum, quòd Statutum de facili esset elusorium, quia subditus minor Bononiensis posset, quando vellet contrahere, seù distrahere, territorium exire. *l mercatores. C. de commerc. & mercat. l.* 2. *C. de eunuch.* quare ne sequatur huiusmodi absurdum vltrà superiùs adducta, dicendum venit talem donationem nõ valere, & ideò Statutum Romæ non potuisse habilitare forensem. *Ias. in d. l. cunctos. n.* 86. *&* 87. *vbi etiam Castr. num.* 11. *Abb. cons.* 52. *num.* 2. *par.* 1. *Ruin.* de communi *cons.* 160. Et tantò magis talis donans est inhabilitatus, quia Statutũ Bononiense inhabilitat expressè subditos extrà territorium, nisi in locis, in quibus contraxerint, seù distraxerint moram per tres menses traxerint.

23 Benè verum est, quòd quando Statutum inhabilitat, vel habilitat personam non simpliciter, & absolutè, sed cum modificatione respiciẽte solẽnitatem actus, ligat etiam forensem, quia actus solemnis siuè sit extraiudicialis, siuè iudicialis sortitur naturam, & essentiam secundum legẽ loci, vbi fit. *l.* 1. *C. de emancip. lib. Anchar. in repet. cap.* 1. *quæst.* 12. *vers. quod dicet de obligatione. de constit. Crot. in l. omnes. num.* 253. *cum seq. ff. de Iust. & Iur. Aret. cons.* 54. *col.* 2. *vers. ista sententia confirmatur. & cõs.* 73. *n.* 6. *&* 7. *Ias. cons.* 59. *col. fin.*

vers. secundo & notabilius. lib. 3. *Ruin. cons.*201.*n.*8 *vol.*1. *Bursat.cons.*206.*n.*10. *vol.*2.*Tiraq. de leg. connub. gloss.*8. *n.*226. *Gabriel conclus. de Statutis. lib.*6.*cõclus.*8. *n.*15. *Rot.diuers.p.*2.*decis.*103.*n.*19.*&* 20. Secùs autem quãdo disponit principaliter circà personam tantum absque modificatione, quia tunc non comprehenditur forensis. *Bart. in l.* 1.*nu.*8.*ff.de tut. & curat. dat.ab his.& in d.l.cũctos. n.*26.*&* 41.*vbi etiã Bald. n.*13.*&* 15. *vers.vlterius quæro circà personam. Salicet.num.*12. *vers.quia proximè. Aret. nu.*14. *Ias.in* 1.*lect. nu.*41. *vers.secùs autem.& in* 2.*lect. nu.*86. *vers. limita tamen communem conclusionem. Caccialup.nu.* 89. *& alij. C.de Sum. Trin. Ias.d.cons.*59.*col.*2.*Corn.cõs.*64. *vers.vndè videtur.vol.*3. *Monterent. in d.Rubr.de contract.cum minor.in princ.glos.in verb. minor. vers.considera quod Statutum. Rot. d.decis.*103.*num.* 13.

24 Nequè mirum, si est differentia inter Statutum inhabilitãs personã simpliciter, & absolutè, & Statutum inhabilitans personam cum modificatione, idest si non fuerit seruata certa solemnitas, quia ideò primo casu Statutum ligat forensem proptereà, quòd solemnitas actus pertinet ad Iurisdictionem eius, in cuius territorio actus replicatur, quamobrem variatur secũdùm diuersitatem locorum. *l.* 3. *in fin. ff. de testib.l.*2.*ff.quemad. testam.aper.* nam in contractibus est attẽdenda solẽnitas loci, vbi geritur actus.*l.si fundus.ff. de euict.*cũ alijs cumulatis per *Felin. in c.*1. *num.*23. *vers.circà secũdum de sponsal.Soccin.Iun. cons.*96. *nu.*1.*vol.*2.*Bursat. cons.* 206.*n.*10. *vol.*2. Secundo verò casu Statutum non afficit personam forensem, quia nõ potest disponere de persona sibi nõ subdita. *Bar. in d.l.cunctos. nu.*26. *& ibi Salicet. col.*5. *post med.vers. quia proximè.Aret. nu.*14. *propè fin. Ias.in* 2.*lect. num.*86.*vers.nota perpetuò.Rot. d.decis.*103.*nu.*21.*&* 22.

De Clerico debitore.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debitor non habēs vndè satisfaciat, creditoribus non potest conueniri, nisi quatenus facere potest. & ampliatur. nu. 2. & 5. & quare. nu. 7.*
Clericus tamen eo casu potest cogi ad præstandam cautionem.

2 *Clericus debitor etiam vigore instrumenti iurati, atque etiam quòd fuerint lata tres sententia cōformes contrà ipsum non potest conueniri, nisi eatenus, quatenus facere potest.*

3 *Inopia debitoris excludit actionem.*

4 *Impossibilium nulla est obligatio.*

5 *Clericus prima tonsura venit appellatione clerici.*

6 *Clericus qui pro alio fideiussit non potest grauari nisi in eo, quod facere potest.*

7 *Clericus dicitur miles.*

8 *Miles non compellitur vltrà quàm facere potest.*

9 *Militi non possunt retineri stipendia propter debita.*

10 *Aduocati non tenentur nisi in quantum facere possunt.*

11 *Maritus quando conuenitur pro restitutione dotis non compellitur vltrà quàm facere potest.*
Socer item.

12 *Clerico debitori si contrà eum sit executio in fructibus beneficij est relinquenda portio congrua pro ipsius victu, & seruorum.*

13 *Fructus beneficiorum debent inseruire clerico.*

14 *Fructus beneficij non possunt dari in tenutam actori propter contumaciam clerici.*

15 *Fructus beneficij non possunt obligari per beneficiatum, ità vt ipse non habeat vndè viuat.*

16 *Alimenta sunt detrahenda pro clerico, vbi tractatur de grauando beneficiatum.*

17 *Malè meritus publica debet egestate laborare in exemplum aliorum.*

18 *Alimenta sunt exhibenda clerico suspenso ex redditibus beneficij.*
Deposito itidem.

19 *Paupertas quandoque cogit ad turpia lucra.*

20 *Alimenta non solùm sunt exhibenda clerico suspenso, & deposito ex redditibus beneficij, sed etiam seruis secundùm qualitatem personæ, & filijs limitatur, vt ibidem.*

21 *Suspensus à beneficio, quia non fuit ordinatus in tempore debet habere medietatem fructuum beneficij ad sustentationem vitæ, donec se faciat promoueri.*
Canonicus item eodem modo suspēsus debet habere medietatem distributionum. ibidem.

22 *Clericus molestatus in præbenda debet nihilominùs alimentari de fructibus præbendæ.*

23 *Excommunicatus non est alendus de fructibus beneficij, nisi graui inopia subsistente.*

24 *Excommunicato non est facienda eleemosyna, nisi in maxima necessitate.*

25 *Excommunicatus non est alendus de fructibus beneficij, nisi quando consecutio liberationis ad excommunicatione non dependet ab eius potestate.*

26 *Excommunicato est subueniendum in extrema necessitate, quamuis sua culpa incidisset in eam.*

27 *Clericus excommunicatus non facit fructus suos beneficij, aut pensionis.*

28 *Excommunicatus nulliter, seù iniustè recuperat fructus beneficij medij tēporis.*
Suspensus item. ibidem.

29 *Excommunicatus iustè non lucratur distributiones, nequè fructus beneficij.*
Fructus beneficij clerici excommunicati, siuè suspensi iustè conuertuntur in vtilitatem Ecclesiæ. & nu. seq.

30 *Excommunicatus iniustè non recuperat distributiones quotidianas, & quare.*
Suspensus nequè. ibidem.

31 *Excommunicatus iniustè si erat frequens in Choro antè excommunicationem recuperat distributiones quotidianas.*
Suspensus itidem. ibidem.

Item

Item Canonicus, qui effectus est cæcus.

32 *Paupertas probari debet per clericum, qui petit admitti ad beneficium. cap. Odoardus.*

33 *Discussio dum pēdet super admissione ad beneficium. cap. Odoardus. potest clericus detineri in carceribus.*

34 *Beneficio. c. Odoardus. clericus renunciare nequit, & quare.*

35 *Cessio bonis reprobatur in clericis.*

36 *Clericus admittitur ad cautionem iuratoriam de soluendo suis creditoribus, vbi ad pinguiorem fortunam deuenerit, & quomodo hoc procedat.*

37 *Ius omnibus æquale esse debet.*

38 *Clericus non debet conuenire suos debitores vltrà quàm facere possint.*

39 *Cedere bonis licet clericus non teneatur, potest nihilominus huiusmodi beneficium recusare.*

§. Primus.

1 SI Clericus non habeat vndè suis creditoribus satisfacere possit non debet excommunicari, nequè suspēdi à diuinis, nec in carcerem detrudi, sed eatenus conueniri, quatenus facere potest, non deductis sibi necessarijs alimētis, cogi tamen potest ad præstandam cautionem, saltem iuratoriam, si nō aliam de soluēdo, vbi deuenerit ad pinguiorem fortunam. *c. Odoardus. & ibi Abb. nu. 1. 3. & 8. Imol. nu. 5. & alij. de solut. c. olim. 2. de rest. spol. gloss in cap. studeat. verb. vt tale. 30 dist. & in l. miles. in princ. & ibi Bart. nu. 3. Ias.* dicens de communi. *nu. 12. & Rip.* qui pariter fatetur communem. *n. 7. ff. de re iud. Abb. in c. veniens nu. 4 de transact. & in repet. c. cum esses. nu. 28. de testam. Felin. in c. cum ex officij. nu. 2. de præscript. Dec. in c. reprehensibilis. nu. 28. & seq.* vbi dicit de commun, *de appell. Io. Andr. in c. si clericus vbi etiam Gemin. & Franch. de sent. excom in 6. Aretin. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim. Gomes. Instit. de action. in princip. num. 65. Lap. allegat. 118. Nat. cons. 319. n. 7. vol. 2. Couar. lib. 2 var. resol. c. 1. num. 8. & 9.* vbi testatur de communi. *Capel Thol decis. 246. Rot. diuers. p. 3. lib. 3. decis. 998. Farinac. de carcer. & carcerat. to. 1. p. 1. q. 27. n. 66. & seqq. Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. c. 125. vers. licet quiaē.*

2 Etiamsi agatur vigore instrumēti iurati, & quòd fuerint latæ tres sentētię conformes cōtrà ipsum clericū. *Put. decis. 56. per totam. lib 1. Couar in d. c. 1. nu. 9. vers. quoties verò, & Thessau for. Eccles. cap. 11. n. 15.* quidquid dicant *Gomes. in Compend. Vtriusque Signat. col. fin. & Farinac. dicta quæst. 27. num. 70.*

3 Inanis enim est actio, quam inopia debitoris excludit. *cap. olim. 2. de rest. spol. l. nam is. ff. de dol. gloss. in l. 1. verb. nō est si ventr. nom. mul. Host. in d. cap. Odoardus. num. 4.*

4 Et impossibilium nulla est obligatio. *l. Paulus. ff. quæ sent. sin. appel. rescin. l. impossibilium. ff. de reg. iur.* &

„ *Cātabit vacuus corā latrone viator.*

l. itaque. ff. de furt. cap. Darbertum. 1. q. 7. Host. d. num. 4.

5 Quod procedit non solùm in clericis cōstitutis in maioribus Ordinibus, seù beneficiatis, verùm etiam in clerico primæ tonsuræ, nam appellatione clerici venit etiam clericus primæ tonsuræ. *c. cum contingat. de ætat. & qual. Neuizan. cons. 59. nu. 5. Rol. cons. 16. num. 11. vol. 4.* vt latiùs dixi *in tit. de Disciplina Clericalis. §. 2.* quidquid dicat *Couar d. c. 1. n. 9.* qui intelligit dispositionem *d. c. Odoardus.* in his, qui vel sacris Ordinibus sunt insigniti, vel altari, aut Ecclesię proprio ministerio inseruiunt, non in his, qui minoribus tantùm Ordinibus decorātur, nihil tamen allegat.

6 Item procedit, etiamsi clericus fuerit fideiussor pro alio, quia tunc non potest grauari, nisi in eo, quod facere potest. *Fel. cons. 9. per tot. Butr. cons. 41. vers. item vt miles.* & post eos. *& Staphil.* consuluit *Monald. cons. 124. per tot. vol. 2.*

7 Ratio autem ea est, nam Clericus dicitur miles. *Dec. in cap. Episcopus. nu. 3. de præben.* & miles cælestis militiæ. *c. Christianis. vbi gloss. verb. militem. 11. q. 1. c. militare. vbi gloss. pen. 23. q. 1. cap. 1. de cler. ægrot. Rol. cons. 98. nu. 3. vol. 1.* & quotidiè pro Catholica fide militare nō cessat. *c. degradatio §. actualis. de pœn in 6. gloss. in d. l. miles. verb. facere. vbi Bart. nu. 3. Alex. nu. 5. Ias. nu. 11. Rip. nu. 5. & alij. de re iud.* ac æquiparatur militi terrestri. *not. gloss. in d. verb. facere. Abb. in d. c. veniens. nu. 4. de transact. & in c. quia nos. n. 4. de testam.*

Felin. in d.c.cũ ex officij. n.2. de præscript. Mathes. notab. 61.

8 Miles autem terrestris non cõpellitur vltrà quàm facere potest, & semper cum eo habenda est ratio, ne egeat. d. l. miles. in princ. & ibi gloss. in d. verb. facere. & l. itẽ miles. ff. de re iud. Abb. in d. c. Odoardus. nu. 8. in d. c. veniens. nu. 4. & in repet. dicti c. cum esset. nu. 28. Felin. in d. c. cum ex officij. n. 2. Dec. in d. c. Episcopus. n. 3. de præben.

9 Quinimò militibus stipendia retineri non possunt propter debita illis etiam sententia condemnatis. l. stipendia. ff. de execut. rei iud.

10 Quemadmodum etiã Aduocati, qui habent priuilegium, vt non teneantur, nisi in quantũ facere possunt, deducto ne egeãt. gloss. in d. l. miles. d. verb. facere. & DD. vbi etiã aduertit Bolognet. sicut sunt aliæ personæ priuilegiatæ, de quibus in l. sunt qui cum sex alijs seqq. ff. de re iud.

11 Inter quas personas est maritus quãdo conuenitur pro restitutione dotis, item & socer. Abb. in d. cap Odoardus. nu. 8. de quibus tractat Surd. in tract. de alimẽtis. tit. 1. q 78. per totam. Et hoc adeò verum est, quòd si clericus habeat beneficium, & fuerit ære alieno grauatus tũc licet Iudex posset redditus annuos illius beneficij creditoribus adiudicare in causa iudicati, si nulla est res, in qua possit fieri executio iudicati. c. perueniẽt. & ibi gloss. verb. redditibus. de fideiuss. l stipendia. & ibi gloss. fin. & Bart. C. de execut. rei iud. Bart. in l. à Diuo Pio. §. exequuntur. num. 1. & in l. commodis. nu. 2. ff. de re iud. Speculat. de execut. sent. §. sequitur. in fin.

12 Debet nihilominùs ipsi clerico dimittere portionem congruam ex eis, vndè valeat ipse cum seruis necessarijs iuxtà qualitatem suam alimenta percipere. Abb. in d. c. veniens. nu. 4. & ità obseruatur in Curia Romana, vt scribit Collectar. in d. c. Odoardus. vbi etiam Abb. nu. 8. gloss. in d. c. studeat. verb. sui. Io. Andr. in c. fin. de sent. excom. Rebuff. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Couar. d. c. 1. nu. 9. Capel. Tholos. d. decis. 245. Roman. consi. 369. nu. 30. Gig. de pension. q. 39. nu. 4. Caccialup. eod. q. 12. num. 5.

13 Quia debent beneficiorum fructus etiam seruire ipsi clerico, vt is inseruire possit Ecclesiæ in diuinis. c. cum secũdum. de præben. Dec. in d. c. Episcopus. n. 3. & 4. vbi etiam addit. de præben. Cyn. in d. l. stipendia. vbi etiã Salic. C. de execut. rei iud. Boer. decis. 226. circà fin.

14 Quinimò beneficij fructus non possunt dari in tenutam actori propter contumaciam clerici. Arcbid. in c. 1. n. 1. vers. possessionem. & vers. ad ea. circà fin. & ibi Host. nu. 4. & 5. & Io. Andr. de eo qui mit. in possess. in 6.

15 Nequè fructus ijdem possunt obligari. gloss. in cap. altare. 1. quæst. 3. Specul. tit. de hæretic. in princ. vbi dicit quòd fructus beneficij non possunt per Prælatum alienari, ità vt ipse nõ habeat vndè viuat.

16 Additur, quòd vbi tractatur de grauando beneficiatum aliquo onere, tunc antè omnia sunt detrahenda alimenta ipsi necessaria secundum dignitatem, & qualitatem ipsius beneficiati. Rip. cons. 26. nu. 7. Menoch. de arbitrar. cas. 169. in fin.

17 Et quamuis clerici suspensi, & depositi etiam actu ratione criminis nulla deberet haberi ratio, ne egeat, quia malè meritus publicè, vt alijs exemplo sit ad deterrenda scelera, debeat etiam egestate laborare. l. bona fides. in fin. prin. ff. deposit. gloss. fin. in c. pastoralis. §. verum. vbi Abb. nu. 16. Dec. num. 17. de appellat. Abb. in d. cap. veniens. num. 4. Io. Andr. in cap. ad supplicationem. in gloss. 2. vbi etiam Imol. de renunciat. Gemin. in c. contumaces. 50. dist. & in d. c. studeat. quia Ecclesia non curat de tali deposito. d. c. degradatio. de pœn in 6.

18 Nihilominùs in isto casu sunt illi ex redditibus beneficij exhibenda alimenta ad moderatam sustentationem, ne grauatus inopia in opprobrium ordinis Clericorum mendicare cogatur. c. Diaconi. vers. mendicat. 93. dist. gloss. in d. l. miles. dicto verb. facere. vbi etiam Bart. nu. 3. & Rip. dicens de communi. nu. 7. ff. de re iud. eadem gloss. in d. c. studeat. verb. sui. & in c. cum V intonien. verb. admiserunt. & ibi Abb. nu. 10. & Bald. nu. 3. de elect. & in cap. pastoralis. §. verum. verb. subtrabuntur. & ibi Abb. num. 16. & Dec. num. 16. & DD. de appellat. Abb. in dicta repetit. c. cũ esset. num. 28. de testam. & in cap. Apostolicæ. num. 7. vbi etiam Felin. num. 9. & seqq. de except. Felin. in cap. ex parte. num. 1. de accusat. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. n. 8. vers. duodecimo. facit Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. in fin. de reform.

19 Et ne propter mẽdacitatem, & inopiam conuertatur in contumeliam clerici

ad turpia lucra, ad quæ paupertas quãdoque cogit. *l. spadonē. ff. de excusat. tut. l. palàm. ff. de rit. nupt.*

20 Huiusmodi autem alimenta non solùm ex dictis fructibus sunt pro seipso præstanda, sed etiam pro seruo secundùm qualitatem personæ, & etiam pro filijs. *c. omninò. vbi gloss. verb. mercede. & Doctores 31. dist. Felin. in cap. cum quidam. nu. 11. circa fin. de iureiur. Surd. in tract. de alimentis. tit. 1. q. 82. per totam.* secùs tamen si haberet patrimonium, vel aliundè, ex quo viuere posset. *gloss. in d. cap. cum Vintonien. verb. admiserant. in fin. & ibi Abb. num. 10. Bald. num. 3. & Io. Andr. de elect. Felin. in d. cap. Apostolica. num. 10.* seu quando posset ex sua industria viuere. *Abb. in dicto cap. cum Vintonien. nu. 10. & ibi Bald. nu. 3. idem Abb. in d. c. Apostolica. nu. 7. & ibi Felin. nu. 10. & Butr.*

21 Dicimus etiã, quòd clericus admissus ad beneficium, si non fuerit ordinatus in tempore, licet suspendatur à beneficio, nihilominùs fructuum beneficij medietas illi dimittenda est ad sustentationem vitæ, donec se faciat promoueri, & si fuerit Canonicus medietatem distributionum habere debet. *clem. vt ij. & ibi gloss. verb. distributionem. & verb. dimidia. & Abb. num. 16. 17. & 18. vbi etiam Bonifac. in fin. de etat. & qual. Abb. in d. cap. Apostolica. num. 7.*

22 Nam etiam Clericus, si molestatur in præbenda, debet nihilominùs alimentari de fructibus præbẽdæ. *Bart. in l. si neget. in fin. ff. de lib. agnoscen.*

23 Excommunicatus tamen non est alendus de fructibus beneficij, nisi subsistente graui inopia, quia est in sua facultate eximendi se ab excommunicatione, petendo absolutionem. *gloss. fin. in d. §. verum. & ibi Abb. nu. 16. & 17. & Dec. n. 12. 16. & 19. Felin. in d. c. Apostolica. num. 10.*

24 Et per istam rationẽ non est excommunicato facienda elemosyna, nisi subsistente maxima necessitate *cap. quoniam multos. in fin. 11. q. 3. Præposit. in cap. præter. num 9. 32. dist. Dec. in d. §. verum. nu. 21. Surd in d. q. 82. nu. 8. & seqq.*

25 Neque pariter est alendus clericus excommunicatus de fructibus beneficij, nisi quando non dependet ab eius potestate consecutio liberationis ab excõmunicatione. *Card. in dicta elem. vt ij. col. antepen. vers. vigesimo quarto.* & post *Io. And.* dicit *Abb. in d. §. verum. num. 16. & Dec. num. 18. & 19. Felin. in dicto cap. Apostolicæ. num. 10.*

26 Nam excõmunicato est subueniendum in extrema necessitate, etiamsi sua culpa incidisset in eam necessitatem. *gloss. fin. in cap. sacrorum. 12. q. 2. Felin. in dicto c. Apostolica. nu. 9. Dec. in dicto §. verum. num. 21. Marc. decis. 880. nu. 6. & 28.*

27 Clericus etenim durante excommunicatione non facit suos fructus beneficij. *cap. pastoralis. §. verum. in fin. vbi DD. de appell. Suarez tom. 5. in 3. par. D. Thom. disp. 13. sect. 2. num. 4. lib. 2. Nouar. quæst. forens. par. 1. q. 70. num. 1.* neque pensionis fructus suos facit. *Seraphin. decis. 1164. nu. 2. Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. n. 131. Nouar. dicta q. 70. num. 3.* huiusmodique fructus applicantur in vtilitatem Ecclesię. *d. §. verum. Nouar. d. q. 70. nu. 7.*

28 Si posteà declaretur huiusmodi clericum fuisset nulliter, seu iniustè excommunicatum, seu suspensum, tunc recuperat ille omnes fructus beneficij medij tẽporis. *e. super causa & ibi gloss. fin. 2. q. 5. Felin. in dicto cap. Apostolicæ. n. 12. Innoc. in d. c. Pastoralis. in fin Couar. dicto c. 13. eod. vers. duodecimo. Marc. d. decis. 880. numer. 5.*

29 Si verò fuerit iustè excommunicatus, neque distributiones lucratur, quæ dantur interessentibus, neque redditus beneficij, qui conuertuntur in vtilitatem Ecclesiæ. *Felin. in dicto c. Apostolicæ. n. 12. vers. durante.*

30 Distributiones tamen quotidianas iniustè excommunicatus, seu suspensus non recuperat, ex quo non interfuit diuinis. *Felin. in dicto cap. Apostolica. num. 12. Gemin. in cap. contumaces. 50. dist. Couar. dicto vers. duodecimo.* nam durãte excommunicatione, seu suspensione distributiones quotidianæ interessentibus accrescũt, alij verò beneficij redditus conuertuntur in vtilitatem Ecclesiæ, si ille fuerit iustè excommunicatus. *gloss. in elem. 2. verb. suspensus. de vit. & honest. cler. & in elem. 2. verb. dimidia. & ibi Imol. col. 7. de etat. & qual. Abb. in cap. pen. nu. 1. & Imol. de cler. non resid. Felin. in dicto cap. Apostolicæ. num. 12. dicto vers. durante. Couar. dicto vers. duodecimo.*

31 Quod tamen intelligendũ est quando talis clericus iniustè excommunicatus non erat frequens in choro, quia tunc non

recu-

recuperat distributiones, secùs autem quando antè excommunicationem, aut suspentionem erat frequens in Choro, & residere consueuerat, quia recuperabit tunc distributiones quotidianas. *Felin. in dicto cap. Apostolicæ. nu. 12. vers. distributiones. Gemin. in d. c. contumacet. Couar. dicto vers. duodecimo.* vt dicitur de infirmo. *Felin. in eod. c. Apostolicæ. nu. 12. & ità fuisse resolutum in vna Cæsaraugustana Canonicatus 7. February coram Coccino.* refert *Ricc. in prax resol. par. 1. resol. 385.* quæ distinctio procedit etiam in Canonico, qui effectus est cœcus, cui non debentur distributiones, si dum esset sanus, non residebat, seù non inseruiebat Ecclesiæ. *Innoc. in c. 1. vbi etiam Host. de cler. ægrot. Felin. in dicto cap. Apostolicæ. nu. 10. de except. Abb. consi. 70. nu. 1. par. 1. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 397.*

32 Vt autem admittatur clericus ad beneficium *dicti c. Odoardus,* debet probare suam paupertatẽ. *Host. in d c. Odoardus. nu. 4. & 5. Couar. d c. 1. nu 9. vers. quoties verò. Auctor Prax. Archiepisc. Neap. cap. 3. num. 18.*

33 Et dum pendet discussio super admissione ad dictum beneficium, potest detineri clericus in carceribus. *Host. in eod. cap. Odoardus. d. nu. 4. & 5. Auctor Prax. Archiep. Neapol. dicto cap. 3. nu. 17.*

34 Huiusmodi tamen beneficio clericus renunciare non potest etiam cum iuramento, cum tale beneficiũ sit inductum in fauorem totius ordinis clericalis, ne cogatur cum dedecore mendicare. *Ioan. Andr. in d. c. Odoardus. vbi etiam Hostien. num. 8.*

35 Neque bonis cedere tenetur, sed admittitur ad cautionem iuratoriam.

36 De soluendo suis creditoribus cum ad pinguiorem fortunam deuenerit. *c. per vestras. §. cũ ergò. & ibi gloss. verb. quam potest. de donat inter vir. & vxor. gloss. in dicto cap. Odoardus. verb. idonea vbi Host. num. 7. Abb. num. 8. Imol. & Anchar. de solut. Abb. in c grauis nu 7. depofit. Couar. lib. 2. var resol d. cap. 1. num. 9.* vbi testatur de frequentiori opinione, sequitur *Menoch. de arbitrar. cas. 183. nu. 29. lib. 2. Gregor. Tholos. Syntagm. iur. lib. 22. cap. 9. nu. 5. & 9. Farinac. de carcer. & carcerat. q. 28. tom. 1. par. 1. num. 66.* qui testatur de magis communi. Quod procedit, quando non potest dare fideiussores, nam etiam hoc casu iurare debebit, quòd non possit dare fideiussores. *Hostien. in d. cap. Odoardus. num. 7.* admittitur tamen clericus, vt cedat creditoribus suis fructus beneficiorum, quando nihil habet in bonis, deducto tamen, ne egeat. *Redoan. de spol. Eccles. q. 3. §. & ex his nu. 28. & seq.*

37 Et cum quid iuris quis in alium statuerit, eo & ipse vti debeat. *l. 1. & tot. tit. ff. quod quisquè iur.*

38 Ideò non debet etiam clericus conuenire suos debitores vltrà quam facere possint. *cap. non satis. & ibi gloss. verb. debitum. 86. distinct. Gregor. Tholosan. d. c. 9. num. 8. in fin.*

39 Et licet clericus non teneatur cedere bonis, potest tamen, si vult, huiusmodi beneficium recusare. *§. si quis autem. vers. res omnes velint creditoribus. auth. vt determ. sit num. cler. Abb. in d. c. Odoardus. num. 8. Aretin. in §. fin. num. 12. Inst. de action.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficio c. Odoardus non gaudet clericus in multis casibus.*
2 *Beneficio c. Odoardus. non gaudet negans pertinaciter debitum, de quo legitimè conuincitur.*
3 *Debitor negans debitum non potest vti beneficio cessionis bonorum.*
4 *Beneficio c. Odoardus. non suffragatur clerico debitori, qui dolosè versatus fuit cum creditore. & nu seq.*
5 *Dolus nemini patrocinari debet.*
6 *Beneficium c. Odoardus. amittit, qui in ludo prohibito, seù cum meretricibus pecuniam consumpsit, & factus est non soluendo.*
7 *Beneficio c. Odoardus. priuatur obligãs se in Curia Romana in forma Cameræ Apostolicæ.*
8 *Beneficio c. Odoardus. non fruitur suspectus de fuga.*
9 *Beneficio cap. Odoardus. redditur indignus quando debitum descendit ex delicto.*
10 *Beneficio c. Odoardus. priuatur, si fuit periurus.*
11 *Beneficio cap. Odoardus. non gaudet clericus debitor. si creditor est eo pauperior.*
12 *Damnum vt euitet tractans in pari*

causa praefertur ei, qui agit de lucro capiendo. & n.n.seqq.

13 *Maritus non gaudet beneficio, vt non possit conueniri vltrà quàm facere potest, quando mulier est pauperrima.*

14 *Damni vitandi causa est potentior ea, quae agit de lucro captando.*

15 *Pronunciandum est in dubio pro eo, qui agit de damno vitando.*

§. Secundus.

1 MVlti tamen sunt casus, in quibus Clericus nõ gaudet beneficio *d. cap. Odoardus.* & idcò potest suspendi à diuinis &, carcerari, quorum aliquos hic recẽsendos existimaui.

2 Primus est si negãs pertinaciter debitum conuincatur legitimè quòd sit debitor, qui enim vult gaudere dicto beneficio debitum confiteri debet, vt probatur in *eod. cap. Odoardus. verb. recognoscẽtem*, idest, *debita confitentem*, vt ibidem exponit *gloss. in eod. verb. Bald. in l. 1. col. fin. C. qui bon. ced. poss.*

3 Quare negãs facit actum contrarium illi capitulo, in quo illud beneficium confitenti debitum conceditur, & proptereà debitor negans debitum nõ potest vti beneficio cessionis bonorum inuito creditore. *Afflict. decis. 379. per tot. Ferret. cõs. 144 num. 2. Cocein. decis. 306 nu. 2. & 3.*

4 Secundus si dolo fuerit versatus cum creditore, vt si pendente iudicio super debito principali bona in extraneos alienet gratia fraudandi creditorem, beneficium enim, dict. cap. non suffragatur dolosis. *Imol. in eod cap. Odoardus. col. 3. in fin. Io. Baptist. de S. Seuerino in tract. de debitor. fugit. 1. q. prin in fin. Capel. Tholos. q. 159. num. 2. Nat. cons. 356. num. 7. volum. 2. Ferret. cons. 144. Caputaq. decis. 278. par. 1. Rot. diuers. p. r. 3. lib. 3. decis. 841.*

5 Dolus enim nemini patrocinari debet. *l. pen. in fin. ff. de Iur. dot. l. si ex dolo. ff. de re iud. l. etiã. §. 1. ff. sol. matr.* Et tãtò minùs debet gaudere huiusmodi beneficio quando sub spe cedendi bonis, & sub clipeo gaudendi dicto beneficio in fraudem creditorum debita cõtraxit, dum esset laicus, & postea est factus clericus. *Io. Andr. in cap. 1. vbi etiam. Abb. num. 8. de oblig. ad ratiocin. Ferret. d. cons. 144. num. 4. & 5.*

6 Tertius, vbi in ludo prohibito, vel cum meretricibus pecuniam consumpsit, & factus est non soluendo. *Bald. in d. l. 1. col. fin. C qui bon. ced. poss. Ferret. d. cõs. 144*

7 Quartus, vbi se obligauit in Romana Curia in forma Cameræ Apostolicæ, quia illius obligationis vigore renũciatur dicto beneficio, & omnibus legũ auxilijs, & cũctis legibus, quibus vti, aut se iuuare posset. *Gomes. in Cõpend. Vtriusquè Signat. col. fin. Farin. de carcer. & carcerat. tom. 1. par. 1. quæst. 27. nu. 70. Thessau. for. Eccles. cap. 11. num. 16.*

8 Quintus, vbi est suspectus de fuga, tunc enim etiam ab ipso creditore cum proprijs bonis capi poterit, & tradi suo cõpetenti Iudici detinendus, donec æs alienũ soluat ex illis bonis, quæ occultare conatus fuit. *Abb. in d. cap. cum non ab homine. n. 17. de iudic. Couar. d. c. 1. n. 9. Io. Baptist. de Sancto Seuerino. in dicto tract. de debit. susp. q. 6. quintæ quæstionis princ. Farinac. d. q. 27. nu. 71. & 76.* & dictum etiam fuit *in tit. de fauor. Clericor. Can. in §. 2. cas. 9.*

9 Sextus, quando cõuenitur pro debito descendente ex delicto, nam & tunc capi, & carcerari potest. *Marsil in pract. crim. §. attingam. nu. 70. Abb. in c. veniens. nu. 4. de transact. Farinac. d. q. 27. nu. 72.*

10 Septimus, si est periurus, nam tunc carcerari potest, quia debitum est iuratum propter peccatum, quod est graue. *cap. hoc videtur. 22. q. 5. Afflict. in Constitut. Regn. Si quis Clericus. in sexto notab. sub Rubr. de Cleric. conuenien.* licet *Couar. in d c. 1. num. 9. vers. quoties verò.* teneat eundem periurum nõ posse excommunicari, neque carcerari pro æris alieni solutione, sed eũ admitti debere ad cautionem iuratoriam de soluendo cum ad pinguiorem fortunam deuenerit.

11 Octauus, dicerem nõ gaudere dicto beneficio, quando creditor est pauperior ipso debitore,

12 Quia in pari causa debet præferri ille, qui tractat de damno vitando.

13 Prout dicitur de marito, qui non gaudet beneficio, vt non possit conueniri vltrà quam facere possit, quando mulier est pauperrima. *Bart. in l. maritũ. ff. solut. matrim.*

14 Et causa de damno euitando est potentior quã ea, quæ agit de lucro captãdo. *l. verum. §. fin. & ibi Bar. ff. de minor. Bar. in auth. quas actiones. num. 3. C. de sacros. Eccles. ...*

15 Et in dubio eſt pronunciandum pro eo, qui agit de damno euitando. *Signoroli conſ. vlt. nu. 5. & conſ. 11. nu. 3. DD. in l. fin. §. fin autem. C. de iu. delib.*

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio an, & quomodo teneatur ad debita ſui prædeceſſoris.*
2 *Succeſſor tenetur ad debita per ſuum prædeceſſorem contracta pro ſua ſuſtentatione, vel cauſa infirmitatis.*
3 *Succeſſor tenetur pro medicinis in neceſſitate prædeceſſori præſtitis, & ad debita pro cura perſonæ, vel infirmitatis eiuſdem prædeceſſoris contracta. & num. ſequenti.*
4 *Succeſſor in beneficio tenetur ad impenſam funeris, quæ ſalutem animæ prædefuncti reſpicit, ſecus verò de impenſis, quæ tendunt ad pompam exequiarum.*
Succeſſor tenetur ad ſolutionem ſalariorum Officialium, & Miniſtrorum, & ſeruorum Eccleſiæ.
5 *Clericus beneficiatus ſepeliri debet expenſis Eccleſiæ.*
6 *Funeris appellatione quæ veniant.*
7 *Hæres inſtitutus in bonis mobilibus Eccleſiæ à clerico habente licentiam teſtandi tenetur ad impenſas funebres.*
8 *Succeſſor tenetur ad expenſas funeris, quamuis prædeceſſor alibi ſepulturam elegerit.*
9 *Beneficiatus debet ſepeliri in propria Eccleſia, & quare nu. ſeq.*
10 *Sepulchrum viri, & vxoris debet eſſe vnicum.*
11 *Clericus eſt cor vnum, & anima vna cum ſua Eccleſia.*
12 *Sepulturam etiam in remotis partibus clericus eligere poteſt.*
13 *Sepultura electio cuilibet eſt libera.*
14 *Sepulturam ſibi eligere poteſt filiusfamilias.*
15 *Sepulturam ſibi eligere poteſt vxor.*
16 *Sepeliri debet in ſepulchro mariti vxor decedens non electa ſibi ſepultura, & ſi plures habuerit maritos in ſepulchro vltimi.*
17 *Sepulturã filio impuberi pater eligere poteſt, vbi eſt conſuetudo, ſecus filio puberi. nu. ſeq.*
18 *Sepulturam frater fratri eligere nequit, nequè mater filio, nec tutor pupillo, nec auus nepoti, nec amicus amico.*
19 *Sepultura carens, nequè eam eligens eſt ſepeliendus in propria Parochiali.*
20 *Sepultura clericus carens, nequè eam eligens debet ſepeliri in Eccleſia, vbi reſidere tenebatur.*
21 *Forenſis ſepeliendus eſt in Eccleſia Parochiali eius habitationis, ſi ſepulturã alibi non elegerit.*
Item Viator ſepeliendus eſt in Eccleſia Parochiali, intrà cuius fines obijt.
22 *Sepeliri debet clericus cũ veſtibus ſacris ſui ordinis.*
23 *Confratres alicuius ſodalitatis laicorũ ſepeliendi ſunt in Parochiali, ſi non elegerint ſibi ſepulturam.*
24 *Communitas fabricare non poteſt ſepulturam in qua omnes de eadẽ Vniuerſitate ſepeliantur.*
25 *Sepultura electio commiſſa voluntati alterius an, & quomodo valeat.*
26 *Sepultura electio ad ſuggeſtionem alterius non valet.*
27 *Sepultura electio probatur per teſtes ſingulares.*
28 *Sepulturam ſi quis habeat propriam in ea ſunt ſepeliendi eius filij.*
29 *Sepulturæ electio facta ab infirmo, licet poſteà conualuerit, non cenſetur reuocata.*
30 *Sepultura an poſſit vendi, ſeù oppignorari, ſiuè item ius ſepeliendi.*
31 *Religioſus locus vendi non poteſt, nec alienari.*
32 *Sepultura fit locus religioſus eo ipſo, quòd in illam infertur mortuus, & quomodo intelligatur.*
33 *Sepulchra exiſtentia ſuper terram adificari nequeunt.*
34 *Sepultura nemini eſt deneganda.*
Sepultura non eſt deneganda vltimo ſupplicio affectis.
Sepultura non eſt deneganda cadaueri debitoris.
35 *Sepultura non poteſt dari ſine Principis licentia in illa Ciuitate, à qua quis eſt miſſus in exilium.*
36 *Bannitum ſi quis ſepeliat non tenetur pœna impoſita danti auxilium, vel fauorem bannito.*
37 *Sepultura Eccleſiaſtica non datur ei, qui ſeipſum occidit.*

38 *Impediens humationem defuncti ob eius debita est puniendus.*

39 *Regularis in Hospitali, siuè extrà Monasterium suum decedens, vbi sepeliri debeat.*

40 *Successor tenetur ad pecuniam mutuò datam prædecessori carcerato, seù ad salarium debitum Aduocato, qui patrocinium præstitit pro prædecessore.*

41 *Successor tenetur ad expensas vtiles, & necessarias in lite factas per prædecessorem.*

42 *Successor ad hoc, quòd conueniri possit pro debito prædecessoris requiritur, quòd probetur pecuniam fuisse versam in vtilitatẽ Ecclesiæ, vel saltem, quòd probetur casus necessitatis Ecclesiæ.*

43 *Successori quando præiudicet confessio Prælati, quæ dicit se pecuniam accepisse mutuò pro alendis, & vestiendis Monachis, seù pro Ecclesiæ vtilitate.*

44 *Mutuum factum Prælato, & Capitulo simul non est necesse, quod probetur versum in vtilitatem Ecclesiæ.*

45 *Episcopus debitor, antequam esset Episcopus, non tenetur ad solutionem debiti ex fructibus Episcopatus.*

46 *Debitor clericus non tenetur ex redditibus beneficij, si debitum est patrimoniale, secùs in debito proprio contracto ad se sustentandum, & non habeat alia bona, vndè se alat.*

47 *Camera Apostolica faciens spolium tenetur ad solutionem debitorum clerici defuncti.*

§. Tertius.

1 AN autem clericus successor in beneficio teneatur pro facto, & ad debita per suum prædecessorem contracta. Distinguendum est. Aut enim contraxit debita voluntariè non pro sustẽtatione sua, vel pro seruicio Ecclesiæ, sed pro alia sua necessitate, vt pro reparãdis suis domibus proprijs, vel pro alio cõsimili casu, & tunc indistinctè non tenetur successor, nam clerici habent solum vsum beneficiorum, ergò si debita non sunt contracta pro seruicio Ecclesiæ non tenetur Ecclesia: Aut contraxit pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, & tunc successor tenetur non personaliter ex proprio patrimonio, sed ex bonis, & redditibus Ecclesiæ. *c. quod quibusdam. & ibi gloss. pen. de fideiuss. c. 1. deposit. c. 1. & ibi Host. num. 2. & 3. Abb. num. 1. & 2. & Innoc. de solut. c. ex præsentium. & ibi Abb. num. 5. & Io. Andr.* quem ibi communiter sequuntur *DD. de pignor.* & ità post *Io. Andr.* distinguit *Abb. in c. cum esset. nu. 27. de testam. in c. peruenit. nu. 22. de fideiuss. & in c. 1. num. 2. de solut. Roman. cons. 440. Gemin. cons. 1. n. 2. & 3. Cald. cons. 1. de pecul. cler. Alciat. cons. 14. n. 6. vol. 1. Bursat. cons. 226. nu. 95. vol. 3. Rot. decis. 41. nu. 3. de probat. & decis. 1. num. 1. de solut. in antiq. Rot. diuers. p. 1. decis. 805. n. 4. Couar. var. resol. lib. 2. c. 17. nu. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 5. cas. 432. nu. 32. & per tot. Gomez. in l. Taur. 40. num. 72.*

2 Idem dicitur si prędecessor contraxit debita pro sua sustentatione, vel in sua infirmitate, quia pro necessitate Ecclesiæ videtur contraxisse, cum Ecclesia teneatur illum alimentare. *Abb. in d. c. 1. n. 2. & in d. c. 2. nu. 2. de solut. & in d. c. ex præsentium. n. 5. de pignor. Bursat. d. cõs. 226. num. 95.* vbi testatur de communi. *vol. 3. Surd. decis. 255. n. 25. & 26.* verùm quoad impensam factam in infirmitate restringi debet ad eam infirmitatem, qua clericus decessit, vt post *Roland.* dicit *Surd. dicta decis. 255. num. 26.*

3 Tenetur item successor ad soluẽdum pro medicinis in necessitate prodefuncto præstitis, & ad debita pro cura personæ, vel infirmitatis clerici contracta.

4 Item ad funeralia, quæ salutem animę prædefuncti respiciunt, putà clericorum ad sepulturam confluẽtium, & officiorum impensa, ac similia, dummodò non sit magna, & vltrà modum solitum, necnon & ad salaria Officialium, & Ministrorum, seù familiarium, ac seruorũ Ecclesiæ, prout Ecclesiæ necessitas exposcit, & qualitas clerici, cum ea inspecta de fructibus beneficiorum viuere, & se alere debeat. *cap. hac huius placiti. 12. q. 2. cap. cum in officijs. & ibi Couar. nu. 2. de testam. c. quia sæpè. de elect. in 6. Abb. in d. c. 1. n. 2. & in d. c. 2. n. 2. de solut. Io. Frãc. in tract. de offic. & potest. Sed. vacan. q. 8. p. 2. princ. nu. 28. Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Episc. & Paroch. c. 13. Oldrad. cons. 249. Gemin. d. cons. 1. n. 4. vsque ad fin. Bursat. d. cons. 226. num. 95.* vbi fatetur communem. *& num. 127. & cons. 238. numer. 10. vol. 3. Franc. Marc.*

decis. 95. *decis.* 436. *par.* 1. *& decis.* 557. *p.* 2. *Abb. in quaest.* 3. *incep. Sepronius Clericus. n.* 4. 5. *& seqq.* vbi cócludit, quòd impensæ funeris quæ tendunt ad remedium salutis animæ defuncti, vt est impēsa, quæ fit circà clericos cōfluentes ad officium sepulturæ, spectant ad Ecclesiam, quamuis clericus proprium habuerit, sed impensæ, quæ tendunt ad viuorum, & amicorum solatia, vt est apparatus funeris, eleemosynæ virorū, pretiosa exequiarum pompa, constructio sepulturæ pertinent ad hæredem patrimonij clerici. *Aufrer. ad Capel. Tholos. q.* 498. *Capic. decis.* 84. *Mart de Iurisdict. par.* 4. *cas.* 54. *idem Abb. in c. vt praeterita. nu.* 6. *de elect. Card. cons.* 127. *Dec. cons.* 156. *n.* 2. *& cons.* 157. *nu.* 1. Et quòd huiusmodi expensæ spectent ad hæredem, quemadmodū etiam legatorum in testamento clerici relictorum solutio, dicūt etiā *Card. cōs.* 110. *per tot. Gemin. d. cons.* 1. *Castren. cons.* 173. *nu.* 2. *& cons.* 273. *nu.* 2. *vol.* 2. *Bursat. dicto cons.* 226. *num.* 128. *& d. cons.* 238. *num.* 11. *Abb. in d. q.* 3. *d. n.* 5. *& seqq.*

5 Et quòd clericus prædefunctus debeat sepeliri expensis suæ Ecclesiæ, & successoris dicit *cap. bona rei.* 12. *quaest.* 2. *c. Apostolica. de donat. Abb. in d. q.* 3. *d. n.* 5. *& seqq. per totam. Gemin. d. cons.* 1. *num.* 5. Quinimo Nepotes, siuè cōsanguinei ipsius defuncti, si illas fecerunt, possunt eas repetere à successore, dunmodò hoc protestati fuerint se illas facere, seu fecisse animo rehabendi. *l. funerum. & l. at si quis. §. sed interdū. ff. de relig. & sumpt. fun. Gemin. d. cons.* 1. *num.* 6.

6 Appellatione autē funeris venit quicquid in elationem mortui impensum est in cereis, aut candelis, & quicquid Religiosis, & Presbyteris eleemosynæ causa traditur, & quod in locum subterraneum pro sepeliendo cadauere in cæmetis, calce, fabriuè operis est impēsum, rursus quod ad custodiendum corpus impendi oportet, & pro aliqua funeralium oratione pro dignitate mortui, & illius, qui orationem habuit. *l. funeris. & l. Vlpianus. §. funeris causa. ff. de relig. & sumpt. fun. Bursat. d. cōs.* 226. *nu.* 129. vestes lugubres continentur quoquè appellatione funeris, si vigeat consuetudo. *Surd. decis.* 255. *numer.* 27. *& seq.* Non veniunt autem appellatione funeris Diuina officia ordinata à testante, nequè legata, seu alia, quæ pro salute animæ eroganturs. *l. Vlpianus.* 2. *vbi Afin. ff. de relig. & sumpt. fun. Bald. in auth. licet. C. de iur. dot. Bursat. d. cons.* 226. *nu.* 130.

7 Quòd si fuerint instituti hæredes in bonis mobilibus Ecclesiæ ex priuilegio Papæ, quia Papa concessit clerico licētiam testandi in quæsitis ex redditibus suorum beneficiorum, tunc impensæ funebres spectant ad hæredes. *Dec. d. cons.* 156. *per totū.*

8 Et in tātum successor tenetur ad expensas funeris prædefuncti, vt etiam ad illas teneatur, si idem prædecessor elegerit sibi sepulturam non in Ecclesia sui beneficij, sed alibi, siuè in Ecclesia vicina, seu lōgè distanti, aut in finibus remotis, dūmodò expensa nō sit excessiua. *Abb. in d. q.* 3. *n.* 8. *vers. alia verò Gemin.* latè *cons.* 1. *d. nu.* 4. *vsque ad fin.* est tamen habenda consideratio dignitatis personæ sepultæ, & facultatum Ecclesiæ, quia si transcēdunt facultatem beneficij, non tenetur successor ad excessiuas. *l. at si quis. §. aequè. ff. de relig. & sumpt. fun. Gemin. dicto cons.* 1. *num.* 1. an autem expēsæ factæ circà prouisionem Dignitatis obtentæ sint ex bonis Dignitatis deducendæ, irà vt hæres Prælati mortui possit eas deducere, videtur affirmatiuè dicendū. *Abb. in d. quaest. Sempronius. Capel. Tholos. d. q.* 498.

9 Laudabilius tamē esset, si clericus sepeliretur in sua Ecclesia, in qua erat beneficiatus, cum eidem fuerit alligatus matrimonio spirituali. *cap. cum inter. de elect. c. quoniam. §. si verò. vt lit. contest.*

10 Vt quos vnicū coniunxit coniugiū, vnum coniungat sepulchrum. *c. Ebron. in fin.* 13. *q.* 2. & quorū vna mens erat in Domino, eorum quoque corpora sepultura nō separet. *c. vnaquaquè. §. soror. ead. q.* 2. vbi dicitur in Ebron in eodem sepulchro sepultum fuisse Abraham, & Saram, Isaac, & Rebecā, Iacob, & Liam, & Adam, & Euā.

11 Et maximè cū clericus irà sit coniunctus cum sua Ecclesia, vt sit cum illa cor vnum, & anima vna. *§.* 1. 8. *dist. c. dilectissimis.* 12. *q.* 1. *c. requisisti. §. secus autem. de testam. c. presbyteri. de poen.*

12 Licet non sit prohibitum clerico, quin liberè possit alibi sepulturā eligere, etiam in remotis partibus. *cap. bona rei.* 12. *q.* 2. *cap. vnaquaquè. antè fin. & in fin.* 13. *q.* 2. *c. Apostolica. de donat. Bonifac. in sua Extrauag. Detestanda. vers. praefati. & vers. sed vt defunctorum. de sepult. gloss.* 1. *in cap. vbicunquè.* 13. *q.* 2. *Gemin. d. cons.* 1. *num.* 4. 5. *&* 8.

13 Nam

13 Nam etiam cuilibet laico libera est electio sepulturæ. *cap. 1. c. cum liberum. & c. de vxore. de sepult.* etiam in remota, & diuersa Prouincia liberà est electio sepulturæ exemplo Christi, qui natus est in Betheleem, educatus in Nazareth, & sepultus fuit in Hierusalem in sepulchro Ioseph. *d. c. 1. & ibi gloss. verb. alienam. de sepult.*

14 Filius quoquè familias potest sibi eligere sepulturam. *c. vnaquaquè. §. exemplo. 13. q. 2. Imol. in c. ex parte. nu. 6. de rest. spol. Cuman. in l. tam is. § filiusfamilias. n. 5. ff. de do. emancip.* si sit pubes, & liberũ arbitrium habeat. *c. 1. de sepult. & c. licet. eod. in 6. Molin. de Iust. & Iur. to. 1. tract. 2. disp. 214. Layman. Theol. Moral. lib. 3. de Iust. tract. 5. c. 12. q. 3. n. 5.* si minor viginti quinque annis, & maior decẽ octo. *Imol. d. n. 6.*

15 Et vxor potest sibi sepulturam eligere. *d. c. de vxore. & ibi Abb. nu. 6.*

16 Quòd si decesserit non electa sibi sepultura debet sepeliri in sepulchro mariti. *c. is qui. § fin. vbi Io. Andr. & Archid. de sepult. in 6.* & si habuerit plures maritos in sepulchro vltimi, etiamsi fuerit vidua, & reuersa ad domum patris, adhuc est sepelienda in sepulchro mariti. *Abb. d. n. 6.*

17 Potest tamen pater, vbi est consuetudo eligere sepulturam filio impuberi, item & Dominus seruo pariter impuberi. *c. licet. de sepult. in 6. Petr. de V bald. de Canon. Episc. in fin. cap. 11. Syluest. verb. sepultura. §. 1. Sebast. Medic. de sepult. q. 8.*

18 Frater nihilominùs fratri eligere sepulturã nequit, pater filio puberi, nec mater filijs, nec tutor pupillo, nec auus nepoti. *c. licet. vbi Farin. de sepult. in 6. V bald. de Canon. Paroch. cap. 11. nu. 2. Medices. de sepult. q. 8. Ioan. Asinius in l. familiaria sepulchra. ff. de relig. & sűpt. fun. Bursat. d. consf. 226. num. 118. vol. 3.* nequè amicus amico sepulturam eligere potest. *Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 567. nu. 1.* nisi aliud existeret de cõsuetudine. *Grat. lib. 1. discep. forens. c. 94.* post *Franc. in d. c. licet. nu. 3.*

19 Quilibet autem non habens sepulturam, nequè eam eligens sepeliendus est in loco maiorum. *c. 1. de sepult.* Maiorum antem appellatione veniunt tàm ascẽdentes ex linea materna, quàm paterna. *l. maiorum. vbi Rebuff. de verb. sign.* aut ibi est sepeliendus, vbi sacramenta suscipit. *gloss. in cap. 1. in formatione casus. vers. nota. iuncta gloss. & in cap. 2. in 1. notab. de sepult. in 6. Io. Andr. in cap. religiosi. eod. Bursat. dicto consf. 226. num. 119.*

20 Ita clericus si sepulturam non habebat, nequè illã sibi elegit, sepeliri debet in Ecclesia, cuius administrationem, vel curam gessit, vel vbi residere tenebatur. *Io. Asin. in dicta l. familiaria sepulchra. Bursat. d. consf. 226. nu. 18. & seq.*

21 Forenses verò habitationem in Ciuitate habentes sunt sepeliendi in Ecclesia Parochiali eorum habitationis, si sepulturam alibi non elegerint, & eidem Ecclesiæ iura sepulturæ debentur. *Archid. in cap. 1. num. 3. de sepult. in 6. Butr. in c. 1. num. 9. & Abb. nu. 4. eod. Seraphin. decif. 1135. n. 1. Syluest. verb. sepultura. n. 8.* Sed Viatores transeuntes nec habentes Hospitium in Ciuitate, licet aliqui velint, quòd sint sepeliẽdi in Cathedrali, ad quam spectat ius sepulturæ. *gloss. in cap. in nostra. verb. apud eos. de sepult. in 6. Innoc. in c. 1. vbi Host. & Io. Andr. eod.* quidquid tamen alij dicãt, huiusmodi Viatores sepeliri debẽt in Ecclesia Parochiali, intrà cuius fines obijerint. *Archid. Butr. Abb. & Syluest. locis citatis. Boer. decif. 175. Seraph. d. decif. 1135. nu. 2. Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 560. n. 2.* dicentes hanc opinionem esse veriorem, & maximè si per Parochum illius Parochialis fuerint moriẽti administrata Sacramẽta, quia eo ipso quòd quis percipit Sacramenta, videtur elegisse sepulturã. *Seraph. d. decif. nu. 3. Ricc. d. resol. nu. 2. & 3.*

22 Sepeliendus autem est clericus cum vestibus sacris sui ordinis, & gradus. *Abb. in d. q. 3. n. 7. gloss. 1. & DD. in c. nemo. 2. de consecr. dist. 1. Bursat. d. consf. 226. nu. 126.*

23 Dicimus etiã de Confratribus alicuius Cõgregationis, siuè Sodalitatis, qui si sepulturam non elegerint, sunt sepeliẽdi in Parochiali propria. *Petr. de V bald. de Canon. Epis. in c. veniamus ad alias psonas.*

24 Communitas verò non potest sepulturam fabricare, in qua omnes de eadem Vniuersitate sepeliantur, cum hoc vergat in præiudiciũ Ecclesiæ Parochialis, atquè electio sepulturæ sit actus propriæ voluntatis cuiusque. *Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 59.*

25 Sepulturæ autem electio commissa voluntati alterius non valet in præiudiciũ Parochialis, nisi commissarius eligat viuente, & sciente committente. *Lap. in 1. 1. de sepult. Anchar. consf. 214.*

26 Sed electio sepulturæ ad suggestionem alterius non valet. *cap. t. de pact. in 6.*

*Crauet.conf.*16.*vol.*1. *Burſat. d.conſ.* 226. *num.*118. & minùs valet electio ſepulturæ verbis indignatiuis, ſeù adulatori s,& cõditionalibus. *Purpurat. conſ.* 413. *per tot. vol.*2. Valet tamen electio ſepulturæ commiſſa alicui. *Lap.in d.cap.*1.*de ſepultur.* & *Ancbar. d.conſ.*214. *Gemin. in cap.ſi qui. §.mulier.nu.*6. *vbi etiam Franc. de ſepult. in* 6.*Riec.in prax.reſol.p.*1.*reſol.* 564.*n.*2. atque valet electio ſepulturæ poſt mortẽ committentis,quia mandatum,cuius effectus neceſſariò confertur poſt mortẽ mandantis, non expirat morte committentis, *Gutierez in tract.iuram.confirm. p.*2.*c.*4. *Spin.in Specul.teſtam.gloſſ.*2. *princ. tit.de elect.ſepult. nu.*41.

27 Huiuſmodi autem electio ſepulturę probatur per teſtes ſingulares. *Guid.Pap. deciſ.*244.*Riec.in prax.reſol.p.*1.*reſol.*565.

28 Si verò habeat aliquis ſepulturam propriam,tunc in illa eſt ſepeliendus,& in ea ſunt collocandi eius filij.*c.Ebron. cum ſeqq.*13.*q.*2.

29 Infirmus verò tempore infirmitatis eligens ſepulturam,ſi poſteà conualuerit, non proindè cenſetur reuocaſſe illius electionem,quia non præſumitur mutata voluntas. *l.*3.& *l.eum qui.ff. de probat. c.licet.de procurat.in* 6.*Bald.in l.pater filium ff.de iniuſt teſtam.Mantic.de coniect.*.*vlt. volunt.lib.*12.*tit.*1.*num.*2. Prætereà ſicut teſtamentum conditum in articulo mortis non infirmatur ex eo, quòd teſtator conualuerit.*l.fin* & *ibi Bald. Caſtren.* & *alij ff.de barea ſutlit.Iaſ. in l.ſtichum.nu.*21. *ff.de leg.*1.ità licet infirmus eligens ſepulturam,ſi poſteà conualuerit, & moriatur ex alia infirmitate, in qua nihil diſpoſuerit de ſepultura, non proindè præſumitur per conualeſcentiam electio ſepulturæ reuocata.

30 Huiuſmodi autem ſepulchrum,ſi fuerit fundatum auctoritate Epiſcopi nõ poteſt vendi, ſeù oppignorari,neque etiam ius ſepeliendi.*cap.poſtquam.* 13.*q.*2. *Sot. de Iuſt.* & *Iur.lib.*9 *q* 7.*artic.*1. Tamen ſi ſepultura eſt facta non interueniente Epiſcopi auctoritate vendi,& alienari poteſt, quamuis in illa ſit aliquis ſepultus. *Felin. in cap.quanto n.*4.*de iudic. Pariſ.conſ.*34. *num.*14.& 15.*vol.*4.*Molin. de primogen. lib.*1.*cap.*24.*num.*18.& *ſeqq* Poteſt etiam vendi ſepultura, ſeu Cappella, ſiuè pro illis aliquid accipi ratione ſitus.& dignioris loci,quod non videtur quid ſpirituale, licet ſecùs dicendum eſſet, ſi fieret venditio ratione terræ cæmiteriatæ auctoritate Epiſcopi.*Sot. dicta q.*7.*artic.* 1.*Petr. de Aragon.ſuper D.Thom.*2.2.*q.*100. *art.*4. Vendi nihilominùs poteſt vni Eccleſiæ ab altera Eccleſia, vt poſt *Innoc.* & *D.Tho.* dicit *Felin.in d.c.quanto.in fin.*

31 Neque obſtat quòd dici poſſit,quòd locus religionis non poteſt vendi,nec alienari.*l.ſi in emptione.§ omniũ ff.de cõtrab. empt.l.*1.*§. eam.*& *ibi gloſſ.verb.nõ poteſt. ff.quæ res pignor.oblig.non poſſ.*

32 Et quod ſepultura ſit locus religioſus eo ipſo,quòd in illam infertur mortuus. *l.*2. *C.de religioſ.* quia hoc procedit de Iure Ciuili, ſed hodiè ſecùs eſt de Iure Canonico,cum nullus locus efficiatur religioſus niſi præuia Epiſcopi licentia. *c.ad hæc.de relig.dom.Felin in dicto cap.quãto. num.*4. & *ibid.* poſt *Innocent. Abb. Butr. Card.* & alios dicit *Dec.num.* 50. & 51. *de iudic.*

33 Nulla tamen hodie ſepulchra, depoſita ſeù capſæ,ſiuè alia cadauerum conditoria ſuper terram exiſtentia ædificari poſſunt, quinimò ſi quæ ſunt, illa mandauit amoueri Pius Quintus in ſua *Cõſtit* 5. *§.*& *vt in Eccleſijs.*& fuit per Rotam deciſum *Seraphin. deciſ.*813.*per totam.*

34 Sepultura autem nemini eſt deneganda. *latè Couar.lib.*2. *var.reſol. cap.*1. *num* 10.vbi dicit quod neque cadauer debitoris debet inſepultum teneri pro debiti ſolutione, ſeù donec ſoluatur debitum; nec vltimo ſupplicio affectis ob crimina negatur ſepultura.*Couar.ibid.nu.*11.

35 Miſſus tamen in exilium ab aliqua Ciuitate nõ poteſt abſquè Principis licẽtia in eam Ciuitatem mortuus ad ſepulturam duci.*l pen.*& *ibi Bar ff.de cadauer.Cabal. reſolut.crim.caſ.*83.*Couar.d num.* 11. vbi addit non tantùm corpus miſſi in exilium, ſed neque cineres,& oſſa poſſe in eum locum,à quo fuerat relegatus adduci.

36 Bannitum tamen ſepeliens non tenetur pœna impoſita danti auxilium, vel fauorem bannito.*Bald.in l ſororem.nu.*2. & 3.*C.de his qui.vt indign. Cabal. dicto caſ.* 83. ſed punitur iudicis arbitrio. *l.* 1. *§.expilatores ff de effract.*

37 Neque te ipſum occidens eſt tradendus Eccleſiaſticæ ſepulturæ. *c.placuit.*23. *quæſt.*5. quod non procedit,ſi furore, aut mentis alienatione ſeipſum occidiſſet. *Couar.dicto nu.*11.*ante fin.*

38 Im-

13 Nam etiam cuilibet laico libera est electio sepulturæ. cap. 1. c. cum liberum. & c. de vxore. de sepult. etiam in remota, & diuersa Prouincia libera est electio sepulturæ exemplo Christi, qui natus est in Betheleem, educatus in Nazareth, & sepultus fuit in Hierusalem in sepulchro Ioseph. d. c. 1. & ibi gloss. verb. alienam. de sepult.

14 Filius quoquè familias potest sibi eligere sepulturam. c. vnaquæquè. §. exemplo. 13. q. 2. Imol. in c. ex parte. nu. 6. de rest. spol. Cuman. in l. tam is. §. filiusfamilias. n. 5. ff. de do. emancip. si sit pubes, & liberũ arbitrium habeat. c. 1. de sepult. & c. licet. eod. in 6. Molin. de Iust. & Iur. to. 1. tract. 2. disp. 214. L[illegible]m. Theol. Moral. lib. 3. de Iust. tract. 5. c. 12. q. 3. n. 5. si minor viginti quinque annis, & maior decẽ octo. Imol. d. n. 6.

15 Et vxor potest sibi sepulturam eligere. d. c. de vxore. & ibi Abb. nu. 6.

16 Quòd si decesserit non electa sibi sepultura debet sepeliri in sepulchro mariti. c. is qui. §. fin. vbi Io. Andr. & Archid. de sepult. in 6. & si habuerit plures maritos in sepulchro vltimi, etiamsi fuerit vidua, & reuersa ad domum patris, adhuc est sepelienda in sepulchro mariti. Abb. d. n. 6.

17 Potest tamen pater, vbi est consuetudo eligere sepulturam filio impuberi, item & Dominus seruo pariter impuberi. c. licet. de sepult. in 6. Petr. de Vbald. de Canon. Episc. in fin. cap. 11. Syluest. verb. sepultura. §. 1. Sebast. Medic. de sepult. q. 8.

18 Frater nihilominùs fratri eligere sepulturã nequit, pater filio puberi, nec mater filijs, nec tutor pupillo, nec auus nepoti. c. licet. vbi Farin. de sepult. in 6. Vbald. de Canon. Paroch. cap. 11. nu. 2. Medices. de sepult. q. 8. Ioan. Asinius in l. familiaria sepulchra. ff. de relig. & sũpt. fun. Bursat. d. cons. 226. num. 118. vol. 3. nequè amicus amico sepulturam eligere potest. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 567. nu. 1. nisi aliud existeret de cõsuetudine. Grat. lib. 1. discep. forens. c. 94. post Franc. in d. c. licet. nu. 3.

19 Quilibet autem non habens sepulturam, nequè eam eligens sepeliendus est in loco maiorum. c. 1. de sepult. Maiorum autem appellatione veniunt tàm ascẽdentes ex linea materna, quàm paterna. l. maiorum. vbi Rebuff. de verb. sign. aut ibi est sepeliendus, vbi sacramenta suscipit. gloss. in cap. 1. in formatione casus. vers. nota. iuncta gloss. & in cap. 2. in 1. notab. de sepult. in 6. Io. Andr. in cap. religiosi. eod. Bursat. dicto cons. 226. num. 119.

20 Ita clericus si sepulturam non habebat, nequè illã sibi elegit, sepeliri debet in Ecclesia, cuius administrationem, vel curam gessit, vel vbi residere tenebatur. Io. Asin. in dicta l. familiaria sepulchra. Bursat. d. cons. 226. nu. 18. & seq.

21 Forenses verò habitationem in Ciuitate habentes sunt sepeliendi in Ecclesia Parochiali eorum habitationis, si sepulturam alibi non elegerint, & eidem Ecclesiæ iura sepulturæ debentur. Archid. in cap. 1. num. 3. de sepult. in 6. Butr. in c. 1. num. 9. & Abb. nu. 4. eod. Seraphin. decis. 1135. n. 1. Syluest. verb. sepultura. n. 8. Sed Viatores transeuntes nec habentes Hospitium in Ciuitate, licet aliqui velint, quòd sint sepeliẽdi in Cathedrali, ad quam spectat ius sepulturæ. gloss. in cap. in nostra. verb. apud eos. de sepult. in 6. Innoc. in c. 1. vbi Host. & Io. Andr. eod. quidquid tamen alij dicãt, huiusmodi Viatores sepeliri debẽt in Ecclesia Parochiali, intrà cuius fines obierint. Archid. Butr. Abb. & Syluest. locis citatis. Boer. decis. 175. Seraph. d. decis. 1135. nu. 2. Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 560. n. 2. dicentes hanc opinionem esse veriorem, & maximè si per Parochum illius Parochialis fuerint morienti administrata Sacramẽta, quia eo ipso quòd quis percipit Sacramenta, videtur elegisse sepulturã. Seraph. d. decis. nu. 3. Ricc. d. resol. nu. 2. & 3.

22 Sepeliendus autem est clericus cum vestibus sacris sui ordinis, & gradus. Abb. in d. q. 3. n. 7. gloss. 1. & DD. in c. nemo. 2. de consecr. dist. 1. Bursat. d. cons. 226. nu. 126.

23 Dicimus etiã de Confratribus alicuius Cõgregationis, siuè Sodalitatis, qui si sepulturam non elegerint, sunt sepeliẽdi in Parochiali propria. Petr. de Vbald. de Canon. Epis. in c. veniamus ad alias p̃sonas.

24 Communitas verò non potest sepulturam fabricare, in qua omnes de eadem Vniuersitate sepeliantur, cum hoc vergat in præiudiciũ Ecclesiæ Parochialis, atquè electio sepulturæ sit actus propriæ voluntatis cuiusque. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 59.

25 Sepulturæ autem electio commissa voluntati alterius non valet in præiudiciũ Parochialis, nisi commissarius eligat viuente, & sciente committente. Lap. in c. 1. de sepult. Anchar. cons. 214.

26 Sed electio sepulturæ ad suggestionem alterius non valet. cap. 1. de pact. in 6.

Crauet.

Crauet.conf.16.vol.1. Burfat. d.conf. 226. num.118. & minùs valet electio sepulturæ verbis indignatiuis, seù adulatori s,& cõditionalibus. *Purpurat.conf.413. per tot. vol.2.* Valet tamen electio sepulturæ commissa alicui. *Lap.in d.cap.1.de sepultur. & Anchar. d.conf.214. Gemin. in cap.11 qui. §.mulier.nu.6. vbi etiam Franc. de sepult. in 6. Ricc.in prax.resol.p.1.resol. 564.n.2.* atque valet electio sepulturæ post mortẽ committentis,quia mandatum,cuius effectus necessariò confertur post mortẽ mandantis, non expirat morte committentis, *Gutierez in tract.iuram.confirm. p.2.c.4. Spin.in Specul.testam.gloss.2. princ. tit.de elect.sepult. nu.41.*

27 Huiusmodi autem electio sepulturę probatur per testes singulares. *Guid. Pap. decis.244.Ricc.in prax.resol.p.1.resol.565.*

28 Si verò habeat aliquis sepulturam propriam,tunc in illa est sepeliendus,& in ea sunt collocandi eius filij.*c.Ebron. cum seqq.13.q.2.*

29 Infirmus verò tempore infirmitatis eligens sepulturam,si posteà conualuerit, non proindè censetur reuocasse illius electionem,quia non præsumitur mutata voluntas. *l.3.& l.cum qui.ff. de probat. c.licet.de procurat.in 6.Bald.in l.pater filium ff.de iniust testam.Mantic.de coniect..vlt. volunt.lib.12.tit.1.num.2.* Præterea sicut testamentum conditum in articulo mortis non infirmatur ex eo, quòd testator conualuerit.*l.fin.& ibi Bald. Castren. & alij ff.de hared instit.Iaf. in l.ficbum.nu.21. ff.de leg.1.* ità licet infirmus eligens sepulturam, si posteà conualuerit, & moriatur ex alia infirmitate, in qua nihil disposuerit de sepultura, non proindè præsumitur per conualescentiam electio sepulturæ reuocata.

30 Huiusmodi autem sepulchrum,si fuerit fundatum auctoritate Episcopi nõ potest vendi, seù oppignorari,neque etiam ius sepeliendi.*cap.potiquam. 13.q.2. Sot. de Iust.& Iur.lib.9.q.7.artic.1.* Tamen si sepultura est facta non interueniente Episcopi auctoritate vendi,& alienari potest, quamuis in illa sit aliquis sepultus. *Felin. in cap.quanto n.4.de iudic. Parif.conf.34. num.14.& 15.vol.4.Molin. de primogen. lib.1.cap.24.num.18.& seqq* Potest etiam vendi sepultura, seu Cappella, siuè pro illis aliquid accipi ratione situs,& dignioris loci,quod non videtur quid spirituale, licet secùs dicendum esset, si fieret venditio ratione terræ cæmiteriatæ auctoritate Episcopi *Sot. dicta q.7. artic. 1. Petr. de Aragon.super D.Thom.2.2.q.100. art. 4.* Vendi nihilominùs potest vni Ecclesiæ ab altera Ecclesia, vt post *Innoc. & D.Tho.* dicit *Felin.in d.c.quanto.in fin.*

31 Neque obstat quòd dici possit,quòd locus religionis non potest vendi,nec alienari.*l.si in emptione § omniũ ff.de cõtrab. empt.l.1.§.cam.& ibi gloss.verb.nõ potest. ff.quæ res pignor.oblig.non poss.*

32 Et quod sepultura sit locus religiosus eo ipso,quòd in illam infertur mortuus. *l.2. C.de religios.* quia hoc procedit de Iure Ciuili, sed hodiè secùs est de Iure Canonico,cum nullus locus efficiatur religiosus nisi præuia Episcopi licentia. *c.ad hæc.de relig.dom.Felin in dicto cap.quãto. num.4. & ibid.* post *Innocent. Abb. Butr. Card.* & alios dicit *Dec.num. 50. & 51. de iudic.*

33 Nulla tamen hodie sepulchra, deposita seù capsæ,siuè alia cadauerum conditoria super terram existentia ædificari possunt, quinimò si quæ sunt, illa mandauit amoueri Pius Quintus in sua *Cõstit 5. §.& vt in Ecclesijs.*& fuit per Rotam decisum *Seraphin.decis.813.per totam.*

34 Sepultura autem nemini est deneganda. *latè Couar. lib.2. var.resol. cap.1. num 10.* vbi dicit quod neque cadauer debitoris debet insepultum teneri pro debiti solutione, seù donec soluatur debitum; nec vltimo supplicio affectis ob crimina negatur sepultura.*Couar. ibid.nu.11.*

35 Missus tamen in exilium ab aliqua Ciuitate nõ potest absque Principis licẽtia in eam Ciuitatem mortuus ad sepulturam duci.*l pen.& ibi Bar ff.de cadauer.Cabal. resolut.crim.caf.83 Couar.d num. 11.* vbi addit non tantùm corpus missi in exilium, sed neque cineres,& ossa posse in eum locum,à quo fuerat relegatus adduci.

36 Bannitum tamen sepeliens non tenetur pœna imposita danti auxilium, vel fauorem bannito. *Bald.in l fororem.nu.2. & 3.C.de his qui.vt indign. Cabal. dicto caf. 83.* sed punitur Iudicis arbitrio. *l. 1. §.expilatores ff de effract.*

37 Neque te ipsum occidens est tradendus Ecclesiasticæ sepulturæ. *c.placuit.23. quæst.5.* quod non procedit,si furore, aut mentis alienatione seipsum occidisset. *Couar.dicto nu.11.ante fin.*

38 Impediens autem humationem defuncti ob eius debita est puniendus. *l. fin. & ibi authen. C. de sepulchr. violat. Boer. decis. 287. num. 2.* cadauer tamen defuncti transuehere nõ licet per vicos sine licentia. *l. 3. §. Diuus. ff. de sepulch. viol.*

39 Regularis verò in hospitali decedens non electa sepultura sepeliendus est in suo Monasterio, vbi ad illud Monasterium commodè portari potest, secùs in Ecclesia Parochiali sepeliri debet; quod etiam dicẽdum venit in regulari viatore, qui decedit in caupona, siuè alibi extrà Monasteriũ suum. *Boer. decis. 175. per tot.*

40 Tenetur similiter successor ad pecuniam mutuatam prædecessori carcerato, seù ad salarium debitum Aduocato, qui patrociniũ pro clerico defuncto præstitit. *cap. vobis 12. q. 2. Gemin. cons. 48. num. 10. & cons. 85. num. 13.* & ità etiam decidisse Rotam in vna *Zamoren.* dicit *Bursat. cons. 238. num. 10.*

41 Tenetur itidem ad expensas vtiles, & necessarias in lite factas per prædecessorem, non autem ad delicatas, vel vtiles tantùm. *cap. vt præterita. & ibi gloss. verb. expensa. de elect. cap. cum pro causa. de procurat. c. cupientes, §. ad hæc. & ibi gloss. verb. discreta. de elect. in 6. Gemin. dicto cons. 48. nu. 10. & 11.*

42 Ad hoc autem, quòd successor conueniri possit pro debito contracto per eius Prædecessorem, requiritur, quòd pecunia probetur versa in vtilitatem Ecclesiæ. *c. 1.* ponderando ibi *verb. non constet. deposit. c. quod quibusdam. vers. nisi fortè in vtilitatem manifestè constiterit. de fideiuss. Archid. in cap. hoc ius porrectum. num. 3. 10. q. 2. Soccin. Sen. cons. 15. num. 21. & 22. vol. 1. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 17. nu. 3. Menoch. de arbitr. cas. 432. arg. l. 3. §. sed si sic. ff. de in rem. vers. Gomez. in l. Taur. 40. num. 72.* Vel quod probetur saltem casus necessitatis Ecclesiæ. *Archid. in dicto cap. hoc ius porrectum. num. 3. & 4. Abb. in dicto cap. quod quibusdam. nu. 7. & in c. 1. num. 1. & 2. vbi etiam Hostien. num. 3. de solut. Io. Andr. in cap. ex præsentium.* quem ibi communiter DD. sequuntur. *de pignor. Abb. cons. 7. num. 1. & 2 par. 2.*

43 Nam dicimus etiam, quòd confessio Prælati, quòd pecuniam mutuo accepit pro alendis, & vestiendis Monachis, tunc præiudicat successori, quando fuit ipsius Ecclesiæ, & Monachorum indigentia, & supplETIO probata. *Bald. in auth. hoc ius porrectum. col. pen. vers. quæro vtrum. C. de sacros. Eccl. Nat. cons. 547. num. 21. vol. 3.* Neque si Abbas, & Conuentus confiteantur in Instrumento debiti, quòd pecunia sit versa in vtilitatem Ecclesiæ, probatur debitum per prædictam confessionem, nec obligatur Ecclesia. *Archid. in d. c. hoc ius porrectum. num. 3.*

44 Quòd si mutuum fiat Prælato, & Capitulo simul nõ est necessarium, quòd probetur esse versum in vtilitatem Ecclesiæ. *d. c. quod quibusdam. & ibi Io. Andr. de fideiuss. Butr. in cap. 1. vbi etiam Imol. deposit. Bart. in l. Ciuitas ff. si cert. petat. Soccin. Sen. d. cons. 15. nu. 24. & 25. Couar. dicto cap. 17. num. 3.* vbi etiam dicit, secùs si mutuum daretur administratori Ecclesiæ Prælato, Oeconomo, aut Rectori etiam nomine Ecclesiæ post *Azor. glos. Bar. Card.* & alios quos citat.

45 Episcopus autẽ grauatus ære alieno antequam esset Episcopus si fecit obligationem de soluendo creditoribus, vbi deuenerit ad pinguiorem fortunam, non obligatur in foro conscientiæ, neque in foro fori ad soluendum ex fructibus Episcopatus. *Bald. cons. 208. volum. 2. Card. Thusc. in pract. tom. 3. verb. Episcopus. conclus. 289.*

46 Idem dicendum venit de clerico habente debita patrimonialia, quæ soluere non tenetur ex redditibus beneficij. *Abb. in c. peruenit. nu. 2. de arbitr.* potest tamen debitum proprium contractum ad se sustentandum clericus beneficiarius persoluere ex fructibus beneficij, si non habet alia bona, vndè soluat. *Butr. in cap. peruenit. de fideiuss. Specul. in tit. de sent. excom. vers. quod si debitor. Azor. p. 2. Inst. Mor. lib. 7. cap. 9. q. 6.*

47 Quòd si clericus reliquerit spolium & bona, tunc Camera Apostolica faciens spolia tenetur ad eorundem debitorum solutionem. *Rot. decis. 41. num. 1. de probat. in antiqu. Rodoan. de spol. Eccles. q. 3. n. 29. & seqq. Nau cõs. 14. de Regular. in antiq.*

SVMMARIVM.

1 *Locare potest clericus bona Ecclesiæ.*

2 *Locatio facta per prædecessorem an, & quomodo teneat in præiudicium successoris. & nu 6.*

3 *Conductor si nolit non tenetur stare*

con-

conductioni ei facta per locatorem mortuum.

4 *Locationi per prædecessorem facta non tenetur stare successor in beneficio per resignationem.*

5 *Locationi triennali per prædecessorem factæ non adstringitur stare successor in beneficio.*

6 *Locatio facta nomine Ecclesiæ, & sub nomine dignitatis seruata iuris solemnitate valet in præiudicium successoris.*

7 *Dignitatis nomine dispositio facta transit ad successorem.*

8 *Delegatio facta alicui vti dignitati nō spirat per illius obitum, secus si personæ facta fuerit.*

9 *Successor in dignitate potest exequi delegationem factam dignitati, quamuis rescriptum prædecessori non fuerit præsentatum.*

10 *Successor tenetur stare locationi prædecessoris, si conductor iā soluit affictū illius anni antè fructus perceptos, et quomodo hoc intelligatur. n.n.seqq.*

11 *Emptor tenetur stare colono, si venditor recepit pensionem.*

12 *Successor in beneficio non tenetur stare locationi, quamuis conductor anticipatè soluisset affictum. & num.22.*

13 *Successor tenetur stare locationi vbi annus est incoeptus, & facta impensa necessaria.*

14 *Successor singularis debet stare locationi, quando locator promisit conductori de re locata contractum nō facere, sed ipsum in possessione rei manutenere, secùs si non sit huiusmodi pactum. & num.seq.*

15 *Emptor tenetur stare colono, quando adest hypoteca cum iuramento.*

16 *Conductor non potest expelli, quando locatio est facta ad longum tempus.*

17 *Tempus longum dicitur, si excedit decennium.*

18 *Conductor quando fecit expensas in re conducta, & seminauit, habet retentionem rei, quamuis non habeat ius in re, & non sufficit cautio.*

19 *Redimens domum venditam cum pacto redimendi, si reperiatur locata tenetur stare locationi.*

20 *Successor vniuersalis non potest resilire à cōtractu locationis à prædecessore confecto.*

21 *Emēs à fisco tenetur stare colono fisci.*

22 *Emens à Iudice tenetur stare colono debitoris.*

23 *Legatarius non tenetur stare locationi rei sibi legata, nec Dominus directus rei feudalis siuè emphyteotica, quando ad se reuertitur.*

24 *Vxor non tenetur stare locationi contracta per maritum.*

25 *Ecclesia quamuis succedat in re singulari non tenetur stare colono.*

§. Quartus.

1 ET quamuis clericus bona Ecclesiæ etiam immobilia locare possit. *cap.fin. & ibi Anan. ne Præl. vices suas. Bald. in l. iubemus. col.2. C. de sacros. Eccles. Federic. cons.51.* dummodò fiat secundum mentem Concilij Trident. *sess.25. cap.11. de reform.*

2 Locatio nihilominùs facta per Prędecessorem non tenet in præiudicium Ecclesiæ, & successoris, nisi fuerit facta nomine Ecclesiæ, & de eius Ecclesiæ, non autem Prælati euidenti constiterit vtilitate, & ideò potest successor in beneficio eam reuocare, & annullare, etiam quòd Prædecessor affictus pro pluribus annis exegerit, vel per anticipatam solutionē aliquid cōsecutus fuerit. *dicto c.fin. vbi gloss. verb. statutum. Host. nu.1. & 3. & Abb. nn.6.7. & 8. ne Pral. vices suas. cap. figratiosè. de rescript. in 6. Concil. Triden. dicto cap.11. Alex. in l. si filio. §. si vir. ff. sol. matr. Card. cons.7. de locat. Archid. in cap. alienationes num.14. 12. q.2. Alex. cons.160. nu.1. & 4. Imol. cons.161. Ferret. cons.151. Gemin. cons.17. per totum. Bero. cons.83. nu.8. & 9. vol.1. Bursat. cōs.238. n.15. vol.3. Gabriel. cons.83. nu.51. & seq. Decian. cons.14. n.2. Alba. cōs.188. Gratian. discept. forens. c.37. num.17. & 18. Franc. Marc. decis.102. par.1. & decis.564. p.2. Bellam. decis.748. Put. decis.181. in casu Episcopi Eporedien. & decis.421. num.4. lib.1. Rot. decis.1. de locat. in nou. Moed. decis.12. num.1. & seqq. de locat. Surd. decis.33. n.8.* vbi communem dicit. *& decis.37. num.7. decis.40. num.4. & decis.172. num.1.* & ità fuisse quoq. decisū per Rotam in vna Auximana locationis refert. *Nouar. quæst. forens. par.1. q.62. num.7. & 8. Abb. in q.3. incip. Sempronius. in 5. dub. Caualcan. decis.45. in addit. numer.68. cum pluribus seqq.*

vbi tenet cõductorem posse à Domino expelli propria auctoritate. *Couar. lib. 2. var. resol. cap. 15. num. 6.*

3 Qui subiungit eandem opinionem procedere in conductore, etiamsi successor velit stare locationi, nam is consensus parium prodest inuito conductore, qui non tenebitur stare conductioni. *Abb. in dicta quaest. 3. in 5. dub.* vbi dicit de communi. *Socein. Sen. cons. 32. vol. 1. Nonar. dicta q. 62. nu. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. nu. 91. l. qui fundum. ff. locat.*

4 Idem erit in successore per resignationem beneficij, qui pariter non tenebitur stare locationi. *Castr. cons. 4. volum. 1. Gemin. cons. 18. Couar. dicto nu. 6. vers. secundum. in fin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 16. num. 47.*

5 Et hoc adeò verũ est, vt neque etiam teneatur stare locationi triẽnali factę per Prædecessorem. *Archid. in dicto cap. alienationes. num. 14. Bald. in l. defuncta. ff. de vsufr. Rodoan. in tract. de reb. Eccles. non alienand. q. 5. sub Rubr. an & quom. ex alienat. §. siuè capite. col. 2. Nat. cons. 517. & decisum fuisse per Rotam in vna Romana* refert *Nonar. quaest. forens. par. 1. q. 62. nu. 7. & 8.* quia beneficiatus vsufructuario comparatur, & ideò licet possit locare ad modicum tempus, tamen cum ius nõ habeat in fructibus nisi vita sua durante, non potest huiusmodi locatione successori præiudicare. *l. si quis domũ. ff. locat.* quidquid aliter sẽtiat *Rimin. Iun. cõs. 292. per totum. vol. 3.*

6 Item procedit dicta conclusio, si clericus fecit dictam locationem nomine suo non intendens obligare Ecclesiam, secùs autem si contraxisset nomine Ecclesiæ, & sub nomine dignitatis vtiliter seruata debita iuris solemnitate, & interuenerit auctoritas Superioris, nam tũc successor teneatur stare contractui, & huiusmodi locationem obseruare. *Innoc. in c. fin. & ibi Host. nu. 1. & Abb. num. 6. in fin. ne Pral. vices. Abb.* de communi *in d. q. 3. in 3. dub. in 1. conclus. Io. Andr. in c. 1. vbi etiã Lap. & Gemin. de pact. in 6. Alex. cons. 160. n. 4. vol. 4. Alex. de Neuo cons. 47. num. 2. Nat. cons. 517. num. 1. & 5. vol. 3. Gemin. dicto cons. 17. nu. 1. 2. 3. & 9. & per totum. Bero. cons. 26. nu. 21. cons. 83. nu. 10. & cons. 87. num. 2. vol. 1. Couar. d. c. 15. nu. 6. Gratian. Rot. Marchi. decis. 99. nu. 14. & 15.*

7 Dispositiones etenim, quæ fiunt super rebus dignitatis, etiam expresso nomine proprio Prælati transeunt ad successorem. *c. dilecti. & ibi gloss. 1. de for. comp. l. annua. §. 1. ff. de annu. leg.* vbi legatum factum Sacerdoti templi, etiam expresso eius nomine debetur successori. *Gemin. cons. 64 nu. 9. & 10.*

8 Quemadmodum dicimus, quòd delegatio, seu commissio facta alicui vti dignitati non cessat per obitum illius, neque extinguitur, sed transit ad successorem, secùs autem si sit commissa personæ, quia tunc expirat deficiente persona. *c. quoniã. Abb. vbi etiã gloss. 2. & DD. de offic. deleg. gloss. in l. & quia & ibi Ias. nu. 65. ff. de Iurisd. omn. Iud. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 68. nu 1. Gonzalez super Reg. 8. Cancel. gloss. 12. n. 15. 16. 17. & seq. & n. 73. & 74.*

9 Imò successor potest exequi commissionem factam dignitati, etiamsi rescriptũ prædecessori non fuerit præsentatum. *Dec. in d. cap. quoniam. Abb. num. 15.*

10 Et quamuis dicatur Regulam esse, quòd successor teneatur stare locationi Prædecessoris, si conductor iam soluit affictum, & pẽsionem illius anni antè fructus perceptos. *Pract. Papiens. in format. libel. quo agi. ad fict. praestan. in gloss. inuestiuit. n. 9. & in gloss. soluere. nu. 5. Gabriel com. opin. de locat. conclus. 3. num. 7.*

11 Nihilominùs hoc intelligi debet in venditore, nam emptor tenetur stare colono, quando venditor recepit pensionem. *Conar. d. c. 15. n. 1. Caualcan decis. 44. n. 8.*

12 Prætereà fallit illa Regula in bonis Ecclesiasticis, vbi Prælatus locauit redditus ad ipsum spectantes, quia tunc non tenetur successor stare locationi, etiamsi conductor anticipatè soluisset affictũ, quia debet sibi imputare. *Archid. in d. c. alienationes. nu. 14. in fin. 12. quaest. 2. Guid. Pap. decis. 196. Cæphal. cons. 181. & ità fuit dictum per Rotam in vna Anximana locationis. 24. Iunij* 1590. latissimè *Caualcan. d. decis. 44.*

13 Insuper venit intelligenda illa regula, vbi annus est inchoatus, & facta impensa necessaria, & præsertim si recollectio fructuum beneficij esset de proximo, nam tunc successor omninò tenetur stare locationi, & illam obseruare, etiamsi esset singularis successor, licet secùs dicendum veniat pro alijs annis. *Osasc. decis. 82. nu. 10. Surd. decis. 40. n. 1. & decis. 52. n. 12. cũ seq.* vbi allegat plures Doctores, & testatur

hanc

hanc opinionem esse æquiorem. *Cavalcan. decis.25.num.9. Menoch. consf.181.vol.2. Anton.var.resol.lib.1.resol.45.n.2.& seqq.*

14 Similiter singularis successor tenetur stare locationi, quãdo locator promisit conductori de re locata cõtractum non facere, quominùs pacificè frui posset, sed ipsũ in possessione rei manutenere,& conservare sub pœna, & obligatione bonorum, &c. & omnia promissa, & conuenta habere promisit firma, rata, & grata, quia vigore talis obligationis habet conductor ius in re, quam poterit retinere loco pignoris,& hypothecæ, nequè expelletur colonus,seu conductor donec sibi satisfiat de totali interesse. *Abb.in c.fin.nu.8. vers.& per hoc datur. vbi etiam Anan. ne Prælat. vices suas. Bart. in l.filia. §.fin. ff. solut. matr.in l.qui fundũ.ff.locat.& in l.emptorem.C.eod.Bero.cõs.135.per tot.vol.1.Rol. cons.6.n.13.vol.1. Ruin.cons.180. col pen. vol.1.Grat.cons.95.n.10.vol.1.Io.de Amic. cons.113. Guid.Pap.q.480.Cou.d.c.15.n.3. Osasc. d.decis.82.nu.9.Grat.Rot. Marsb. decis.99.nu.13. Mantic.decis.63.nu.2.*

15 Et quando adest hypotheca cum iuramento, emptor tenetur stare colono. *Franch.decis.302.nu.5. & 9. par.2.* Secùs tamen esset,quãdo non interueniret huiusmodi pactum, quia tũc colonus partiarius vendito fundo non habet portionem fructuũ, sed illa spectat ad emptorẽ. *Roman. cons.309.Ias.in l.cum filiofam. col.penult. vers.amplia etiam.& Soccin.Iun. nu.261. ff.de leg.1.Franc.decis.334.nu.1.& 2.p.2. Osasc.decis.82.per totam.*

16 Nequè etiam poterit expelli cõductor,quando locatio esset facta ad longum tempus, seu ad vitam, *DD. in l.1. §.quod autem. ff. de superfic. Surd. decis.264. Peregrin.de fideicom. art.40.nu.45.*

17 Longum autem tẽpus dicitur, si excedit decennium. *Abb. in d.c.fin.nu.6. ne Prel.vic. suas.Couar.var.resol.lib.2.c.16. Nouar.quæst. forens.par.1.q.92.in fin.*

18 Idem dicendũ existimo,quãdo conductor fecit expensas, & laboreria in re conducta,& si seminauerit, quibus casibus habet conductor retentionem rei, licet non habeat ius in re, & nõ sufficit cautio. *l.si in area.ff.de cõd.indeb. §.qua ratione. Inst.de rer.diuis.Osasc.d.decis.82. num.9. & 10. Franch.d.decis.334.in fin. Caroc.de locat.tit.de expensis.nu.3.& seq.* etiã quòd expensæ non sint liquidæ. *Capic. decis.17. nu.7. Ruin.cons.84.in fin.vol.1. Menoch. de recup. poss. remed.15. nu.569.* licet aliquibus videatur non esse locum retentioni, quando expensæ non sunt liquidæ, sed sufficere cautionem. *Benintend. decis.77. Franch.decis.112.n.16.& 17. Caroc.d.tit. de expensis.nu.15.& 20.*

19 Redimens pariter domum, quam vendiderat cum pacto de retrouendendo, si illa reperiatur locata, tenetur stare locationi.*Bal.in l.1.n.3. C.de Iur.fisc.Alex. in l.si filiofam. §.si vir.n.11.ff.solut.matr. Rol. cons.19. vol.2. Peregrin. de fideicom. art.40.nu 9.* & ità iudicasse Rotam in vna *Romana Affictus coram Penia.* testatur *Nouar.quæst.forens.p.1.q.62.n.9.cũ seqq.*

20 Nequè etiam obstat, quòd successor vniuersalis non possit resilire à contractu locationis à prædecessore stabilito. *l. sed addes. §.pen. & l.cum in plures. vers.hæredem.ff.locat.l.viã veritatis.C.eod.§.fin. Inst.eod.*

21 Sicuti etiã dicimus in eo, qui emit à Fisco;nã tenetur stare colono Fisci. *Bar. in l.fin.§.fin.ff.de Iur.fisc. Alberic.in l.defuncta.vbi etiam Fulgos.ff.de vsufr.*

22 Omnis item qui succedit per sententiam Iudicis, vt si quis emat à Iudice, qui vendidit, vel vendi fecit bona debitoris,tenetur emptor stare colono debitoris. *Bald.in c.quod si super. §.fin autẽ super. num.9.vt lit.non contest. Osasc.d.decis.82. n.7.Tiraq.de retract.conuent.§.1. gloss.3. nu.20.* licet non sit idem in alio singulari successore, nam is conductorem repellere potest. *l. qui fundũ. ff. locat. l. emptorem. C.eod.Abb.in c.querimoniam. num.7.de iurepatr.* vt emptor, qui non tenetur stare locationi factæ. *l.emptorem.vbi DD.C.locati.Gomez var.resol.cap.3.num.9.*

23 Nequè legatarius, cui res legata fuit cõpellitur ad standum locationi. *l.nihil. §. fructus. vbi Bart. & Castr.ff. de legat.1. Mantic. de tacit.& ambig. lib.5. tit.10. nu.5.* Nec Dominus directus tenetur stare locationi, si res feudalis, siuè emphyteoticaria reuerteretur ad dominiũ directũ. *Osasc.decis.156. Mantic. de tacit. & ambig.d.lib.5.tit.10.nu.31.*

24 Sicut etiam facere potest vxor, quæ non tenetur stare locationi contractæ per maritum,dum ille res dotales administraret. *l.si filio.§.si vir. ff.solut.matr. Couar. d.cap.15. num.5. Alex.* multos referens in *l.si filiofam. §.si vir. ff.solut.matr. Caroc.*

de locat. par. 2. tit. de iur. dot. quaest. 7. n. 4. Quia aliter dicendum est in bonis Ecclesiasticis. *Caualcan. d. decis. 44. per totum*, quorum clerici sunt tantùm administratores, vt dicetur latiùs *in tit. de Bonis Clericorum. in §. 2.*

25 Et in specie quòd Ecclesia, etsi necessariò succedat in re singulari, nō teneatur stare colono, dicunt *Alba. consil. 108. in fin. Cephal.* latissimè *cōs. 254. & cōs. 255. per totum. vol. 2.* vbi consuluit in fauorem eius, cui à Iudice fuerunt assignata bona in solutum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia praeiudicium clericus afferre non potest.*
2 *Confessio, vel liberatio facta per praedecessorem in infirmitate, ex qua decessit, nō tenet in praeiudiciū successoris.*
3 *Liberatio per praedecessorem facta conductori bonorum suae Ecclesiae, cuius conductoris culpa aedificia ceciderūt, non tenet in praeiudicium successoris.*
4 *Confessio Praelati habens adsistentiam, siuè praesumptionem iuris communis pro se, nocet successori.*
5 *Confessio facta in iudicio per praedecessorem quomodò praeiudicet successori.*
6 *Sententia lata cum Episcopo quomodò praeiudicet successori.*
7 *Sententia habet praesumptionem pro se, & maximè si transiuit in rem indicatam.*
8 *Successori, & Ecclesiae praeiudicari potest in casu reditus ad ius commune, & ad naturam suam.*
9 *Confessio Praelati adminiculata nocet successori.*
10 *Praeiudicare potest Ecclesiae clericus in acquirendis, licet secùs in acquisitis.*
11 *Abbas potest sine Monacho institutò haereditatem repudiare, ac etiam legatum Monacho relictum eo inuitò acceptare.*
12 *Praelatus sine solemnitatibus de iure requisitis in alienationibus rerum Ecclesiasticarum nō potest repudiare legatum Ecclesiae relictum. & n. seq.*
13 *Seruus non potest in quaesitis praeiudicare Domino, secùs in quaerendis.*
14 *Extrauag. Ambitiosae non intelligitur in remissione iuris quaerendi.*
15 *Praelatus an possit remittere caducitatem. & nu. 18. & 19.*
16 *Incorporatum Mensae quando aliquid dici possit.*
17 *Praelatus si velit bona deuoluta ob lineam finitam pro Ecclesia retinere, cogi non potest ad Emphyteusim renouandam proximioribus agnatis.*
18 *Emphyteotica res potest alienari pendente lite inter Dominum, & Emphyteotam super dicta re.*
19 *Inuestitura dari nequit per Praelatū, quamuis illam renouare possit.*
20 *Alienabile, quod semel fuit, durat semper alienabile.*
21 *Renouatio infeudationis non requirit solemnitates, quae requiruntur in alienatione rei Ecclesiae.*
22 *Transactio fieri potest super bonis nondum incorporatis Ecclesiae.*
23 *Mendicantes Regulares possunt facere transactiones.*
24 *Regulares possunt transigere super legatis, & haereditatibus litigiosis ipsis relictis, & illas repudiare. Moniales item.*
25 *Repudiatio non dicitur alienatio.*
26 *Haereditas nō est in bonis nostris antè agnitionem.*
27 *Noualia possunt per Praelatū donari.*
28 *Repudians Praelatus legatū sine causa, siuè haereditatem potest compelli, vt satisfaciat Ecclesiae.*
29 *Prohibitus alienare prohibetur quoquè constituere seruitutem realem, siuè personalem.*
30 *Successor in Comitatu, seù Ducatu ligatur transactionibus, & pactis initis à suis praedecessoribus eū subditis.*
31 *Successor huiusmodi an, & quomodò teneatur soluere debita praedecessoris.*
32 *Successor Episcopus an, & quomodò possit remouere Officiales positos per praedecessorem.*
33 *Successor an ligetur concordia super decimis facta per praedecessorem.*

§. Quintus.

1 ET cum clericus regulariter Ecclesiae praeiudicium adferre nequeat. *cap. si Episcopum. 16. q. 6. cap. venerabilis. de except.*

2 Confessio, vel liberatio facta per praedecessorem, seù alium eius nomine in infirmitate, ex qua decessit non tenet in prae-

præiudicium successoris, cum præsumatur suspecta, sed tenentur procuratores, vel dictorum bonorum Ecclesię administratores iterum rationem reddere de exactis, & administratis, quare si constabit pecuniã in infirmitate exactã antè tẽpus fuisse solutam, nec aliud appareat, præsumetur solutio, seù exactio fraudulenta, & consequenter ea non obstante successor poterit iterum petere credita, & rationem de administratis ab eo exigere. *Port. conf.* 161. *num.* 18. *Bursat. conf.* 238. *num.* 16. *vol.* 3. *Menoch.* latissimè *conf.* 39. *per totũ. vol.* 1. *Afflict. decis.* 168. *vbi etiam Vrsill. num.* 4. *& seq.*

3 Quemadmodum neque in pręiudiciũ successoris tenet liberatio, quã fecit clericus gratis conductori bonorum suæ Ecclesiæ, cuius conductoris culpa ædificia ceciderunt. *Abb. conf.* 45. *per totũ. par.* 1. vt tactum est *in tit. de Bonis Clericorũ.* §. 5. *antè fin.*

4 Et licet confessio Prælati regulariter non noceat successori. *glos. & DD. in c. fin. de praescript. Seraphin. decis.* 442. illa tamẽ Ecclesiæ, & successoribus præiudicat, quæ habet adsistentiam, siuè præsumptionem iuris communis pro se. *Abb. in cap. si diligenti. nu.* 4. *& ibi Paris. nu.* 8. *de praescript. Felin. in c. fin. n.* 11. *vbi etiam Paris. n.* 54. qui fatetur communem. *eod. Rot. diuersor. par.* 2. *decis.* 141. *nu.* 6.

5 Item & confessio facta in iudicio, & per modum Iurisdictionis contentiosæ per Rectorem Ecclesiæ non habentis Collegiũ pręiudicat Ecclesię, & eius successori. *Bar. in l. certũ. §. sed an ipsos. ff. de confes. Abb. in c. cum olim. nu.* 5. *&* 12. *de censib. in c.* 2. *nu.* 4. *de Capel. Monach in d. c. fin. nu.* 44. *de praescript. & in c.* 1. *n.* 13. *vbi etiam Butr. vt lit. non contest. Praeposit. in c. de Constantinopolitana. ad fin.* 22. *dist. Alexand. de Neuo conf.* 25. *nu.* 6. *Paris. conf.* 3. *nu.* 29. *vol.* 4. *Bellam. decis.* 696. *Rot. diuers. dicta decis.* 141. *nu.* 4. & quando sumus in Prælato non habẽte Capitulum, idem operatur eius solius confessio, quod operatur Prælati, & Capituli in Collegiata. *Paris. in d. c. fin. nu.* 54. *de praescript. Seraphin. dicta decis.* 442. *nu.* 2.

6 Item sentẽtia lata cum Episcopo nocet successori, sicut dicitur in feudis, in Maioratu, in bonis subiectis fideicõmisso. *Tiraq. in tract. primogen. q.* 35. *n.* 18. maximè quando sententia fuit lata cũ legitimo contradicente. *Couar. pract. quaest. cap.* 13. *num.* 6. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 4. *cap.* 8.

7 Et tandem pro sentẽtia præsumitur. *l. Brennius. ff. de euict.* maximè si est ab antiquo, & transacta in rem iudicatã, quia præsumuntur tũc omnia legitimè præcessisse, & ex eo oritur valida res iudicata. *c. benè.* 1. *de elect. glos. in c. quoniam contrà. de probat.*

8 Potest item clericus in casu reditus ad ius commune præiudicare Ecclesiæ, & successori nulla habita distinctione inter leue, & graue præiudicium. *Abb. in c. veniens. num.* 22. *de praescript. Felin. in c. cum accessissent. n.* 6. *&* 30. *de constit. Ias. in l. si constante. num.* 174. *ff. solut. matrim. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu.* 11. *ff. de pact. Crauet. conf.* 135. *nu.* 38. *vol.* 1. cum allegatis per *Rot. diuers. p.* 2. *decis.* 22. *n.* 1. vbi fatetur cõmunem; nam neque solemnitas, nec consensus Capituli, seù Collegij, aut Monasterij necessaria est in alienatione rerum Ecclesiæ in actu, per quem res Ecclesiæ reuertitur ad naturam suam. *Fel. in c. cum omnes. num.* 8. *de constit. Ferret. conf.* 38. *nu.* 15. *lib.* 1. *Rot. d. decis.* 22. *nu.* 3. vbi multos allegat; actus etenim, per quem res reducitur ad ius commune, est fauorabilis, quando reditur ad ius commune, & primæuam naturam quoad omnia. *Paris. in d. c. veniens. num.* 10. *& ibi appostil. ad Abb. num.* 22. *verb. pactum. Fel. in d. c. cum omnes. nu.* 8. secùs autem quando res non reditur ad naturam suam. *Rot. d. decis.* 22. *num.* 6. *& seqq.*

9 Confessio Prælati adminiculata nocet pariter Ecclesiæ, & successori. *Bald. in auth. hoc ius porrectũ.* & alij. *C. de sacros. Eccles. Rot. diuers. par.* 2. *decis.* 177. *num.* 5. *Seraphin. decis.* 291. *n.* 1. *&* 3. *& decis.* 302. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 436. *num.* 6. *&* 7. *& decis.* 442. *nu.* 2. *par.* 1.

10 Potest etiam Ecclesiæ præiudicare clericus in acquirendis, licet secùs in acquisitis. *gloss. fin. in c. fin.* 16. *q.* 6. *Abb. in c. tua. nu.* 9. *de his quae fiu. à Prael. in c. verum. nu.* 28. *de for. comp. & in c. si de terra. num.* 4. *de priuil. Rot. diuersor. par.* 3. *lib.* 3. *decis.* 284. *nu.* 8. *Seraphin. decis.* 1198. *nu.* 2. *Felin. in c. quae in Ecclesiarum. num.* 30. *de constit. in cap. fin. num.* 11. *de praescript. in c. contingit. n.* 5. *de sent. excom. & in c. in praesentia. num.* 37. *versi. decimo quaero.* vbi dicit communem esse opinionem.

11 Quód

11 Quòd Abbas solus possit sine Monacho instituto hæreditatem repudiare, *vbi etiam Dec.n.33.de probat.Ias.in dicta l.si constante.col.3.in princ.& in l.seruus. C.de pact.Federic.cons.9. Roman.cõs.183. nu.1.Barbat.cons.1.n.25.& cons.20.n.16. vol.3.Dec.cons.269.n.8.in fin.Nat.cõs.441. nu.12.13.18.& 31.vol.2. cons.508.nu.26. & cons.522.n.25.vol.3.& cons.647.n.10. vol.4.Bero.cons.109.num.31.& cons.122. num.9.vol.1.Crauet.cons.152.nu.9.vol.1. Cæphal.cons.513. num.21.vol.4.* quinimò legatum Monacho relictum eo inuito potest per Abbatem acceptari. *Bald. in l.ex repudiatione. num.1. ff. de fideicommiss. Mantic.de conicct.vltim.vol. lib.8. tit.6. num.27.*

12 Quamuis alioqui Prælatus sine consensu Capituli,& alijs solemnitatibus de iure requisitis in alienationibus rerum Ecclesiasticarum nequeat repudiare legatum relictũ Ecclesiæ. *Caputaq. decis.359. nu.2.par.2.*

13 Quemadmodũ, & in seruo dicimus, qui licet Domino in quæsitis præiudicare non possit. *l.seruus. C.de pact.* tamen in quærendis præiudicare potest. *l. fin. C.de acq.poss.Rom.d.cons.183.nu.2.Rot.diuers. par.3.lib.3.decis.284.nu.8.& 9.* vbi subditur hoc esse verum etiam postquam quæsita est actio, vt in legato facto Ecclesiæ, quod potest Prælatus repudiare. *Federic. d.cons.9.Felin.in d.c.quæ in Ecclesiarum. nu.50.* Quod tamen limitatur,vt procedat quando per eundẽ remitteretur actio,per quem fuit quæsita. *Rot. d.decis.284. n.10.*

14 In ista autem iuris quærendi remissione, seu præiudicatione non requiritur solemnitas Paulinæ. *Benedict. de Castr.in repet. Extrau. Ambitiosæ.in prin. fallen.6. de reb. Eccles. non alien. Bursat.consil.50. num.33.vol.1.*

15 Sed an possit Emphyteotam priuatum per Canonem non solutum solus reintegrare absque auctoritate Sedis Apostolicæ? *Imol. in cap.potuit. vbi etiam gloss. magn.locat. Alexand.cons.79. in fin.vol.1.* dicunt negatiuam. *idem Alex.cons.5. col.5. vers. 8.vol.5.* tenet cõtrarium. Dicendum est,quòd si ipsa res est incorporata Ecclesiæ,absque dubio solus Prælatus nõ potest reintegrare Emphyteotã solemnitatibus Iuris non seruatis, & ità procedit *Imol.in d.c.placuit.& Alex.in d.cons.79.* Sed si nõ est incorporata Ecclesiæ,tunc poterit Prælatus Emphyteotã reintegrare,dummodò non alteretur natura prioris cõcessionis, & hoc colligitur ex *Nat. cons.441. nu.18. & 19. & nu.31. & ex Clar. in §.feudum. q.13.nu.5.* vbi dicit de communi.

16 Quando autẽ res dicatur incorporata mensæ sunt plures opiniones,quas refert *Curt. Iun. de feud.quæst.5.Menoch.de arbitrar.lib.2. cent.5. cas.433. per totum. Caualcan. decis.76.p.2.* Melior nihilominùs opinio,& magis recepta est,quòd tũc dicatur incorporata, quãdo post cessationẽ à solutione Canonis,Dominus expressè declarauerit Emphyteotã cecidisse à iure suo, & proptereà describi fecerit rem reuersam inter bona mensæ,vel tacitè declarauerit,hoc est,quòd mensa collegerit fructus ipsius, prout facere solet in alijs rebus incorporatis,& tenuerit illam per annum. *Bart.in l.si vacantia.nu.8. C.de bon. vacan.lib.10.Card.in c.2.de feud.Bald. in c.1.de cler.qui inuestit.fac. Ricc. in prax. resol.par.1.resol.65.n.9.Azor.par.3.Instit. Moral.lib.10.c.3.vers.quid si diu.* & hanc opinionem dicit esse magis communem *Curt.d.q.5.Guid.Pap.decis.154.post nu.3. Clar.in §.feudum.q.13.num.3.Nat.dicto cons.441. Menoch.cons.79.per tot.vol.1.* qui dicit,quòd si fuerit retẽta per annum, dicitur incorporata, & sic non potest alienari, secùs verò antè lapsum annum. Et quamuis Prælatus cogi nequeat ad renouandũ Emphyteusim proximioribus agnatis finita generatione, si ipse velit bona deuoluta pro Ecclesia retinere; vt in vna *Rauennaten.bonorũ.*resoluit Rota. *Mant. decis.10.per totam.Prax.Archiep.Neapol. c.99.per totum. Ricc.in prax. resol. par.1. resol.116.nu.1.* Potest nihilominùs Prælatus, si nollet pro se retinere, eosdem proximiores inuestire. *Clar. in §.Emphyteusis.quæst.43.num.1.& 3. Rot. diuers. p.4. decis.791.Mantic.d.decis.10.num.6. vers. neque obstat.* dummodò non fuerit per annum incorporata mẽsæ.*Clar.in §.feudum. q.3.n.3.Guid.Pap.d.decis.154.*

17 Pendente autem lite inter Dominũ, & Emphyteotam super dictis bonis Emphyteoticis fieri potest alienatio dictorũ bonorũ. *Menoch.d.cons.79.nu.26.& seqq.* Sed vbi res nondum est incorporata Rector Ecclesiæ potest remittere caducitatẽ in præiudicium Ecclesiæ, secùs verò dicitur de Prælato Ecclesiæ Collegiatæ, qui debet in hoc casu requirere consensum

Capituli. *gloss. in c. potuit. verb. expelli. circâ med. locat. Alex. cons. 14. num. 12. vol. 2. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 20. de morae purgat. ob cessat. solut. canon. num. 15. Gratian. Rot. Mareb. decis. 49. nu. 24.*

18 Et ideò licet Prælatus non possit de nouo inuestire, potest tamen renouare Inuestituram. *Afflict. in c. 1. n. 11. & ibi DD. qui feud. da. poss. Alex. de Nevo cons. 26. n. 1. Barbat. cõs. 19. col. 1. vol. 1. Ias. cõs. 222. vol. 2. Bello. cons. 3. n. 4. Soccin. Sen. cons. 32. col. 2. vol. 1.*

19 Nam quando res fuit semel alienata cum debitis solemnitatibus videtur exrune statutum, & ordinatum quasi in vim illius primæ alienationis, quòd de cætero res possit alienari, & propterea quando reuertitur ad Dominum directum, & de nouo alienatur, in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio. *cap. fin. de feud. Castr. in l. etiam. in princ.* vbi quoquè *Alexan. col. 3. in 2. limit. ff. de minor. Curt. Iun. de feud. in 2. par. q. 1. col. 2. vers. quarto me monet. Rot. diuers. p. 1. decis. 360. nu. 12. & par. 3. lib. 3. decis. 622. nu. 10.*

20 Nequè in renouatione infeudationis interuenire debent illæ solemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Ecclesiæ. *c. 2. de feud.* & post *Bart. Abb. Curt. Iun. Soccin.* & alios dicit *Clar. in §. feudum. q. 13. n. 5. Ruin. cons. 141. nu. 2. & cons. 161. num. 35. vol. 1. Rim. Iun. cons. 233. nu. 80. volum. 3.*

21 Potestquè multò magis Prælatus Episcopo inferior transactionem facere super bonis nondum vnitis, & incorporatis Ecclesiæ, interueniente auctoritate Superioris, Episcopus autem id facere potest solus. *Abb. in cap. statuimus. num. 4. de transact. Bald. in l. Præses. nu. 6. & ibi Ias. in fin. & Salicet. C. eod. Nat. d. cõs. 441. num. 12. Menoch. cons. 73. num. 8. & dicto cons. 79. per totum.* quæ transactio valebit in præiudicium successoris. *cap. fin. de pact. in 6. Bero. cons. 7. nu. 24. vol. 3. Nat. latissimè dicto cons. 441. per tot. Cranet. cons. 849. vol. 5.* Etiam Prælatus Episcopo inferior potest transigere sine consensu Episcopi, quando ageretur de recuperando pristino iure Ecclesiæ deperdito. *Butr. in d. cap statuimus. col. 1. Bero. d. cons. 7. nu. 24.*

22 Et eò magis procedit in Fratribus Mendicantibus, in quibus est speciale transactiones, & pacta inita bona fide per Capitula, & Priores locorum valeant, licet non interuenerit consensus Ministri Prouincialis, seù Generalis, aut approbatio Capituli Generalis, seù Prouincialis. *dicto c. fin. vbi Gemin. Franch. Anchar. & Butr. de pact. in 6. Bal. cons. 261. incip. optima allegationes. Rota diuers. decis. 22. num. 6. & seq. par. 2.*

23 Quod idem dicitur de Monialibus, & de alijs Prælatis Regularibus, qui possunt super legatis, hæreditatibus dubijs, & litigiosis, vel damnosis transigere, quinimò & illas repudiare. *Abb. in cap. tua nuper. num. 9. de his quæ fiu. à Præl. Bald. in l. pupillorum. circà princ. C. de repud. hæred. Lap alleg. 26. Ancharan. cons. 136. Federic. cons. 9. Roman. cons. 184. Nat. dicto cons. 441. nu. 9. 10. & 11. Crauet. cons. 152. num. 9.* post multos ab eo allegatos. *vol. 1. Menoch. cons. 73. n. 11. & 12. vol. 1.*

24 Quia repudiando non dicuntur alienare. *l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. qui autem. in princ. ff. quæ in fraud. cred. l. alienationis verbũ. §. 1. ff. de verb. sig.* nequè fit pauperior, qui nihil acquirit. *d. §. si maritus.*

25 Et hæreditas non est in bonis nostris antè agnitionẽ. *l. precia rerũ ff. ad l. Falcid.* nec est eadem ratio non lucra capere, & acquisita perdere. *dicto §. si maritus. Abb. in dicto cap. tua nuper. num. 9. vers. pro hoc facit.* Monachus tamen solus non potest repudiare legatum sibi factum. *Specul. de stat. Monach. vers. 8. vbi etiam Io. Andr. Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 114.*

26 Quinimò Prælatus potest donare noualia, quæ in sua Diœcesi oriuntur, cum Ecclesiæ perfectè acquisita non dicantur, & successor ligabitur. *Abb. in d. c. tua nuper. in fin. Menoch. d. cons. 73. num. 9.*

27 Verumtamen si Prælatus sine causa repudiauit legatum, siuè hæreditatem, seù quid aliud potest compelli, vt satisfaciat Ecclesiæ de suo. *Abb. in dicto cap. tua nuper. in fin.* prohibitus autem alienare, prohibetur quoquè cõstituere seruitutem siuè personalem, siuè prædialem. *Peregrin. de fideicommiss. art. 40. nu. 114.*

28 Successor item in Comitatu, Marchionatu, seù Ducatu ligatur transactionibus, conuentionibus, & pactis ab antecessoribus suis cum subditis initis. *Osasc. decis. 139. per totum. Menoch.* multos citans *cons. 1. num. 228. vol. 1.*

29 Non tamen tenetur soluere debita prædecessoris, nisi probetur pecunia versa

in

in vtilitatem Comitatus, Marchionatus, siuè Ducatus, vt de successore in maiorati dicit latè *Gomez in leg. Taur. 40. n. 72.* vbi subdit, quòd in casu, quo tenetur, non adstringitur soluere ex patrimonio, sed ex bonis maioratus.

20 Si quibus autem officium Notariatus Episcopus concessit, siuè alia Officia suarum Audientiarum Episcopalium, vel Castellanias, aut Præfecturas, aut aliquid aliud simile, quorum prouisio spectat ad Episcopum, tunc eos mutare potest eius successor, nam non durant nisi durante vita Episcopi cōcedentis. *Innoc. in c. cum P. tabellio. et ibi DD. de fid. instrum. Roman. sing. 348. Afflict. decis. 101. per totam. Gabr. de probat. tit. de Iure quæsit. non tollen.* & ità fuisse resolutū per Rot. dicit *Gōzal. super Regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 11. nu 17.* nisi consuetudo in contrarium extaret, vel aliàs à Sede Apostolica ex certa scientia esset confirmata huiusmodi concessio. *Rot. diuers. p. 3. lib. 3. decis. 622. per tot.* vel nisi prouisio fuisset facta ab Episcopo cū consensu Capituli. *Afflict. dicta decis. 101. num. 4.* qui multos citat. Aliam limitationem affert *Gonzalez super Reg. 8. Cancel. d §. 11. nu. 22.*

21 Neque concordia super decimis ligat successorem, nisi adsit auctoritas Apostolica. *cap. veniens. de transact. Abb. in c. ex multiplici nu. 2. & in cap. cum homines. num. 4. de decim. & fuit resolutum per Rotam in vna Messanen. praeminentiarum. 1585. coram Blanchetto. & in vna Conchen. limitum decimarum. 5. Martij. 1597. coram Litta. & in vna Nouarien. decimarum. 28. Maij. 1593. coram Arigonio.* licet visa fuerit per Rotam iusta concordia super reductione decimarum ad vigesimam, stante difficultate exactionis, & paupertate soluentium in vna *Ecclesien. confirm. concordia. 20. Februarij. 1595. coram Seraphino.*

SVMMARIVM.

1 *Compromittere non potest de iure, & de facto clericus super bonis, & iuribus Ecclesiæ, sine auctoritate sui Superioris. & ratio nu. seq.*
2 *Compromittere potest Clericus in præiudicium suum, non autem Ecclesiæ.*
3 *Compromissum est ad instar transactionis.*
4 *Transigere non potest clericus super iuribus Ecclesiæ.*
5 *Compromittere nequit clericus super iuribus præeminentiarum.*
6 *Præminentiæ causa dicitur grauis præiudicij.*
7 *Compromissum factum super titulo beneficij, siuè re spirituali non valet. & num. 11.*
8 *Transactio facta super re spirituali est simoniaca.*
9 *Transactio facta super re spirituali etiam cum onere, quòd soluatur certa annua pensio Ecclesiæ, non valet.*
10 *Remissio iuris spiritualis cum onere soluēdi pensionem illi, qui huiusmodi ius remisit, est simoniaca.*
11 *Compositio cum constitutione pensionis ad vitam aduersarij fieri potest cum auctoritate Episcopi, coram quo litigatur super iuribus tēporalibus Ecclesiæ, secùs si lis sit super iuribus spiritualibus.*

§. Sextus.

1 Cvm igitur clericus non possit præiudicare Ecclesiæ in acquisitis, & incorporatis, neque etiā potest super illis sine auctoritate sui Superioris compromittere de iure, & de facto, quia posset arbiter lædere Ecclesiā admittendo probationem non legitimam, vel idoneam repellendo, & posset sequi alienatio, & laudum superindè latum est nullum. *Abb. in c. cum tempore. n. 4. post Lap. de arbitr. Barbat. in Rubr. de reb. Eccles. non alien. col. 4. Franc. in cap. 1. in fin. eod. Federic. cons. 94. Roman. cons. 369. nu. 18. Gemin. cons. 68. nu. 2. Alex. cons. 32. num. 2. vol. 2. Paris. cons. 134. num. 11. vol. 4. Nat. cons. 585. num. 5. vol. 3. Soccin. Sen. cons. 18. nu. 34. & seq. vol. 1. Ferret. cons. 102. n. 15. Caputaq. decis. 165. per totam. par. 1. Rot. diuers. par. 2. decis. 160. nu. 2. & p. 3. lib. 3. decis. 603. nu. 3 & seq. Rebuff. in tract. de reb. Eccles. non alien. num. 66. Redoan. eod. tract. q. 2. cap. 1. & cap. 36. & q. 51. cap. 17. Capel. Tholos. q. 98.* Potest tamen compromittere, vt procedatur simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij in casu, quo compromittere potest. *Abb. d. c. cum tempore nu. 4 in fin.*

2 Itidem & compromittere poterit in sui præiudicium, non autem in præiudicium

cium Ecclesiæ sinè consensu Episcopi, & debitis solemnitatibus. *gloss. 1. in cap. peruenit. & ibi Abb. num. 4. & Host. num. 5. de arbitr. Abb. in cap. cum tempore. num. 4. eod. Specul. in tit. eod. de arbitr. §. restat. vers. sed nunquid clericus. & in §. finitur. vers. sed nūquid Prælatus. Rom. cons. 175. num. 3. Soccin. Sen. cons. 18. num. 33. 34. & 35. vol. 1.*

3 Ratio autem, quare dictum compromissum fieri nequeat, ea est, quia cum tale compromissum sit ad instar transactionis. *§. 1. auth. vt diff. Iud. auth. si verò contigerit. & ibi Bald. auth. si quando. C. de iudic. Bart. in l. si quis cum aliter. & in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loco. Soccin. Sen. d. cons. 18 n. 35.* & sit species alienationis. *Paris. cons. 134. numer. 11. vol. 4. Caputaq. decis. 318 nu. 2. par. 3. Canalcan. decis. 45. num. 34. par. 1.*

4 Ac solus clericus sine debitis solemnitatibus transigere nō possit. *c. de eætero. & c. statuimus. de transact. DD. in c. contingit. eod. Innoc. in c. peruenit. de arbitr. Soccin. d. cons. 18. num. 36. Caputaq. dicta decis. 318 per totam.* non poterit igitur huiusmodi compromissum facere. *gloss. in c. plures. verb. discernant. 16. q. 1.*

5 Neque cōpromittere super materia præeminētiarum potest clericus non præcedente iuris solemnitate, *vt fuit resolutum in vna Calaguritana Præeminentiarum. 30 Iunij. 1568. corā Seraph. decis. 22. num 1.* vt refert *Gonzalez super Reg. 8. Cancel. §. 4. præem.*

6 Quia causa præeminētiæ dicitur grauis præiudicij. *Put. decis. 449. nu. 4 lib. 2. & decis. 6. lib. 3. Seraphin. decis. 22. num. 1. par. 1.* in compromisso tamen super modo incedendi, & conueniendi in Processionibus non est necessaria Superioris auctoritas. *Seraphin. decis. 36. nu. 1 par. 1.* Valebit tamen compromissum super iuribus, quæ alienari possunt, si nulla secuta fuit alienatio per laudum. *Abb. in d. c. cum tempore. num 4.*

7 Verumtamen non sustinetur compromissum factum de iure, & de facto super titulo beneficij, & iure spirituali, neque laudum superindè secutum cum onere soluendi certam annuam pensionem, nec lis, super qua compromissum factum fuit, est proindè extincta, & finita. *Bero. cons. 18. per totum vol. 1.* quia tale compromissum secuto arbitramēto dicitur quædam transactio. *Bart. in l. 1. §. & post operis ff. de nou. oper. nunc. Innoc. in c. quintauallis de iureiur. gloss. in dicta auth. vt diff. Iud. §. si verò.*

8 Transactio autem facta super re spirituali, & super titulo beneficij tanquam simoniaca non valet. *c. constitutus. & c. sequenti. & c. super eo. de transact.*

9 Hinc infero, quòd licet quis possit Ecclesiam sibi subiectam à sua Iurisdictione eximere, non potest tamen per viam transactionis, etiam sibi retinendo certā pensionē annuatim soluendā Ecclesiæ maiori, vt post *gloss.* dicit *Bero. d. cons. 18. n. 5. & 8.*

10 Infero etiam, quòd si per transactionem, & sic per compromissum factum esset remissum ius spirituale cū onere soluendi certam pensionem illi, qui ius suum spirituale remisisset, quòd remissio tanquam simoniaca non valet. *cap. 2. de arbitr. Bero. d. cons. 18. nu 7.*

11 Et quamuis cū auctoritate Episcopi, seu Iudicis, coram quo litigatur, possit fieri compositio cum constitutione cēsus, seu pensionis ad vitam aduersarij licet Episcopus non consenserit, neque consentire velit. *c. nisi essent. & ibi Abb. num. 4. & DD. de præben. gloss. fin. in c. de eatero. vbi etiam Abb. nu. 2. de transact. Abb. in cap. ad audientiam. 2. num. 2. vers. & adde. Oldrad. de rescript. Vgolin. in tract. de Simon. in genere. c. 29. §. 3 n. 2.* Nihilominùs hoc procedit, quādo facta fuisset compositio super aliquibus iuribus temporalibus Ecclesiæ, secùs autem si super titulo, seu super rebus, & iuribus spiritualibus Ecclesiæ, quòd non valeret etiam cum auctoritate Episcopi. *c. præterea de transact. Abb. in d. c. de catero d. nu 2. antè fin. & in c. statuimus. nu. 5. & 6. eod. Bero. d. cons. 18. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Canonici eiusdē Ecclesiæ possunt absque solemnitatibus res eiusdem Ecclesiæ inter se permutare, & diuidere, secus si sint Canonici diuersarum Ecclesiarum.*

2 *Vtilitatem Ecclesiæ propriæ vtilitati clericus præponere debet. & n. u. seqq.*

3 *Tutor vtilitatem pupilli vtilitati propriæ anteferre debet.*

4 *Beneficiatus negligens acquirere suæ*

Ecclesia cum possit tenetur eidem Ecclesiæ ad interesse.

5 *Beneficiatus debet esse diligens circà res suæ Ecclesiæ, alioqui tenetur de propria negligentia.*

6 *Beneficiatus prohibetur alienare, & hypotecare iura, & bona Ecclesiæ, & si illa alienauerit, potest ea repetere vnà cum fructibus, licet alleget turpitudinem suam.*

7 *Episcopus potest sine solemnitatibus de bonis suæ mensæ Episcopalis abundantibus donare suo Capitulo indigenti. & num. 9.*

8 *Episcopus potest de bonis eiusdem suæ mensæ Episcopalis loco religioso donare. & num. seq.*

9 *Episcopus potest ex causa Ecclesiam Parochialem in Monasteriū erigere.*

10 *Assertioni Prælati non statur asserentis alienationem rei Ecclesiæ fuisse factam præcedētibus solemnitatibus, nisi aliundè constet.*

11 *Beneficiatus potest alienare mobilia suæ Ecclesiæ, quæ seruando seruari nequeunt.*

§. Septimus.

1 CLeriei tamen eiusdem Ecclesiæ, vt sūt Canonici possunt absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis res eiusdem Ecclesiæ inter se permutare, & diuidere. *Innoc. in c. quæsitū. de rer. permut. Bero. cōs. 124. nu. 14. vol. 1.* Verumtamen clerici diuersarum Ecclesiarum absque requisitis solemnitatibus id efficere nequeunt. *Bero. d. num. 14.*

2 Et cum non debeat clericus vtilitatē propriam vtilitati Ecclesiæ præponere. *gloss. fin. in c. quicunque. 12. q. 4.*

3 Sicut nec tutor vtilitatem suam vtilitati pupilli. *l. tutor. §. 1. ff. de admin. tut. l. si vt certo. §. cōmodato. in fin. ff. cōmodat.*

4 Ideò si clericus neglexit acquirere Ecclesiæ, in qua est beneficiatus, cum posset, & maluit sibi acquirere, tenetur eidem Ecclesiæ ad interesse. *d. gloss. fin. in d. c. quicunque.* quam allegat & sequitur *Abb. in c. ex præsentium. nu. 3. de pignor. & in c. 2. nu. 6. de pecul. cler. & ibi etiam Host. nu. 3.*

5 Qui subdit quòd tenetur clericus plus diligere Ecclesiam suam, quàm consanguineos, vel alios quoscunque amicos, vel parentes: quamobrem debet esse diligens circà res Ecclesiæ, quia alioqui tenebitur de sua negligentia. *gloss. in cap. placuit. 2. verb. pertineant. 16. q. 3. & in cap. ea quæ. verb. negligentia. de offic. Archid. Abb. in cap. 1. nu 4. de donat. & in d. c. ex præsentium. num. 3.*

6 Multò magis est prohibitus alienare iura, & bona Ecclesiæ, & illa hypotecæ obligare. *c. hoc ius. 10. q. 2. c. sine exceptione. 12. q. 2. cap. nulli. & toto tit. de reb. Eccles. non alien. Extrauag. Ambitiosæ. eod.* nisi in casibus à iure permissis, & seruata forma *Extrauag. Ambitiosæ.* quare non solum emens bona Ecclesiæ sine solemnitatibus est in mala fide, *c. qui contrà. de reg. iur. in 6. Rot. diuers. par. 1. decis. 14. num. 2.* Sed huiusmodi bona nulliter alienata possunt repeti vnà cum fructibus. *cap. nulli liceat. 12. q. 2. Rot. d. decis. 14. nu. 3.* etiam ab ipso beneficiato alienāte, quamuis alleget turpitudinem suam. *Abb. in c. si quis presbyterorum. de reb. Eccles. non alien. Rot. dicta decis. num. 5.*

7 Episcopus tamen potest de bonis suæ mensæ Episcopalis abundantibus donare, & alienare Capitulo, siuè Canonicis suis egentibus, sine solemnitatibus, non obstante iuramento de non alienando sine Superioris licentia, quia non potest dici alienatum ab Ecclesia, quod semper in dominio Ecclesiæ retinetur. *gloss. in clem. 2. verb. Ecclesiam. de reb. Eccles. non alien. Host. in c. nouit. nu. 5. 6. & 7. vbi etiam Io. Andr. col. 2. in princ. vers. quid ergò. Card. n. 5. q. 7. Imol. nu. 13. & 14. & Butr. nu. 7. de his quæ fiu. à Præl. Bertachin. in tract. de Episcopo. par. 4. q. 45. Rot. diuers. par. 1. decis. 756. nu. 3. Bald. in l. cum dubitabat. num. 14. C. de iur. Emphyt. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 15. cap. 10. nu. 1. & 2. & cap. 18. num. 17. 18. & 20.*

8 Nam sicut Episcopus potest de bonis suæ mensæ Episcopalis loco religioso donare. *c. consultationibus & c. pastoralis. de donat. Host. in d. c. nouit. nu. 7.*

9 Et ex causa aliquam Ecclesiam etiā Parochialem in Monasterium erigere, & ipsam dotare de bonis suæ mensæ sine magna Episcopatus læsione. *cap. si Episcopus vnam. c. bona. & c. religiosam. 12. quæst. 2. Host. d. num. 7. Capel. Tholos. q. 498.* ità & multò magis potest ipse donare Capitulo suo, cui magis alligatur. *c. requisiti. §. pen. de testam. Hostien. in d. c. nouit. nu. 6. Abb.*

in

in c olim.1.num.2.de rest.spol.Rot. dicta decis.756.nu.4.& 5. vbi subdit ideò non videri propriè ad alienationem tendere. *l.voluntatis,C.de fideicom. l.pater.§.quindecim. ff.de leg.3.Io.Andr.ad Specul. in tit.de his.quæ fiu à Præl.§.1.n.6.vers.sibi ipsi,* licet in his casibus tutius sit requirere licentiam Summi Pontificis. *gloss.in d.clem.2.d.verb.Ecclesiam.Host.in d.c.nouit.d.num.7.*

10 Afferrioni tamen Prælati non statur afferentis alienationem rei Ecclesiæ factã fuisse præcedentibus solemnitatibus, nisi aliundè constet. *Bart. in l.si fortè. in fin. ff.de pecul.castren. & in auth. si quis in aliquo. nu.12. & ibi Dec.* alios citans *nu.36.C.de eden.Alex.cons.16.nu.7.vol.4. Soccin.cons.52.nu.5.vol.4. Paris.cons.62. nu.7.vol.1.Crauet.cons.175.nu.2.* qui dicit de communi. *Rot.diuers.p.1.decis.752.n.3.*

11 Potest nihilominùs clericus alienare mobilia, quæ seruãdo seruari non possunt ad instar tutoris, vt vestes, & similia. *l.lex. C.de admin.tut.l.fin.C.quand.deceret.opus non est. Abb.in c.tua.nu.7.de his. quæ fiu. à Præl. & in c.nulli.num.8.de reb.Eccles. non alien. Redoan.de spol. Eccles.q.3.n.1. Nauar.in d.c.fin. exceptione.num.5.*

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius agere potest contrà successorem in beneficio pro pensione decursa. & quare num 5.*
2 *Decima Papalis exactio fieri potest à successore in beneficio. & ratio.nu. 5.*
3 *Successor in beneficio tenetur ad solutionem iurium Episcopaliũ pro tempore præterito.*
4 *Successor in re Emphyteotica, siuè feudali est obnoxius solutioni pensionis decursæ.*
5 *Onera realia obligant successorem.*
6 *Onus annexum rei transit cum sua causa.*
7 *Onus annexum rei transit in singularem successorem.*
8 *Onus annexum rei trãsit etiam in priuilegiatum, vt in Ecclesiam.*
9 *Pensionarius potest agere hypotecaria contrà successorem in beneficio.*
10 *Pensionarius potest agere contrà haredes prædecessoris in beneficio.*
11 *Pẽsionarius deberet cõducibilius agere pro pensione decursa contrà successorem in beneficio, quàm contrà hæredes prædefuncti.*
12 *Successor in beneficio habet actionem contrà suum prædecessorem, siuè eius hæredes, quam habet pensionarius agendo contrà seipsum.*
13 *Successor in beneficio non tenetur ad pensionem decursam, nisi facta priùs diligentia contrà prædecessorem, seù eius hæredes de consequenda huiusmodi pensione.*
14 *Capitulum quando teneatur ad pensionem decursam tempore Canonici defuncti.*
15 *Pensionem soluere non tenetur, qui possessionem beneficij non habuit.*
16 *Pensionis solutioni non est obnoxius, qui non percepit fructus beneficij.*
17 *Successor per optionem in prabenda, super qua est imposita pensio, an teneatur ad solutionem pensionis.*
18 *Camera Apostolica tenetur pro rata ad solutionem pensionis, si fructus ad ipsam spectant.*
19 *Pensionem nullam prætendens, an sit audiendus.*

§. Octauus.

1 SI pensio decursa non fuerit soluta per prædecessorem in beneficio, potest pensionarius, si vult, successorem in beneficio compellere ad illam persoluendam. *Franc.in c.fin.in fin. de offic.Ordin.in 6.Gigas in tract. de pension. q.36.nu.5.cum seqq. & q.40.n.1.& q.43. per totam. Rimin.Iun. cons.298. per totũ. vol.3. Nauar.cons.49.nu.5.de preben.in antiq.Caputaq.decis.13.nu.1.& seq.par.1. Achil.decis.3. nu. 2.de pension. Rot.diuers. par.3.lib.3.decis.1182.num.1.Azor.par.2. Instit. Moral.lib.8.cap.8.q.14. vers.in hac quæstione.*

2 Ad idem facit, quòd voluit *Io. Andr. in c.non est in mora.de reg.iur.in 6.* quem referr, & sequitur *Federic.de Sen. cõs.219.* Vbi dicit, quòd ad solutionem decimæ Papalis tenetur successor in beneficio. *Rot. diuers.d.decis.1182.* nam & successor potest nouum possessorem ad decimas præteritas non solutas conuenire. *Host. in c.pastoralis.nu.11.vbi etiam Io. Andr. num.6. Ancharan. num.8. Card. num.20. Butr. nu.12. Abb.nu.5. de decim. Ricc. in prax. resolut. par.2. resolut.57.*

3 Prodest etiã, quod voluit *Zenzelin. in clem.1.de censib.* & ibi *Card. quæst.11.* Determinat, quòd possessor beneficij tenetur soluere iura Episcopalia, etiã pro tempore præterito, quo suus prædecessor fructus percepit, & idem in decimis prædialibus. *Federic.consf.81.*

4 Dicimus quoque, quòd possidẽs rem Emphyteoticam, vel feudalem tenetur ad solutionem pensionis, etiam pro tempore sui prædecessoris non solutæ. laté *Afflict. decis.95. per totam.*

5 Horum autem ea est ratio, quia collęcta, decima, census, & pensio sunt onera realia ipsarum Ecclesiarum, quæ obligant successorem, & possessorẽ. *c.si quis laicus. 16.q.1.c.querelam.in fin.* & ibi *Abb. nu.2. de elect. Archid. in cap.1.n.1. de immunit. Ecclesi.in 6. l.distractis.& l.pignoris.C.de pignor.l.hi penès. C.de agric. & cẽs.lib.11. l.fin. C.sine cẽsu,vel reliq. Gemin.cons.19. nu.1.& 2. Decian. cons.37.num.14. vol.2. Gig.in d.tract.de pension.q.39.num.5. & 6. & q.4.n.1.* & beneficium transit cum suo onere. *l.Imperator.ff.de publican.c.cum non sit. in fin. de decim. cap.ex literis.de pignor.gloss. in c.pastoralis.verb.de lucro. post med. & verb.cum onere.de decim.Fel. in c. ad audientiam.2. num.1. de rescript. Cassad.decis.12.num.1.eod.*

6 Et onus rei annexum transit cum sua causa. *l.Iulianus.l.Caius.vbi Bart.ff.de manumis.testam.l.si conuenerit.2.§.si fundus.ff.de pignor.act.l.Pomponius.§.1.ff.de acqu.poss.Abb.in c.quod clericus.nu.30. de for.compet.Ias.in l.is qui opus. nu.6.ff. de nou.op.nunc. Paris.cons.127.nu.12.vol.4. Soccin.Iun. cons.74.nu.8.vol.3.Tiraq.de retract. consang.§.1. gloss.9.num.113.& gloss.10.nu.10.13.& 14. Boer.q.182.n.16. Afflict.decis.95.num.3.*

7 Etiam in singularem successorem. *l.cum fundo. ff. de seruit. rust. præd. l.3. C.de seruit. Bart. in l.fin. ff. de nou.oper. nunc.Crau.cons.217.n.3.Gabriel cons.47. num.6. vol.1.*

8 Etiamsi res trãseat in priuilegiatum, vt in Ecclesiam. *Innoc.in c.verum. nu.2. de for.comp.Imol.in c.fin.n.16.*& ibi *Abb. n.12.& Butr.n.10.de vit. & honest. cler. Duen.reg.100.n.14. Bart. in l.placet.n.3. Ias. num.21. in 2.lect. C.de sacros. Ecclesi. Soccin.Sen.cons.45.vol.3.& cõs.12. vol.4. Crauet.cons.217. numer.5.* Vel in Fiscum. *Soccin.Iun.d.cons.74.num.8.vol.3.Gemin. d.cons.19.nu.2. Menoch.cons.75.num. 63. vol.1.* latissime *Tiraq. de retract. consang. d.gloss.9.nu.112. & d.gloss.10. nu.13.* Ità res hypotecata secundo creditori trãsit apud eum cum suo onere. *d.l.si conuenerit. §.si fundus. ff. de pignor. act. l. alia ratio. ff.de contrahen. emption. l.si debitor. C. de distract. pign.*

9 Et potest pensionarius agere hypotecaria contrà successorem in beneficio, super quo fuerit posita pẽsio. *Rom.cons.388. & Riminald.Iun.cons.298.nu.9.vol.3.*

10 Potest etiã pensionarius agere contrà sui prædecessoris hæredes, est enim in electione pensionarij, vel agere contrà beneficij possessorem, vel contrà hęredem defuncti prædecessoris in casibus, in quibus hæres est obligatus, siuè contrà prædecessorem in beneficio, si adhuc viuit. *Gigas d.q.39.nu.11. & d.q.43.nu.5. Rot.diuers. d.decis.1182.n.1. Thessau.for. Eccles.c.22. n.51. & 52.* arg.eorum quæ dicit *Bellenc. in tract.de subsid. charit.q.45. vers.fateor tamen.* vbi loquẽs de charitatiuo subsidio, ad quod præstandum ille, qui beneficium, dimiserat, tenebatur decidens possessorem esse cogendum soluere, vel antiquum possessorem, vt magis pensionario placebit. & facit *Federic.d.cons.81.* quem refert, & sequitur *Card.in clement.1.q.11.de censib.* vbi dicit, quòd est in facultate creditoris pro oneribus præteritis incumbẽtibus beneficio, vel agere contrà nouum possessorem beneficij, vel contrà antiquũ possessorem, qui fructus percepit, & illis perceptis beneficium dimisit. *Gigas d.q.39.num.11. & 12. & d.q.43.n.5. Dec.cons.285. vol.2.* facit *gloss. in c.tua nobis. verb. Dominus. & in d.c.pastoralis.ad fin. verb. cũ onere. de decim. Gimin. in c.fin. §.porrò. de offic. Ordin.in 6.* Ità etiam dicitur, quòd si quis per plures annos non persoluit decimam de prædio, & demùm illud vendidit, est in electione creditoris decimarum cõuenire pro præteritis decimis emptorẽ, vel venditorem. *Anchar.* post alios. *in c.cum homines.vers.tertio quæro.de decim.* Similiter dicimus in bonis, quæ erant adscripta pro libra, & solido ad soluendas collectas laicorum, si peruenerunt ad clericum, poterit clericus conueniri pro collectis præteritorum annorum pro illis bonis, cum onus soluẽdi collectas sit impressũ rei, *Archid. in c.1.n.1.* & ibi etiã *Io.Andr. de immun. Eccles.in 6.Gemin.d.cons.19.nu.2.*

11 Con-

11 Conducibilius tamen est pēsionario, quòd potiùs agat contrà possessorem beneficij, quàm contrà hæredē defuncti prædecessoris, quia contrà possessorem beneficij procedi potest executiuè, quatenus non soluat, si autem vellet agere pensionarius contrà hæredem defuncti prædecessoris, tūc esset necesse iuris ordinem seruare. *Gigas d.q.39.nu.13.*

12 Verùm si pensionarius aget contrà successorem, idemmet successor habebit actionem contrà suum prædecessorē, si viuit, vel eius hæredes. *Io. Andr. in c.non est in mora.de reg.iur.in 6.Federic.conf.209. nu.6.Gemin.conf.4 nu.9. & per totum.*

13 Notandum tamen est successorem in beneficio ad pensiones decursas tēpore prædecessoris non teneri nunc, nisi priùs facta fuerit cum eodem prædecessore, vel eius hæredibus diligentia de illis consequendis, vt decisum, & confirmatum fuit *per Rotā corā Blanchetto in vna Ispalen. Pensionis. die 16. Decembris. anni 1577. & 22.Ianuarij 1578. & coram Pamphilio in vna Cæsaraugustana Pēsionis.13.Aprilis 1592. & in vna Barbastren.Pensionis. 19.Aprilis 1602. coram Lancellotto.* & refert *Thessau.for.Eccles.c.22.nu.52. & seq. Ricc.in prax.resol. p.1. resol.372. Cocciu. decis.327. nu.3.* & confert *Gemin. conf.3. n.9.& d.conf.19.n.2,* & ità fuerunt sublatę omnes difficultates istius quæstionis, quæ pendebat indecisa, vt testatur *Cassador. decis.4.nu.3.de locat.Gigas d.q.39. nu.13.*

14 Quando autem est imposita pensio auctoritate Apostolica super fructibus, & distributionibus alicuius Canonicatus, seu alterius beneficij, & propter absentiā, vel obitum Canonici, siuè beneficiati Capitulum iure accrescendi recipit omnes fructus, vel distributiones, tūc Capitulum tenebitur soluere pensionem pensionario, quamuis pensionarius à Capitulo nunquā exegerit, prout decidit *Rot.die 4.Iun.1593. in vna Romana Pensionis coram Litta.& die 29.Octobris.1591.in alia Burgen.Pensionis coram Pamphilio*, vt refert *Gonzal. super Reg.8.Cancel.gloss.5.§.5.nu.44.& seqq.Ricc.in prax.resol.p.1. resol.370.n.2.*

15 Nemo tamen pensionem soluere tenetur, qui possessionem rei, vel beneficij non habet. *Rot. diuers.p.1.decis.699.nu.1.*

16 Neque ad pensionis solutionem dicitur obnoxius successor, qui non percepit fructus præteritos, nam contrà nouū possessorem potest agi, quando nouus possessor posset recurrere ad hæredes percipiētes. *Put.decis.189.nu.2.3. & 4.lib.2.*

17 Optans autem præbendam maiorē, si simul optat nouum titulum beneficij, & primū dimittit, liberatur ab obligatione pensionis reseruatæ super prima præbēda dimissa, & successor in præbēda dimissa ad dictā pensionē tenetur, si verò optans retineret primū titulū, & optaret aliqua bona ratione antiquitatis, tunc ipse adhuc obnoxius remaneret solutioni eiusdem pensionis. *Gigas de pension. q.63.num.1.cum tribus seqq.* & fuit etiam resolutum in vna *Corduben.Pēsionis. 30.Aprilis.1593.corā Blanchetto.* & pluries ità resolutum fuisse dicit *Gonzalez super dicta Reg.8. Cancel. gloss.34.nu.45.46.& seq.* In simili etiam dicitur, quòd si reseruata fuisset pensio super bonis, & fructibus alicuius dignitatis, siuè beneficij de nouo illi applicatis, quàuis posteà illa bona auctoritate Superiorum permutata fuissent pro alijs bonis, nihilominùs cum semper retineat dictum titulum, & in locum dictorum bonorum sint alia subrogata, tenetur ad dictam pensionem, vt fuit pariter resolutum in vna *Vallisoletana Pēsionis sub 1. Martij.1602. coram Pamphilio.* & refert *Gonzalez dicta gloss.34.nu.47. & seq.*

18 Et quando fructus spectant ad Cameram Apostolicam, tenetur ipsa Camera soluere pensionem pro rata. *Gig.de pēsion. q.65.per totam, Bursat conf.361. num.24. vol.4. Paris.de resignat. benef lib.1. q.8. n.23.* & ab eo tempore, quo cœpit fructus præfatos, vsque ad diem, quo est facta prouisio Rectoris, tenetur ad expensas Capellani. *Federic.conf.209.per totum.*

19 Si quis autē prætendat contrà pensionariū super inualiditate, seu nullitate, aut super excessu pēsionis nō debet audiri, sed debet soluere pensionem, si prouisio erat sine retardatione solutionis pēsionis. *Rot. diuers.p.3.lib.3.dec.816.Ricc.in prax. resol.p.1. resol.368.n.1.* vel si pensionarius est in possessione exigēdi. *Rot.decis.1.n.3. de except in antiquior.* pēsio etenim priùs est soluenda, antequam super ea cognoscatur. *Rot.diuers.p.1.decis.301.nu.1.* etiamsi pensionarius non sit in quasi possessione exigendi, dummodò literæ Apostolicæ sint expeditæ. *ibid.nu.2.* & pluries fuisse resolutum per Rotam dicit *Ricc.in prax.resol. par.1.resol.368.nu.2.* item etiāsi exceptio

nullitatis oriatur ex ventre literarum, *ibid.n.3.* & *Rot.* pariter *diuers. d. decis.* 816, quod etiam procedit in translatione pensionis, quæ vigore facultatis Apostolicæ pensionarius trasferre poterat, vt fuit decisum in vna *Bononien. Pēsionis. 17. Maij. 1593. coram Millino. Ricc. dicta resol.* 368. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Pensio an sit remittenda propter sterilitatem, siuè per ablationem fructuū.* & *n. u. seqq.* & *nu.* 10.

2 *Remissio affictus, siuè pensionis, si fieri debet, est probandum damnum fuisse passum in omnibus fructibus vltrà dimidiam.*

3 *Remissio affictus siuè pensionis fieri debet, quando non potest solui dimidia pensionis deductis impensis.*

4 *Remissio non fit, quando fuerunt collecti fructus, ex quibus tantum perceptum est, quod ascendit vltrà dimidiam pensionis.*

5 *Remissionem prætendens debet damnū perceptum denunciare, siuè protestari in tempore.*

6 *Denunciatio, siuè protestatio damni, quando non est necessaria ad petendam remissionem mercedis.* & *n. seq.*

7 *Notorium damnum, siuè impedimentum excusat à mora.*
Frustra fit, quod factum non releuat.

8 *Pensio est diminuenda, quando damnū contingit in substantia rei.*

9 *Damnum quando dicatur contingere in substantia rei.*

10 *Pactum adiectum instrumento locationis super facienda remissione est intelligendum secundum ius cōmune.*

11 *Remissionem non potest prætendere, qui annis præcedentibus habuit redditus vberes.*
Sterilitas cum vbertate compensatur.

12 *Remissio pensionis est facienda ob bellum, siuè casum insolitum.*

13 *Insolita non veniunt, nisi specificè nominentur.*

14 *Remissio in Emphyteusi non fit ob sterilitatem.*

§. Nonus.

1 AN clerico soluenti pensionem super beneficio, quod possidet, sit remittenda pensio, tàm propter sterilitatem, quàm propter ablationē fructuum ab hostibus factam, quando in literis Apostolicis de his nulla fit mentio? In hoc casu est distinguēdum, nam aut ille, qui soluit pensionem iam collegerat fructus, sed per violentiam hostium fuerunt subtracti, aut collegit tot fructus, qui ascēdunt ad dimidiam partem fructuum, quos consueuit colligere, putà si consueuerat percipere ducēta, & percepit centum, aut non percepit mediam partem fructuum, quam consueuit percipere. Primò casu tenetur ad integram, pensionem, quia fructus iam erant collecti, & facti sui, prout in simplici cōductore dicitur. *l. damnum. C. locat. Bart. in l. si merces.* §. *vis maior. col. fin. vers. quandoque conductor. ff. locat. Bald. in l licet. C. eod. Imol. in cap. propter sterilitatem. colum. 7. vers. contrà supertius. eodem. Alex. de Neuo cons. 67. nu. 5.*

2 Secundò casu tenetur pariter ad integram pensionem. *Alex. de Neuo d. cons. 67. n. 6. 7.* & 8. vbi de communi testatur, quia neque in simplici conductore diminuitur pensio, quādo ille percepit dimidiam partem fructuum illius partis, quæ consueuit communiter colligi, ad hoc etenim, quòd fiat remissio mercedis, siuè affictus conductor probare debet se in omnibus fructibus vltrà dimidiam damnum fuisse passum. *gloss. in l. si vno. ff. locat. Bar. in d. l. licet. vbi etiam Bald.* & *aly. C. locat.* DD. communiter *in d.* §. *vis maior. Aretin.* de communiori opinione. *cons. 52. nu. 2. Bero. cons. 141. nu. 1. vol. 1. Calcan. cons. 24. n. 12.* & *13. Nat. cons. 449. n. 5. Brun. cons. 166. nu. 1. Bursat. cons. 309. nu. 3. Surd. cons. 34. nu. 22. vol. 1. Boss. in tit. de remiss. merced. num. 4. cum seqq. Capra conclus. 88. nu. 49.* & *seq. Caroc. in tract. de remiss. merced. q. 1. nu. 4.* vbi dicit de commun, & de magis communi opinione. *Capic. decis. 88. nu. 1. Barz. decis. 59. nu. 12.* & *seqq.*

3 Vel dimidiam pensionis soluere non possit deductis impēsis, hoc enim dicitur damnum intolerabile. *Corn. cons. 128. col. penult. vol. 2. Crau. cons. 95. Paris. cons. 38. vol. 1. Angel. cōs. 15. n. 2.* & *3. Bero. cōs. 143. nu. 22.* & *24. vol. 1. Bursat. cons. 193. n. 27.*

Surd.cōſ.34.n.7.Boſſ.d.tit.n.5.& crebriorem, & vetiorē opinionē refert Menoch. de arbitrar.lib. 2.cent.1.caſ.76.n.5. non fit tamen remiſſio, quando fructus percepti ſunt vltrà dimidiam ſolitæ perceptionis, licet ità vilis precij ſint, vt non aſcēdant ad dimidiam penſionis. Boſſ. dicto tit. num.6.

4 Si autem nihil frumenti, vel alterius ſpeciei fructuum perceptum ſit, dummodò fuerint collecti alij fructus, ex quibus tantum habuit, quòd aſcēdit vltra dimidiam pēſionis, tunc non debet fieri remiſſio. Bal.in d.l.licet.col.fin.Calc.d.conſ.24. nu. 12.& 13.Bero.conſ.141.vol.1.Socein. Iun.cōſ.78.n.6.vol.2.Nat.d.cōſ.449.n.5. nā cauſa finalis penſionis, ſiuè affictus ſumitur ex omnibus fructibus non ex aliqua particulari perceptione. Surd.d.conſ.34. n.22.cum ſeq.& n.54.Rimin. Iun. conſ.4. n.11.cum ſeq.Caroc.d.q.1.n.15.Gig. in d. tract.de penſion.q.62.n.16. qui teſtatur de communi. facit l.ſi fundus. §. fin.ff.ſolut. matr.Caſtr.in l.diuortio.§.quod in anno. num. 2. ff. eod.

5 Multòque minùs eſt locus remiſſioni, ſi conductor non denunciauit damnum intra octo dies, ac etiam non probauit dāni quantitatem, prout requiritur. Port. conſ. 143.nu.17.Bero. de conſ. 141. nu. 7. Teſſan. deciſ. 108. num. 1. Nam pro remiſſione obtinenda requiritur prius proteſtatio in tēpore. l. itē quæritur. §. exercitu.ff.locat.Felin.in cap.cum M. nu.65. & Rip. nu.166. de conſtit. Caſtr. in dicta l.ſi merces.§.vicinus.ff.locat. Dec.conſ.74. nu.1. & 4 Bero.conſ.140.num.13. & 47. vol.1.Burſat.conſ.193.num.5.vol.2. Boſſ. in d.tit. de remiſ. merced. n. 51. & 52.

6 Niſi grando, ſiuè inundatio fuiſſet notoria, & præſertim locatori.

7 Quia in impedimento notorio non eſt neceſſaria aliqua diligentia, ſeù proteſtatio, præſertim, vt quis à mora excuſetur. cap. eum qui certus de reg iur.in 6. gloſſ.in l.ſi dictum. §.ſi præſente. de euict. & in l emptor. C. eod. Bald. in l.fin. §. 1. C. de vſu rei iud. Bero. conſ. 83. num. 3. vol.1. Surd.deciſ.316 n.82. & ſeq.Soccin. Iun.conſ.101.n.16.vol.3.dicēs de verioti, æquioti, & magis cōi. Affict.deciſ.50.n.5. Boer. deciſ.49 nu.7.Oſaſc. deciſ. 177.n.12. & de notorio poteſt etiam Iudex ſeſe informare ex officio. Surd.loco cit. Vel vbi proteſtatio prodeſſe non potuiſſet, quia tunc impunè potuit omitti. Fulgoſ.in l.ſi adeò. ff. de euict.Soccin.Iun.cōſ. 120.n.11. & ſeqq.vol.3.Crau.conſ. 179.n.6.Bellam. deciſ.698. Affict.deciſ. 49. fruſtrà enim fit, quod factum non releuat. l.hac ſtipulatio. §. Diuus ff vt leg.nom. cau. Caſtren. conſ.21.290.& 292.volum. 1. Oſaſc. dicta deciſ.177.num.11. Siue quando res eſt perempta, nam re perempta ad hoc, vt quis liberetur à ſolutione penſionis, fruſtratoria eſt omnis proteſtatio, cum liberatio contingat ipſo facto. Bart. in l. interdum. §.qui ex naufragio. ff. de acq. poſſ. Soccin. Iun.d.conſ.120.n.21.& ſeq.

8 Quando enim damnum contingit in ſubſtantia rei, tunc non eſt præſtandum intereſſe, ſed penſio eſt diminuenda, non obſtante, quòd conductor lucretur ex parte non perempta. l.ex conducto. in prin.ff. locat. gloſſ.in l.domum.verb.nihil. ff. de contrah. emp.Nat.conſ. 449. per totum. Aret.conſ.55.per totum. Alban. conſ. 387. num. 13. 15. 113. cum ſeqq. & conſ. 392. num.2. 4. & 5. volum.2. Ruin. conſil.77. num.7. volum. 1. Surd. conſ.34. num.19. & ſeqq. conſil.194. num.4. volum.1. & conſ.197 num.4.& ſeq.vol.2.Boſſ.in d.tit. de remiſſ.merced.n.37.verſ.ſeptimo ponit. & nu. 104. vſque ad num. 108.Petr.de Vbald. in tract.de duob.fratr.p.11. prin. quæſt 32.nu.113.verſ.ſi autem ſterilitas. ſeu caſus euenit in re. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ.757.nu. 3. quæ loquitur in re obnoxia ſolutioni cenſus, quia in caſu conuerſo, ſi damnum pateretur conductor, id non ſuppleretur per locatorem, niſi eſſet intolerabile, vt dictum eſt, vndè meritò non eſt audiendus dum id prætendit, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus l.ſi ea lege. C.de vſur.l.pen. & ibi gloſſ.C.de ſolut.

9 Damnum autem tunc dicitur contigiſſe in ſubſtantia rei, quando res locata perijt, & ita interijt, vt eius vſus haberi non poſsit. Bart.in tract.de Alueo. §.ſtricta ratione.nu.4. & 5.Bald.in Rubr.ff.de rerum.diuiſ.& in d.l.licet.num.7.C.locat. Alex.conſ.112.n.1.vol.1.Brun.de inter.& perempt.num.6. verſ.ex prædictis. Ita in domo exuſta, in qua tantum arca remanſit. l. ſi quis domum. §.fin.& l.ſed & addes. §. ſi quis cum in annum. ff. locat. Et in molendino, à quo impetu fluminis receſsit aqua quantumcumque ſuperfuerint ædificia apta ad aliquem vſum. l.ſi ager.ff. quib.mod.vſufruct. amit. Fulgoſ.cōſ.193.

col.

*col fin. verf. iure autem communi. Natt. d.consil.*449.*n.* 16.Itá etiam dicitur in eo, qui conduxit domum, vt illam habitaret legendi causa, & superuenerit impedimētum, ex quo non potuit legere. *Castren. in l.cum in plures.in princ.* vbi etiā *Bart. ff.locat Surd.decis.* 326 *nn.*21.

10 Quòd si in Instrumento locationis fuerit adiectum pactum super facienda remissione damni in causa grandinis,belli,aquarum,& huiusmodi,tunc huiusmodi pactum est intelligendum secundum terminos Iuris communis, videlicet in damno plusquam intolerabili, non autem in minimo,& leui, & ita secundum naturam contractus locationis. *l. si vno. ff. locat. l.veteribus.ff de pact.Bal.conf.* 329. *nu* 1. *vol.*2. *Alex.conf.*113.*n* 5. *vol.* 2. *Iaf.cōf.* 39. *num.*2.3 *&* 4.*vol.*1.*Bero conf.* 142 *n.* 24. *&* 28.*vol* 1.*Gozadin.conf.* 74.*n.*9. *& seqq. Crau.conf.*234.*n.*4.*Cæphal. conf.*104.*n.*9. *&* 12.*Rimin. Iun.conf.*282.*n.*105. *cum seqq.& conf.*92.*Surd.conf.*34.*n* 7 *vol.*1.*& conf.*383. *num.*2. *&* 24.*verf. respondeo.*2. *vol.*3. quidquid dicat *Pantzman.in tract. de remiss. merced.q.*11.*nu.*1.vbi citat plures Doctores, quorum aliqui non tractant in specie de hoc puncto,sed de eo in genere, an videlicet per pactum intelligatur recessum à Iure cōmuni,*vt Port.cōf.*144. *num.*13.*& Natt.conf.*384.*n.*12. Alij procedunt in casu longè diuerso. *vt Soccin. cōf.*78.*volum.*2.necnon *Ruin.*reprobatus à *Rimin.Iun.dicto conf.*282. atquè etiam *Cæphal.conf.*257.*nu.*13.*&* 16.Tertió verò casu distinguendum est, nam aut fructus, & prouentus,de quibus,& super quibus debet solui pensio,sunt appositi gratia taxationis, vt quando dispositum fuit, quód soluas pēsionem Titio de fructibus, vel redditibus talis beneficij; aut sunt appositi gratia demonstrationis, vt quando dispositum fuit, quòd imponatur pensio, quæ soluatur ex fructibus, & redditibus talis beneficij. Cognoscitur autem demonstratio quando sub diuersis verborum conceptionibus aliquid exprimitur, putá si testator legat quadringentos aureos Titio, & subdit quòd illos quadringentos vult solui ex ducentis sibi debitis à Titio,& ex alijs ducētis sibi debitis à Sempronio: Verùm si sub vna verborum conceptione legat,& declarat,putá lego decem,quę mihi Titius debet, vel quæ sunt in arca,tunc dicitur cognosci taxatio.*Felin.in cap super litteris. nu.*4.*de rescript Rot decis.*11. *num.* 8.*&* 9. *de testam.in antiq.*ai causa demōstrationis,debetur tunc pensio, etiamsi nullus fructus fuerit perceptus. *l. Lucius ff. de alim.& cib.leg.l. quidam testamento. ff. de leg.* 1. *Bart.in l.inter stipulantem. §.sacram. & ibi Imol.ff.de verb.oblig.Salyc.in l.si quis argentum.C de donat.Felin.in cap.ad audientiam.*2.*n* 7.*de rescript Castr.conf.* 51. *col.pen. & conf* 138 *col.*4.*Gig.in tract. de pension.q.* 62.*nu.*19 *&* 20.*Caccialup. eod. tract.q.*16.*n.*1.*Rot.d.decis.*11.*n.*8.*&* 9. *de testam.in antiqu. Alex de Neuo.conf.* 67. *n.* 9.*&* 10. Si verò causa taxationis,tunc aut est faciēda vnica solutio, seú præstatio, aut sunt faciendæ plures præstationes, seú solutiones singulis annis,primo casu si nihil fuit perceptum,nihil debetur. *l eum certus. ff. de vin. & trit. leg gloss.in l. & hactenus.verb.ab eo.ff.de vsufr. Felin. in d. c.ad audientiam.*2.*num.* 7.*Alex. de Neuo d.conf.*67. *nu.*9. *&* 11.*Castr.d.conf.*51.*col. pen.Caccialup. d.q.*16.*n.* 5.*& Gig.d. q.*62. *n.*19.*&* 21.Secundo verò casu debetur integra pensio, quia si fructus non nascuntur vno anno, debet suppleri,seú fieri solutio de fructibus annorum præcedentium, siuè sequentium. *l.ex eo.ff.de vin.& trit. leg.l.legatum. §.vini.& ibi gloss.ff.de annu leg.Bart. in d.§.sacram.Alex.de Neuo d.n.*11.*Caccialup.d.num.*5.*Rot.d.decis.*11. *num* 8. *&* 9.

11 Quinimò beneficiatus,soluens pensionem non potest allegare exceptionem sterilitatis,grandinis,siccitatis,seú incursionis hostium, si præcedentibus annis habuit redditus vberes,tunc enim sterilitas cum vbertate compensatur. *d. l. licet. C. locat.c.propter sterilitatem.vbi Abb.nu.* 1. *&* 2.dicens communem. *cod.gloss.fin. in cap.vobis.* 12.*q.*2.*Felin.in d.c. ad audientiam.*2.*n.*7.*Salic.in d.l.si quis argentum. §.*1. *Alex.de Neuo d. n.*11.*Caccialup.dicta q.*16 *n.*6. *Gig.d.q.*62.*n.*7. *Rot.diuers.p.*1. *decis.*757.*nu* 3.nam nequè per vbertatem vnius anni tenetur conductor soluere maiorem pensionem. *Abb.in d.c. propter sterilitatem num.* 5. nisi casu fortuito fieret vbertas.*Abb.in eod.c propter sterilitatem. in fin.* vbi etiam*Hostien. nu.* 7.

12 Nequè est locus priuationi pensionis ob illius non solutionem, remissioquè pensionis est facienda,si propter bellum fructus beneficij percipi non potuerunt, non

non obstan. quod in literis reseruationis fuisset dictū. quòd beneficiatus teneretur soluere, etiam stantibus damnis, & impedimentis, etiam ratione bellorum, de populationis agrorum, & vniuersaliter alterius naturalis, aut accidētalis sterilitatis, & non obstante, quòd esset exemptus à decimis, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs iustis, vel iniustis, à quocunque, vel quacunque quantumuis vrgentissima causa impositis. *Mobed.decis.5.de locat.*

13 Quia bellum insolitum nunquam venit, nisi specificè dicatur. *ibid.nu.1.* cum vbi quis tenetur de casu fortuito, intelligatur de solito, & non de insolito, & non verisimili. *Bart. in l.2. §.quæsitum. ff. si quis caut.* casus autē insolitus dicitur contingere præter omnem cogitationem, & verisimilitudinē. *Rot.diuers.p.1.decis.725. num.11.*

14 In Emphyteusi autem non fit remissio pēsionis ob sterilitatē. *Abb. in d.c.propter sterilitatem. num.3.* vbi fatetur communem. *Aret.cons.55. Rot. diuers. par.1. decis.139.num.5. Bald.in Rubr.C.de iur. emphyt.* & ibi etiam *Cyn.*

SVMMARIVM.

1 *Successor in beneficio an teneatur ad expensas factas pro remotione prædecessoris malè se gerentis in beneficio.*
2 *Pupillus defenditur expensis eiusdem pupilli.*
3 *Indigni assumptio nocet Ecclesiæ.*
4 *Parochiani admittuntur ad remotionem mali Rectoris.*
Patroni item beneficij.
5 *Prouidendi de beneficio debent esse grati Parochianis, & Ecclesijs, quibus præficiuntur.*
6 *Patronus debet præsentare Rectorem gratum Parochianis.*
7 *Fructibus beneficij vacantis pendentibus, & inexactis potest satisfieri debitis beneficiati prædefuncti.*
8 *Hæres tenetur pro facto proprio beneficiati prædefuncti, qui malè administrauit Ecclesiam, & eius bona, seù alia debita contraxit.*

§. X.

1 AN Ecclesia, seù successor in beneficio teneatur ad expēsas factas pro remotione clerici malè se gerentis in beneficio? Et dicitur teneri. *Gemin.cons.55.nu.1. & per totum. Archid.in c.filijs. nu.1.16.q.7.& Io.Andr. in cap.in quibusdam. de pœn.* Vbi dicunt, quòd Patronus, qui potest agere ad remotionē Rectoris propter demerita sua, hoc faciat expensis Ecclesiæ, quia sufficit Patronum ponere de suo diligentiam, & ministerium personale adhoc procurandum.

2 Prout in simili dicitur de tutore, qui defendit pupillū expensis pupilli. *l.à tutoribus. in fin. ff. de admin. tut. l.idemque. §.idem Labeo. ff.mandat. l.si quas. §.impendia. C.de bon. matern.* Neque quispiam tenetur de suo beneficium facere, nec suis sumptibus militare. *cap. charitatem in fin.12.quæst.2. cap.cum ex officij. in fin. de præscript. cap.cum inter. in fin. de except.* & tantò magis ad illas expensas Ecclesia tenetur, quia quando agitur de electione Prælati expensæ occurrentes debent fieri de bonis Ecclesiæ, de cuius electione agitur, quia illud censetur negotiū Ecclesiæ. *cap.vt præterita. & ibi gloss.1. de elect. & c. cupientes.§.ad hæc.vbi etiam gloss.verb. expensis.eod.in 6.*

3 Idem dicēdum est in remotione mali Prælati, vbi non minùs procurari dicitur vtilitas, & beneficium Ecclesiæ, quàm in creatione eiusdem. *cap. veritatis. de dol. c.fin.de accusat.Gemin.in d.cons.55.nu.4. arg.eorū.quæ not. in c.venerabili. de offic. deleg.* Et nihil est, quòd magis noceat Ecclesiæ, quàm assumptio indigni ad regimen animarum. *c.nihil est.de elect.* nam Ecclesia ex regimine mali Prælati ad irreparabilem desolationem deducitur. *d.c.fin. de accusat.* & ideò procurans, vt malus Prælatus remoueatur, repetit expensas ab Ecclesia, cuius vtilitatem procurauit. *Gemin. d.cons.55.num.5.*

4 Parochiani autem, & Patroni admittuntur ad petēdam remotionem mali Rectoris, vel eius, qui non est legitimè institutus, cum eorum intersit bonum habere Rectorem. *c. constitutum. & ibi gloss.pen. 16.q.1. gloss.2. in c.filijs. ead q.7. in c.venerabili. verb. suspectus. in fin. de offic. deleg. & in c.ex parte Ada.verb.tacito.vbi etiam Abb.num.5. & DD. de testam.Lap. alleg.11.Abb.in c.quod Dei. nu.1. de stat. Monach. Franc.in c.eum singula. nu.5. de præben.in 6.Federic.cons.23. Alex.de Neuo cons.48. num.7.*

5 Et ideò prouidendi de beneficio debent

bent esse personæ gratæ Ecclesijs, quibus præficiũtur, & earũ Parochianis. *d c. quod Dei.* & ibi *Abb. n. 1. & Butr. nu. 5. de Stat. Monach. Prob. in c. cum in illis. nu. 34. de praben. in 6.* vt dictum fuit *in tit. de Disciplina Clericali. §. 15. nu. 16.*

6 Et Patronus debet præsentare Rectorem gratum Parochianis. *c. nullus. 61. dist. Io. Selua in tract. de Benefic. p. 2. quæst fin. num. 35. & seq.*

7 An autem ex fructibus beneficij vacantis pendẽtibus, ac inexactis possit creditoribus ob debita beneficiati defuncti, vel ob procuratam dictam remotionem satisfieri? *Nauar. in Apolog. de reddit. Eccles. q. 2. mon. 26. in fin. & cons. 4. de success. ab intest. in antiq.* tenet affirmatiuam multis rationibus.

8 Et quia euenit aliquoties, quòd clericus pro facto proprio obligauit bona Ecclesiæ, vel ea malè administrauit, vt putà reliquit Ecclesiam debitis grauatam, tunc tenetur eius hæres, vel patrimonium ipsius clerici defuncti pro illa mala administratione. *cap. quicunque. & ibi gloss. fin. 12. q. 4. c. 2. de solut. c. ex litteris. ubi gloss. verb. maleficium antè fin. de pignor. gloss. fin. in c. placuit. 1. 7. q. 1.* Zabarel. *cons. 110. nu. 4. Abb. in c. ex præsentium nu. 3. & 8. de pignor. Gemin. cons. 3. num. 8. Bursat. cons. 238. nu. 14. vol. 3.* & tetigi *in tit. de Bonis Clericorum. in §. 1.* Et si vendiderit bona Ecclesiæ tenetur resarcire de suo. *c. statuimus. cum duobus seqq. 12. q. 2. Rot. diuers. par. 2. decis. 178. nu. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Visitanti Episcopo sunt administrãda expensa necessaria.*
2 *Visitanti Episcopo Ecclesias Ciuitatis sunt quoque danda expensæ.*
3 *Expensæ Visitationis quare exigãtur.*
4 *Victualium nomine non veniunt vectura equorum.*
5 *Visitanti Archiepiscopo suam Prouinciam sunt subministranda expensæ.*
6 *Expensæ subministrandæ Visitatori debent esse moderatæ.*
7 *Dos debet à patre constitui secundùm facultatem patrimonij.*
8 *Visitans Rectorem pauperem debet de proprio sibi victum quærere.*
9 *Visitator non debet longam moram trahere in loco visitato.*
10 *Hospitalia non tenentur ad procurationem Episcopo visitanti.*
11 *Confraternitas habens Hospitale cum Ecclesia tenetur ad procurationem Episcopo visitanti.*
12 *Visitatoribus Apostolicis visitantibus alienas Ecclesias est subministranda procuratio victualium, & equorum.*
13 *Procuratio ab omnibus est exhibenda Visitatori.*
14 *Procuratio, quæ datur Visitanti, non potest præscribi à visitandis.*
15 *Regulares possunt se iuuare consuetudine non soluendi procurationem Visitatoribus Apostolicis, siue Diœcesanis.*
16 *Executio potest relaxari pro exactione procurationis.*
Appellatio non datu ab executione pro procuratione.

§. XI.

1 Tenetur clericus Episcopo visitãti suam Ecclesiam ad expensas necessarias, videlicet ad victualia tantùm. *c. 1. §. procurationes. & ibi gloss. verb. visitatus. Host. n. 21. 22. & 23. Arcbid. nu. 1. & nu. 5. vers. in victualibus. & Io. Andr. de censib. in 6. Extrauag. vnic.* ferè per totam. *de censib. inter communes. Concil. Trident. cap. 3. circà med sess. 24. de reform.* etiamsi Episcopatus habeat redditus vberes. *c. si Episcopus. de offic. Ordin. in 6. Abb. in c. procuratores. n. 5. de censib.*

2 Quinimò & si ipse Episcopus visitaret in propria Ciuitate, vel loco suæ residentiæ, quamuis tunc possit pro prandio, & cœna domum suam se recipere. *c. venerabili. vbi glos. verb. non soluerunt. & verb. rationabile. Abb. n. 2. Host. in princ.* & alij. *de censib. Arcbid. in c. cauendum. nu. 3. 10. quæst. 3.*

3 Cum non tantùm ratione interesse exigantur huiusmodi expensæ, sed etiam ratione officij; & in signum subiectionis. *Abb. d. nu. 2.* nisi aliud consuetudine seruetur, quæ seruanda est. *Conc. Trid. d. cap. 3.*

4 Equorum autem vecturæ non veniũt nomine victualium. *Arcbid. in d. §. procurationes. d. num. 5. vers. in victualibus. & Franc. col. 2. in princ. Butr. in c. si Episcopus. num. 7. & ibi DD. de offic. Ordin. in 6.* & ideò exigi non possunt equorũ vecturæ. *Syluest. verb. Visitatio. q. 6. Azor. Instit.*

Moral. par. 3. lib. 13 cap 30 vers. quinto.

5 Et quòd dicitur de Episcopo visitãte suam Diœcesim, dicendum etiam venit de Archiepiscopo visitãte suam Prouinciam. *c. cum nuper. & ibi Abb. num. 1. de censib. Host. in d §. procurationes. n. 22. & seq.*

6 Huiusmodi autẽ victualia debent esse moderata secundùm facultates Ecclesiæ, non autẽ est indebitè grauandus clericus. *c. conquerente. antè fin. de offic. Ordin. c. cũ instantia. c. cum nuper. & c. sopita. in fin. & ibi gloss. fin. de censib. Archid. in dicto §. procurationes. num. 22 & 23.* quare habẽda est ratio, ne clericus posteà indigeat. *arg. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & c. cum Apostolus & c. sopitæ. de censib. in 6.*

7 Quamobrem non debet Episcopus quærere sumptuosas epulas, sed cum gratiarum actione accipere, quod honestè, & competenter fuerit ministratum, ne longi temporis victum breuis hora consumat. *d. cap. cum Apostolus. in princ. Host. in d. cap. cum instantia. nu. 8. de censib.* & ità visitantes procurare debent, quòd ad extremam patrimonij exinanitionem non redigantur Ecclesiæ ratione procurationis, ad quam tenentur. *cap. inter cætera. & c. illud* 10 *q.* 3. & in simili dicitur dotem à patre constitui debere filiæ iuxtà facultatem, idest cõsiderata qualitate personæ, quantitate patrimonij, & numero familiæ. *l. quaro. & l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. l. cum filia. ff. de leg.* 3. Neque recipit Ecclesia erogantem vniuersum patrimonium. *Roman. cons. 364. nu* 3.

8 Quinimò si Ecclesia sit pauper, & clericus Rector non habeat pro seipso, tenetur Episcopus visitando sibi de proprio prouidere, quia ad hunc effectum habet redditus Episcopales. *d. c. cum instantia. & ibi gloss. verb. pragrauari. Host. nu* 5. *& 6. & Abb. nu. 7. de censib. Host. in dicto §. procurationes. nu. 44. Archid. n. 1. Innoc. & alij.* & clericus pauper non debet grauari in exhibenda procuratione. *gloss. fin. in d c. procurationes. & ibi Abb. nu. 7. de censib. & in d. c. cum instantia. d. verb. prægrauari. vbi etiam Abb. nu. 7. Archid. in d. §. procurationes. num.* 1.

9 Et ad effectum ne visitatio sit nimis grauis, & onerosa, non debet Visitator sine iusta causa moram trahere in vno loco supra diem vnum, nisi necessitas aliud inducat. *c. inter cætera. 10. q. 3 Abb. in d. c. cum Apostolus. nu. 6. & in d. c. procurationes. num. 3. Archid. in c. felicis. per totum. de censib. in 6.*

10 Non potest tamen exigere procurationem ab Hospitalibus, quæ visitat. *gloss. fin. in d c. procurationes. Bonifac. in clem. quia contingit. nu. 49.* & ibi etiam *Card. de relig. dom. Lap. de Castillion. in tract. de Hospitalibus. nu. 98.*

11 Ab huiusmodi tamen procuratione non potest se excusare Confraternitas habens Hospitale cum Ecclesia, Campanili, & Campanis, & ibi celebrantur Missæ, cũ sit locus pius, & sic subiectus Episcopo. *Caputaq. decis. 228. num. 3. par. 1.*

12 Legatis autem, vel Nuncijs, siuè Visitatoribus Apostolicis, qui mittuntur ad visitandum alienas Ecclesias est prouidendum non solùm de procuratione. *d. c. cum instantia. c. accedentes. de præscript. Host. in d. c. procurationes. n. 2.* sed etiam de vecturis equorum, & alijs necessarijs. *Abb. in d. c. cum instantia. num. 1. 2. & 3. & in d c. procurationes. nu. 4. & 5. vbi etiam Innoc.* Ratio autem quare non ità sit prouidendum Episcopis visitãtibus Ecclesias proprias, ea est, quia Episcopus habet redditus proprios sibi assignatos cũ eo onere, ideò visitando exequitur munus sibi ex necessitate officij iniunctum; Nuncius verò, seù Legatus, siuè alius Apostolicus Visitator alienum munus exequitur, ideò officiũ suum non debet illi esse damnosum. *Abb. in c. cum ab omni. nu. 13. de vit. & honest. cler. Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 22. num.* 10.

13 Neque aliquis ab ea procuratione excusari potest, neque Canonici. *Abb. in c. accedentes. nu. 4. de præscript.* neque laici excusantur ab huiusmodi procurationis onere maximè si fuerit consuetudo illam dandi, quia ipsi visitantur, & beneficia spiritualia ipsis conferuntur. *gloss. final. in c. placuit. 10. q. 1. Io. Andr. in c. 1. vbi etiam Imol. de censib. in 6. Azor. p. 2. Inst. Moral. lib. 3. cap. 42. q. 3. vers. alij.*

14 Procuratio autem, quę iure cõmuni dari debet Visitãtibus nullo vnquam tempore præscribi potest à clericis secularibus. *d. c. accedentes. & c. cum ex officij. de præscript. Abb. cons. 26. per totum. Capel. Tholos. q. 333. nu. 1. 2. & 3.*

15 Monasteria autem Regulariũ à solutione procurationis, quæ datur Legatis, seù Nuncijs Papæ, & Episcopis Diœcesanis possunt se iuuare cõsuetudine non soluẽdi

tanti temporis, cuius initij memoria non existit. *Abb.d.consf.26.nu.5.vsque ad fin.* possunt etiam recusare procurationem, si fuerint priuilegijs exempta. *c.1. in fin. de censib. in 6.*

16 Pro huiusmodi autem procuratione potest relaxari executio, ex quo appellãti resistit ius cõmune. *Rot.decis.35.de appel. in nou. Caputaq. decis.128. num.2.par.1.* Dicitur quoque Episcopo alterius Ciuitatis inuitato ad ordinañ. clericos, ad cõsecrandum altare, siuè Ecclesias, seù ad faciẽ. alia huiusmodi esse subministrandas expensas ab his, à quibus inuitatur. *Arebid. in cap. si Episcopus.num.2. vbi Io. Andr. & Butr. de offic. Ordin. in 6. Surd. cons.254.num.20.vol.2.* Quòd si id fiat ab Episcopo in sua Ciuitate, & Diœcesi, secùs est. *Surd.d.nu.20.* si verò est consecranda Ecclesia extrà Ciuitatem Episcopus etiã proprius expẽsas habere debet. *c. cum sit Romana. de simon. Specul. lib.1.p.4.tit. de Salarijs. §.1.nu.9. Thessau.for.Eccles.p.1. cap.5.num.16.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi non possunt imponere taleas, & exactiones clericis sibi subditis.*
2 *Charitatiuum subsidium Episcopus in aliquibus necessitatibus petere potest à beneficiatis sibi subditis, dummodò subsit causa manifesta, & rationabilis.*
3 *Causæ rationabilis, & iustæ determinatio relinquitur arbitrio Episcopi.*
4 *Causæ iustæ, & rationabiles, quæ sint ad postulandum charitatiuum subsidium à beneficiatis.*
5 *Charitatiuum subsidium pluries peti potest, si causa sit rationabilis, & manifesta.*
6 *Charitatiuum subsidium peti potest ab Episcopo, quando Episcopus ex suo proprio satisfacere nequit.*
7 *Principes subditis onera imponere nequeunt, quando ipsi ex suo ferre possunt.*
8 *Charitatiuum subsidiũ Episcopus imponere nequit sine consensu Capituli, & Cleri.*
9 *Charitatiuum subsidium non potest præscribi.*
10 *Facultatis quæ sũt præscribi nequeũt.*
11 *Possessio, seu quasi possessio non acquiritur in his, quæ sunt facultatis.*
12 *Possessio, seu quasi possessio non acquiritur per actus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia.*
13 *Visitatio est impræscriptibilis.*
Correctio item.
Procuratio similiter.
Cathedraticum quoquè.
14 *Charitatiui subsidij quantitas quæ sit. Arbitrium boni viri debet esse regulatum à iure.*
15 *Charitatiuum subsidium potest exigi etiam per censuras.*
16 *Episcopus pro suis necessitatibus potest fructus Ecclesiarum percipere. & nu. seq.*
17 *Aequitas scripta necessitatẽ importat.*
18 *Charitatiuum subsidium potest exigi ab exemptis, & a Regularibus, nisi consuetudo non soluendi allegaretur.*
19 *Charitatiuum subsidium non potest exigi à clericis pauperibus.*
20 *Distributiones quotidianæ non sunt obnoxiæ charitatiuo subsidio. & nu. 36.*
21 *Beneficium fore decimabile, vel non, remittitur ad arbitrium boni viri.*
22 *Dos Ecclesijs constitui debet, vt sit sufficiens pro sustinendis oneribus incumbentibus.*
23 *Moniales pauperes non possunt subsidijs grauari, nequè decimis Papalibus.*
24 *Moniales non habentes redditus vltrà summam quatuordecim ducatorum auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis non possunt grauari subsidijs, siuè decimis Papalibus.*
25 *Cardinales non tenentur ad subsidium charitatiuum.*
26 *Curiales Curiæ Romanæ an sint exẽpti à subsidio charitatiuo.*
Familiares Papæ, seu Cardinalium an teneantur contribuere subsidio charitatiuo.
27 *Consuetudo est optima legum interpres.*
28 *Consuetudo habet vim derogatiuam, interpretatiuam, & limitatiuam.*
29 *Consuetudinem non extare potest probari per vnum actum contrarium.*
30 *Consuetudo non potest allegari, quando actus sunt difformes.*
31 *Consuetudo vt probetur, requiritur temporis diuturnitas, & actuum frequentia.*

32 Pen-

32 *Pensionarij tenentur pro rata ad subsidium charitatiuum, & ad alia onera. & num. seq.*
33 *Pēsionarij tenētur ad decimā Papalem.*
34 *Executio potest relaxari pro subsidio charitatiuo nō obstante appellatione.*
35 *Decima debetur Parocho à clericis de bonis patrimonialibus, & acquisitis.*
36 *Decimam soluere non tenentur clerici de bonis Ecclesiæ, nisi bona fuissent tributaria.*
37 *Decima non debetur de distributionibus quotidianis.*
38 *Charitatiuum subsidiū potest ex causa Capitulum Sede vacante exigere.*
39 *Charitatiuum subsidium Prælati Episcopis inferiores imponere nequeunt.*

§. XII.

1 ET quemadmodū seculares Clericis taleas, & exactiones imponere nequeunt, vt dictum fuit *in tit. de Exempt. Cleric. or. à muner. publ.* ità nequè Episcopi, seù Prælati, eum enim dicat *D. Paul. 2. Cor. 12. Non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs longè multùm à paterna pietate videtur, si Præpositi suis subditis graues existant, quos in cunctis necessitatibus Pastoris debent more foue re c. ap. conquerente. de offic. Ordir. c. cum Apostolus. §. probibemus. de censib. c. 1. de excess. Pral. c. quia plerique. de immunit. Eccles. Archid. in cap. quia. num. 3. 10 q. 3.*

2 Pro multis tamen necessitatibus, quę aliquoties superueniunt, vt si manifesta, & rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum à Clericis possunt Episcopi auxilium postulare. *d. c. conquerente. in fin. & ibi Host. n. 16. & 20. d. §. probibemus.* vbi etiam *Abb. num. 2. & 5. Extrau. vnic. §. præmissis. de censib. inter communes. gloss. in cap. vnio. verb. regijs. & ibi Archid. num. 2. 10. q. 3. & in d. §. præmissis. verb. exigendo. Bellenc. in tract. de charit. subsid. per totum. Petr. Duennas reg. 89. verb. charitatiuum subsidium. & reg. 253. verb. Episcopus. Afflict. in Constit. Regni. n. 2. Boer. decis. 133. cum tribus seq. Gram. decis. 88. per totam. Purpurat. consf. 329. num. 2. & per totum. vol. 1 Menoch. de arbitrar. cas. 178. n. 1. & seq. Host. in sum. de offic. Ord. in § quid pertinet circà prin. Rot. decis. 3. de cēsib. in antiqu.* debet enim subesse iusta, & rationabilis, & manifesta causa illud petendi, & non sufficit, quòd subsit causa rationabilis, nisi sit manifesta. *d. c. cum Apostolus, & ibi Abb. nu. 2. & d. c. conquerente, in fin. vbi etiā. Abb. n. 1. & 2 in fin. Alex. de Neuo cōs. 57. n. 5. & cōs. 58. n. 1. 3. & 4.*

3 Quæ autem dicatur causa rationabilis & iusta, ipsius Episcopi arbitrio relinquitur determinanda. *gloss. in d. §. probibemus. verb. rationabilis.* quam sequitur *Card. in clem. 1. §. 1. colum. 3. vers. tertio quæro. de excess. Pral. Grammat. decis. 88. nu. 3. Boer. decis. 133. num. 1. & per totam. & decis. 134. num. 6.* Quinimmò compelluntur clerici ex causa vrgenti ad solutionē charitatiui subsidij vltrà taxā solitam. *Genuens. in practicabilib. Eccles. q. 640.*

4 Iustæ autem, & rationabiles causæ erūt plures, quarum prima est in promotione, & consecratione Episcopi, post tameo adeptam possessionem, & hoc pro solutione Bullarum, & annatæ, & alijs necessitatibus, & debitis, quibus est ob id grauatus. *Host. in d. c. conquerente. n. 16. Abb. n. 2. in fin. Imol. & alij. de offic. Ordin. Zabarel. in clem. vnic. col. 2. vers. tertio opponitur. de excess. Pral. Boer. decis. 134. nu. 1. 2. 6. & 7. Purpurat. cons. 329. nu. 2. vol. 1. Card. in d. c. cum Apostolus quæst. 7 Cassen. in consuetud. Burgun. vers. item etiam in secundo. Bellenc in. d. tract. q. 16. D. Antonin. par. 3. tit. 20. c. §. 10. Franc. Marc. q. 1025. n. 5. p. 1. Menoch. de arbitrar. cas. 178. n. 3.* Secunda causa est pro recuperatione Ciuitatum, Castrorum, & locorum, ac bonorum Ecclesiæ occupatorum. *Gemin. cons. 74. Boer. dicta decis. 134. num. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 178. nu. 5.* Tertiā, quando Prælatus vocatur ad Papam, seù ad Concilium Generale. *gloss. in d. c. vnio. verb. regijs. Abb. in cap. dilectus. nu. 4. vers. nono est de lege Diœcesana. de offic. Ord. & in d. c. cōquerēte. n. 2. in fin. vbi etiā Host. n. 16. Boer. d. dec. 134. n. 3. Franc. Marc. q. 472. num. 3. Azor. p. 2. Inst. Mor. c. 14. q. 4. vers. quarto. & vers. sexto.* Vel quando accedit ad Concilium Prouinciale, quia proficiscitur pro cōmunibus negotijs. *Bellencin. in d. tract. de charit. subsid. quæst. 21. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 1. art. 5. Azor. dicto cap. 14. vers. sexto.* Quarta, quando Ecclesias formaliter visitat, nam de iure communi potest singulis annis visitare Ecclesias sibi subie-

ctas. *Abb.in d.c.conquerente. num.2.verſ. tertiodecimo. Soccin. in tract. de Viſitat. lib.11.q.13.prin.q.6.Conc.Trid.c.3. verſ. interimquè caueant. ſeſſ. 24. de reformat. Boer.d.deciſ.*133. & dictum fuit in *§.praecedenti.* Quinta, quādo pro Eccleſiæ ſumma vtilitate, & neceſsitate emi debet aliquod Caſtrum, vel Oppidum ad expellendos, vel procul arcendos hoſtes. *Oldrad. conſ.* 104.*Boer.d.deciſ.*134.*n.*2. *Menoch. d.caſ.*178. *num.*8. *Azor p.*2.*Inſtit. Moral. lib.*9.*c.* 14.*q.*4.*verſ.tertio.* Item, & ad ſoluenda debita, quæ contraxit Epiſcopus pro ſuę Eccleſię iure tuendo,& aliundè ex bonis Eccleſiæ ſolui commodè nequeunt. *Hoſtien.in Sum. tit.de cenſib.§.ex quibus cauſis.Butr.in d. c. conquerente. Azor. dicto cap.*14. *q.*4. uam & Principes ſeculares poſſunt collectas à ſubditis exigere propter vtilitatem, & neceſsitatem. *Archid. in c.quia cognouimus. n.*3.10.*q.*3.*Alberic. in Rubr.C.ſi cenſ.vel reliq.latè Oldrad.dicto conſ.*104.*Nat.conſ.*607.*per totū.vol.*3. Sexta, quando lis magna Eccleſiæ mouetur. *Hoſt.in d.c.conquerente.n.*16.*Card. in d.clem.*1. *§.*1.*col.*2.*verſ.tertiò oppono.de exceſſ. Pral. Franc. de Mart. deciſ.* 573. *num.* 1. Septima, in aduentu Regis,ſiuè Principis, maximè ſi Epiſcopus ab eo tenet Regalia, ſeu quando debet ad illum proficiſci pro communi vtilitate, ſeu Eccleſiæ neceſsitate. *Abb.in d.c.cum Apoſtolus. n.*5.*Azor.d.q.*4.*verſ.quarto,& verſ. ſeptimo.*

5 Huiuſmodi autem charitatiuum ſubſidium non ſolùm ſemel,ſed etiam pluries ab eodem Epiſcopo exigi poteſt,dummodo cauſa ſit rationabilis,& manifeſta.*Abb. in d.c.cum Apoſtolus. num.*2.*& in d.cap. conquerente.num.*2.*in fin.vbi etiam Hoſt. nu.*16.*gloſſ.in d.cap.vnic. verb. regijs. & ibi Archid.num.*2.*Azor.d.c.*14.*q.*8.

6 Verumenimuerò huiuſmodi cauſæ debent intelligi,quando Epiſcopus ex ſuo proprio,vel per ſe non poteſt ſatisfaecere, niſi perat tale ſubſidium charitatiuum. *Hoſt.in d.§.prohibemus.nu.*7. *Abb.nu.*5. *antè fin.& ibi addit.fin. in fin. Card.in* 1. *quaeſt.*10.*Andr. Imol.* & communiter *DD. de cēſib.Bald.in d.c.cōquerēte.n.*12.*Card. in d.clem.*1.*col.*3.*verſ.tertiò oppono.Alex. de Neuo conſ.*57.*n.*1.*&* 2.*& conſ.*58. *n.*1. *&* 4.*Rebuff.in tract.de Concord.in Rubr. de public. Concubin.§.quia verò.Menoch. de arbitrar.cent.* 6.*caſ.*520.*num.*10.

7 Quòd etiam intelligitur de cæteris Principibus, qui ſubditis huiuſmodi onera imponere nequeunt, quando ipſi ex ſuo ferre poſſunt. *Archid.in d.c.cauendum. num.*3. 10.*q.*3.*Bald.in d.cap.conquerente. nu.*12.*Rolan.conſ.*1.*n.*67.*&* 68.*volum.* 2. *Guid.Pap.q.*551.*in fin. Menoch. dicto caſ.* 178. *num.*15.

8 Non poteſt autem Epiſcopus huiuſmodi charitatiuum ſubſidiū Clericis imponere ſinè conſenſu Capituli, & Cleri. *Hoſt.in d.c.cum Apoſtolus. n.*8. *vbi etiam Io.Andr.Innocen.& Butr.de cenſib.Alex. de Neuo d.conſ.*58. *n.*3.*Bero.conſ.*81.*n.*40. *vol.* 1. quem ad hunc effectum congregare debet, & illi exprimere cauſam ſuæ indigentiæ, hortando Clericos, & dicendo, quòd cum cuilibet proximo in neceſſitate ſit ſubueniendum, fortiùs ſibi,quia eſt ſponſus totius Eccleſiæ,& abſurdum eſſet, quòd ſponſa videret ſponſum laborare egeſtate ipſa exiſtente diuite. *Hoſt. in d.c.conquerente.n.*20. vbi dat formam petendi charitatiuum ſubſidium. *Alex. de Neuo d.conſ.*57.*n.*2.

9 Nec præſcriptio currit contra charitatiuum ſubſidium, tùm quia contra charitatem non poteſt præſcribi, tùm verò quia ius imponendi ſubſidium charitatiuū conſiſtit in libera facultate ipſius Superioris. *Abb.in d.cap.cum Apoſtolus. nu.*5. *in fin.& in c.accedentes.n.* 6.*de praeſcript. Hoſt.in cap cum venerabilis.in fin.de cēſ. Felin.in c.dilectus.n.*5.*verſ.circa nouum. de offic.Ordin. Alex.de Neuo d.conſ.*58.*n.*9. *Boer. dicta deciſ.*133.*n.*9.*Rot.deciſ.*3. *n.*1. *de cenſib.in nouiſſ.& deciſ.*3.*eod. in antiq. Azor.d.c.*14. *q.*7.*verſ.ex dictis.*

10 Ea autem, quæ ſunt facultatis, ſunt impræſcriptibilia. *Abb.in d.c.cum Apoſtolus.n.*5.*in fin. Hoſt.in d. c. cum venerabilis.in fin. Felin.in d.c.dilectus.n.*5.*Alex.de Neuo.& Boer. in locis nunc allegatis.*

11 Et quamuis dictum ſubſidium non fuerit aliquoties ſolutum,non ideò poteſt allegare Clericus ſe eſſe in poſſeſsione nō ſoluendi, quia in his, quæ ſunt facultatis, nulla acquiritur quaſi poſſeſsio. *l. fluminū.§.fin.& l.Proculus.ff.de damn.infect. Iaſ.in l.quominus. col.*5. *in* 1.*quaeſt. Bart. ff.de flumin.*vt dicetur in *tit.de Bonis Clericorum. in §.*3. Hinc infero, quòd Regulares,qui ex priuilegio eis conceſſo habent, vt non teneantur ire ad Proceſsiones, ſi ab Epiſcopo vocati pluries acceſ-

ſiſſent,

fissent, non possunt cogi ad denuò accedendum ad Processiones, tùm quia priuilegium est facultatis, & possunt ire si volunt, & si nolunt abstinere, tùm verò quia precariò videntur iuisse, & sic nullum ius est Episcopo acquisitum. *c.si diligenti.de praescript.Cald.cons.*8. *de priuileg.* quem refert, & sequitur *Felin. in d.cap.dilectus. num.*7.

12 Neque etiam per actus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia acquiritur quasi possessio iurium incorporalium. *c.bona.*2. *de postul.Pral.l.*1. *§.denique. & l.si in meo fundo. ff.de aqu.plu.arc. d.l.fluminum. §.item videamus. & d.l.Proculus.Rebuff. in tract.de mater.possess.in praefat.n.*169. *&* 170.

13 Quatuor autem sunt impraescriptibilia contrà Episcopum, & quae Episcopus non potest abijcere à se, videlicet Visitatio, Correctio, Procuratio, & Cathedraticum, quia continentur sub imperio Episcopali. *c.accedentes. vbi Abb.nu.*6. *& c.cum ex officij. de praescript. Host. in d. cap.cum venerabilis.nu.*1.*ante fin. de censib.Card. in d.clem.*1. *col.*4. *vers.duodecimo quaero. Purpurat.cons.*329.*nu.* 5.*vol.* 1. Et idem dicendū est de charitatiuo subsidio. *Card. Purpur. & Abb.in locis nunc citatis.*

14 Circà quātitatem verò summae, quae sit exigenda pro charitatiuo subsidio variae fuerunt opiniones. Verior tamen sententia est *Card in d.c.cum Apostolus. q.*7. *& in cap.*1. *col.*2. *de excess. Pral.* dicentis hoc esse in arbitrio Episcopi, à quo tamē, si indebitè arbitretur, appellari potest. *Boer.d. decis.*134.*num.* 5. *&* 6. *Grammat. d. decis.*88.*nu.*3. *Menoch.de arbitr.lib.*2. *cas.*179. *nu.*4. nam huiusmodi arbitrium importat arbitrium boni viri, & arbitrium regulatum à iure. *Rot.decis.*9.*num.*2.*de rescript.in nou.*

15 Et per censuras potest ipse Episcopus compellere sibi subditos ad charitatiuum subsidium soluendum. *Archid. in d.c.cauendum.nu.*2. 10.*q.* 3. *Host.in d.c.cū Apostolus. nu.*7.*&* 8. vbi etiam *Abb.n.*5. *Innoc. Anchar.* & alij. *de censib. Bald. in d.c.conquerente.num.*10. vbi etiam *Host. circà fin.Card in dicta clem.*1. *col.*2.*vers. tertio opponitur. Alex. de Neuo d.cons.*58. *n.*5,*Boer.decis.*136.*n.*1.*&* 2.*Lap.alleg.*20. *Azor.p.*2.*Instit. Moral.lib.*9.*cap.*14.*q.*3.

16 Nam & pro suis necessitatibus potest fructus Ecclesiarum habere, & percipere. *c.cum nostris. §.fin.de concess.praeben. c.vnic.in fin. vt Eccles. benef. Hostien. in d.c.cum Apostolus.n.*7. facit *clem. frequēs. vers.in exigendo. de excess. Pral.* Neque obstat verbum charitatiuum, quia DD. dicunt, quòd licet plus operari debeat, charitas, vbi tamen non prodest, adhibenda est potestas. *cap.licet. & c.ei qui emendat.* 45.*dist.c.cauendum.* 10.*q.* 3. *Host.in d.c.cū Apostolus.nn.*8. *Alex.de Neuo d.cons.*58. *num.*6.

17 Praetereà subsidium charitatiuum est aequitas, & charitas scripta, aequitas autem scripta necessitatē importat. *Bald. in d.c.conquerente.nu.*10.

18 Ab exemptis clericis, & à Monasterijs Regularium exemptis potest etiam exigi huiusmodi subsidium, dum tamen modus non excedatur. *text.* à contrario sensu in *d.clem.*1.*§ nonnulli.iuncta gloss. in verb.exigendo. vbi etiam Abb.num.*11. *& Anchar. in* 8.*not.de excess.Pral. Abb. in d.c.dilectus.num.*4.*vers.quinto.Innoc. in c.*1.*de stat regul. Hostien. in Sum. de offic.Ordin.* §.1. *vers.nunquid Episcopus. Alex.de Neuo d.cons.*58.*nu.*8.*&* 9. *Boer. decis.*135.*n.*4. Fallit tamen vbi in fauorem Monasteriorum allegatur consuetudo tāti temporis, cuius initij memoria nō exiistit, ex quo non soluerunt. *Abb. cons.*26. *nu.*4. *&* 5.*p.*2. vbi dubium esse dicit, an exclusa consuetudine Monasteria Regularium teneantur ad subsidium charitatiuum. Quicquid tamen sit à Monasterijs Regularium huiusmodi subsidium exigi nō potest ab Episcopo, vt post multos allegatos dicit *Azor.p.*2. *Instit.Moral. lib.*9. *cap.*14. *q.*6.*vers.item non potest.*

19 A pauperibus autem clericis exigi non potest huiusmodi subsidium. *Host. in d.c.conquerente.num.*19. vbi etiam *Imol. Butr.* & alij. *Alex.de Neuo d.cons.*57.*n.*2. *& d.cons.*58.*nu.*2. *Boer. d.decis.*135.*nu.*3.

20 Cum habentes beneficia debilia non subijciantur solutioni decimarum etiam Papalium, prout neque distributiones quotidianae sunt obnoxiae huiusmodi charitatiuo subsidio. *Gemin. cons.*85. *nu.*18.*cum seqq. Boer.d.decis.*135.*num.*3. pauperibus enim potiùs debet remitti, cum paternè debeat se cū illis gerere. *gloss. in l.omnes. C.de annon. & tribut. lib.*10. nam neque pauperes, quorum industria est necessaria ad alimenta, & eorum victum debent contribuere ad onus collectae per Principem,

vel

vel Communitatẽ impositæ. *Bald. in auth. defuncto. C. ad Tertul. Boer. d. decis. 135. num. 3.*

21 Et Iudex arbitrabitur beneficium non fore decimabile propter paupertatẽ, quando redditus ipsius sufficiunt tantum ad victum beneficiati, & familiæ necessariæ, nec detracto victu supersunt aliqui redditus, ex quibus possint solui iura Episcopalia, & alia onera. *c. sicut. & ibi gloss. verb. Episcopalibus. de supplen. neglig. Prœl. Gemin. d. cons. 85. Bellencin. in dicto tract. subsid. charit. q. 30.*

22 Nam Ecclesia debẽt dotari ad hoc, vt dicantur sufficientes, ità vt habeant sustentationem ministrorũ, & vndè possint onera incumbentia soluere, & Hospitalitatem seruare. *d. c. conquerente. c. de Monachis. de præben. c. olim. de censib. d. c. sicut. & ibi gloss. verb. Episcopalibus. & verb. Hospitalitatem. clement. vnic. de iurepatr. Bart. in auth. vt determ. sit num. cler. n. 1. Gemin. d. cons. 85. num. 25. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. p. 1. q. 5. ar. 21. nu. 14. & 15.* vt dicetur inferiùs in §. 15.

23 Minus possunt grauari huiusmodi subsidijs, & decimis etiam Papalibus Moniales pauperes quarum redditus, & prouentus sunt adeò tenues, & exiles, quòd de illis sustentari nequeant, sed pro vitæ suæ sustentatione coguntur publicè mẽdicare, vel artificio manuum suarum, vel ex sustentatione parentum victum procurare. *Gemin. d. cons. 85. n. 25. vsquè ad fin.* quem sequitur *Rebuff. cons. 124. col. 2. vers. item Bonifacius Octauus.*

24 Item neque Moniales non habentes redditus vltrà summam quatuordecim ducatorum auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis alios redditus non habentis, prout sanciuit Pius Quartus in sua Constit. 10. *Thesaur. for. Eccles. cap. 27. num. 86.*

25 Neque Cardinales tenẽtur ad onus subsidij charitatiui pro beneficijs, quę possident. *Roman. cons. 489. n. 1. & 4. Cæphal. cons. 2. nu. 10. vol. 1.*

26 Curiales, & Officiales Curiæ Romanæ, & familiares Papæ, & Cardinalium cum multis gaudeant immunitatibus, & priuilegijs, & reputentur residẽtes quoad perceptionem fructuum suarum præbẽdarum. *c. cum dilectus. & ibi gloss. fin. & Abb. n. 1. 2. & 3. & c. de cætero. iũcta glo. 1. in fin. de cler. nõ resid. Alex. de Neuo cons. 58. n. 7.* & vacent Reipublicæ, quorum diligentia aliorum Clericorum, & Ecclesiarum negotia per eos promouentur. *d. c. cum dilectus. Mandos. in Reg. 16. q. 29. n. 1. ad fin.* & quia sicut ipsa Curia est priuilegiata, sic deberent esse priuilegiati dicti Officiales. *l. fin. ff. de milit. test. gloss. fin. in l. scriniarys. C. eod. Paris. cons. 32. n. 25. vol. 2.* videtur quod deberent esse immunes à solutione huiusmodi charitatiui subsidij, & in hac opinionem inclinare videtur *Alex. de Neuo dicto cons. 58. nu. 7.* Verumtamen circà hoc standum esse arbitror consuetudini; nam si Curiales non consueuerunt contribuere in huiusmodi subsidijs charitatiuis, talis consuetudo non est mutanda. *l. minimè. ff. de legib. cap. cum consuetudinis. de consuetud.*

27 Nam consuetudo est optima legum interpres. *d. l. minimè. & l. si de interpretatione. ff. de legib. c. cum dilectus. de consuetud.*

28 Et habet vim derogatiuam, & interpretatiuam, & limitatiuam, vt *not. gloss. in §. ex non scripto. Inst. de iu. gent. Abb. d. cons. 26. n. 5. p. 2.*

29 Ad probandum autem consuetudinem nõ extare super aliquo sufficit etiam vnum actum tantùm contrarium probare, vt singulariter colligitur ex ijs, quæ ponit *Bart. in l. semper in stipulationibus. in fin. ff. de reg. iur. Bero. cons. 5. nu. 23. vol. 1.*

30 Neque consuetudo allegari potest, quando actus sunt difformes, sed ius commune seruatur. *Bar. in l. 2. in princ. circà fin. ff. solut. matr. Corn. cõs. 196. col. 2. Alex. cons. 5. & cons. 127. circà fin. vol. 5. Crauet. cons. 96. n. 5. & cons. 113. n. 14. Rimin. Iun. cons. 264. num. 24. vol. 3. Rot. diuers. par. 2. decis. 19. num. 6.*

31 Et ad consuetudinem probandam requiritur tẽporis diuturnitas, & actuum frequentia. *Crauet. cons. 134. num. 6. Rot. dicta decis. 19. nu. 4. & 5.*

32 Pensionarij tenentur pro rata ad subsidium charitatiuum, & ad collectas. *Gig. de pension. q. 28. n. 19. Bellencin. in dicta tract. de charitat. subsid. q. 37. Gratian. Rot. Mareb. decis. 20. n. 10.*

33 Et ad decimam Papalem. *gloss. in clem. 2. verb. si beneficiorum. vers. tertium. de decim. Alex. de Neuo consil. 67. num. 2. & 4. Put. decis. 5. lib. 1.* nam regulariter pensionarius tenetur contribuere pro rata pensionis ad solutionem oneris impositi

super

super fructibus beneficij, super quibus est reseruata pensio. *Caetialup. de pension. q.17.Gig. eod.tract.q.59.nu.1. 2. & 3.Rot. diuers.p.2.decis.161. num.3.* & pensio est pars fructuum. *Put.d.decis.5.* secùs tamen si in Bulla prouisionis pensionis fuerit apposita clausula, quòd pensio sit libera, immunis, exempta, & reseruata ab omni grauamine, &c. *Gig.d.q.59. num. 6. Rot. dicta decis.161.n.2. Azor.p.2. Inst. Moral. lib.9.cap. 14.q.6.vers.si quaeras an clericus pensionarius*. Qui autem pensionem soluit super suo beneficio constitutam, non tenetur soluere subsidium charitatiuum, nec decimam Papalem pro omnibus fructibus beneficij, sed solùm pro rata, & sic detracto pensionis onere. *Bellenein. in d.tract.quaest.37.Purpurat.consil.569.n.14. volum. 2.*

34 Pro huiusmodi verò subsidio charitatiuo potest relaxari executio non obstante appellatione. *Caputaq. decis. 228. per totam. par. 1.*

35 Tenentur etiam Clerici persoluere decimam Parocho de bonis patrimonialibus, & acquisitis. *cap.nouum genus, & ibi gloss.fin.& Abb.n.4. de decim.Rebuff. in tract. de decim.q.5.num. 3. & 6.Azor. lib.7.Instit.Moral. cap. 35.vers.septimo quaeritur. Suarez de stat. religion. lib. 1. cap.17. nu.3.* etiamsi collegialiter viuant. *Rebuff.d.q.5.num.7.*

36 De redditibus verò Ecclesiae ad decimas non tenentur clerici. *gloss.fin. in cap.2.vbi etiam Abb.n.4.de decim. Suarez dicto cap.17.num. 2.* nisi praedia Ecclesiae fuissent priùs tributaria. *gloss.in c.1.verb. vllo. & ibi Abb.nu.4.* qui testatur dictam *gloss.* esse communiter receptam *de censib.* sequitur *Rebuff.eod.tract.q.5.n.19. Azor. d. cap.35.vers.quinto quaeritur.Thesaur. for. Eccles.cap.27.nu.55.* quia res transit cum suo onere. Si verò Clerici inseruiant Parochialibus Ecclesijs, quibus decimae debentur, tunc ad illarum solutionem non tenentur. *Syluest. verb. decima.q.7. Azor.d.cap.35.vers.quinto quaeritur.circa fin.* Ex distributionibus quotidianis non debetur charitatiuum subsidium inspecto iure communi, nisi contrarium fuisset sancitum. *Bellencin. d. tractat.q.76.nu.1. & 2.Lap.alleg.136.n.7. Mandos. cons. 15. num. 4.Mantua.cons.1. nu.90. vers. non obstat quarto. lib.1.*

37 Idem dicitur de decimis. *Mandos. d.cons.15.& Mantua.dicto vers.non obstat quarto.*

38 Capitulum vacante Sede potest ex causa exigere à Clericis charitatiuū subsidium. *gloss.in c.cupientes. §.electos.verb. aliundè. de elect.in 6.*

39 Praelati autem inferiores Episcopis non possunt etiam ex causa rationabili hoc charitatiuum subsidium imponere, nequè illud exigere, nisi sint priuilegiati, vel habeatur consuetudo. *Host. in d.cap.cum Apostolus. num. 11.* & ibi post eum, & *Archid.*dicit *Abb.num.6. de censib.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia à quibus sit restauranda, siuè aedificanda.*
2 *Populus debet aedificare, seu restaurare Ecclesiam, vbi adsit consuetudo.*
3 *Consuetudo pia est seruanda.*
4 *Populus compelli potest ad seruandam consuetudinem aedificandi, siuè restaurandi Ecclesiam, & n.9.*
5 *Consuetudo quando adest, quòd detur aliquid in exequijs mortuorum, siuè in similibus est seruanda.*
6 *Consuetudo attenditur in recipiendis muneribus circà spiritualia.*
7 *Consuetudo, quòd populus praestet alimenta Praedicatori, est seruanda.*
8 *Consuetudo, quòd populus subministret oleum lampadis, est conseruanda.*
9 *Laicorum interest Ecclesias reparare, & aedificare.*
10 *Consuetudo ex vsu populi vt inducatur, quae requirantur.*
11 *Ecclesia, si habet certos redditus pro fabrica, debet reparari de illis.*
12 *Episcopus tenetur de quarta parte redditiuum ad fabricam Ecclesiae Cathedralis. & nu.seq.& ratio.n.15.*
13 *Episcopus de quarta parte redditunm tenetur ad ornamēta Ecclesiae. & ratio. num.15.*
Fabrica Ecclesiae, & ornamentorum parificatur.
14 *Episcopus, si est diues, tenetur etiam vltrà quartam partem ad fabricam Ecclesiae.*
15 *Commodum sentiens, & incommodum sentire debet.*
16 *Canonici supplere tenentur de superabundantibus, quando non est suffi-*

tiens quarta portio, cu. m aut Epi scopus pro fabrica Ecclesiæ

17 *Clerus compelli potest ad contribuendum fabricæ Cathedralis, quãdo Episcopus, & Canonici simul non sufficiunt.*

18 *Episcopus quando pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis possit deuenire ad redditus Canonicorum, & Cleri.*

§. XIII.

1 QVando Ecclesia indiget restauratione, seu ædificatione, quæritur ad quem, vel quos, siuè de quibus bonis restauratio, seu ædificatio spectet.

2 Respondetur, quòd si sit consuetudo in Ecclesia, quòd populus illam reparare debeat, siuè ædificare, ad populum huiusmodi spectat ædificatio, & reparatio. *l. Host. in Sum. tit. de Eccles. ædifican. §. 1 & in c. 1. n. 1. & Abb nu. 3. Boyeh. Barbat. Card. & Butr. eod. tit. idem Host. in r. fin. nu. 1. & ibi Innoc. de his quæ fiu. à maior. part. Cap. Arthid. in cap. quatuor. num. 3. 12. quæst. 2. Abb. in q. 3. incip Sempronius. n. 17. Bero. conf. 3. n. 1. & 2. vol. 1. Barbat. cons. 26. num. 4. vol. 3. arg. cap. ad Apostolicam. de Simon. & c consilium. de obseru. ieiun. Rip. resp. 1. n. 2. & seqq. de cõsuetud. Capell. Tholos. quæst. 300. vbi etiã Aufrer. conf. 254. n. 8. vol. 2.*

3 Huiusmodi etiam consuetudo cum sit pia est seruanda. *c. si propter tua. & ibi gloss. fin. & Gemin. vol. 2. vers. quæro an Episcopus. de rescript in 6. extrau. suscepti. de elect. Lambert. in tract. de Iurepatron. lib. 3. q. 7. art. 2. nu. 2. 4. & 7. vers. omnia prædicta. Mantic. decis. 284. n. 1. & seqq. & ita fuit decisum per Rotam in vna Aegyptanen. fabricæ. 15. Decembris 1589. coram Orano.*

4 Vbi fuit dictum, quòd consuetudo Parochianorum reparandi, & ornandi Capellam liberat Rectorem à paramentis, & est compellendus populus ad talem consuetudinem obseruandam. *§. pro consuetudinibus. auth. de Sãctiss. Episc. §. ad hæc sancimus. auth. de Eccles. tit. Bero. d. cõs. 3. nu. 2. Abb. d. q. 3. nu. 17.*

5 Hinc etiam infertur, quòd si sit cõsuetudo, quòd aliquid detur in exequijs mortuorum, & consimilibus, licet Clerico non detur actio ad hoc petendum, potest tamen cogi populus ad obseruandam honestam consuetudinem. *d. cap ad Apostolicã vt dicetur latiùs in tit. de Bonis Clericor. §. 3.*

6 Consuetudo etenim attẽditur in recipiendis muneribus circa spiritualia. *Rip. conf. 2. n. 1. de cõsuetud. Surd. cõs. 254. nu. 3. & seqq. vol. 2. arg. c. quæsitum. 1. q. 3. cap. Agathosa. 63. dist. gloss. 1. in cap. suam. de simon.*

7 Valet etiam consuetudo, quòd populus præstet alimenta Prædicatori. *Rip. conf. 1. nu. 43. & seqq. de consuetud. Conc. Trid. sess. 24. cap 4. de reform.* vbi pluries per Sacram Congregationem Cardinalium fuit resolutum.

8 Debet etiã seruari consuetudo, quòd idem populus faciat sumptum pro lampade collucente antè Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Rip. d. conf. 2. n. 4. & seq. de consuetud.* post *Innoc.* & *Abb.* quos allegat *Surd. d. conf. 254. nu. 9.* exclusa autem consuetudine tenetur Parochus ad alimentandum Concionatorem. *Surd. dicto cons. 254. nu. 10. & seqq.*

9 Et in tantum huiusmodi consuetudo est obseruanda, quia laicorum interest Ecclesias tales reparare, & ædificare, cum in illis percipiant sacramenta Ecclesiastica, & Missas audiant, & hoc erit præcipuè obseruandum, si ipsi laici malè decimas soluant. *c. quicunquè. & ibi gloss. 1. cap. hoc diximus. cap. filijs, & nepotibus. 16. quæst. 7. Host. in d. cap. 1. n. 2. de Eccles. ædifican. & in sum. eod. §. à quibus. Bero. d. conf. 3. nu. 2. & 43.*

10 Consuetudo autẽ ex vsu populi, vt inducatur, inter cætera requiritur, quòd populus fuerit in tali vsu animo inducẽdi consuetudinem, quia cõsuetudo ex tacito populi consensu inducitur, qui consensus nõ est, vbi non est animus, à quo pendet. *Rip. d. conf. 1. n. 2. & 3.* requiritur etiam quòd populus varijs vicibus fuerit vsus actibus, ex quibus causatur consuetudo. *Rip. ibid. nu. 5. & 6.*

11 Si verò Ecclesia habet portionem deputatam, certosque redditus pro fabrica, tunc sinè dubio debet reparari de illa portione, eisdemq. redditibus. *c. decernimus. 10. q. 1. cap. vnio. ead. q. 3. c. concesso. c. quatuor. & c de redditibus. 12. quæst. 2. gloss. 1. in fin. in d. c. 1. & ibi Host. n. 1. Abb. n. 3. & Boych. de Eccl. ædif. Gemin. in d c si*

pro-

propter tua.col.2.vers.quaero an Episcopus. Lambert.d.art.2.nu.2. vers.& primus.& nu.4.vers.tertio intelligit.& n.7.in princ. Abb.d.q.3.n.17. Bero.d.consi.3.n.5. & 15. Barbat.consi.26.nu.4.vol.3. Quòd si nulla extet consuetudo, deputatioquè certorũ redditunm pro fabrica, vel si extat talis deputatio, sed non sit sufficiens, tunc aut loquimur de restauratione,seù fabrica Ecclesiæ Cathedralis, aut aliarum Ecclesiarum inferiorum.

12 Si loquimur de fabrica Ecclesiæ Cathedralis,tunc Episcopus solus tenetur de quarta redditunm suorum. *c.decernimus. 10.q.1.c.vnio.vbi gloss.1.* communiter recepta.*ead.q.3.cap.quatuor.& ibi Arebid. n.3. 12.q.2.Host.in c.fin.n.1.& ibi Innoc. de his qua fiu.à maio.par.Cap.gloss.1.in d.c.1.& Abb.nu.3.& Boyc.de Eccles.adif. Innoc.in cap.de his.* & ibi etiam *Io. Andr. eod.Bero.d.consi.3. num.6. & 7. cum seqq. Barbat.d.consi.26.nu.4.Mantic.decis.284. num.4. & 5.*

13 Et eodem modo tenetur Episcopus ad ornamenta, quæ sunt necessaria ad Diuinnm ministerium. *Barbat.d.consi.26.per totum.* quia æqualis est fauor fabricæ, & ornamentorum. *cap.fin.de testam.Barbat. d.consi.26.nu.1.& 4.* Quam sanè quartam omnium fructuum, & redditnum præsentium, & futurorum pro fabrica Ecclesiæ expendere, & dictas quartas pro tam pio vsu conseruare tenetur.*d.c.vnio.& d.c.decernimus.Bero.d.consi.3.nu.6.& 10.*

14 Quinimò si Episcopus est diues cõpellitur etiam vltrà quartam partem ad fabricã Ecclesiæ, vt post *Innoc.* dicit *Abb. in d.q.3.in fin.vers.& aduerte.*

15 Supradictorum autem ea est ratio, nam cum Episcopus, qui habet curam suæ Ecclesiæ,solus habeat illius commodum, æquum est, vt etiam solus patiatur eius incommodum, saltem quoad quartam à Canone deputatam, nequè ferendum est, vt quis lucrum percipiat, & onus subire recuset.*l.vnic.§.ne autem.& §.pro secundo.C.de caduc.tol. l.manifestissimi. §.pen. C.de furt. cap.qui sentit. de reg.iur.in 6. gloss.1. in d.cap.1. de Eccles.adif. Barbat. d.consi.26.num.5.*

16 Quòd si illa quarta non fuisset sufficiens,tunc tenentur Canonici supplere de superabundantibus redditibus suarum præbẽdarum, vel aliarum rerum Capituli. *c.fin.& ibi Host.nu.1.& Abb.nu.7.* qui dicit de communi. *de his qua fiu. à maio. par.Cap.idem Abb.in d.c.1.nu.3.de Eccles. adif.& in d.q.3.in fin.vers & aduerte. Lambert.d.art.2.num.3.& 4. vers.tertius est casus. Barbat.d.consi.26.n.4.& 5.Bero. d.consi.3.n.8.21.26.& 37.vers.sed.gloss.ibi.* vbi dicit ità esse intelligendos. *Gemin.in d.c.si propter tua.col.2.vers.quaero an Episcopus.* & ibi etiam *Io. Andr. de rescript. in 6.* ratio est quia illi faciunt vnũ corpus. *c.eum non liceat. de prascript.* & per eorũ corpus repræsentatur tota illa Ecclesia. *d.cap.fin. de his qua fiu. à maio. par.Cap.* Præterquamquòd Canonici ex ipsa Ecclesia, hoc est à suis præbendis,quæ ipsis iure Ecclesiæ debentur magnum commodum percipiunt,æquũm ergo est, vt etiam onus Ecclesiæ sentire debeant, per *l.secundum naturam.ff.de reg.iur.clem.1.de censib. Barbat.d.consi.29.nu.4.*Imò potest Episcopus compellere tales Canonicos, vt dent aliquam partem redditnum suarum præbendarum pro refectione illius Ecclesiæ. *c.fin.vbi Host.nu.1.& Abb.num.7.de his qua fiu.à maio.par.Cap.idem Abb.in dicta q.3.in fin. Lambert.d.art.2. nu.3.* vbi de communi testatur *Bero. d.consi.3. nu.24. arg.*eorum,quæ dicit *Bart.in l.4.§.1.ff.de re iud.*

17 Quòd si Episcopus, & Canonici simul non sufficerent, tunc Episcopus vnà cum Capitulo posset statuere,quòd alij inferiores clerici de superabundãtibus fructibns deductis sibi necessarijs ad contribuendũ dictæ fabricæ tenerẽtur.*Lambert. d.art.2.n.4.vers.si autem dato.* & de communi testatur *Bero.d.consi.3.nu.22.& 23. Barbat.dicto consi.26.nu.4.* ad tradita per *Gemin.Io. Andr.& Modern.in d. c.si propter.de rescript.in 6.* nam & Episcopus cũ Capitulo potest etiam deputare fructus beneficiorum vacantium pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis,si ipse, & Canonici non sufficiunt. *Abb.in d.cap.1.nu.6.de Eccles. adif.& in d.q.3.in fin.*

18 Verumtamẽ notandũ est, quòd Episcopus ad redditus Canonicorum,& aliorum clericorũ pro fabrica nõ potest deuenire,nisi in casu quo fabrica,seù reparatio est necessaria,& in subsidium, & tunc mediante dispositione Episcopi,& Capituli simul, vel maioris partis illius.*Abb.in d.q.3 circà fin.Bero.d.cõs.3.n.23.& 24.in princ. & n.42.& 43.Gem.in d.c.quatuor.12.q.2. & in d.c.si propter.* & ibi etiam *Io. Andr.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus tenetur ad reparationem Ecclesiæ sui beneficij. & nu.7.*
2 *Clerici dum viuunt æquiparantur vsufructuarijs.*
3 *Vsufructuarius tenetur res conseruare in bono statu, & ad sarta tecta.*
4 *Beneficiati tenentur ad ornamenta necessaria Ecclesiæ.*
5 *Beneficiati tenentur ad manutenendum oleum lampadis.*
6 *Parochiani tenentur ad reparationem Parochialis, quando Parochus non habet redditus sufficientes. & n. seq.*
7 *Populus quando est numerosus, ità vt necesse sit nouam Ecclesiã ædificare, tenetur prouidere.*
8 *Parochiani tenentur in subsidium Parochum sustentare.*
9 *Domus Parochialis est reficienda expensis Parochi, si ipse potest, secùs expensis Parochianorum.*
10 *Coadiutor Parocho, quando sit dandus per Episcopum.*
11 *Parochialis Iurispatronatus à quibus debeat instaurari, & refici.*
12 *Materia Ecclesiæ diruta non potest ad vsus laicales conuerti.*

§. XIV.

1 SI verò loquimur de restauratione aliarum Ecclesiarum, quàm Cathedralis, tunc illas reparare, seu ædificare tenebuntur Beneficiati in illis, de redditibus tamen earundem Ecclesiarum, non autem de proprijs. *cap. si Monachus. 16. q. 1. Concil. Trident. sess. 21. cap. 7. §. Parochiales verò. de reform. d. c. 1. & ibi Host. per totum. & Abb. n. 1. & 2. & d. c. de his. & ibi Abb. nu. 1. & 3. de Eccles. ædif. Hostien. in d. c. fin. nu. 1. de his quæ fiu. à maior par. Cap. Gemin. in d. cap. si propter. col. 2. de rescript. in 6. Lambert. d. artic. 2. num. 7. vers. aut sumus. Barbat. d. cons. 26. n. 3. Bero. d. cons. 3. n. 12. 13. 14. & 20. Rip. cons. 1. nu. 7. de consuetud.* quia cũ habeant commodum illius Ecclesiæ, & onus sentire debent deductis sibi priùs necessarijs. *Abb. in d. cap. 1. nu. 2. & cons. 70. nu. 2. p. 1. Rip. d. cons. 1. nu. 7.* Ad idem tenentur beneficiati, quando contingit ampliare Ecclesiã, quando ità populus excreuit, vt non possit capi in Ecclesia. *c. præcipimus. 16. q. 1. Rip. d. cons. 1. num. 10.*

2 Præterquamquòd clerici, dum viuũt, æquiparantur vsufructuarijs. *not. in c. præsenti. de offic. Ordin. in 6. c. requisiti. de testam. cap. fin. de pecul. cler. Abb. in d. c. 1. num. 2.*

3 Sed vsufructuarij tenentur ex fructibus res conseruare in bono statu, & ad sarta tecta. *l. vsufructu legato. 1. respons. in fin. & §. hactenus. ff. de vsufr. l. eum ad quem. C. eodem. gloss. 1. in cap. 1. de Eccles. ædif.* patet etiam ex definitione vsusfructus, nã vsusfructus est ius vtẽdi. & fruẽdi rebus alienis salua rerum substantia. *l. 1. §. hactenus. ff. de vsufr.* sic ergò tenentur Beneficiati ad reparationem Ecclesiæ, & hanc rationem adducit *Barbat. in dicto cons. 26. nu. 3. vol. 3.*

4 Tenebuntur itidem beneficiati ad ornamenta necessaria, sine quibus Diuina celebrari nequeunt; fabrica enim Ecclesiæ, & præparatio ornamentorum parificatur. *c. fin. de testam. Barbat. d. cons. 26. n. 1. & 4. Surd. cons. 62. vol. 1.*

5 Item ad manutenendum oleum lampadis ad illuminandum Sanctissimum Sacramentum altaris. *c. sanè. de celebr. Miss.* Supradicta autem sunt intelligenda si detractis necessarijs ipsis beneficiatis redditus eisdẽ superessent. *Aufrer. ad Capel. Tholos. q. 500.*

6 Quòd si beneficiati non habẽt ab Ecclesia tot redditus, quibus præstare possint talem reparationem, tunc tenebuntur Parochiani, si Ecclesia est Parochialis, cũ & ipsi Parochiani in tali Ecclesia percipiant sacramenta, & quæcunque Diuina. *c. quatuor. 12. q. 2. c. si Monachus. vbi glos. fin. 16. q. 1. Conc. Trident. d. §. Parochiales verò. Host. in d. c. per totum. & Abb. nu. 4. de Eccles. ædif. Lambert. d. art. 2. n. 4. vers. tertius est casus. & num. 7. vers. & si illi beneficiati. Abb. cons. 70. nu. 2. par. 1. Bald. cons. 132. in fin. lib. 1. Bero. d. cons. 3. nu. 43. vers. quidquid tamen. Capel Tholos. q. 500. vbi etiam Aufrer. Dec. cons. 118. num. 5. Sarmient. de reddit. Eccles. p. 1. monit. 41. nu. 5. Gigas cons. 17. Gutierez pract. quæst. lib. 1. quæst. 17. n. 14. Auendan de exequen. mandat. p. 2. c. 30. nu. 29. Velasc. consultat. tom. 2. consultat. 179. Nauar. de spol. §. 1. nu. 5. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 10. num. 16.* Neque excusantur nobiles ab huiusmodi contributione. *Gutierez alleg. 11. num. 5.*

Minùs

Minùs forenses posidentes bona in territorio illius Ecclesiæ. *Pacian.consf.7.n.99. 106.& 120.* quia hoc est opus publicum, & commune, & sic nemo excusatur. *arg. l.ad refectionē. C.de sacros.Eccles.* Ad idq. compelli possunt ab Episcopo. *Conc.Trid. sess.21.c.7.de reformat.Benedict.in c.Raynutius.verb.domum.n.17.& verb.& uxorem.decis.2.nu.138.de testam.Auendan.de exequen.mandat.p.2.c.3.n.7. Aufrer.de potest.secul. super Ecclesiast.person. reg.2. n.16.* Et eò magis tenebuntur Parochiani ad huiusmodi reparationem, quando de consuetudine id facere soliti fuerint. *Host. in Sum.tit.de Eccles.ædifican.in §.1.Ricc. in prax.resol.par.1.resol.348.nu.4.*

7 Sicut dicimus, quòd vbi de necessitate est ædificanda Ecclesia propter periculum animarum ex abundantia populi, & non est vndè possit dotari, tenentur Parochiani prouidere Rectori de victu. *Lambert.de Iurepatron. lib.1. par.1. q.5. art.18.in fin. vers. aduertendum. & dicto artic.2. num.7. vers. & si illi beneficiati. Gutierez pract.quæst.lib.1.q.17.num.15.* Et in tantum tenentur Parochiani, & etiā clerici beneficiati ad huiusmodi reparationem, quòd si aliquis Parochianus velit recedere à Parochia, vel clericus renunciare beneficium, vt euitet onera, & eorū præstationem, & non teneatur ad talem refectionem, non poterit hoc facere, eum fuerit de præterito. *Abb.in d.c.1. nu.4.in fin.dicto cap.vnio. & ibi DD. 10.quæst.3. Lambert.d.q.7.art.2.num.7.vers. & si isti beneficiati.& art.5. nu.2.* vbi dicitur de Episcopo volēte renunciare Episcopatum, vt euitaret onera, & eorum præstationem; *Paris.de resign.benefic. lib.3.quæst.15.n.4.* Idem dicitur de Vassallo, qui vult renunciare feudo, vt ad seruitia Domino non teneatur. *gloss.cum ibi notat.in c.1. §.similiter.de Capitan.qui Cur.vend. DD. in c.1. de Vassal. qui contrà Constit. Lotha. Fel. in c.qua in Ecclesiarum nu.78.vers.tertio fallit. & ibi DD. de constit.*

8 Dicimus etiam, quòd Parochiani tenentur in subsidium vsque ad congruam sustentationem Parochi, quia si à Parocho ipsis seminantur spiritualia, debent Parochiani præbere illi temporalia. *D. Paul. 1.Cor.9. c.si Episcopus.de offic.Ordin.in 6. Conc.Trid.sess.21.cap.7.de reform.*

9 Quæ dicta sunt de restauratione Ecclesiæ, eadem dicenda veniunt de refectione domus Rectoris, vt qui tenentur ad refectionem Ecclesiæ, ijdem teneantur pariter ad refectionem domus Sacerdotalis, domus enim Rectoris venit accessoriè ad ipsam Ecclesiam, cum certum sit, quòd Ecclesia indigeat Sacerdotibus ministrantibus. *c.reuertimini.16.q.1.* & consequenter eget habitatione pro ipsis, & hanc conclusionem ponit *Lambert. d.q.7. artic.3. per tot.* & ita etiam declarauit Sacra Congr. Concilij super *d.cap.7. §.idem censuit. & §.& cōtradictione.sess.21.de reform.* & accessorium sequitur naturam sui principalis. *c.si super gratia.de offic.deleg.in 6. & c.accessorium.de reg.iur.eod.* Coadiutor, quando per Episcopum constituitur Parocho, alèdus est de redditibus Ecclesiæ, qui si non sufficiēt Parocho, & ipsi Coadiutori simul, prouidendum in primis erit Parocho, deindè in subsidium tenebuntur Parochiani ad alimēta præstāda Coadiutori. *Abb.in c.de Rectoribus.n.6. de cler.ægrot. Anchar.cōs.279.in fin. Ricc.in prax.resol. par.1.resol.494.num.11.*

10 Datur autem Coadiutor Parocho, quando propter imperitiam, & inhabilitatem nō potest muneri sibi iniunctō incumbere. *c.quoniam.vbi Host.num.1.& Abb. nu.2.de offic.Ordin. Conc.Trid.sess.21.c.6. de reform.* Item propter infirmitatem longam, aut incurabilem, lepram, senectutē, dementiam, vel furorem. *cap.1.& toto tit. de cler.ægrot.in Decretal.& in 6. Gonzal. super Reg.8.Cancel.gloss.5.§.9.n.19.cum seqq. Ricc.d.resolut.494. num.1. cum seqq.* Similiter propter populi numerositatem auctam. *Cæsar.de Graff.decis.vnic.de Parochis.* & propter alios casus relatos à *Gonzalez & Ricc. locis citatis.*

11 Quid dicendum de Ecclesijs Parochialibus Iurispatronatus, quæ indigent instauratione, & refectione? In hoc casu dicendum est eo modo, quo dictum fuit de alijs Ecclesijs liberis, debēt etenim refici, & instaurari ex fructibus, & prouentibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, si Ecclesia habet redditus sufficientes pro Rectoris sustētatione, & fabricę restauratione. *c.vnio. vbi gloss.10.q.3.cap.de his. de Eccles.ædif. Lambert.de Iurepatr.art.2.q.quæst.princ. lib.3.nu.7. Conc.Trid.sess.21.c.7. §.Parochiales.de reform.Abb.cons.89.p.2.* qui tamen si non fuerint sufficientes, tunc earundē patroni, & alij, qui fructus aliquos

ex

ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiũt, aut in illorum defectũ Parochiani tenentur omni appellatione, exemptione, & consuetudine remota. *Conc. Trid. d. cap. 7. §. Parochiales. Abb. d. conf.* 89. quidquid dicat *Lambert. in d. art. 2. nu. 5. & 6.* tenens patronos non teneri, nam intelligendus est *Lambert.* secũdum distinctiones superiùs deductas. Vbi verò Parochialis Ecclesia ædificari, seũ restaurari non potest ex redditibus Ecclesiasticis, tunc id fieri debet non per capita personarum, seũ domorum, sed per solidum, & libram. *Thessau. for. Eccles. cap. 16. num. 73. & seqq.* collectæ enim non ad personarum numerum, sed ad cuiusque patrimonij quantitatem fieri debẽt. *l. 1. vbi gloss. verb. inopes. & Bar. num. 8. C. de apoch. public. lib. 10.* Ratio autem, quare Patroni ad huiusmodi restaurationem teneantur, ea erit, quia percipiunt emolumentum à dicto Iurepatronatus, nempè fructus Iurispatronatus, qui in præsentatione consistunt, *c. 1. c. consultationibus, & toto tit. de Iurepatr. Lambert. in d. tract. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 8. prin. art. 9. nu. 12.* & habent honorantias primi loci in Processionibus, & in Sessionibus, & percipiunt alimenta ab ipsa Ecclesia in necessitate, *c. nobis. §. fin. & ibi gloss. pen. & fin. de Iurepatr. cap. quicunque. 2. & ibi gloss. 1. 16. q. 7.* Vndè versus.

„ *Patrono debetur honos, onus, vtilitasque.*

„ *Præsens vt præsit, defendat, alatur egenus.*

gloss. pen. in d. c. nobis §. fin.

12 Ecclesiæ autem dirutę materia non potest ad vsus prophanos, vel laicorum conuerti. *cap. ligna. de consecr. d. 1. cap. ad hæc. de relig. dom.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati tenentur ad refectionem Ecclesiarum, si de redditibus earum superfit eis vltrà necessariam sustentationem.*

2 *Ecclesia nulla est dedicanda, seù consecranda nisi cum dote competenti.*

3 *Capellaniam fundans tenetur eam dotare, vt pater filiam, qui eam tenetur dotare, etiam quando dotẽ amisit.*

4 *Parochialis quam dotem habere debeat & num. 10.*

5 *Concilium Trid. Parochis pro eorum congrua sustẽtatione centum ducatos liberos taxauit.*

6 *Liberi verbum quid notet.*

7 *Centũ ducati, qui relinquũtur Parocho, & mille, qui dantur Episcopo, debent remanere liberi deductis oneribus, quæ onera sunt tantũ ordinaria, & necessaria deducenda.*

8 *Valor huiusmodi ducatorum attenditur secundum consuetudinem loci vbi situm est beneficium.*

9 *Parochus debet habere clericum illi inseruientem.*

10 *Parochialis dos debet esse sufficiens etiã ad seruandam hospitalitatem, & aliorum onerum.*

11 *Capellarum, siue Altarium dos quæ debeat esse. & nu. 10. & seq.*

12 *Capellæ erigi possunt sine dote. Altaria item.*

13 *Stipendium datur clerico propter seruitium.*

14 *Collegiatæ dos quanta constitui debeat.*

15 *Monasterij dos quanta esse debeat.*

16 *Pactum adiectum in dotatione Ecclesiæ, quòd corruente Ecclesia dos reuocetur, non valet.*

17 *Dotis Ecclesiæ periculum ad quẽ pertineat.*

§. XV.

1 ET quamuis dixerimus beneficiatos teneri ad refectionem, reparationemque Ecclesiarum, in quibus sunt beneficiati, hoc tamen procedit quando de redditibus ipsarum Ecclesiarum eis superest vltrà necessariam sustentationẽ. *d. c. de his. & ibi Host. n. 1. & Abb. nu. 1. de Eccles. ædif. Abb. in d. c. 1. n. 2. eod. & conf. 70. num. 2. par. 1.*

2 Nullus autẽ Episcoporum debet dedicare, seù consecrare Ecclesiam aliquam, nisi fuerit anteà eidem Ecclesiæ assignata dos competens. *c. placuit. 1. q. 2. cap. nemo. & ibi gloss. pen. & Archid. num. 4. & Turrecrem. quæst. 6. de consecr. d. 1. cap. cum sicut. & ibi gloss. in fin. & Abb. nu. 3. & Anchar. de consecr. Eccles. vel alt. auth. vt nul. fabr. Orat. dom. §. 1. auth. de Eccles. tit. §. si quis autem. Abb. in cap. 1. num. 1. de censib.*

c*nsib.Rot.diuers.par.2.decis.* 141.*num.* 5. *Bald.cons.* 132.*vol.* 3.

3 Et de iure fundans Capellaniam, siuè Ecclesiā tenetur eā dotare, vt patet filiā. *l.qui liberos.ff.de rit.nupt.Abb. consil.* 89. *num.*20.*lib.*2.*Rot.diuers.par.*1. *decis.* 230. *num.* 1.pater enim dotare filiam tenetur, quæ amisit dotē. *Ias. in auth.quòd locum. num.*7.*vbi etiam DD.C.de collat.Aleiat. cons.*35.*nu.*3.*vol.*5.*Surd.de Aliment.tit.*7. *q.*5.*n.*7. *Nouar. q.forens.par.*1.*q.*73.*n.*4. *& seqq. vbi nu.*7.dicit hoc extendi etiam ad hæredes patris, *& num.*8. ad fratrem filiæ.

4 Quælibet autem Parochialis, siue Ecclesia, cui est annexa cura animarū eam dotem habere debet, quæ non solùm sufficiat pro Rectore, sed etiam pro vno saltem Clerico ministro, qui secum cantet, & Epistolam, & Lectionem legat, & doceat pueros, & Parochianos rudimenta fidei Christianæ. *d.c.placuit.* 1.*quæst.*3 *c.illud. & ibi gloss.pen.*7.*q.*1.*c.proposuit.in fin. de fil presbyt.c.de Monachis.de præben. c.*1. *cod.in* 6.*clem.*1.*de Iurepatr. c.vt quisquè. & ibi gloss.verb.clericum. & Abb.nu.*1. *& Imol.de vit.& honestat.cler.gloss. pen. in cap.*1.21.*q.*1.*cap.fin.§. vbi autem. de decim.in* 6.*Abb.in d cap.cum sicut.num.*5. *& cons.*89.*nu.*6.*&* 7.*par.*2. *Felin.in c ad aures. nu.* 4. *vers. tertia conclusio. de rescript.* nam sustentatio ministrorum Ecclesiæ est de Iure Naturali, & Diuino. *Sot. de Iust & Iur.lib.*9.*q.*3.*art.*1. *Vasqu. controuers.Illustr.c.*89.*num.*8. *&* 9.*lib.*2. *Couar.lib.*1.*variar.resol.c.*17.*num.* 3. vbi citat multos *Veral. decis.*328. *p.*3.

5 Ideò Sacrum Concilium Trid. optimè noscens, quæ Parochis sunt necessaria ad eorum congruam sustentationem, eisdē Parochis centum ducatorum summam taxauit pro necessarijs eorum alimentis, neque super Parochialium Ecclesiarū fructibus, qui non excedunt summam ducatorum centum, pensiones annuas reseruari posse decreuit. *sess.*24.*c.*13. *de reform.*

6 Qui ducati centum debent Rectori remanere liberi, vt in *cod. cap.* 13. nam verbum liberi notat, quòd sint integri sine diminutione deductis oneribus, & expensis in illis colligendis. *gloss. in cap. grauis. ver fructus. de rest.spol.l.*1. *& ibi Castr.C.de fruct.& lit. expen.* & ità etiā declarauit Congr. Card. super *d.cap.*13. *§.quando Parocho.*

7 Quia mille, quæ dantur Episcopo, & centum, quæ relinquūtur Parocho, debent remanere libera deductis oneribus. *Ruin. cons.*219.*n.* 3.*Rot.diuers.par.*1.*decis.* 268. *& fuit dictum in vna Forosemproniem. pensionis.* 9. *Februarij* 1615.*coram Sacrato,& in vna Cremonen.pensionis.*28.*Maij* 1618. *coram Caualerio. addit. ad Ludouis. decis.*245.*n.*12.onera autē, quæ sunt deducēda sūt, ordinaria, & necessaria, & nō alia. *Gigas de pens.q.*96.*nu.*2.*& fuit dictum in vna Romana pensionis.*6. *Nouēb.*1619. *coram Buratto. & in ead. coram eodem.* 6. *Aprilis* 1620. *addit. ad Ludouis. dicto nu.* 12.*Ricc.in prax.resol.par.*1.*resol.*511. *num.*5.6.*&* 7. Secùs de oneribus incertis variabilibus, voluntarijs, & arbitrarijs, quæ non sunt deducenda. *latè addit. ad Ludouis.d.num.*12.

8 Valor autem huiusmodi ducatorum attenditur secundum consuetudinem loci, vbi positum est beneficium, & ità declarauit Sacra Congr. Card. super *Concil.Trid. d. cap.*13.

9 Nequè cum minori annuo redditu decenter viuere potest Parochus, cū vnum saltem clericum illi inseruientem habere debeat, nam solus esse non potest, vt dictum fuit superiùs. *Cassad.decis.*19. *nu.*1. *de praben.Rot.diuers.p.*2.*decis.*56.*nu.* 10.

10 Et non solùm illa dos debet esse sufficiens pro Rectore, & Clerico manutenendo, sed etiam pro seruanda Hospitalitate, ad quam Clerici tenentur. *d.cap.de Monachis.de præben.§.*1.42.*dist.gloss.pen. in cap.*1.21.*q.*1.*cap.*2. *de supplen. neglig. Præl.Abb.in cap. dilectus.num.*4.*vers.decimo. & Felin. n.*6.*de offic.Ordin.* & dixi *in tit.de Discipl. Cleric. §.*15.*& in tit.de Bonis Cler.§.*11.Et prò solutione Iurium Episcopalium. *c.conquerente, & ibi Host. n.*12.*& seqq. & Abb.n.*2.*& seqq. de offic. Ordin.d.cap.*2 *de supplen.neglig.Præl.d.c. de Monachis.& d.clem.*1.*cap.*1.*de præben. in* 6.*cap.fin. §. vbi autem.de decim eodem.* Vt procurationis præstādæ Visitatoribus. *d.c.conquerente. & ibi Host.nu.*13.& *Abb. nu.*2.*vers. tertio decimo. d. cap.fin. §. vbi autē.& ibi glos.verb.onera.de decim.in* 6. vt dictum fuit superiùs in *§.*10. Pro accessu ad Synodum. *cod. c.conquerente. & ibi Abb.nu.*2.*vers.decimo. idem Abb.in c. dilectus. nu.*4.*vers.octauo.& Felin. n.*7. *de offic. Ordin.* Pro subsidio charitatiuo præstando. *cap.cum Apostolus. §. probibemus.*

mus.de censib. d.c.conquerẽte. & ibi Host. nu. 16.& seqq. & Abb.nu.2. vers.vltimo. idem Abb. in d.c.dilectus.nu.4. vers.quinto. & vers. nono. & dixi latiùs superiùs in §.11. Pro Cathedratico, siuè Synodatico persoluendo. *c.olim. de censib. d.c.conquerente.& ibi Host.nu.12. & Abb. n.2.vers. vndecimo. Abb.in eod.c.dilectus.n.4.in fin. princ.* Appellatur autem Cathedraticum, quia pro honore Cathedræ datur. *cap.placuit.* 10.*q.*3.*gloss.in d.c.conquerente. verb. solidos.& ibi Host.num.* 12. & quandoquè nuncupatur Synodaticum, quia in Synodo datur. *d c.olim.de censib.gloss.in d.verb solidos. Hostien.in d.c.conquerente. num.*12. Habenda tamẽ est ratio decimarum, oblationum, & aliarum obuentionum spiritualium, vt minor sit dos habito respectu ad prædicta, quæ ex iure Parochiali ipsi Ecclesiæ debebuntur, vt post *Vincent.* dicit *Abb.in d.c.cum sicut.num.*5. & ibi etiam *Io.Andr. & Card.de consecrat. Eccles.vel altar.Lambert. de Iurepatron.lib.*1.*par.*1. *quæst.*5.*art.*21.*nu.*14.& 15. *vers.quintus est casus.*

11 Quòd si loquamur de Ecclesijs simpliciter beneficiatis, seù Oratorijs fundatis auctoritate Diœcesani, quæ sunt religiosa, & publica, siuè de Capellis, seù Altaribus, sufficit, quòd earum dos sit congrua ad sustentationem solius Rectoris, & Clerici, & quòd possit ipse Rector procurare visitãtes, & iura Episcopalia soluere, vt toto *tit.de censib.& not. in d c.conquerente.Lambert.d.art.*21.*nu.*15.qui subdit idem dicendum esse in Capellis per se stãtibus, quæ sunt ità ordinatæ, vt proprium Rectorem habeant, non tamen curam animarum in *vers.sextus casus. & nu.*16. *in princ.& n.*20.& quòd ad sufficientiam dotis talium Capellarum requiratur, quòd indè possit etiã viuere clericus vltrà Sacerdotem dicit *Abb.cons.*89.*nu.*7.*par.*2.

12 Quamuis Capellæ, & Altaria in Ecclesijs existentia erigi possint sine dote, cũ sufficiat, quòd Ecclesia sit dotata. *Anan. cons.*24.*Lambert.de Iurepatr.lib.*1.*par.*1. *q.*3 *princ. artic.*5. maximè vbi quis construxisset Capellas, & Altaria ad ornatum Ecclesiæ. *Roeb.de Iurepatr.ver.instruxit. quæst.*4. Si verò fundator non curauit, quòd huiusmodi Capella haberent Rectorem, sed voluit quòd ibi tnt Missæ in hebdomada celebrẽtur, tunc dos erit competens secundum loci consuetudinem, & debet assignari dos tanta, vt ex illa eo die, qui seruit, ei victum dare possit. *Lambert. d.art.*21.*nu.*16.*vers.aut verò.* nam qui altari seruit de altari viuere debet, & ad instar officij datur beneficium. *cap.fin.*1.*q.*2. *c.ex his.*12.*q.*1.*c.concesso. ead. q.*2. *c.generaliter.*16.*q.*1.*c.fin.de rescript.in* 6.*glos.*1. *in cap fin.de offic. Vicar.* Nemo enim suis stipendijs militare cogitur. *c. cum secundum. de præben.*

13 Et datur clerico stipendiũ non propter indigentiam, sed propter seruitium. *d.c.fin.*1.*q.*2. *Abb.in c.Episcopus. nu.*3. *de præben.* Si ergò illa die militauit pro illo beneficio ab eodem beneficio alimenta recipere debet, cum non sit alligandum os bouis triturantis. *c.Ecclesias.*13.*q.*1.*c.extirpanda.* §.1. *de præben.* Et aduertè in omnibus supradictis casibus, vbi Ecclesia, Capella, vel Altare sunt fundata, quòd vltrà dotem pro victu Rectoris, pro procuratione visitantium, & pro solutione iuriũ Episcopalium requiritur etiã dos pro luminaribus, & paramentis. *c.placuit.* 1.*q.*2. *cap.nemo.*2.*de consecr. dist.*1. *auth.vt nul. fabr.orat.dom.col.*5.*& ibi Bart. Lambert. d.art.*21.*nu.*19.

14 Dos autem Collegiatarum Ecclesiarum debet esse tanta, quòd sufficiat Canonicis in illa deseruiẽtibus secundùm quantitatem, & numerum Collegiatorum. *Abb. in d.c.cum sicut. nu.*5. & ibi etiam *gloss.*1. *de consecr.Eccles.vel alt. gloss.in c.*1.*verb. necessitatem. in fin.* 21.*quæst.*1. *Lambert. d.art.*21.*nu.*5.*vers.Do.Paul. de Citad. & num.*13. vbi subdit in ipsis Collegiatis ad minus debere esse duos, vel tres. *d.c.placuit. gloss.fin. in d c.cum sicut. Lambert. d.n.*5.*& n.*13. vbi subdit pariter, quod est etiam habenda ratio, quòd Canonici Collegiatæ possint Hospitalitatem seruare, & iura Episcopalia soluere, & visitantes procurare. *d.gloss.fin.in d.c.cum sicut.*

15 Dos Monasterij debet etiam esse talis, quòd exindè sustentari possint Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores, & Lectores. *auth.vt determ. sit num.cler.*§.*inuestigantes.gloss.fin.in d.c.cum sicut.*

16 Si autem quando datur aliquid pro dote Ecclesiæ, datur cum pacto, quòd huiusmodi datum reuocetur corruente Ecclesia, tunc huiusmodi pactum etiam adiectum de consensu Episcopi non valet tanquam à iure prohibitum. *Ancbar.cõs.*107. *nu.*2. *Rot.diuers.p.*1. *decis.*695.*n.*1. *& per*

totam. Lambert. de Iurepatron. p.1.lib.1. q.5.artic.8.& q.6.art.4.num.11. & 12.& art.9.q.1. num.103. quia quod semel Deo dicatum est, non est amplius ad vsus humanos reuocandum. *cap.semel.de reg.iur. in 6.*

17 Periculũ verò dotis amissæ, seu quòd alioqui dos successu temporis non sit sufficiens, non pertinet ad dotantem, sed ad beneficium dotatũ. *Lambert.de Iurepatr. lib.1.par.1.q.5.princ.artic.8.num.17.Rot. diuers.par.1.decis.230.num.5.& decis.56. num.6. par.2.*

SVMMARIVM.

1 *Portio congrua pro Rectore Ecclesiæ assignari debet, & ex qua causa.*
2 *Portionis congruæ assignatio defertur iudicio Episcopi.*
3 *Incerta an computentur in congruam portionem.*
4 *Distributiones quotidianæ non sunt computãdæ in assignatione portionis congruæ.*
5 *Vicariæ perpetuæ quæ portio assignari debeat, & an incerta computari possint.*
6 *Appellatio quomodo detur à sententia lata super congrua portione.*
7 *Parochialis, quando habet redditus pingues, potest tunc Episcopus pro maiori seruitio Ecclesiæ facere dismembrationem, & constituere Capellanos.*

§. XVI.

1 HInc etiam fit, quòd assignari debeat congrua portio Rectoribus pro eorum sustẽtatione. *cap. extirpandæ. de præben. clement.1.de Iurepatron. Rot.diuers.decis.56.nu.2.p.2.* congrua autem portio assignatur ratione oneris curæ animarum, quo non existente cessat fundamentum congruæ portionis. *Rot.diuers.par.1.decis.16.per totam.*

2 Quæ assignatio Ordinarij arbitrio, & iudicio est faciẽda. *c.fin.§.vbi.de decim. in 6. d clem.1. de Iurepatron. Rot. diuers. p.2. decis.99.nu.9.* in materia etenim congruæ portionis plurimum defertur iudicio Ordinariorum. *Seraph.decis.173.nu.1. p.1.Lambert.de Iurepatr.p.3.lib.3.art.15. Menoch.de arbitrar cent.6. cas.588.n.2. Seraphin. decis.550.n.1. Ricc in prax.resol. par.2.resol.439.* Qui Ordinarius considerare debet qualitates, & circumstantias loci, beneficij, personarum, necnon dignitatis beneficiati, onerum, morum regionis, & multa alia, de quibus latè per *Rebuf. in tract.de congr.port.q.8.per tot.* & debet illam portionem assignare, vt beneficiati possint viuere non cum penuria, sed commodè, & congruè, vt post *gloss.& Abb.* tradit *Rebuff.d.tract.nu.78. Rot.diuers. p.2. decis.5.nu.9.* Debet autem ipse Ordinarius magis inclinare in fauorem Beneficiatorum, & Rectorum, quàm possessoris illius, qui debet illam portionem soluere, cum illi laborẽt in agro Domini spiritualia Parochianis ministrantes. *Rebuff. dicto tract.nu.82.in fin. Conc.Trid.c.13.sess.24. de reform. Rot.d.decis.5. nu. 10.*

3 Non computantur autem in cõgruam portionem incerta, qualia sunt anniuersaria, oblationes, & distributiones. *Rebuff. d.tract.num.83.85.& seqq. Rot.d.decis.5. nu.3.4. & 5. Seraphin.decis.1345.num.3.* secus verò vbi Ecclesia habet redditus incertos, qui communiter ad vnam summã redigi possunt. *Ancharan. in clem. vnic. num.42. de concess.praben. Rot.d.decis.5. num.7.*

4 Neque in assignanda dicta congrua portione sunt computandę quotidianæ distributiones. *Rebuff.de congr.port.quæst.8. nu.83.& 86.Cæsar. de Grass decis. 6.n.12. & 13.Rot.decis.8.de præben.in nou.& Rot. diuers.p.2.d.decis.5.nu.4.& per totam.*

5 Nisi in congrua portione assignanda Vicarijs Parochialium, quia tunc computãtur distributiones quotidianæ, vt statuit Pius V. in Constit.46. quæ incip. *Ad exequendum.* in qua sanciuit, quòd Prælati debeant assignare Vicarijs summam nõ minorem quinquaginta, nec maiorem cẽtum scutorum annuorum, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obnentionibus cõmuniter percipi solitis. Verumtamen in illis quinquagintà, siuè centum non sunt computãdæ eleemosynæ altaris funeralium, & aliæ huiusmodi, quæ Vicarius postea ex suo labore, & officio percipit, sed illa incerta, quæ habẽt quandam certitudinem, vt sunt decimæ, seu primitiæ frumenti, vini, & aliorum fructuum, quamuis in dicta Constitutione dicatur imposita eadẽ portio super emolumẽtis, & alijs obuentionibus, etiam incertis cõmuniter percipi solitis. *Rebuff.in d.tract. nu.83.*

*nu.*83.85.*&* 86. & post eum *Thessaur. for. Eccles. cap.*31.*nu.*6. & dicuntur incerta respectu summæ, quæ in specie ignoratur, venit tamen verificanda ex eo, quòd in præteritum communiter, atquè vt plurimùm percipi consueuit.

6 Et quamuis à sentētia lata super cōgrua portione appellari possit. *Rebuff. d.tract.de congr.port. nu.*79. Nihilominùs hæc appellatio non suspendit, quominus Iudex possit sententiā suam exequi. *gloss. in clem.*1.*verb.oneramus. de Iurepatron. Seraphin.decis.*173.*nu* 3.*par.*1.

7 Quando tamen Ecclesia Parochialis habet redditus pingues, tunc potest Episcopus, vt meliùs Ecclesiæ deseruiatur, facere dismembrationem, & constituere Capellanos, *Seraphin.decis.*428. *per totā.p.*1.

De Clerico Teste.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium clerici plus valet, quàm laici.*
2 *Sacerdotis præsentia excludit præsumptionem falsitatis.*
3 *Testimonium quatuor clericorũ æquiparatur depositioni sex laicorum.*
4 *Parochus productus vt testis habet vim duorum testium.*
5 *Testamentum Parochiani factum coram Parocho, & tribus, vel duobus testibus valet de iure Canonico, & in terris Ecclesiæ.*
6 *Parochus est dignior Iudice seculari.*
7 *Testimonium duorum laicorum quomodo præualeat testimonio duorum clericorum.*
8 *Clerico deponenti de spectantibus ad eius officium creditur.*
9 *Parochorum libris, in quibus scribuntur matrimonia, & nomina baptizatorum, & defunctorum, creditur.*
10 *Parochorum libris probatur origo alicuius.*
11 *Episcopo asserenti in his, quæ spectant ad eius officium, fides adhibetur inter subditos.*
12 *Episcopo etiam non suo dicenti se promouisse de licẽtia Ordinarij creditur.*
13 *Episcopo attestanti super his, quæ ad officium suum non spectant, non creditur in præiudicium tertij.*

§. Primus.

1 IN hoc etiam est Clericus priuilegiatus, quia ipsius testimonium plus valet, quàm laici. *c. si testes. 4. q. 3. c. in nostra. de testib. Abb. in repet. c. cum esses. nu. 6. in fin. de testam.* ob præsumptionem maioris bonitatis, & integritatis, quę est in Clerico. *Ias. in auth. ingressi. col. 2. C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 43. n. 4. vol. 7. Crauet. cons. 267. num. 2. vol. 1. Mantua. cons. 208 num. 52. vol. 1. Menoch. cons. 221. num. 3. vol. 3.*

2 Quare Sacerdotis præsentia excludit præsumptionem falsitatis. *Gemin. cons. 49. num. 7.*

3 Testimonium autem quatuor clericorum æquiparatur depositioni sex laicorum. *gloss. in c. Monachus. verb. quorum. 77. dist. Dec. in c. ex literis. n. 24. de probat. & cons. 119. col. pen. in fin. Ias. cõs. 13. col. 1. in fin. Soccin. Sen. cons. 28. col. 3. vers. quod autẽ super absentia. vol. 3. Alex. cons. 236. col. 2. vol. 6. Rol. cons. 24. nu. 71. vol. 1. Crau. cons. 267. n. 2. vol. 1. Cœphal. cons. 721. n. 21. vol. 5. Purpurat. cons. 133. num. 24.* & post *gloss. Felin. Afflict. Paris. Gabriel.* & alios dicit *Bursat. cons. 89. nu. 9. vol. 1. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 306 num. 1. & seqq.*

4 Quinimò Parochus vt testis productus obtinet vim duorum. *c. cum esses. de testam. Alex. cons. 43. vol. 7. Rol. d. cons. 24. nu. 54. Ruin cons. 137. num. 2. & 13. vol. 2. Cœphal. cons. 360 nu. 3. vol. 3. & cons. 776. nu. 20. vol. 5. Menoch. cons. 92. n. 89. vol. 1. Honded. cons. 77. num. 38. vol. 1.*

5 Quamobrem firmum est testamentũ, quod Parochianus fecit corã Parocho suo, & tribus, vel duobus testibus idoneis. *d. c. cum esses.* licet hoc procedat de Iure Caonico, & in terris Papę subiectis quoad iurisdictionem temporalem, vt de cõmuni dicit *Couar. in d. c. cum esses. num. 12.* vbi moltos allegat.

6 Præterquãquòd Parochus est dignior Iudice seculari. *Cœphal. d. cons. 360. nu. 5.* oã & fauore causæ piæ, atquè Ecclesiæ sustinetur testamentum factum coram duobus testibus, quamuis Ius Ciuile io alijs testamẽtis plures requirat. *c. relatum. 1. de testam. Azor. p. 2. Instit. Moral. lib. 9. c. 10. quæst. 1.*

7 Si tamen duo clerici deponunt Titiũ commisisse fornicationem tali die, & duo laici dicant Titium fuisse cum illis ea die, præponendi erũt laici, & sic qualitas clericatus non tollit prærogatiuam absolutionis. *gloss. fin. in c. clerici. 82. dist. Gabriel. concl. tit de testib. concl. 4. n. 62. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 234. n. 5.* quia laici stant pro reo, cuius causa est fauorabilior. *Dec. in d. c. ex literis. nu. 23.* & propterea si duo clerici deposuerunt contrà alium clericum, poterit ille clericus se purgare per duos laicos. *gloss. fin. in d. c. clerici. Abb. in*

cap.ad nostram.num.4.de probat.vbi idem Abb. ex hoc infert, quod testes ex parte rei præferuntur, licet testes actoris, sed accusatoris sint aliquantulum magis idonei.

8 Et in tantum valet clericorum testimonium, vt si clerici deponāt de spectantibus ad eorū officium, illis credatur. *c.cū inhibitio.de clandest.despons.Rot.decis.15. & decis.16.de probat.in antiq.Rot.diuers. p.1.decis.750.nu.10.& p.2.decis.91.nu.1. & 2. & decis.220.num.1. Gram.cons.24. nu.8. Crauet.de antiq.temp.p.1. §.quarto limitatur.num.72.*

9 Ideò libris Parochorū, in quibus inscribūtur matrimonia, & baptizati, atque defuncti, est standum. *Rot.diuers.p.1.dicta decis.750.n.10. & p.2.decis.340.n.2. & 4.* & de libro baptizatorum dicit *Caputaq. decis.314.nu.1.par.1.*

10 Per quem probatur etiam origo alicuius. *Rebuff.in tract.de registr. num.15. vers.sexto vt apud veteres. Mascard.de probat. conclus.1147.nu.21.* nam & assertioni Parochi in denunciationibus matrimonij standum est concurrente verisimilitudine prouenienete ex taciturnitate, & nō reclamatione partium. *Rot.diuers. par.2. decis.91.num.1.* & de libro baptismi dicit *Seraphin.decis.1138.nu.2.*

11 Dicimus etiam Episcopo asserenti in his, quæ spectant ad eius officium, plenam fidem adhiberi inter subditos in rebus, in quibus ipse Episcopus non prætendit interesse. *Abb.in c.post cessionem.nu.5. vbi etiam Host.n.1.& 6.Io.Andr. Card.& alij.de probat. Rot.d.decis.15. & decis.16. de probat. in antiquis. & Rot. diuers.p.3. lib.3.decis.1164.num.4.*

12 Nam creditur etiam literis Episcopi non sui dicentis se promouisse de licentia Episcopi ordinarij. *Felin. in c.Albericus. nu.4.vers.sed contrà.Hostien.& ibi Card. de testib. Rot.diuers.p.3.lib.3. decis.1064. & decis.1067.*

13 Non tamen in præiudiciū tertij creditur Episcopo attestanti super his, quæ ad officium suum non pertinent. *Caputaq. decis.308.per totam.par.1.Rot.d.decis.16. de probat.in antiq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest sine licentia sui Episcopi ferre testimonium coram Iudice seculari. & nu.3.*

2 *Iuramentum clericus non potest præstare corā Iudice seculari sine licentia sui Episcopi, quod procedit etiam in Regulari, qui sine licētia suorum Superiorum non potest testificari coram Iudice seculari.*

3 *Testimonium clerici perhibitum corā Iudice seculari in causa ciuili absq. licentia sui Episcopi est validum.*

4 *Clericus tempore pestis potest ferre testimonium coram Iudice seculari in causa ciuili sine licentia sui Episcopi.*

5 *Licentia danda clerico per Episcopum deponēdi coram Iudice seculari qualis esse debeat.*

6 *Clerico prohibitum est testificari contrà laicum in causa criminali, siuè eum accusare.*

7 *Clericus accusans laicum corā Iudice seculari in causa criminali qualiter protestari debeat ad euitandam irregularitatem.*

8 *Clericus coram Iudice seculari examinatus in causa criminali absque licentia Episcopi non facit indicium contrà eundem laicum.*

9 *Iudex Ecclesiasticus non debet nec potest licentiam clericis concedere, vt in causa criminali contrà reum testimonium ferant principaliter, siuè incidenter coram Iudice laico.*

10 *Clericus potest sine licentia sui Episcopi testificari coram Iudice Ecclesiastico.*

11 *Clericus potest esse testis in quibuscunque contractibus, instrumentis, & testamentis laicorum.*

12 *Clericus condemnatus de falso non potest esse idoneus testis instrumentarius.*

13 *Concubinarius non est idoneus testis. Tabernas frequētans repellitur à testimonio. ibidem.*

14 *Veritas vbi aliter haberi nequit, admittuntur quoquè clerici contrà laicos etiam in criminalibus.*

15 *Clericus quomodo possit esse testis in causa sua Ecclesiæ, & quid in Monacho, & Moniali.*

16 *Clericus quomodo suam innocentiam iuramento purgare possit.*

§. Se-

§. Secundus.

1 VErùm coram Iudice ſeculari eſt prohibitum clerico teſtimoniũ etiam aduerſus laicum perhibere ſine licentia ſui Prælati. *c. ſicut. cum ſeqq. 2. q. 7. c. teſtimonium. & ibi gloſſ. 2. & Arcbid. n. 3. in fin. ac Præpoſit n. 1. 11. q. 1. c. ſuper prudẽtia. & c. quamquam. 14. q. 2. c. nullus. & ibi gloſſ. fin. 22. quæſt. 5. Abb. in c. cum nuntius. nu. 3. vbi etiam Felin. n. 3. de teſtib. l. illam. C. de Epiſc. & Cler. Innoc. in c. cum P. de accuſat. Butr. in c. dilectorum. vbi etiam Innoc. & Imol. de teſtib. cogen. Aret. conſ. 159. dubio octauo. Alex. conſ. 65. circà fin. vol. 2. Pariſ cõſ. 83. n. 35. vol. 1. Nat. conſ. 39. num 1. vol. 4. Crauet. conſ. 2. n. 1. vol. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 306. num. 6.*

2 Propter iuramentum, quod clericus coram Iudice ſeculari præſtare non debet ſine licentia ſui Ordinarij. *d. c. quamquam. d. cap. teſtimonium. & d. c. nullus. Sylueſt. verb. clericus. 3. n. 6.* Quod procedit etiam in Regularibus, qui ſine licentia ſuorum Superiorum non poſſunt teſtificari coram Iudice ſeculari. *Bald. in l. quoniã in princ. C. de teſtib. Felin. d. c. cum nũcius. Syluest. verb. teſtis. num. 1.* Et in tantum hoc eſt verum, quòd clericus, ſi temporalium adminiſtrationem illi habere contigerit, debebit iurare ſuo Epiſcopo pro adminiſtratione huiuſmodi temporalitatis. *cap. 1. & per totam. 24. diſt. Bellam. conſ. 31. num. 6.*

3 Si tamen clericus abſque licentia ſui Prælati teſtimonium perhibeat coram eodem Iudice ſeculari, licet à ſuo Epiſcopo puniri proindè poſſit, vt dicetur *in 2. par. in tit. de Pœnis Clericorũ.* valet huiuſmodi depoſitio, licet malè fecerit. *Abb. in cap. 1. nu. 17. de iuram. cal. & in d. c. cũ nuntius. nu. 3. vbi etiam Felin. nu. 3. & Barbat. de teſtib. Specul. in tit. de teſtib. in §. 1. nu. 36. Aret. conſ. 160. verſ. venio ad octauum. Angel. conſ. 332. Rol. conſ. 24. nu. 77. vol. 1. Ricc. in prax. reſol. par. 2. reſol. 459. nu. 3.* quamuis ſit Regularis. *Abb. in d. cap. cum nuncius. Crot. de teſtibus. p. 4. q. 22. nu. 85. Ricc. d. reſol. 459. eod. nu. 3.* etiam quod teſtificetur coactus coram Iudice ſeculari, quia nihilominùs valebit eius teſtimoniũ, vt poſt *Syluest. & Abb.* dicit *Azor. par. 3. Inſtit. Moral. lib. 13. cap. 28. verſ. conditio.* licet *Felin. in d. cap. cum nuncius. Angel. conſ. 234. Io. de Amic. conſ. 77. nu. 17.* affirment Regularium depoſitionem ſine dicta licentia non valere. Quare quando Clerici admittuntur ad teſtificandum contra laicum coram Iudice ſeculari, id eſt intelligendum cum licentia Epiſcopi, & Superioris, cum licentia enim poteſt Clericus corãm Iudice ſeculari teſtimonium ferre. *d. cap. quamquam. & d cap. ſuper prudentia. §. poteſt. in fin. vbi gloſſ. in verb poteſt. Campeg. de teſtib. reg. 91. in 1. fallen. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1358. nu 61. Farinac. in tract. de teſtib. q. 61. num. 83. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 102. n. 23* licentia verò Superioris in depoſitione clerici non probatur per aſſertionẽ actuarij. *Io. de Amic. conſ. 77. n. 18.* Prelati autem & Superiores poſſunt deponere ſine licentia, quia ſibi ipſis huiuſmodi licentiam impertiri videntur, ſi in illo loco non eſſet alius, qui poſſet licentiam dare. *Ang. d. conſ. 234.*

4 Tempore autem peſtis non requiritur licentia Prælati propter imminẽs periculum. *Rip. in tract. de peſte. Rubr. de priuileg. Iud. cauſ. peſt. nu. 45. Farinac. dicta quæſt. 61. num. 85.*

5 Et in caſu licentiæ concedendæ per Epiſcopum, ſeù Superiorem Clerico, vt teſtimonium perhibeat coram Iudice laico, non poteſt Epiſcopus, ſiuè Superior concedere licentiam Clerico iurandi corã Iudice ſeculari, niſi quòd iuret in manibus Epiſcopi, vel Vicarij, aut alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, vel poterit idem Epiſcopus coram ſeipſo, aut alio Iudice Eccleſiaſtico eundem teſtem examinari facere, ac deindè ſic factum examen ad ipſum ſecularem Iudicem tranſmittere. *dicto cap. quamquam. vbi gloſſ. pen. & fin. & Arcbid. nu. 2. & 3. 14. q. 2. Butr. in dicto cap. cum nuncius. num. 5.* & ibi etiam *Abb. n. 3. Maſcard. de probat. lib. 3. dicta concluſ. 1358. nu. 61. Boſſ. de oppoſit. contra teſt. num. 91.* de qua licentia conſtare, & apparere debet in actis. *Curt. in tract. de teſtib. concluſ. 49. in fin. verſ. oportet ergo. Io. de Amic. conſil. 77. n. 18. Siluan. cõſ. 16. num. 7. verſ. plus dico. & num. 8.* Licentia autem danda per Epiſcopum Clerico, vt deponat coram Iudice ſeculari eſſe deberet ſub hac, ſiuè ſimili forma. Conceditur licentia N. Clerico deponendi in Curia ſeculari in tali cauſa, dummodò, non deponat ſuper articulis concernenti-

bus

bus criminalitarem, infamiam, negatiuam, aut repulsam, prout seruatur in Curia Archiepiscopatus Neapolitani, & seruabatur meo tẽpore in Curia Archiepiscopali Bononiæ, dum essem Vicarius illius Archiepiscopatus.

6 Et multò magis est Clerico prohibitum testificari contrà laicum, & eum accusare in causa criminali, in qua venit imponenda pœna sanguinis propter periculum irregularitatis. *d.cap.testimonium. & ibi gloss.* 11. *q.* 1. *Abb. in cap. de cætero. num.* 1. *& Felin.num.*1.*vers. sed considera de testib.Innoc in d.cap. dilectorum. & in dicto c. cum P Guid. Pap d.q.*65. *Boss.in pract.crim.dicto tit.de opposit.contra test.nu.*91.*Clar.*de communi.*in §. fin. q.*24.*nu.*8.*vers.ulterius quæro. & num.*9. *vers. sed quid si clericus. Nat. cons.* 394. *num.*1.2.3.*&* 4. *vol.*2.*Crau.cons.*2.*nu.*5. *vol.*1. *Mascard.de probat.lib.*1.*concl.*306. *num.*6.*& lib.*3.*d.conclus.*1358, *num.* 61. etiam in crimine læsæ Maiestatis.*Gigas in tract.de crimin. læsæ Maiest. lib.* 2. *tit. quom.& per quos crim.q.*14.*num.* 7. *&* 8. *Farin.in tract. de testib.q.*61.*num.* 66. Et hoc adeò verùm est, quòd si Clericus testificetur in causa criminali, ex qua mors sequi possit, aut truncatio membri, efficitur irregularis. *Specul. in tit.de dispens. §.*4. *num.*9. *vers.item litigiosus.Crau.dicto cons.* 2.*num.* 1.*vol.*1.*Clar.d.num.* 8.

7 Quamobrem debet Clericus semper protestari, vt euitet irregularitatem, quòd non intendit contra talem accusatũ procedi ad pœnam sanguinis, sed tantùm modò ciuiliter. *cap.*1.*de homicid in* 6. *Io. Andr.in cap.Prælatis.vers. querelam.cod.* pariter.*in* 6. vt dictum fuit *in tit. de Disciplina Clerical. §.*5.*n.* 131. *& seq.*

8 Vndè Clericus coram Iudice seculari contra laicum examinatus in causa criminali absquè licentia sui Superioris ne indicium quidem facit contra eundem laicum. *Isern.in c.*1. *col.pen. qui test.sint necess. per l.Diuus. §.ex quibus ff.de q. Natt.d.consil.*394.*nu.*3 *&* 4.*Foller.in pract. crim. in fragment. num.* 9. *in fin. Grammat. cons.*3.*num* 9. *& seq. Marsil. cons.*123.*num.* 6.*vers. & sic ex istis.* tum quia Clericorum non est opem ferre ad pœnam corporalem infligendam, sed ad eos potiùs pertinet intercedere, ne vindicta sanguinis sumatur.*c.non inferenda.*23. *q.* 3.*cap. reos. eadem q.*5. tùm verò quia testis, qui prohibetur examinari, & repellitur à limine depositionis, si examinetur interrogatus nullum facit indicium: *Bald. in l.seruos & ibi Salic. C. de testib. & in l.etiam matris.in fin ff.de probat.& in c.* 1. *circa princ.de confess.* licèt alij censeant testimonium clerici perhibitum absque licentia proprij Prælati nõ vitiari, neque inualidari. *Guid.Pap.decis.* 65. *in princ.*quem sequitur *Diaz. in pract.crim. canon cap.*101. *num.*25.

9 Nequè in causa criminali debet, aut potest Iudex Ecclesiasticus licentiam concedere clericis, vt contra reum testimonium ferant principaliter, siuè incidenter coram Iudice laico. *cap. testimonium.*11. *q.*1.*Innoc in c dilectorum.de testib.cogen. addit ad Guid.Pap.decis.*65.*sub n.*2. *Diaz. in pract.crimin. canon. cap.* 101.*num.*26. etiamsi veritas aliter haberi non possit, cum magis sit timendum periculum irregularitatis.

10 Coram autem Iudice Ecclesiastico etiam alieno non prohibetur Clericus testificari sine licentia sui Superioris. *Præposit.in d.cap. testimonium.num.*2. *&* 4. *& ibi etiam Archidiac. nu.*3.11.*q.*1. *Abb. in dicto cap.*1.*nu.*21.*vers. & aduertẽ. de iuramen. cal. Felin.in dicto.cap. de cætero. num.*1.*& Boych.nu.*3. *de testib. Corradd. in pract. §.*2. *tit. de testib. Rubr. person.test.aggred.verb.clericus. num.*77. quia ista iura prohibitiua non sunt extendenda. *arg.cap.odia,de reg.iur.in* 6.

11 In quibuscunque etiam contractibus, & instrumentis etiam laicorum cõficiendis,& in testamentis potest clericus esse testis. *Felin. in d.cap. cum nuncius. num.*3.*Aret.cons.*159.*nu.*20. *Siluan. dicto cons.*16. *num* 4.*&* 5.*Garauit. de rit. magn. Cur. rit.* 114.*num.*4.licet de honestate ab illis se abstinere deberet clericus *d c.super prudētia §.potest.ubi gloss.verb. potest.& d.cap.quamquàm.& ibi etiam gloss.*14.*q.*2. *Abb. in d.cap. cum nuncius. n.*2.*&* 3. *Felin.num.*3.*& Butr.num.*5. *de testib.*

12 Clericus tamen aliàs condemnatus de falso non potest esse idoneus testis instrumentarius. *Marsil.sing.*74.*Paris.cõs.* 57.*num.*36.*vol.*4. *Fel. in cap. testimoniũ. num.*19.*de testib.*

13 Nã & concubinarius,& frequẽtans tabernas est à testimonio etiã in causa ciuili repellendus.*cap.nemo.*32.*q.*4. *Abb.in*

dicto c. testimonium. in princ. de testib. Alex. de Neuo cons.2.n.11.

14 Vbi autem veritas aliter haberi nō potest, tunc in subsidium etiam in criminalibus Clerici admittuntur contra laicos. *d. cap. quamquam. & ibi gloss. verb. occultetur. 14. q. 2. Abb. in d. cap. cum nuncius. num. 3. de testib. Felin. in d. cap. de catero num. 1. Alex. consil. 65. num. 7. vers. quod intelligitur. vol. 2. Natt. cons. 394. num. 1. & 7. Gramat. cons. 3. num. 8.*

15 Potest item Clericus esse testis in causa suæ Ecclesiæ, vt quando commodū non tangit singulos, sed Vniuersitatem, & Canonici ad fauorem sui Capituli. *dicto cap. super prudentia. & ibi Archid. nu. 2. 14. q. 2. c. & si Christus. in fin. de Iureiur. c. tuis. d. cap. cum. nuncius. & ibi Io. Andr. in princ. & c. insuper. vbi Abb. in prin. Bald. & alij. de testib. Innoc. in cap. ad hac. eod. Bart. in l. qui testamento. num. 3 in fin. & Imol. num. 3. ff. eod Butr. in cap. cum inter. num. 4. & ibi Imol. de sent. & re iudic. Specul. in tit. de teste. §. 1, n. 23. vers. sed nūquid Rector & n. 24. Rom. cons. 420. num. 7. Bal. cons. 445. n. 9. Ferret. consil. 150. num. 8. Couar. pract. quast. c. 18 num. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 106. Guid. Pap. q. 193. Afflict. decis. 400. num. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 3. n. 1. & 11.* vbi de communi testatur. *& concl. 624. num. 6. Farinac de testib. q. 60. n. 544. Felin. in d. cap. insuper.* vbi latè discutit hanc propositionē. *Nouar. quast. Forens. par. 1. q. 170. nu. 3. & 4.* Similiter Monachi pro suo Monasterio sunt idonei testes. *Bal. in cap. tertio loco. n. 3. & 4. de probat. Afflict. decis. 400. nu. 2. Mandel. cons. 100. num. 15. Nouar. d. q. 170. num. 5.* Idem dicitur de Monialibus. *Campeg. de testib. reg. 94. Fallent. 3.* cum neque repellantur Collegiati in fauorem Collegij testimonium ferentes, quando non agitur de interesse singulorum, sed Vniuersitatis. *Bal. in d. cap. tertio. loco. num. 3. gloss. in l. in tantam. §. vniuersitatis. verb. rescripserit. vbi etiam Bald. & Alberic. ff. de rer. diuis. Specul. de testib. §. 1. num. 22. Nouar. dicta q. 170. num. 6. & 7.*

16 Iuramento item suam innocentiam Clericus accusatus asserere potest, si deficiant accusatores. *cap. presbyter. c. habet. cum seqq. 2. q. 5.* quod debet facere super sacrosanctis Euangelijs coram se positis, & si sit Sacerdos, purgare se debet cum tali iuramento cum septem socijs Sacerdotibus, & si Diaconus cum tribus eiusdem ordinis. *cap. si legitima. & cap. presbyter. 2. q. 4.* ad præscriptam formam, de qua in *cap. omnibus. circà fin. ead. q. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares non possunt ferre testimonium sinè sui Superioris licentia, & num. 5.*
2 *Regulares non habent velle, nec nolle.*
3 *Regulares non possunt suscipere filios de baptismo.*
4 *Regulares si testimonium perhibent absquè licentia Superioris valet eorum depositio.*
5 *Regulares, & clerici quare non possunt testimonium perhibere absque Superioris licentia.*
Solemnitas leuis omissa nō vitiat actū.
6 *Regulares possunt esse testes in testamentis absquè Superioris licentia.*
7 *Clericus non potest cogi ad ferendum testimonium in casibus, in quibus potest admitti ad testificandum contrà laicum.*
8 *Clericus cogi potest ad ferēdum testimonium, vbi veritas aliter haberi nō potest.*
9 *Clericus quando cogi potest ad ferendum testimonium, coactio debet fieri, per Iudicem Ecclesiasticum, non secularem.*
10 *Clericus non potest vocari in testimonium in illa causa, in qua fuit Iudex.*

§. Tertius.

1 NEque Monachi, sinè Regulares possunt perhibere testimoniū sine Superioris sui licentia. *Abb. in c. cum nuncius. num. 4. & Felin. n. 3. de testib. Bal. in l. quoniam liberi. num. 1. in fin. C. eod. Io. de Amic. cons. 77. nu. 17. Faber. in §. testes autem. nu. 3. Inst. de testam. Grammat. cons. 3. nu. 7. vers. tamen illud. Boss. in prax. crimin. tit. de opposit. cōtra test. n. 92. Specul. in tit. de teste. §. 1. n. 36. Nell in tract. de test. n. 22. Crot. eod. tract. n. 178. Cāpeg. eod. reg. 94. in prin. & reg. 96. Farin. eod. q. 61. n. 124. n. 130. & seq. Rot. diuers. p. 2. decis. 77. nu. 12.* vbi refellit Abbatem, & Cornenm contrarium

tenen-

tenentes. *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 261. n. 1. 2. 5. & 12. & lib. 3. conclus. 1358. num. 3.* vbi testatur de communi.

2 Quia Monachi, & Regulares non habent velle, nec nolle, sed eorum voluntas à Superioris voluntate dependet. *cap. fin. de testam. in 6 cap. si religiosus. & c. si Abbatem. de elect. eod. & cap fin. de sepult. eodem.*

3 Quemadmodum etiā dicimus, quòd Regularis, seù Abbas non potest suscipere filios de baptismo, nequè commatres habere. *cap. non licet. & c. seq. de consecr. distinct. 4.*

4 Veruntamen etsi Monachi, & Regulares non possint testificari, nequè esse testes sine Superioris eorum licentia, nihilominus si testimoniū perhibeāt absquè tali licentia eorum depositio valet. *Abb. in d. cap. cum nuncius. num. 4. Specul. in dicto tit. de testes. §. 1. num. 36. in fin. Crot. de testib. n. 178. Guid. Pap. dec. 157. Farin. dicta q. 61. num. 134.*

5 Quia, quòd non possit examinari Monachus, siuè clericus secularis absquè licentia, est inductum ex quadam condecentia, & honore ordinis clericalis, & ideò tanquam leuis solemnitas omissa non vitiat. *l. 1. in fin. ff. de ventr. inspic. Farin. d. n. 134. Felin. in d c. cum nuncius. n. 3. de testib. Aret. conf. 160. col. 12. Ruin. conf. 36. col. 7. vers. item nō obstat, quòd illi presbyteri. volum. 4.*

6 In testamentis tamen possunt Monachi, & Regulares absquè licentia suorum Superiorū esse testes. *Bal. in c. nuper. n. 3. de testib. & conf. 2. vol. 1. Card. conf. 97. Signorol. conf. 157. Ias. in auth. ingressi. col. 3. C. de sacros. Eccles. Siluan. conf. 16. num. 3. Paris. conf. 60. nu. 12. vol. 3. Aret. conf. 159. col. 8. vers. venio ad octauum.* vbi testatur de notoria cōsuetudine diutissimè obseruata. *Boss. in tit. de opposit. cōtrà test. n. 92. in fin. Crot. de testib. n. 14. Clar. in §. testamentum. q. 55. vers. vlteriùs quaero. nu. 7.* etiam, quòd in testamento aliquid eorum Monasterio relinquatur. *Farin. in d. tract. de testib. d. q. 61. opposit. 14. n. 126. in fin.*

7 In casibus autem, in quibus Clericus ad testificandum cōtrà laicum admittitur, non potest ipse Clericus cogi ad ferendum testimonium. *Prepofit. in c. testimonium. n. 3. 11. q. 1. Butr. in d. c. cum nuncius. n. 5. de testib. & in c. dilectorum. vers. ad primū.* vbi etiam *Abb. n. 3. Anchar. in 2. not. vers. secundo casu. Imol. col. 4. in fin. vers. si autem coram seculari. Io. Andr. n. 11. in fin. de testib. cogen. Cāpeg. de testib. reg. 91. in 2. fallen. & reg. 97 per totam. Gig. in tract. de crim. las. Maiest. lib. 2. Rubr. quem & per quos crim. q. 14. num. 7. & 8.*

8 Nisi veritas aliter haberi non posset, quia tunc clericus cogi potest. *gloss. in d. c. quamquam. verb. occultetur. 14. q. 2. Io. Andr. in d. c. cum nuncius. n. 5.* vbi etiam *Host. n. 3. Imol. n. 3. Ancharan. nu. 4. Butr. n. 4. & 5. Abb. n. 2. & Felin. n. 2. de testib. Felin. in c. de caetero. n. 1. eod. Abb. in d. c. dilectorum. n. 3. & Imol. n. 7. & Butr. col. fin. vers. tertius casus. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 306. num. 5. Capel. Tholos. q. 355. num. 2.*

9 Quae tamē coactio debet fieri per Iudicem Ecclesiasticum, non autem secularem. *Praeposit. in d. c. testimonium. nu. 5.* & ibi *Archid. n. 2. vers. vel sensus est. 11. q. 1. Abb. in d. c. dilectorum. nu. 3. vers. si autem per alios. & Imol. col. 4. ad fin. vers. non tamen fiet.* & post *Felin. & Aret.* tradit *Boss. in tit. de opposit. contrà test. n. 91. Farinac. in d. tract. de testib. d. q. 61. nu. 97.*

10 Verùm Clericus non poterit vocari in testimonium illius causae, cuius fuit Iudex, & cognitor. *c. statutum. 2. q. 6.* Episcopus tamen potest esse testis in causa, quae pendet coram suo Vicario Generali. *Abb. in c. dilecto. num. 11. de testib.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus siuè agat, siuè conueniatur debet iurare de calumnia.*
2 *Clericus potest per procuratorem iurare de calumnia.*
3 *Procurator Clerici potest iurare de calumnia sine speciali mandato.*
Iuramentū calumniae vt praestetur per procuratorem laici, requiritur speciale mandatum.
4 *Clerici non possunt iurare de calumnia coram Iudice seculari sine Episcopi speciali licentia. & quare. n. 6.*
5 *Clerici non possunt constituere procuratorem ad iurandum de calumnia coram Iudice seculari, nisi de licentia Episcopi, & quare. n. seq. in fin.*
6 *Clerici quare nequeant per se, seù per procuratorem iurare de calumnia sine Episcopi licentia.*
7 *Clericis si iurarent de calumnia coram*

Iudi-

Iudice non suo, non vitiaretur processus.
Prohibentur multa fieri, quæ tamen facta tenent.
8 *Regulares non possunt esse executores testamentorum sine licentia sui Superioris.*
9 *Regulares si executi fuerint testamentum alicuius, à quo fuerunt deputati executores, valet eorum executio quamuis facta sine sui Superioris licentia.*
10 *Episcopus iurare potest de calumnia sine speciali licentia Papæ.*
11 *Iuramentum quomodo à clericis præstari debeat.*
12 *Iuramentum præstari debet à personis Ecclesiasticis tacto pectore.*

§. Quartus.

1 ET cum Clericus de calumnia iurare debeat, siuè agat, siuè conueniatur ex facto proprio, seu pro facto, & re, non tamen spirituali, sed temporali Ecclesiæ. *gloss. in c. 1. verb. criminali. & in c. cæterum. verb parte.* & ibi *Abb. in princ. de iuram. cal. & in l. 2. §. sed quia veremur. verb. remitti. obiectiam Bart. n. 4. & Alberic. n. 27. C. de iurctur. propt. calumn.*

2 Quod præstare poterit per procuratorē. *d. c. 1. de iuram. cal. Soccin. in c. in pertractādis. n. 7. eod.* licet iste articulus olim esset controuersus, *Soccin. eod. n. 7.* & olim tenerentur clerici per seipsos iurare. *gloss. in d. verb. criminali. per tex. in c. fin. de iuram. cal.*

3 Quinimò procurator clerici potest etiā iurare de calumnia sine speciali mandato, quamuis in procuratore laici requiratur speciale mandatum. *Innoc. in d. c. 1.* & ibi *Butr. & Abb. n. 15. in princ.*

4 Nō tamē possūt iurare clerici de calūnia corā Iudice seculari sine Episcopi, siuè Superioris licentia. *d. c. 1. § pen.* & ibi *glo. fin. & Innoc. n. 1. & 2. & Abb. n. 16. 17. 19. & 20 de iuram. cal. Bal in l. quoniam. n. 4. C eod. Bart. in l. cum clericis. n. 2. C. de Episc. & Cler. Specul in tit. de test. nu. 36.* Quæ licentia debet esse specialis ad iurādum de calumnia, ac debet esse verbis expressa, nequè sufficit tacita. *Soccin. in c. cū in causa. n. 15. 16. & 17. de iuram. calum. Add. ad Abb. in cap. inhærentes. n. 17. cum seqq. eodem. & in cap. significasti in princ. de for. comp.*

5 Huiusmodi autem licentia debet etiā peti in constituēdo Procuratore ad iurādū de calumnia. *Abb. in d. c. inhærentes. n. 20. in fin Soccin. in d. c. cum in causa. n. 18.*

6 Ratio autem quare peti debeat huiusmodi licentia iurandi de calumnia coram Iudice non suo, ea est, quia iuramentum calumniæ defertur auctore Prætore, & sic Clericus consentiret in Iudicem non suū, quod facere non potest. *gloss. fin. in d. c. 1. Soccin. in d. c. cum in causa. n. 15. circa fin. Anton. del Rè. in tract. de iuram. calumn. cap. 15. nu. 320. & seqq.* Nequè excusatur Clericus à petendo huiusmodi licentiam iurandi de calumnia, licet habuerit licentiam litigandi à Prælato suo, quia in hoc exigitur specialis licentia. *Abb. in d. c. 1. nu. 20.* Et fortè fuit inductum hoc, vt Prælatus suus, qui habet notas eius conditiones, faciat ei conscientiam tempore iuramenti præstandi, nè ità de facili deieret, maximè quia sæpè incitatus quis ab aduersario falsum iurat, vt sic obtineat victoriam litis. *Abb. d. nu. 20.* Exigitur itidem huiusmodi licentia, vt iuramentum habeatur in maiori reuerentia, & quia cessat horror, & malæ suspicio, quando clericus obtinuit licentiam specialem, cum præsumatur venire deliberatus, & per hoc dicitur, quòd etiam quando clericus dat alicui licentiam specialem iurandi de calumnia, debet habere hanc licentiam, cum ipse in effectu iuret. *Abb. dicto num. 20.*

7 Verumtamen si omitteretur huiusmodi licentia, & clerici iurarent coram non suo Iudice, nō exindè vitiaretur processū, seū iudicium redderetur nullum. *gloss. fin. in d. c. 1. & ibi Abb. n. 17. Felin. in c. cum nuncius. n. 3. vbi etiam Abb. n. 4. de testib. Soccin. in d. c. cum in causa. num. 15. Anton. del Rè. d. c. 15. n. 344.* quia hoc nullibi expressè prohibitū reperitur, & multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. *c. rursus. qui cler. vel. vouen. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iu.* Prætereà quia huiusmodi licētia est quoddam accidentale, non autem de substantia iudicij, seū testimonij. *Felin. in d. c. cū nuncius. d. n. 3.* & talis omissio, quando Clerici spontè testificantur, est leuis solēnitatis, cuius omissio non vitiat actum. *l. 1. ff. de ventr. inspic.* vt dictum fuit superiùs

perius in §. præcedenti. n. 5. Et ad hoc benè facit, quod *not. Federic. de Sen. cōs. 274.*

8 Vbi licet Regulares non possint esse executores testamentorum sine licētia sui Superioris. *cap. religiosus. de testam. in 6. elem. religiosis. eod.*

9 Tamen si fuerint executi, quod testator ordinauit, valent gesta per eos parte non opponente. sequitur *Ias. in l. patre furioso. col. 4. in princ. Rol. consi. 24. num. 37. cum pluribus seqq. vol. 1. Alciat. in tract. præsumpt. in 3. reg. præsumpt. 18.*

10 Episcopus tamen hodiè iurare potest iuramentum calumniæ sine speciali licentia Papæ. *Abb. in dicto cap. 1. num. 16. & 19.*

11 Quando autem clerici præstant siuè iuramentum calumniæ, siuè quoduis aliud iuramentum, licet illud præstare deberent tactis Euangelijs, siuè scripturis, & nō solùm propositis. *gloss. 1. in l. iusiurādi. C. de testib. Lanfranc. in c. quoniam. nu. 253. de probat. Abb. in d. c. 1. n. 21. & in c. fraternitatis. n. 13. & Fel. n. 12. idem Fel. in c. tuis. n. 5. de testib. Abb. in d. c. cum in causa. n. 3. in princ. & Socein n. 10. Imol. in l. ait Prætor. §. fin. vbi etiam Alex. de iureiur. gloss. in c. vt circà. verb. corporali. de elect. in 6.* & requiratur tactus scripturarū in iuramēto. *§. 1. auth. vt omn. obed. Iud. §. sed neque auth. de mandat. Princip. Innoc. in c. & si Christus. de iureiur. Bald. in l. generaliter. §. in omnibus. ff. de reb. cred.* neque sufficiat tangere scripturam brachio sed debet tangi manibus. *gloss. in d. verb. corporali.*

12 Tamen obseruantia viget, quòd Ecclesiasticæ personæ, siuè sint Cardinales, siuè Episcopi, aut aliæ personæ in sacris constitutæ non iurant tactis Euangelijs, neque tactis scripturis aliquibus, sed tacto pectore. *c. fin. de iuram. calum. §. nulli verò. vbi gloss. verb. propositis. authent. de sanctiss. Episc. Alciat. in Rubr. de iureiur. n. 35. Specul. de testam. §. sequitur quarto. n. 5. Modern. de testib. q. 74. n. 81. Vestr. in pract. ciuil. lib. 6. cap. 3. n. 7. Anton. del Rè. d. cap. 15. num. 351. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt esse testes criminaliter contrà clericum.*
2 *Clerici legatione Dei funguntur.*
3 *Laici sunt clericis infesti.*
4 *Laici quibus casibus admittuntur in testes contrà clericum criminaliter. n. n. seqq.*
5 *Testes inhabiles admittuntur, quando res aliter probari nequit.*
6 *Testes infames admittuntur, vbi veritas aliter probari nequit.*
7 *Accusator clerici obiecta contrà clericum non probans ad cætera postmodū non admittitur.*
8 *Clericum, seu Catholicum Pagani, Iudæi, & Hæretici accusare non possunt.*

§. Quintus.

1 ET quamuis dicatur, quòd laici non possunt esse testes contrà Clericū, vbi agitur de crimine criminaliter, quamuis Clericus habeat solùm primam tonsuram. *c. 2. c. laicos. & ibi gloss. 1. 2. q. 7. c. de cætero. vbi lo. Andr. in Summar. Abb. n. 1. Anchar. n. 1. Imol. in princ. Butr. in Summar. & in 1. not. Felin. in princ. & Boych nu. 4. de testib. Campeg. de testib. regul. 98. in princ. Boss. in tit. de opposit. contrà test. num. 91 Couar.* de cōi. *pract. quæst. c. 18. nu. 2 Caral. in §. fin. q. 24. vers. præterea quæro. Rol. cons. 24. num. 15. vol. 1. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 962. nu. 1. & lib. 3. concl. 1351. nu. 44.*

2 Tùm ex reuerentia, quam laici debēt Clericis, qui Dei legatione fūguntur. *c. quis dubitet. & c. duo sūt. 96. dist. c. accusatio. 1. in fin. 2. q. 7.* tùm etiam propter generalem infestationem, qua laici Clericos afficiunt. *Boss. in d. tit. de opposit. contrà test. nu. 91.*

3 Quia laici sunt clericis infesti. *dicto c. laicos. 2. quæst. 7. c. clericis. de immunit. Eccles. in 6.*

4 Nihilominùs huiusmodi regula fallit, si laici suam, vel suorum iniuriam prosequi vellent, quia tunc testificari possunt contrà clericum. *d. c. de cætero. de testib.* nam eo casu admittuntur etiam fœminę contrà clericum. *§. 1. cap. 1. 2. & 3. 15. quæst. 3.* Quod tamen est sublimitandum, vt tunc non ad testimonium ferendum admittantur laici, & fœminæ, sed ad accusationem. *d. c. de cætero. & d. c. quoniam.* Præterea limitatur quoad plenam probationem, secùs autem quoad faciendum indicium ad torturam. *Abb. in d. cap. de cætero. nn. 5. & ibi etiam Felin n. 7. vers. tertio limito. Marsil. in l. maritus. n. 11. ff. de quæst. & sing. 98. Ruin. cons. 158. vol. 5. Rol. cons. 24. nu. 15. vol. 1.*

vol. 1. Socein.reg. 409. *in* 4. *fallen. Boss.in tit. de opposit.contrà test.nu.* 91. *Mascard. de probat.lib.* 3. *concl.* 1358. *nu.* 51. *Farinac. de testib.q.* 61. *nu.* 109. Tertiò limitatur in criminibus exceptis, prout sunt hæresis, simonia, læsa Maiestas, & similia, in quibus non prohibetur laicus contrà Clericum testificari. *gloss.* 1. *in c.cum P. de accusat. & in d.c.de catero.verb. suam. & ibi etiā Innoc.in vers.admittendo. Butr.n.*4. *Abb. nu.*6. *Felin.n.*9. *& alij. de testib. Campeg. eod.reg.*98. *in* 5. *fallen. Mascard.de probat. lib.*1. *conclus.*462. *n.*14. *& lib.*2. *concl.* 962. *nu.*10. *& lib.*3. *conclus.*1358. *n.*58. Quartò limitatur in defectum testium Ecclesiasticorum, vt quia crimen Clerici non posset probari, nisi per laicum. *Ias.in l.fin.C.de his quib.vt indign. Abb. in d.c.de catero. nu.*3. *Crot.de testib. nu.*61. vbi respondet rationibus Aretini contrarium sentiētis. *Diaz.in pract.crimin.canon. c.* 120. *vers. quod tamen limita. & vers. sed quia. Dec. cons.*63. *nu.*35. *Viuius in suis cōmun.opin. ver. testificari possunt contrà clericum laici.* vbi testatur de communi. *Mascard. de probat.lib.*3. *d. conclus.*1358. *n* 46. & de magis cōi dicit *Farinac.d q.*61. *num.*108. *Roderic.quast.Regul.tom.*2. *q.*11. *art.*5.

5 Nam etiam ex huiusmodi causa admittuntur aliàs inhabiles. *c. fin. de testib. eogen. Abb.in d.c.de catero. nu.*3. *Carrer. in pract.crimin. in tit. de indic. & tortur. §.in text.nu.*32. *Bursat. cons.*346. *nu.*17. *vol.*4. *Gabriel.in tit.de testib. concl.*7. *n.*3. *lib.*1. *Mascard.de probat. lib.*2. *concl.*831. *num.*35. *Farinac.* latissimè *in d.tract. de testib.q.*62. *limit.*1.2.3.4. *& seq.*

6 Infames etenim admittuntur, vbi aliter veritas haberi non potest, vt quando quis ludebat in prostibulo, & fuit deceptus ob taxillos falsos, hoc poterit etiam probari per lenones, & alias infames personas. *Salycet.in l.ea quidem.col.*1. *vers. ad quintam.C.de accusat. Alex.cons.*64. *col.*1. *vol.*1. *Aret.in tract.maleficiorum.vers. metitore di male.col.*1. nam per meretrices, & lenones probari possunt ea, quæ fiunt in prostibulo. *Marsil. in l.Diuus. col.*2. *& seq. & ibi DD. ff. de quast. Boss. in pract. crim.tit. de indic.nu.*161. *Farinac.* in locis proximè citatis. Quintò limitatur, quando delictum Clerici est notorium, nam tunc admittuntur etiam laici ad testimonium contrà Clericum. *c.cum dilectis. & ibi etiā Abb.de purgat.can. Felin.in d.c.de catero. nu.*6. *vbi etiam Abb. nu.*4. *Crot. de testib. n.*67. *Dec.cons.*63. *n.*35. *vers. secundo dico. Mascard.de probat. lib.*3. *concl.*962. *n.*8. laici etenim sunt etiā idonei testes ad probandam infamiam contrà Clericum. *Ioan. Andr. in cap.tam literis. col.vlt. de testib. Specul.in tit.eod.* §. 1. *col.*3. *vers.item quod est laicus.* Limitatur sextò. Vbi agitur de crimine ciuiliter, non criminaliter. *Host. in d. c.de catero.in princ. & Abb.nu.*6. *& Fel.n.*9. *Federic.cons.*23. *Ferret. cons.*183. *& cons.*366. *nu.*20. *lib.*2. *Decian.cons.*63. *num.*35. *Clar.in* §. *fin.q.*24. *num.*10. *in fin. Mascard.de probat.lib.*2. *concl.*962. *nu.*9. *& lib.*3. *d.cōcl.*1358. *n.*54. *& seq.* & multò magis admittitur laicus contrà clericum in causa ciuili. *Imol.in d.c.de catero.nn.*3. *Boych.n.*1. *Prepofit. in c.testimonium.n.*3. *vbi etiam Archid.num.*3. 11. *q.*1. *Farinac. d q.*61. *nu.*122. Limitatur septimò. Ad defensam Clericorum. *c. si hareticus. & c.seq.* 2. *q.*7. *Felin.in d.c.de catero.n.*8. vbi fatetur cōmunē. *& ibid. Aret.n.*11. *Mascard. d.conclus.*1358. *num.*53. Vltimò limitatur in probatione famæ, in qua etiam contrà Clericum admittuntur laici. *Dec.cons.*63. *nu.*35. *Marsil.in pract.crim.* §. *diligenter. n.*134. *& sing.*98. *vers.item scias. Mascard. d.conclus.*1358. *nu.*49. Aduertit vlteriùs. *Roderic. d.art.*5. *circà med.* quòd quando laici admittuntur ad testificandum contrà clericos, non admittuntur ad plenam probationem contrà ipsos clericos, sed ad indicium faciendum, vt saltem scilicet subijciantur torturæ.

7 Si tamen restis, siuè accusator Clerici prima obiecta probare nō potuerit, ad cætera postmodum non admittitur. *c.placuit,* 3. *quast.*10.

8 Cum igitur laici contrà Clericum regulariter testificari nequeāt, multò minùs hæretici, Pagani, & Iudæi hoc facere poterunt, cum ij neque Catholicum aliquem accusare possint. *c.pagani. & c.si haretieus.*2. *quast.*7.

De Bonis Clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes veteris legis nõ possidebant bona, sed decimis, & altaris oblationibus tantum sustentabantur.*
2 *Clerici primitiua Ecclesia nihil proprij habebant.*
3 *Conuersi ad fidem in primitiua Ecclesia vendebant patrimonium, & eius pretium antè pedes Apostolorum ponebant.*
4 *Cathedralibus Ecclesijs olim relinquebantur bona à conuersis ad fidem.*
5 *Oblata Deo ad quem vsum cõuerti debeant.*
6 *Clericis quare posteà fuit permissum, vt possiderent propria.*
7 *Bona propria olim clerici possidentes non poterãt viuere de redditibus Ecclesia, neque habere beneficium Ecclesiasticorum.*
8 *Redditus Ecclesia sunt deputati pro indigentibus.*
9 *Clerici hodiè licet possideant bona propria, possunt nihilominùs habere beneficium Ecclesiasticum.*
Stipendium datur clerico propter seruicium.
10 *Militare nemo tenetur proprijs stipendijs.*
11 *Clericus habens patrimonium, & beneficium Ecclesiasticum potest viuere de redditibus beneficij, & conseruare fructus patrimonij suis haredibus.*
12 *Patrimonium clerici remanet obligatum pro mala administratione facta per clericum in bonis Ecclesia.*
13 *Clerici non debent exercere sordidum quastum.*
Clerici non debent mendicare.
14 *Patrimonij, siuè beneficij, aut pensionis titulus est assignandus his, qui cupiunt promoueri ad sacros ordines.*
15 *Pater cogi potest ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij ad effectũ suscipiendi ordines sacros.*
16 *Patrimonium filio assignatum ad effectum suscipiendi ordines sacros an imputetur ipsi filio in legitimam.*
17 *Beneficium, ad cuius titulum est promotus clericus, non potest resignari.*
18 *Patrimonium, ad cuius titulum quis est promotus, non potest alienari.*
19 *Patrimonium ad cuius titulum clericus est promotus defuncto clerico reuertitur domum, & fit liberum.*
20 *Patrimonium fit liberum, vbi clericus assecutus est beneficium.*
21 *Episcopus promouẽs ad sacros ordines aliquem sine titulo debet illum sustentare.*
Lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.
22 *Lex per aliam legem distinguitur, & intelligitur.*

§. Primus.

1 IN veteri Testamento Sacerdotes, & Leuitæ non accipiebant partes, & hæreditatem cũ reliquo Israel, sed altari seruientes decimis, & altaris oblationibus sustentabantur. *Num.* 18. *&* 34. *Deuter.* 18. *Ios.* 14. *Ezech.* 44. *cap. clericus.* 12. *q.* 1. quod etiam notauit *D. Hieron. ad Nepotianum.*

2 Neque in primitiua Ecclesia Clerici aliquid possidebant. *c.* 2. *§. istius. & c. duo sunt. & cap. quia.* 12. *quæst.* 1. sed omnia erant inter eos communia. *cap. quia. cum seqq.* 12. *q.* 1. *Act.* 4.

3 Quinimò neque ad fidem cõuersi aliquid tenebant, qui vendebant patrimoniũ, & eius pretium antè pedes Apostolorum ponebant. *Act. Apostol.* 2. 5. *&* 6. *D. Paul.* 1. *Cor.* 9. *§.* 1. 1. *q.* 2. *& d. c.* 2. *§. omnis.* 12. *q.* 2. *Abb. in q.* 4. *incip. Titius Clericus. num.* 15. *vers. secundum præsuppositũ. Baron. Annal. Eccles.* 57. *par.* 1. *nu.* 72. *&* 73.

4 Demum fuit statutum, vt bona non amplius venderentur, sed Ecclesijs Cathedralibus relinquerentur, vt ex eorum redditibus subueniri posset indigẽtibus. *c. videntes.* 12. *q.* 1. *c. expedit.* 12. *quæst.* 2. *Abb. in d. q.* 4. *nu.* 15. *vers. secundum præsuppositũ.*

5 Hinc Vrbanus Papa præcepit, ne res fidelium, quæ Domino offeruntur in alios vsus, quàm Ecclesiasticos, & Christianorũ fratrum, vel indigẽtium debeant conuerti,

quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum. *cap. res Ecclesiæ. 1.q.3.cap. quia iuxtà.16.q.1. c.conquestus.de for.comp.*

6 Cessante postmodum illo fidei feruore cum cœpissent Clerici occultè possidere propris, vt euitaretur hypocrisis fuit permissum, vt quisque Clericus posset habere propria. *cap.certè, 12.q.1.c.1. & 2.de testam. Abb in c.Episcopus. n.2.de præben. & in d.q.4.nu.15.vers. primum est quia olim.*

7 Verumtamen qui sufficiens patrimonium, & bona habebant propria, non poterant viuere de redditibus Ecclesiæ, & per consequens habere beneficium Ecclesiasticum. *c. clericos. c.pastor. & c.si quis propter. 1.q.2.c.dilectissimis.c.ex his. c.præcipimus. & c.fin.12.q.1. Abb.in d.q.4.n.12. & num 15.vers.his præsuppositis antè fin.*

8 Quia illi redditus Ecclesiæ erant deputati pro indigentibus tantùm, *dicto cap. videntes.*

9 Hodiè autem cum beneficia sint deputata principaliter pro Clericis, & Clerici possint liberè possidere propria, emanarunt alia iura nouissima, quæ disponũt, quòd Clericus habens bona propria possit habere beneficium, & viuere de redditibus beneficij, ex quo seruit beneficio; datur etenim Clerico stipendium non propter indigentiam, sed propter seruitium. *cap Sacerdos. & cap.fin.1.quæst.2. dicto cap.ex his.in fin.12.q.1.cap.Ecclesiasticis. ead.q.2. Abb. in d.quæst.4. num.15. circà fin.*

10 Cùm non teneatur proprijs stipendijs militare. *d.cap.ex his. & cap.cum secundum, de præben cap.cum. ex officij.de præscript.gloss.1.in c fin 7.q.1. & in §. ne autẽ. verb.pedaneis. auth.de iudic. Osasc. decis.45.nu.7.* nec alligandum sit os bouis triturantis. *Deut.25. Matth.10. Marc.6. Luc.9. D.Paul. ad Galat.6. cap. fin. §.decimam.13. q.1.cap.iam nunc.in fin.28.q.1. cap.fin. in fin.de magistr.cap.extirpandæ, vers.cum igitur.de præben.*

11 Quare clericus habẽs sufficiens patrimonium, ac etiam beneficium potest viuere de redditibus beneficij, & conseruare patrimonium, eiusquè fructus suis hæredibus. *Innocent. in cap.Episcopus.* & ibi *Abb.n.2.* dicens de cõmuni. *Host. n.3. Dec.nu.13.* qui communem pariter dicit, *& DD.de præben. Abb.in d. q.4.num.15.* & ferè per totã, *Felin.in c.postulasti.n.6.* qui similiter communem fatetur. *de rescript. Couar.* dicens pariter communem *in cap.1.num.2.de testam. Sarmient. de reddit.Eccles.par.1.cap.1.num.18.Nauar. in apolog.de reddit.Eccles.q.1.monit.30.* & de communi *Alphons.Hoied.de incompatibil.benef.cap.19.num.45.*

12 Huiusmodi tamen patrimonium remanet obligatũ pro mala administratione facta, debitisque malè contractis super bonis Ecclesiæ. *cap.quicumque. & ibi gloss.fin.12.q.4.cap.2.de solut.gloss.fin. in cap.placuit.1. 7.q.1. & in cap.ex literis. verb maleficium.vbi Innoc.Host. Io.And. & Abb.de pignor. Abb.in c.ex præsentium. num.3. & 8.eod. & in d. c.cum secundum. num. 2. de præben.Gemin.cons.3. num.8. Syluest.verb.Clericus.4.nu.4. Azor.Inst. Moral.par.3.lib.7.cap.4. q.9.*

13 Quinimò cum non deceat Clericos aliquem sordidũ quæstum exercere, *toto tit. de vit. & honest.cler.* tàm in Decretalibus, quàm in Sexto. & latiùs dictum fuit in *tit.de Disciplina Clerical. in §.21. cum seqq.* neque eos, qui Diuino ministerio sunt adscripti, cum ordinis dedecore mẽdicare. *c.Diaconi.5.§.mendicat infelix. 93.distin.* reprobatur etenim in Clericis paupertas coacta, quamuis secùs fiat in voluntaria. *Deut.15. Act.1. & 2. Abb. in cap.tuis. n.8.in fin.de præben.* miseria etenim summa est esse pauperem; quare paupertatem inter ingentia mala collocat, *Esdr.4. cap.15. Malach.2. Diaz. in pract. crimin.canon. cap.18.num.3.*

14 Ideò nullus Clericus secularis, quãuis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueri potest, nisi priùs legitimè constet eum pacificè possidere titulum, seù beneficij, seù patrimonij, seù pensionis, quæ sibi ad victum honestè sufficiat. *cap.sanctorum. 70.dist.cap.non liceat.c.cum secundum. & cap.tuis.* & ibi *Abb.n.1.2. & 3.de præben. idem Abb. cons.89.num.3.p.2.Soccin.Iun. cons.105.nu.26.vol.2.Concil.Trid.sess.21. cap.2. de reform.* ità etiam sanciuit Pius Quintus in sua Constit. 35. incip. *Romanus Pontifex.* qui extendit etiam ad Regulares. *Diaz.in pract.crimin.canon. c.18. n.3. & seqq.*

15 Quinimò cogi potest pater ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij ad finem suscipiendi ordines sacros.

*Genuens. in practicabilibus Eccles. q.*624. *Nouar. q. Forens. q.*73.*nu.*1. & si primum patrimonium amissum fuisset sine culpa filij, tenetur illi assignare secundū *Nouar. d. q.* 73.*n.* 4.*& seqq.*

16 An verò prædicta donatio facta filio ad titulum patrimonij, vt ad sacros ordines promoueri possit, in legitimæ portionem sit cōputanda; controuersantur DD. *Io. Faber. in l. si emācipati. vers. ideò credo. C. de collat. & in §. fin. Inst. de inoff. testam.* cum alijs apud *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 18.*num.* 16. existimat talem donationem in legitimam conferendam nō esse. At *Couar. in c. Raînaldus. §.* 2.*nu.* 7.*de testam.* censet hanc donationem imputandam esse in legitima eo, quòd sit donatio ob causā quasi propter nuptias, quam opinionem tanquam veriorem amplectitur, & defendit *Diaz.* post alios ab eo allegatos *dicto num.* 16.

17 Beneficium autem, ad cuius titulum promotus fuit Clericus resignare nequit, nisi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulum fuit promotus, neque ea resignatio admitti potest, nisi constito, quòd aliundè viuere commodè possit, & aliter resignatio facta est nulla. *Conc. Trid. d. cap.* 2. neque Religionem ingrediens poterit huiusmodi beneficium resignare nisi antè duos menses professionis, & de consensu Superiorum. *Paris. de resignat. lib.* 3.*q.* 13.*nu.* 4.5.*&* 7.*Ricc. in prax. resol. par.* 2.*resol.* 614. Quod idem dicitur in resignatione ex causa permutationis, nam talis permutatio est ipso iure nulla non facta mentione dictæ qualitatis, dispositio etenim dicti *cap.* 2. non potest per æquipollens adimpleri, vt fuit declaratum per Sacram Congreg. Concilij super *eod. cap.* 2. *§. fuit dubitatum.* ità fuisse resolutum per Rotam dicit *Gonzalez super Reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *§.* 10.*num.* 35. *coram Mellino. & coram Litta. Ludouis. decis.* 441.*vbi etiam addit.*

18 Similiter dicitur de patrimonio, & de pensione, quæ deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poterit, donec beneficiū Ecclesiasticum sufficiens Clericus fuerit adeptus, vel aliundè habeat, vndè viuere possit. *Conc. Trid. d. cap.* 2. *Abb. in d. cap. tuis. num.* 8. *& Host. num.* 3. *& alij. de præben. Nauar. consil.* 14.*num.* 2. *de temp. ordin. Redoan. de reb. Eccles. nō alien. q.* 51. *cap.* 13. *Ioan. Gutierez quæst. Canonic.* 65. *num.* 10. *lib.* 2.

19 Huiusmodi tamen prohibitio non extenditur vltrà vitam Clerici, nam post eius mortem tale patrimonium reuertitur domum, & fit liberum, vt reliquæ aliæ res. *Abb. in d. cap. tuis. nu.* 8. & post *Ioan. Goffred.* & *Vincent.* dicit *Gregor. Tholos. Syntagm. iur. lib.* 25.*cap.* 9.*num.* 2.

20 Vbi autem consecutus est beneficium, de patrimonio Clericus ad libitum disponere potest. *Abb. d. num.* 8. *Syluest. verb. Clericus.* 4.*nu.* 9.

21 Quòd si Episcopus aliquem ordinauerit ad sacros ordines sine titulo, seù beneficij, seù patrimouij, debet illum sustentare, & illi prouidere in omnibus necessarijs, donec sibi de beneficio prouideatur. *cap. Episcopus. cap. tuis. iuncta gloss. fin. & cap. cum secundum. & ibi Abb. n.* 1. 9. 10. *&* 11. *de præben. c. si Episcopus. ad. in* 6. *Abb. consil.* 89.*num.* 3.*par.* 2. Verùm talis Clericus sine titulo ordinatus est sustentandus priùs ab hæredibus ordinantis, quàm eius Successore. *Host. in d. cap. cum secundum. num.* 10. & ibi etiam *Abb. num.* 11. vbi dicit de communi DD. opinione. Et ità ex hoc habetur eundemmet Clericum esse sustentādum etiam ab Episcopo successore, nam Episcopus tenetur ex generali officio omnibus indigētibus prouidere, maximè clericis. *cap. possessiones. & c. fin.* 16.*q.* 1. *Host. in dicto cap. cum secundum. num.* 9. multò magis isti ordinato sine titulo prouidere debet. *Abb. in d. cap. cum secundum. num.* 10. *gloss. penult. antè fin. in cap. nemo.* 1. *de consecr. dist.* 1. Si autem Episcopus illum ordinauerit ad preces alicuius, non tenetur illi prouidere, sed ad id remanet obligatus intercessor. *Host. in eod. c. cum secundum. nu.* 9. *& Abb. nu.* 6. Quod tamen mihi non videtur valdè tutum propter generalitatem. *d. cap. cum secundum.* nam quod lex non dicit, neque nos dicere debemus. *l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. l. si seruum. §. non dixit Prætor. ff. de acq. hæred. c. fin.* 31.*q.* 1. *c.* 2. *§. sed neque illud. de translat. Episc.* & vbi lex non distinguit, nec nobis distinguere fas est. *l. de pretio. ff. de public. in rem. act. l.* 1. *§. quod autem.* & ibi *gloss. verb. simpliciter. ff. de aleat.*

22 Potest tamen vna lex per aliam legem intelligi, & distingui. *l. quamuis. vbi Iason. n.* 1. 2. *&* 3. & ibi etiam. *Bal. & Alber.*

ff. de

ff.de in ius voc.& idem *Iaſ.in l.triticum. num.6 ff.de verb.oblig.Bart.in l.unic.circà princ.C.quorum legat.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici quomodo de bonis diſponere poſſint.*
2 *Maria Virgo diſpoſuit de veſtibus,& quomodo.*
3 *Bona acquiſita à clerico non habente alios redditus, quàm Eccleſiaſticos, nequè aliquod officium, vel exercitium ſpectant ad Eccleſiam; & de illis clericus diſponere nequit.& ratio num.5.& 6.*
4 *Bona acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis regulariter non ſunt beneficiatorum, ſed Eccleſia. & num.6.*
5 *Beneficiati ſunt tantum adminiſtratores rerum Eccleſiæ, non Domini.*
6 *Bona acquiſita per clericum habentem plura beneficia debent diuidi inter Eccleſias, in quibus ſunt fundata dicta beneficia.*
7 *Iuſpatronatus fundatum à clerico de bonis, & redditibus Eccleſia acquiritur Eccleſiæ.*
8 *Bona acquiſita ex redditibus Eccleſiæ non veniunt ſub publicatione bonorũ clerici delinquentis.*
9 *Fructus percepti ex bonis per clericũ acquiſitis de redditibus Eccleſia non fiunt clerici, ſed Eccleſia.*
10 *Eccleſia habet intentionem fundatam ſuper omnibus bonis poſſeſsis à clerico defuncto.*
11 *Oblationes datæ prætextu voti cedunt in vtilitatem Eccleſiæ.*
12 *Penſionarius poteſt in teſtamento de redditibus ex penſione Eccleſiaſtica perceptis diſponere, & eo inteſtato pertinent ad legitimos ſucceſſores.*

§. Secundus.

1 CVm igitur Clerici propria, & annuos redditus poſsidere poſſint, videre nonc licet quomodo de illis diſponere valeant, & quãdo id facere nequeant, quod ſequenti diſtinctione clarum reddere conabor.

2 Et ſãctos plorimos de bonis,quæ habebant diſpoſuiſſe legimus, nam etiam Beatiſsima Virgo Maria Dei Mater diſpoſoit de veſtibus quibuſdam ſuis ex teſtimonio *Nicefori Caliſti in Hiſtor.Eccleſiaſt.lib.2 cap.21.* in hæc verba. Tempus mortis iõſtabat, cum in Syon ſuper humiliori lecto reponitur,& aderat Ioannes, qui eam domi ſuæ fouerat, & præterea quidquid Hieroſolymis erat fæminarum celebriorum, quæ vel amoris neceſsitudine, vel generis propinquitate ei coniunctæ eſsẽt, tunc Virgini diſcipulo, & itidem alijs ipſa Virgo præcepit, vt duas eius tunicas viciois viduis, quæ præter cæteras propenſiore erga eam amore, atque pietate fuiſſent, donent; Sub hæc vis lacrimarum ingens ex oculis omnium profluit orbitatem ſuã migratione ipſius complorantium. Aut igitur Clericus non habens alia bona, quã Eccleſiæ, nec aliquod officium, vel exercitium fecit aliquam bonorum acquiſitionem. Aut vltrà bona Eccleſiæ habuit alia bona, ſiuè officium, vel exercitium. Aut eſt dubium an habuerit alia bona, quàm Eccleſiæ, ſeu aliquod officium, ſiuè exercitium, Quæ diſtinctio colligitur ex *Ioan.Andr.in cap.3.& Abb.ibid.nu 3. de pecul.Cler.Abb.in repet.c.cum eſſet. n.24. & ſeq.de teſtam.Franc.ſuper Rubr. de teſtam.in 6.col.23.verſ.vigeſimo probibentur. Card.in cap.cum in officijs q.vlt.eod. & conſ.79.Roman.conſ.159.num.4.Corn. conſ.314. vol.13.Capr. conſ.20. in 1.dub.* Aduertendum tamen eſt me loqui de bonis Clericorum habentium facultatem teſtandi, ſeu exiſtentium in locis, vbi concordata fuerunt ſpolia cum Camera Apoſtolica, ſeu in ijs locis, in quibus non fiunt ſpolia, aut eorum Clericorum exiſtentiũ in ijs regionibus, in quibus fiunt quidem ſpolia, ſed non habent ipſi Clerici beneficia Eccleſiaſtica, ſeu ſi habent, non excedunt prouentum trigintaducatorum, in quibus non cadit ſpolium, prout ſanciuit Pius Quintus. Conſtit.43. nam quomodo diſponatur de bonis Clericorum in locis, in quibus fiunt ſpolia, vidẽdi ſunt *Redoan. & Nauar.in tract. de Spol. Clericor. & Theſſau. for. Eccleſ.cap.34.per totum.*

3 Primo modo ſi Clericus non habens alia bona, quàm Eccleſiæ, nec aliquod officium, vel exercitiũ fecit aliquã bonorum acquiſitionem; regula eſt, quòd illa bona cenſentur acquiſita Eccleſiæ, & per conſequens ſucceſſori in beneficio, ſiuè Clericus ea acquiſiuerit nomine Eccleſiæ, ſiuè nomine proprio, ſiuè nomine alieno, & con-

ſequenter

sequenter de illis disponere nequit. c. Episcopi. cap. manifesta. & cap. sint manifesta. 12. q. 1. c. placuit. ead. q. 3. c. fixum. ead. q. 5. c. 1. & ibi Abb. nu. 3. & c. inquirendum. de pecul. cler. c. 1. & ibi Abb. nu. 1. in 4. not. & c. relatum. 2. & ibi Abb. n. 1. & Couar. n. 2. & 6. in fin. & cap. cum in officijs. vbi etiam Couar. nu. 5. de testam. c. præsenti. de offic. Ordin. in 6. auth. licentiam. C. de Episc. & Cler. Abb. in d. cap. cum esset. nu. 24. in fin. Bald. in l. mancipia. C. si quis alt. vel sibi. & cons. 80. vol. 5. Roman. d. cons. 159. nu. 4. Bertrand. cons. 258. vol. 2. Card. cons. 110. Bellon. de communi. cons. 3. num. 2. Abb. cons. 94. in princ. vol. 2. Barbat. cõs. 20. n. 8. & ferè per totum. vol. 3. & cons. 39. nu. 5. & 6. vol. 4. Socc. Sen. cons. 91. col. 3. in princ. vol. 3. Bero. cons. 7. num. 9. vol. 2. Ferret. cons. 337. n. 2. & 3. Bursat. cons. 178. nu. 18. vol. 2. Paris. cons. 33. num. 29. vol. 4. Clar. in §. testamentum. q. 27. vers. sed quid dicendum. Rot. diuers. p. 1. decis. 705. per totam. præsumuntur etenim bona huiusmodi acquisita prouenire ex Ecclesia, quando Clericus non habet alia bona, quàm Ecclesiæ. cap. 1. 12. quæst. 3. cap. 1. de pecul. cler. Abb. in dicta repet. cap. cum esset. nu. 24. in fin. vers. aut non habebat. Roman. d. cons. 159. num. 4.

4 Bona autem acquisita ex redditibus Ecclesiasticis regulariter non sunt beneficiatorum, sed ad Ecclesiã spectant. Seraph. decis. 594. nu. 9. p. 1. Vbi subdit hoc procedere, quamuis huiusmodi bona fuerint acquisita ex redditibus beneficiorum simpliciũ, & testatur de magis cõmuni opinione post multos ab eo citatos, inter quos est Couar. in c. cum in officijs. nu. 6. de testam. Si autem acquisita fuerint per Canonicũ de bonis sui Canonicatus ex præbenda, nõ remanent successori in præbenda, sed Capitulo. d. c. relatum. 2. & ibi Abb. nu. 5. & Card. Anchar. & Imol. de testam. Barbat. d. cons. 39. nu. 4. & est communis opinio, de qua per Ferret. cons. 337. n. 1. ratio autem diuersitatis est, quia Canonico datur præbenda ex bonis cõmunibus Capituli principaliter, vt indè sumat necessaria, non autem datur, vt sit administrator Ecclesiæ, ideò si aliqua remanent vltrà præbendam, debent cedere Capitulo, cuius bona sunt præbendarum, sed alij beneficiato per se extrà Collegium datur beneficium tanquã administratori suę Ecclesię, vndè quemadmodum habet administrare omnia bona dictæ Ecclesiæ, ita & hæc quæsita intuitu Ecclesiæ, donec viuit, quo defuncto debentur successori, & hanc rationẽ affert. Abb. in d. c. relatum. in d. nu. 5.

5 Ea est autem ratio, quare huiusmodi bona, siuè redditus per Clericum acquisiti Successori in beneficio acquirantur, & per consequens Ecclesiæ, quia beneficiati sunt tantùm administratores rerum Ecclesiæ, non autem Domini, quia dominium illarum est Iesu Christi suo pretioso sanguine redemptũ. & non beneficiatorũ. D. Paul. 1. ad Timoth. 6. & 1. Cor. 4. & 2. Cor. c. 6. c. qui Christi. & cap. qui abstulerit. 12. q. 2. c. videntes. c. præcipimus. & c. expedit. ead. q. 1. c. cum secũdum. & ibi Abb. n. 4. de præben. c. cum ex eo. de elect. in 6. Abb. in d. repet. c. cum esset. nu. 29. & in c. cum super. n. 19. & seq. de caus. poss. & propr. & cons. 3. n. 2. vers. laici ergò. p. 1. Gemin. in c. vnic. col. 3. ver. quæro quare. Ecclesia. de Sum. Trin. & fid. Cathol. in 6. Seraphin. decis. 514. n. 4. Redoan. de spol. Eccles. q. 9. num. 56. & 30. Nauar. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 24. & seq. & in tract. de spol. cler. §. 9. n. 4. Azor. p. 2. Instit. Moral. lib. 6. c. 1. q. 4. Sed Clerici habent solum vsumfructum beneficiorum pro se, & familia, & oneribus incumbentibus, & nõ debẽt ditari de patrimonio Iesu Christi, sed tantùm viuere, & licitè dispẽsare. c. expedit. & c. res Ecclesiæ. & c. Episcopus. 12. q. 1. gloss. 1. in c. causa Carpen. de verb. sign. Abb. in d. c. cum esset. n. 28. & in c. constitutus. nu. 9. & ibi Felin. vers. Dominicum. num. 19. & Dec. nu. 25. & 26. de rescript. Innoc. in d. c. cum super. n. 3. & 4. Firman. in tract. de Episcopo. lib. 4. par. 4. q. 2. 3. 4. & 5. residuum verò debent distribuere, vel in vtilitatẽ Ecclesiæ, vel ad subuenientiam pauperum. cap. Apostolicos. & cap. aurum. 12. q. 2. cap. fin. 16. q. 1. Gemin. cons. 85. num. 23.

6 Si verò Clericus, qui acquisiuit, habebat plura beneficia, tunc illa bona eo modo acquisita debent diuidi inter Ecclesias, in quibus sunt fundata dicta beneficia per cõgruam, & proportionatam æstimationem. d. c. relatum. 2. in fin. & ibi Abb. n. 10. & Innoc. Io. Andr. & alij cõmuniter. de testam. Barbat. d. cõs. 39. n. 6. ver. sed potuit. & vers. sunt ergò. Et in tantũ acquisita per Clericum beneficiatũ de facultatibus Ecclesiæ dicũtur esse ipsius Ecclesię, quòd si Clericus emerit equum, siuè aliam rem de redditibus Ecclesiæ erit ipsius Ec-

clesiæ,

clesiæ, quia non efficitur equus, neque illa res ementis, nisi respectu vsus. *d.c.inquirendum. & ibi Abb.num.1. & 5. de pecul. cler.gloss.vnic. in d.c.res Ecclesiæ. 12.q.1. Abb.in c.fin.n.5.vers.nam quemadmodum. de pecul.cler. & in d.c.relatum.2. nu.3.de testam.& cons.94.in princ.vers.si verò dictum palatium.par.2. Bart. in l si vt proponis. & ibi Bald. C.si quis alt. vel sibi. Barbat.d.cons.39.nu.6.vol.4. Redoan.de spol.Eccles.q.3.§.verùm.num.28.cum seq. & §.pen.nu.13.cum seqq.*

7 Ex his deducitur etiam, quòd si Clericus de bonis Ecclesiæ Capellam, seu Ecclesiam ædificet, nõ acquirit sibi Iuspatronatus, sed acquirit Ecclesiæ. *d.c. Apostolicos.in fin.& ibi gloss.verb. construxisse.& Archid. nu.4. 12.q.2. Abb.in c.ad audientiam. num.* 10. *de Eccles. adif. Lambert. in tract.de Iurepatron.lib.1.p.1.q.8. artic.7. per totum.& art.8.nu.2.*

8 Et hoc adeò verum est, quòd si ob delictum Clerici contingat bona publicari, vt in crimine læsæ Maiestatis, huiusmodi bona ità acquisita non veniunt sub publicatione bonorum, vt dicam inferiùs in §.14.

9 Et nõ solùm empta ex redditibus beneficij ipso iure Ecclesiæ acquiruntur, sed eò fortiùs fructus, & redditus, qui ex illis acquiruntur. *Nauar.in tractat.de reddit. Eccles.p.4.c.3.in fin. Couar.in c.cum in officijs.nu.5.in fin.de testam. Clar in §.testamentum.quæst.27. vers.tertio. Bursat. cons.226.n.42. vol.3.* ità vt de illis disponere nequeat. *Nauar.de spol.§.6.num.5.* post *Franc.in Rubr.de testam.*

10 Quinimò ità acquisita præsumuntur pro Ecclesia, quòd Ecclesia ipsa habet intentionem fundatam de iure communi super omnibus bonis possessis à Clerico defuncto, vndè omnia præsumuntur esse Ecclesiæ, nisi probètur ex aduerso esse patrimonialia, seu aliundè acquisita. *Abb.in d.c.1.nu.1. vers.& nota hic arg.de testam. Rot.d.decis.705.nu.2.*

11 Quemadmodum etiã dicimus, quòd redditus, seu oblationes, siuè data prætextu voti clericus non facit sua, sed illa cedunt vtilitatibus Ecclesiæ. *d.c.inquirendum.& ibi Abb.nu.2.de testam.*

12 Pensionarius tamen potest proprio testamẽto disponere de redditibus ex pensione Ecclesiastica perceptis, & eo intestato eosdem redditus ad legitimos successores pertinere testatur *Gigas de pẽsion. q.52.* & post eum *Couar. in c.cum in officijs.nu.6.in fin.de testam.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, quæ fiunt à fidelibus alieno loco, ad quem spectent.*
2 *Oblationes, quæ fiunt in aliquo loco Regularium, acquiruntur illis Regularibus.*
3 *Oblationes, quæ fiunt alicui Imagini depictæ in pariete alicuius priuati, cedunt Ecclesiæ Parochiali, nõ autem illi domus priuatæ.*
4 *Oblationes, quæ fiunt in Missa, vel extrà Imagini depictæ in Capella, seu Oratorio existenti in Ecclesia Parochiali, siuè alibi intrà confinia Parochiæ, acquiruntur Parocho.*
5 *Oblationes debentur Parocho iure Parochiæ.*
6 *Parochus habet intẽtionem fundatam super oblationibus, quæ fiunt intrà Parochiam.*
7 *Parochus habet intẽtionem fundatam super primitijs in possessorio.*
8 *Parochiani tenentur in primarijs festis ad oblationes clericis.*
9 *Purificatio mulierum post partum spectat ad Parochum.*
10 *Purificatio post partum non est actus necessitatis, sed deuotionis.*
11 *Benedictio domorum, & ouorum spectat ad Parochum.*
12 *Parochus quando possit cogere Parochianos ad oblationes, & ad præstanda sibi necessaria. & n.n. seqq.*
13 *Parochus an possit subtrahere spiritualia parochianis recusantibus illi subministrare necessaria.*
14 *Parochus an possit denegare sacramenta Parochiano non soluenti decimam, siuè primitias.*
15 *Exequiarum nomine possunt clerici oblationes recipere, & quando.*
16 *Testis pro testificando recipit sumptus.*
17 *Parochus iure aliquid exigere potest pro licentia alibi sepeliendi cadauer illius, qui sine electione sepultura in sua Parochia decessit.*
18 *Clericus pro obligatione administrationis Sacramentorum potest locare operas suas, quando non habet, vndè viuat.*

19 *Eleemosyna stabiliri potest pro missis celebrandis, & promittens soluere conueniri potest.*

20 *Sacramentorum pro administratione nihil exigi potest, & an sit perpetuò verum.*

21 *Consuetudo aliquid exigendi in exequijs mortuorum, & in administratione sacramentorum, & recipiendi munera circà spiritualia, debet attendi.*

22 *Consuetudo honesta, & laudabilis est obseruanda. & ad illius obseruantiam potest cogi populus. & nu. 23.*

23 *Consuetudo exigendi in administratione Sacramentorum, in sepulturis, & in alijs rebus spiritualibus est conseruanda, quamuis clerici sint diuites.*

Consueta peti possunt, & solui debēt.

24 *Consuetudo quod dictat praestandum habet in se iustam causam.*

25 *Consuetudo inducitur spatio decem annorum.*

26 *Primitiae debentur vbi viget consuetudo eas soluendi.*

27 *Primitiae debentur à possessoribus praediorum, siuè suo, siuè alieno nomine possideant, & colant.*

28 *Primitias soluere quis teneatur, an Dominus agri, an conductor.*

Decimas quis soluere teneatur, an Dominus agri, an verò conductor.

29 *Primitiae, & decimae pari passu ambulant.*

30 *Decimae quādo debētur, potest clericus, cui debentur, prohibere collectionem fructuū sine praesentia ipsius clerici, vel ab eo deputati, huiusmodi autem fructus non debent remanere in agro maiori tempore quàm duodecim horarum.*

31 *Soluens decimas cogi potest ad illas deferendas ad Ecclesiam suis expensis, quod procedit etiam in decima, quae debetur Baronibus.*

32 *Consuetudo vbi est recipiendi aliquid pro administrandis spiritualibus est seruanda, illud tamen peti non potest antequàm administrentur.*

33 *Consuetudo vbi est, quòd clerici dent singulis annis candelas, &c. est seruanda.*

34 *Laici possunt acquirere praerogatiuas in Ecclesia, & quas.*

35 *Consuetudo in his, quae sunt merae facultatis non inducitur.*

Consuetudo annuae dationis gratis factae non attenditur.

36 *Possessio non acquiritur in actibus merae facultatis, & an sit perpetuò verum.*

37 *Possessio non acquiritur ab eo, ad cuius furnum accessit aliquis etiam per centum annos ad coquendum.*

38 *Possessio non acquiritur ab eo, ad cuius molendinum accessit aliquis per longum tempus ad molendum.*

39 *Possessio non dicitur acquisita vicinis accedentibus ad puteum ad hauriendam aquam, licet longissimo tempore hoc eis Dominus putei permiserit.*

40 *Possessio, seu quasi non acquiritur iurium incorporalium ex actibus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia.*

41 *Possessio quomodo acquiratur Religiosis, quibus per populum datur singulo anno certa quantitas frumenti pro eleemosyna.*

42 *Legatum factum Capellae, in qua est erecta aliqua Confraternitas, an debeatur Parocho, an verò Confraternitati.*

43 *Oblationes cuius intuitu fiant, ex coniecturis percipi potest.*

44 *Legatum factum Ecclesiae, quae non reperitur in Dioecesi, debetur Cathedrali, nisi aliter constet de mente disponentis.*

45 *Cathedralis dicitur Parochia totius Ciuitatis, & Dioecesis.*

Cathedralis dicitur matrix.

46 *Legatum, quod fit Sanctis, cui Ecclesiae debeatur.*

47 *Legatum factum Canonicis an debeatur Canonicis, siuè Ecclesiae.*

48 *Legatum pecuniae factū Capitulo siuè Canonicis, vt celebretur singulis annis anniuersariū, siuè aliquae annuae Missae conuerti debet in annuos redditus, ità vt annui fructus perpetuò percipiantur.*

49 *Oblationes factae Episcopo quando celebrat in Parochialis, an spectent ad ipsum Episcopum & nu. seq.*

50 *Dioecesis tota dicitur Parochia Episcopi.*

51 *Oblationes factae Sacerdoti celebranti in aliena Parochia cedunt Parocho illius Parochiae.*

52 *Obla-*

52 *Oblationes, quæ fiunt tempore Iubilai in Cathedrali ad quem spectent.*
53 *Oblationum nomine, quæ veniant.*

§. Tertius.

1 Hic tamen non extrà rem examinare existimo, cuius verè sint oblationes, quæ fiunt quotidiè alicui Imagini: Et distinguendum est, scilicet. Aut huiusmodi oblationes fiunt in aliquo loco Regularium. Aut fiunt alicui Imagini depictę in pariete alicuius priuati. Aut fiunt in Missa, vel extrà Imagini depictæ in Capella, seù Oratorio existenti infrà limites Parochialis Ecclesiæ, siuè sit Capella, seù altare in Ecclesia Parochiali, siuè Cœmeterio, siuè etiam alibi, intrà tamen confinia Parochiæ.

2 Primo modo acquiruntur illis Religiosis, & non alijs. *cap.1.de stat. Monach. c.nimis.1.de excess. Prel. Abb.in c.dilectus. num.4. vers. sed in Monasterijs. de offic. Ordin. Canel. Tholos.q.*483.

3 Secundo modo huiusmodi oblationes non cedūt domui priuatæ, sed Ecclesiæ Parochiali. *Abb.in c.pastoralis. num.2.de his quæ fiu. à Præl. sine consensu Capitul. & in Rubr.de Parochijs. n.2.vbi etiam Butr. & in d.c.dilectus.nu.4.vers.sed in Monasterijs. & in cap. quoniam. nu.1. de decim.* sequitur *Card.in clement.1.q.6.de supplen. neglig.Prel.* & hanc opinionē dicunt communem *Soccin in tractat.de oblation. libel. 18.q.6.& Troilus Maluitius eod. tractat. in 4.dub.col.6. Rebuff.de decim. q.1.nu.29. Capel.Tholos.d.quæst.*483. quidquid dicat *Felin.in d.c.dilectus.num.1.* tenens huiusmodi oblationes applicari illi loco priuato, non vt priuato, sed Deo per illam imaginem repræsentato, securus *Angel. in sua disput.* incip. *In refulgenti delitiarum Palatio.* & alios, quos ego intelligendos existimo in loco priuato, in quo aperiuntur miracula, vel magna mouetur deuotio cū maximo concursu populi, & concurrunt oblationes notabilis quantitatis, & valoris, ad *not.per Thessaur. for. Eccles. c.28. num.27.& 30. in fin.*

4 Tertio pariter modo oblationes indistinctè cedunt, & acquirūtur Rectori Parochialis Ecclesiæ. *c.quia. c.sanctorum. & cap.hanc.10.q.1.c.nulli.12.q.2.c.ex transmissa.de præscript.Abb.in Rubr.de Paroch. n.4.& Host.n.1.in fin. & Innoc. & Butr. ibid.idem Abb. in cap.1. nu.3. de succes.ab intest.& in d.c.pastoralis.nu.2.& in dicto c.dilectus. nu.4. vers. sed in Monasterijs.* & ibi etiam *Felin.nu.3.Angel.in dicta sua disput.* incip. *In refulgēti. Ferret.consil.143. nu.4.Capel.Tholos.d.q.*483.

5 Quia oblationes debentur Parocho Iure Parochiæ. *d. c.quia.& cap.sanctorum. 10.q.1.* nisi ex coniecturis aliud constare posfit, veluti si in ipso altari esset imago, vel titulus alicuius Sācti, cuius intuitu fierent oblationes, nam tunc oblationes debentur Rectori ipsius altaris. *Abb. num.3. Felin.in d.cap.dilectus.num.4. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.6.nu.16.*

6 Et Parochus habet fundatam intētionem super oblationibus, quæ fiunt intrà Parochiam. *d.c.quia.10.q.1.c.quoniam.de decim.& d cap.pastoralis. de his quæ fiu. à Prel. Abb.in d.c.dilectus. num.4.vers.sed in Monasterijs.*

7 Habet etiam Parochus intentionem fundatam super primitijs in possessorio, cū primitiæ necessariò sint soluendæ. *Abb. antiq.in cap.1.de decim. Archid.in c.1. vbi etiam Turrecrem.13.q.1. Acchil.de Graff. decis.1.nu.1.de decim. Ricc.in prax. resol. p.1.resol.*508.

8 Et licet Parochiani non teneātur Dominicis, & alijs festis diebus aliquid offerre Parocho in templo inter audiendum Missæ sacrificiū. *Gabriel super Can. Miss. Lect.6.Abb.in Rubr.de Parochijs. Syluest. verb.oblatio.* & de communi sententia testatur *Azor. p.1. Instit. Moral.lib.7.q.c.7. q.11.* verumtamen dicuntur teneri in præcipuis festiuitatibus, vt in Dominicis diebus, & alijs primarijs festis ad oblationes Clericis ministrantibus spiritualia exhibendas, quando Parochus non habet vndè posfit sibi necessaria ministrare. *Host.in c.causam.nu.2.de verb.sign.& in c.3.n.6. de pignor.& in Rubr.de Paroch.n.1.& 2. Boyeb.in c.quamuis. de decim. Couar.* qui alios citat *lib.1. var.resol. cap.17.num.3. D.Thom.2.2.q.85.& ibi Caiet. artic.1.& & q.100.art.3. Rebuf.in d.tract.de decim. q.1.Roman.consl.344.Rimin.Iun.consl.264. nu.25.& seqq.vol.3. Osasc.decis.99.nu.17. Azor.d.quæst.11.Ricc.in prax.resol.par.1. resol.509.num.3.*

9 Sunt etiam Parochi oblationes, quæ fiunt à mulieribus in purificatione post partum. *Auctor Prax. Archiep. Neapolit. cap.72.num.13.*

10 Licet purificatio post partum nō sit actus necessitatis, sed deuotionis. *cap. 1. & per totam. 5. dist. c. vnic. de purificat post part.* quia ad solum Parochum nō ad alios spectat purificare mulieres, cum in hoc actu fiat oblatio candelę in honorem oblationis factæ per Beatissimam Virginem Mariam, turturum, & columbarum.

11 Quod idem dicendum est de benedictione domorum, & ouorum, in qua non possunt se ingerere Regulares. *idē Auctor Prax. Archiep. Neapol. d. nu. 13. Sayr. thes. cas. consc. de censur. lib. 4. cap. 16. nu. 15.*

12 Et potest Parochus cogere eosdem Parochianos ad oblationes, & ad præstāda sibi necessaria, quando non habet vndè se alat, non obstante quòd possit operando aliundè sibi victum quærere. *c. ad Apostolicam. §. quapropter. & ibi gloss. final de simon. Host. in Rub. de Paroch. nu. 2. & ibi Abb. nu. 3. vers. quartus casus. Couar dicto cap. 17. nu. 3. Rebuff. in tract. de decim. q. 1. num. 24. Roman. d. cons. 344. col. 2. Crauet. cons. 199. num. 5.*

13 Et in tali casu potest illis subtrahere spiritualia. *Abb. in d. c. ex præsentium. nu. 6. & in d. cap. suam. nu. 11. de simon.* vbi dicit posse populum cōpelli ad præstādum sibi necessaria. *Felin. in c. veniens. 1. n. 3. de testib. Dec. in c. cum inter. n. 55. de except.*

14 Non tamen propria auctoritate potest Parochus subtrahere spiritualia, sed per Superiorē ipsius Parochi. *D. Tho. 2. 2. q. 86. art. 1. & ibi Caiet. Nauar. cons. 2. de decim. Couar. d. c. 17. nu. 3. Butr. in Rubr. de Paroch. in fin. Osasc. decis. 99. num. 17. Auctor Prax. Archiep. Neapolit. cap. 76. in addit. sub num. 10.* nequè potest Parochus propria auctoritate denegare sacramenta Parochiano non soluēti decimas, siuè primitias ob particulare Parochi interesse. *Nauar. d. cons. 2. nu. 2. de decim.* & post eū dicit *Auctor Prax. Archiep. d. c. 76. nu. 10.* tùm quia nemo debet esse Iudex in causa propria. *l. qui Iurisdictioni. ff. de Iurisdict. omn. Iud.* tùm verò quia Parochus videretur spoliare Parochianos. Quemadmodum oblationes, & certam grani, seù vini quātitatem Parochus ius exigendi habens, & in illius quasi possessione existens potest cogere eosdem Parochianos ad dictam solutionem. *Osasc. decis. 99. per totā.* ex qua, & præcipuè *nu. 44.* colligitur idem posse dici circà alimenta Prædicatori danda. *Brun. cons. 112. col. 2.*

15 Quinimò, & pro exequijs licitum est Clericis oblationes recipere, si eis sūptus desint. *arg. cap. Iudices. 1. q. 1. c. percipiendum. 13. q. 2.*

16 Nàm etiam testis pro testificando recipit sumptus. *c. si testes. §. vlturis. 4. q. 3.* & Iudex licet gratis iudicet, tamen recipit sportulas. *l. plebiscito. ff. de offic. Præsid. l. 1. C. de sportul.*

17 Quare Parochus, siuè alij iure aliquid exigere possunt pro cōcessione licētiæ alibi sepeliendi cadauer illius, qui decesserat non electa sibi sepultura. *Ricc. in prax. resol. p. 1. resol. 562. nu. 4. & 5.* vbi refert ita fuisse resolutū pro Canonicis Neapolitanis. Vndè perhumaniter egit Romę Parochus Regularis, qui ad petitionem vxoris, & filiorum liberaliter concessit reseruata sibi tantummodò dimidia emolumentorum funeralium parte: vt cadauer viri nobilis vita functi non electa sepultura deferretur tumulandum in Ecclesia quorundam Regularium, cùm deberet sepeliri in Parochiali, vel Parochus posset aliquid exigere pro huiusmodi concessione, nedum relinquere medietatem funeralium.

18 Atquè clericus pro obligatione administrationis sacramētorum operas suas locare potest, quando non habet vndè viuat. *§. 1. & c. 3. 91. dist. c. clerici. 13. q. 1. gloss. 1. in cap. significatum. de præben. & in cap. præcipimus. 21. q. 1. & in cap. suam. vbi Host. nu. 4. & Abb. nu. 12. de simonia. Azor. par. 3. Inst. Moral. lib. 12. capit. 3. quæst. 1.*

19 Nam potest etiam recipi eleemosyna inter partes stabilita pro Missis celebrandis, & promittens soluere potest cōueniri. *Caiet. in Sum. verb. simonia & Sot. de Iust. & Iur. lib. 9. q. 6. Azor. d. q. 1.* & ità declarauit Sacra Congregatio Cardinalium super Concil. Trid. *sess. 22. in Decreto de obseruan. & euit. in celebrat. Miss. §. illiberales.*

20 Et quamuis pro administratione sacramenti Baptismatis, seù Eucharistiæ, siuè aliorum sacramentorum nihil exigi possit. *cap. cum in Ecclesia. de simon. c. baptizandis. cum seqq. 1. q. 1.* nisi voluntariè quid offeratur. *cap. placuit. 1. q. 1.* nec pro benedictionibus nubentium. *d. cap. cum in Ecclesia. & d. cap. suam. de simon. Azor. par. 3. Inst. Moral. lib. 12. cap. 4. q. 2.* nequè pro loco sepulturæ per Parochum assignando,

quando, & pro exequijs mortuorum. *cap. dictum.* 1. q. 1. *cap. quesita.* & *cap. postquam.* & *seqq.* 13. q. 2. *d. cap. ad Apostolicã. d. cap. cum in Ecclesia* & *d. cap. suam. de simon. cap. abolenda. de sepul.* Nihilominus quãdo sponte quid offertur ab hæredibus, siue coniunctis defuncti, potest accipi. *dicto cap. quesita. cap. in Ecclesiastico.* 13. q. 2. aut vbi adsit consuetudo, quòd aliquid detur in exequijs mortuorum, & consimilibus, aut legitimè apparet de quasi possessione exigendi, vt putà, vt dentur candelę, cerei, prandia, necnon in administratione Sacramentorum, licet clerico non detur actio ad petendum. *gloss. fin. in d. cap. abolendæ* & *in cap. suam. verb. pro exequijs.* vbi etiam *Host. nu. 4. de simonia. Dec. cons.* 214. *per totum. Vgolin. in tract. de simon. in genere. tab.* 1. §. 10. *num.* 1. 2. & 7. *Gratian disceptat. forens. c.* 110. *nu.* 9. & *cap.* 210. *nu.* 11. 12. & 28. *Ricc. in prax. resol. par.* 1. *resol.* 566. *nu.* 4. & *seqq.*

21 Tamen cum consuetudo attendatur in recipiendis muneribus circà spiritualia pro sepulturis, benedictionibus nubentiũ, exequijs mortuorum, pulsatione Campanæ, & similibus annexis. *cap. quæsitum.* 1. *quæst.* 3. *cap. Agatho.* 63. *dist. gloss.* 1. *in d. cap. suam.*

22 Potest cogi populus, si non iure actionis, saltem officio Iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinem, si quæ super his fuit. *c. ad Apostolicam.* & *ibi gloss. fin.* & *Abb. num.* 3. & 4. *Fel. nu.* 2. dicẽs de communi. *Host. nu.* 6. *Anchar.* & *alij. de simon. Abb. in Rubr. de Paroch. num.* 3. *gloss. in d. cap. suam. verb. pro exequijs.* & ibi *Host. nu.* 4. & *Abb. n.* 4. *ead. gloss fin in d. cap abolendæ. Sylu. verb. decima. q.* 2. *Cassad. decis. vnic per totam. de consuetud. Couar. d. cap.* 17. *nu.* 3. *Osasc. d. decis.* 39. *num.* 17. *c. quamuis. vbi Boych. num.* 7. & 8. *de decim. Fel. in cap. veniens.* 1. *num.* 3. *de testib. Lap. alleg.* 67. *Castrens. cons.* 363. *in prin vol.* 1. *Bar. in l. priuilegia. C. de sacros. Eccles. Roman. cons.* 334. & *in singul.* 433. *Rip. in tract. de remed. præseruat contra pest. num.* 111. *Vgolin. in d. tract. de simon. in genere. tab.* 1. §. 10. *n.* 1. 2. 7. & 12. *Gratian. d. cap.* 210. *num.* 13. 14. 15. & 24. vt dictum fuit in *tit. de fauor. Cleric. Real. in* §. 5. *cas.* 14. quia multa non honestè petuntur, quæ honestè recipi possunt. *cap. de Ecclesijs.* 18. *dist.* cum prohibitus petere posit sponte oblatum eleemosynæ causa recipere. *cap. de Ecclesijs.* 18. *dist. c. placuit. cap. questi.* 16. *q.* 1. *c. dilectus. in fin. de simon. Sylu. verb. decimæ. num.* 6.

23 Et est conseruanda talis consuetudo, etiamsi Clerici sint diuites, nam consueta petere possunt, & solui debent, vt post *Anchar.* dicit *Fel. in d. c. ad Apostolicam. nu.* 2. *Abb. in d. cap. suam. n.* 12. *Anch. cons.* 66. *Vgolin. in d.* §. 10. *nu.* 3. *vers. item locũ.* & *n.* 7. neq; per contrarium statutum reuocari potest huiusmodi consuetudo. *Bart. in l. priuilegia. in fin. C. de sacros. Eccles. Gratian. d. cap.* 210. *num.* 27.

24 Et quod dictat consuetudo præstãdum habet in se instam causam, vt subrogetur loco decimarum, vel loco canonicæ portionis, quæ ambo sunt intra Parochialia. *Roman. d. cons.* 344. *num.* 2. & *cons.* 356. *circà prin.* Idem est de oblationibus, quæ per hæredes defuncti singulis diebus Dominicis consueuerunt fieri in Missa Parochialis Ecclesiæ. *Roman. d. cons.* 344. *nu.* 3. 4. & 5. Imò vbi aliqua Ciuitas solita est certum aliquid Ecclesiæ, vel eius ministris dare, & offerre non potest hoc mutare, nisi constiterit huiusmodi oblationem esse introductam ad tempus. *Bart. in l. priuilegia. n.* 3. *C. de sacros. Eccles.* vbi dicit non valere statutum factum à Ciuitate, per quod reuocauit certam eleemosynam frumenti, quam solebat dare quolibet anno quibusdam religiosis, consuetudo enim laudabilis seruanda est. *glos. in cap. ad Apostolicam. verb. nituntur. de simon.*

25 Huiusmodi autem consuetudo inducitur spacio decem annorum. *Abb. in dicto cap. suam. num.* 9. & *Felin. nu.* 2. qui dicit de communi. *Cassad. decis. vnic. nu.* 5. *de consuetud. Couar. lib.* 1. *var. resol. cap.* 17. *num.* 3. *Felin. in d. cap. ad Apostolicam. n.* 3. *Vgolin. in d.* §. 10. *nu.* 9.

26 Infertur etiam primitias esse debitas, vbi viget consuetudo illas persoluẽdi, & ad earum solutionem quemlibet teneri *c. doctos.* & *c. reuertimini.* 16. *q.* 1. *cap.* 1. & *cap. tua nobis. de decim. Bero. latè cons.* 19. *nu.* 1. 2. 3. 4. & 5. & *per totum. vol.* 1. vbi tenet, quòd laici Parochiani ex consuetudine etiam longissimi temporis ab illarum solutione se excusare nequeunt, & tractat, quibus, & in qua quantitate primitiæ debeantur, & qua actio, quodue remedium ad illas consequendas competat,

27 Pro

27 Pro quarum primitiarũ perceptione potest Ecclesia conuenire, & cogere possessores prædiorum,& rerum, pro quibus primitię soluuntur, siuè suo, siuè alieno nomine possideant, aut colant. *cap. si quis laicus. 16. quæst. 1. gloss. in d. cap. tua nobis. ver. sic & Dominus. de decim. Card. in clem. 1. q. 23. eod. Innoc. in cap. à nobis. de decim. Abb. in cap. cum sint. nu. 6. antè fin. eod. Bero. d. cons. 19. num. 6.*

28 Verumenimuerò an Dominus agri, an verò cõductor primitias soluere teneatur, est distinguendum, nam si loquimur in conductore, qui conduxit agrum certa pecunia, siuè certis mensuris grani, itá, vt ad ipsum spectent omnes fructus,& tunc Dominus non tenetur ex hac pensione aliquas primitias soluere; aut Dominus percipit certam portionem fructuum, non ratione locationis, sed ratione tributi, siuè census, & tunc tenetur ipse Dominus de hac portione, aut conuentionem fecit Dominus cum colono, vt quilibet habeat dimidiam partem fructuum, tunc vterquè tenetur pro sua parte, & itá dicitur de colonis partiarijs, prout de decimis distinguit *gloss. 1. in cap. quæsti. 16. q. 1. text. in cap. tua nobis.* & ibi *gloss. verb. & Dominus.* vbi etiam *Abb. nu. 14. & seq. de decim. Thessau. for. Eccles. cap. 27. num. 59. Azor. par. 1. Instit. Moral. lib. 7. cap. 24. quæst. 4.*

29 Nam decimis æquiparantur primitiæ, & cum illis eiusdem sunt generis, iuris, & obligationis. *cap. reuertimini. 16. quæst. 1.*

30 Huiusmodi autem decimarum debitori potest Clericus, cui decimæ debentur, prohibere collectionem fructuum sine præsentia eiusdem clerici, vel ab eo deputati, etiam reluctante debitore, quinimò, & apponere custodes. *Luc. de Pen. in l. meminimus. num. 11. C. quando, & quib. quar. pars deb. lib. 10. Specul. de decim. in fin. Io. Andr. in cap. ex parte. 2. vbi Abb. nu. 6. de decim. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 433. Guid. Pap. dec. 283. Frãc. decis. 117. nu. 2. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 466. nu. 1. & seqq.* nisi esset consuetudo in contrarium. *Specul. Aufrer. & Abb. locis citatis.* cum in materia decimarum regulariter iudicandum sit secundum consuetudinem. *cap. in aliquibus §. 1. de decim.* si tamen huiusmodi consuetudo præberet occasionem surripiendi, tunc nõ esset seruanda. *Ricc. d. resol. 466. in fin.* vbi refert itá fuisse resolutum per Rotam *in vna Segobien. decimarum. 10. Octobris 1583. coram Aldobrandino postea Clemente Octauo.* Aduertendum tamen est, quòd si fiat prohibitio prædictæ collectionis fructuum absque præsentia dicti deputati, non debent remanere huiusmodi fructus in agro maiori tempore, quã duodecim horarum ad effectum faciendi præfatam descriptionem, ne si diù fructus existerent in fundo, surriperentur præcipuè noctis tempore. *Thessau. decis. 9.*

31 Qui verò soluit decimas, cogi potest ad illas defetendas ad Ecclesiam suis expensis. *cap. reuertimini. vbi gloss. verb. in borreo. 16. q. 1. cap. 1. vbi gloss. 16. q. 7. Capel. Tholos. decis. 433. nu. 1. Alex. in l. lineam. ff. ad Falcid. Crauet. cons. 21. vol. 1.* Quod procedit etiam in decima, quæ debetur Baronibus. *Franc. decis. 124. Rebuff. de decim. q. 13. num. 49. & seq.* nisi extaret consuetudo in contrarium. *cap. in aliquibus. §. fin. de decim. Nauar. cons. 2. nu. 1. de decim. par. 1. Armill. verb. decima. §. 2.* Quę consuetudo inducitur spatio decem annorum. *Abb. in cap. cum sit. num. 6. de decim.*

32 Et quamuis ex laudabili consuetudine possit recipi aliquid pro spiritualibus administrandis, illud tamen peti non potest antequam administrentur, non obstante consuetudine. *Abb. in d. cap. abolendæ. num. 7. de sepult. Host. in d. cap. ad Apostolicam. num. 5. & 6. & Abb. num. 2. & Fel. in princ.* quia in se habet speciem mali, à quo est abstinendum. *cap. cum ab omni. de vit. & honest. cler. D. Paul. 1. Thessalon. 5.*

33 Et quemadmodum laici compelli possunt ad seruandam laudabilem consuetudinem, itá etiam ipsi Clerici tenentur ad obseruantiam laudabilis consuetudinis præscriptæ, putá dandi singulis annis candelas ceræ albæ. *Feder. cons. 155. Felin. in d. cap. ad Apostolicam. num. 35.*

34 Nam laici possunt etiam acquirere ius sepeliendi in eminentiori loco, Capellam construendi, arma,& insignia domus retinendi,& habendi oblationem à Sacerdote,& pacem habendi scamna, & huiusmodi prærogatiuas in Ecclesia. *Paris. cõs. 149. vol. 4. latè Gratian. disceptat. forens. cap. 210. num. 32. & seqq.* Huiusmodi autem consuetudo ad cuius obseruantiam

tenentur laici, est specialis fauore Ecclesiæ, vt longo tempore populus sic impendendo videatur velle inducere consuetudinem in fauorem Ecclesiæ. *Abb. in d. cap. suam. n. 8. Felin. in d. cap. ad Apostolicam. num. 3.*

35 Licet alioqui in his, quæ sunt meræ facultatis, non inducatur consuetudo restrictiua liberæ potestatis, nec ex annua datione gratis facta. *Bar. in l. eum de in rem verso. ff. de vsur. Ias. in l. quominus. num. 28. ff. de flumin. Io. Andr. in c. Ioannes. de Cler. coniug. Innoc. in c bona. 2. de postul. Prel. Abb. in cap. ex parte. nu. 10. de concess. preben Crau. cons. 96. nu. 4. Castr. cons. 340. vol. 2. Caputaqu decis. 352. p. 2.*

36 In quibus actibus meræ facultatis non acquiritur quasi possessio. *l. fluminū. §. fin. & l. Proculus ff. de dam. infe. Ias. in d. l. quominus. ff. de flumin.* nisi postquam interpellatus recusauit, tunc enim à tempore prohibitionis nascitur præscriptio, aut consuetudo, quæ facit, vt prohibitus tunc generet actum non gratuitum, sed meræ seruitutis. *Abb. in cap. significante. in 1 not. vbi etiam Franc. de a. pel. Natt. cons. 106. n. 9. & cons. 107. volum. 1. Surd. cons. 127. nu. 23. vol. 1.*

37 Quamobrem si quis accesserit ad coquendum panem ad furnum alicuius, etiam per centum annos, non per hoc est illi acquisita quasi possessio, vt eos cogere possit ad coquendum in suo furno. *Abb. in cap. ex parte. num. 7. de concess. preben. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. c. 5. Rubr. de furno Guid. Pap. decis. 298. Rebuff. in tract. de mater. possessor. in præfat. nu. 177. cum pluribus seqq.*

38 Idem de eo, qui accessit ad molendum in aliquo molendino. *Bal. in l. 1. C. de seruit & aqua. Abb. in cap. quod translationem nu. 4. de offic. leg. & in cap. Abbate num. 10. de verb. sign.*

39 Neque est acquisita possessio, seu quasi vicinis alicuius putei ad hauriēdum aquam, licet longissimo tempore hoc eis Dominus putei permiserit. *Rip. in c. cum Ecclesia. colum. 11. de caus. poss. & propr. Rebuff. loco cit. n. 183.*

40 Quemadmodum etiam dicimus propter actus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia nunquam acquiri quasi possessionem iuriū. incorporalium. *l. fluminum. §. item. videamus. & l. Proculus. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique. & l. si in meo fundo. ff. de aqu. plu. arc. Rebuff. loco cit. num. 169. & 170. Verall. decis. 306 nu. 7 par. 1.*

41 Neque acquiritur possessio Religiosis, quibus dat Ciuitas certam quantitatem frumenti singulo anno pro eleemosyna, si talis eleemosyna daretur per assignationem factā per modum simplicis eleemosynæ, vel deliberationis Ciuitatis, nam hoc casu est simplex, & voluntaria præstatio, quæ non inducit obligationem. *l. si certis annis. C. de pact.* secus si talis eleemosyna deberetur ex contractu, vel priuilegio. *Fulgos. in l. priuilegia. C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 209. nu. 14. vol. 2. Castr. in l. si quis Curialis. C. de Episcop. & Cler.*

42 Legatum autem factum Capellæ existenti in aliqua Ecclesia, in qua Capella est aliqua Cōfraternitas, debetur Parocho, nisi testator expresserit Confraternitatem, vel nisi appareat ex coniecturis testatorem voluisse offerre Confraternitati. *Felin. in d. cap. dilectus. nu. 3. de offic. Ord. Durant. de art. testan. tit. 6. caut. 7.* facit *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 15.*

43 Ex coniecturis nanquè percipi potest, cuius intuitu fiant oblationes, vt in secundo supradictæ distinctionis mēbro.

44 Legatum verò factum Ecclesiæ, quæ non reperitur in Diœcesi, debetur Ecclesiæ Cathedrali, nisi aliter constet de mente disponentis. *Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de Instrum. edit. § nunc verò aliqua. sub nu. 63. Fel. in d. cap. dilectus. nu. 1. vers. adde etiam. Lap. allegat. 87. Mantic. d. tit. 6. num 7.*

45 Quia Ecclesia Cathedralis dicitur esse Parochia totius Ciuitatis, & Diœcesis. *Card in clem. dudum. §. verum. de sepult.* & dicitur esse matrix. *gloss. in clem. 1. verb. matricibus.* & ibi etiam *Card. de priuileg.*

46 Illud autem legatum, quòd fit Sanctis debetur Ecclesiæ illis dicatæ, licet alibi sint eorum corpora, nisi in Ciuitate adessent Ecclesiæ sub ipsorum inuocatione. *Afflict. decis. 244. num. 4. & ibi Vrsill. numero 1.*

47 Legatum tamen factum Canonicis, etiam ab extraneo debetur ipsis Canonicis, non Ecclesiæ, nisi ex coniecturis probaretur contrarium. *Abb. in cap. requisiti. num. 13.* & ibi etiam *Couar. num. 10.* dicens communem. *de testam. Soccin.* de-

com-

communi. *in l.2. ff. de reb. dub. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib.8. tit.8. nu.21. & seq. Vrsill. ad Afflict. d. decis.244. num.2. Menoch. de praesumpt. lib.4. praesumpt.112. Merenda. cons.28. num.3.*

48 Pecunia verò legata Capitulo, siuè Canonicis, vt celebretur singulis annis anniuersarium, siuè vt erigatur Capellania cum onere celebrandi aliquas Missas annuas, conuerti debet in annuos redditus, vt ità annui fructus perpetuò percipiatur ab illis, qui huiusmodi onus sustinebût. *Nau. cons.8. de reb. Eccles. non alien. p.1. Ricc. in prax. resol. p.1. resol.* 358.

49 Quòd si Episcopus celebraret in Parochia, tunc oblationes essent Episcopi. *Host. in Sum. in tit. de Parochijs. §. in quibus. vers. quid ergò. Afflict. in Const. Neap. lib.1. in Rub. de decim. nu.* 32. non solùm Episcopus dicitur Rector Parochialis. *cap. Apostolica. de donat. c. Episcopus. 96. dist. c. bona. 12. q.2. Vitalin. in clem. dudum §. verùm. nu.3. de sepult.* sed etiam appellatur Parochus totius Diœcesis.

50 Quia tota Diœcesis dicitur Parochia Episcopi. *cap.1. & ibi Host. num.6. de raptor. cap. Apostolica. in princ. & ibi Abb. nu.2. de donat. gloss. in clement.1. in princ. verb. presbyteri. de priuileg. Abb. in c. quoniam. nu.2. de decim.* Secùs autem si celebraret in loco exempto, quia tunc ei debentur, ad quem spectât Iura Parochialia. *Felin. in d.c. dilectus. num.1. vers. & adde quod si Archiepiscopus.* vbi subdit hoc etiã procedere, si celebraret in loco nõ exẽpto, quod tamen sustineri nequit, tùm quia *Felin.* ad hoc nihil allegat, tùm verò quia cõtra ipsum sunt Doctores nuper allegati.

51 Oblationes tamen factæ Sacerdoti celebranti in aliena Parochia cedunt Parocho illius Parochiæ. *Abb. in d.c. pastoralis. n.2. de his quæ fiu. à Præl. sine consens. Felin. in d.c. dilectus. num.1. vers. ex his infertur.*

52 Eæ verò oblationes, quæ fiunt tempore Iubilæi, vel Anno Sancto in Ecclesia Cathedrali spectant ad Archipresbyterum eiusdẽ Ecclesiæ, nõ autem ad Episcopum, nam cum Archipresbyter habeat curam animarum, & Sacramentorum administrationem, habet per consequens de Iure cõmuni fundatam intentionem in omnibus oblationibus, vt dictum fuit superiùs, idq. priuatiuè ad Episcopum. *Abb. in c. quoniã. in 1. not. de decim. & in cap.1. in fin. de successi ab intest. Maluet. de oblat. dub.4. nu.401. Ferret. cons.143. nu.4. & ità fuit resolutũ in vna Beneuentana Spolij 2. Decembris 1585. coram Orano.*

53 Veniunt autem oblationis nomine ea omnia, quæ offerũtur Ecclesiæ quocunquè modo in Missa, vel extrà, & in Ecclesia, vel extrà, vt quæ portantur ad Capellam in festiuitatibus Sanctorũ, seù ad domum Sacerdotis eiusdem Ecclesiæ intuitu Defunctorum, & quæ in cimilini ponuntur, quod de altari suscipit, & facit per Ecclesiam deportari, & quæ antè crucem, & quæ pro desponsatis dantur, & lampades cum oleo, quæ Ecclesiæ ab aliquibus offeruntur, vel quæ dantur nuncio, qui ad recipienda talia per Parochiam destinatur, & ea quæ offeruntur pro Missis Defunctorum, & quæ pro septimis, tricesimis, & anniuersarijs panes, & alia, quæ intrà hebdomadam offeruntur, & mortuorum iudicia, de quibus omnibus in *cap. cum inter. de verb. sign. Abb. in c. causa. nu.2. eod.*

SVMMARIVM.

1 *Impendens Clericus aliquid de suis patrimonialibus in vtilitatem Ecclesiæ illud repetere potest.*

2 *Meliorationes factæ per clericum in beneficio de suo proprio nõ sunt ipsius clerici. & ratio. nu.6.*

3 *Meliorata res potest retineri per clericum.*
Retentio datur in beneficialibus.

4 *Clericus non tenetur de bonis proprijs aliquid relinquere Ecclesiæ.*
Ecclesia comparatur matri.

5 *Melioramenta facta ex industria per clericum in Ecclesia repetere non potest.*

6 *Aedificium super fundo Ecclesiæ constructum cedit solo.*

7 *Solum priuati cedit ædificio facto ex rebus Ecclesiæ fauore Ecclesiæ.*

§. Quartus.

1 SI Clericus aliquid impendit de suis patrimonialibus in vtilitatẽ Ecclesiæ, illud repetere potest, & de eo testari. *c.2. & ibi gloss. 1. 12. q.4. Abb. in c. de his. nu.3. de Eccles. ædif. & in cap. si quis. nu.2. de pecul. cler. & in cap. cum pro causa. nu.1. de procurat. Oldrad. cons.182.*

Rebuff.

Rebuff. in Constit. Regn. tom. 6. tit. de sent. prouis. in præfat. nu. 109. Surd. in tract. de alimentis. tit. 1. q. 121. num. 14. Nauar. in Manual. c. 17. nu. 94. & de reddit. Eccles. q. 1. monit. 27. num. 5. & q. 3. monit. 4. nu. 3. & monit. 32.

2 Meliorationes tamen factæ de suo proprio in beneficio nō sunt ipsius clerici, vt si in terra vineolas, aut agellos fecerit meliorando terram Ecclesiæ, debet tamen illas possidere vsque ad mortem, licet dimittat illud beneficium, vel illo priuetur, etiam ratione delicti, quamuis de illis testari, & disponere nequeat. *d. c. si quis. & ibi Abb. nu. 1. 2. & 4. & ibi etiam Innoc. de pecul. cler. Bursat. cons. 226. nu. 93. & seq. volum. 3.*

3 Quinimò rem melioratam potest retinere tàm ipse, etiamsi priuatus sit beneficio, quàm eius hæres, quia datur retentio in beneficialibus. *d. cap. 2. & ibi gloss. 1. 12. q. 4. Abb. in c. de multa. n. 14. de præben. & in c. fin. n. 2. de pecul. cler. l. as. in l si non sortem. §. si centū. in fin. vers. amplia istam fallentiam. ff. de cond. indeb. Peregrin. in tract. de fideicōmiss. art. 50. nu. 43. Menoch. de recuper. possess. remed. 11. num. 16. Surd. cons. 333. nu. 32. vol. 3.* & potest tàm ipse, quàm eius hæres repetere. *Abb in d. c. fin. nu. 2. de pecul. cler. & in d. c. de his. nu. 5. de Eccles. ædif. Surd. d. cons. 333. num. 31.*

4 Cū neque teneatur Clericus aliquid de bonis proprijs relinquere Ecclesię, licet Ecclesia comparetur matri. *Abb. in cap. 1. n. 1. 3. & 4.* & significanter in *c. cū dilectus. n. 21. de success. ab intest. Couar. in c. 1. n. 3. de testam.*

5 Si autem ex industria personę suę fecit rem Ecclesiæ meliorem, tunc nō potest repetere, quod impendit ex industria sua, sed illud cedit Ecclesiæ. *Abb. in d. c. fin. n. 2. de pecul. cleric.* neque de illo disponere, etiāsi habuerit licentiam testādi à Summo Pontifice, quandoquidem melioramenta censentur facta virtute obligationis, qua beneficiatus quilibet tenetur expendere tertiam, seu quartam redditum partem pro locis Ecclesiæ reparandis, vel meliorandis, iuxta *§. ex diuerso. Inst. de rer. diuis. iuncto. c. concesso. & c. quatuor. cum seq. 12. quæst. 2. Nauar. in tract. de reddit. Eccles. p. 4. c. 1. in fin. & q. 1. num. 17. & q. 2. num. 14. Bursat. cons. 178. nu. 12. 14. & 16. volum. 2.*

6 Quòd de supradictis meliorationibus ex patrimonio factis testari, & disponere nequeat Clericos, illa est ratio, quia regulare est, quòd ædificiū super fundo Ecclesię constructum cedit solo, & ad Ecclesiam spectat. *l. 2. ff. de rei vend. l. Labeo. §. ex diuerso. ff. de acq. rer. dom. Alex. cons. 44. n. 6. vol. 3.* quod procedit etiam in muro ædificato sine calce. *l. si precatio. & ibi Castr. ff com. prad. Cæpol. de seruit. vrb. prad. tit. de macerie. num. 3.*

7 Et hoc est adeò fauorabile, quòd ædificium cedat solo Ecclesiæ, & illius efficiatur, vt è contrà si ex rebus Ecclesiæ ædificetur in solo proprio ipsius Clerici, vel in alieno, tunc solum contrà regulam. *d. §. ex diuerso.* cedit ædificio fauore Ecclesiæ. *gloss. sing. in c. Apostolicos. verb. cōtraxisse. 12. q. 2.* quam Canonistæ comprobant, & sequitur *Abb. cons. 94. nu. 1. vol. 2. Barbat. in tract. de præstant. Card. p. 1. q. 3. nu. 29. & seq. Bursat. d. cons. 178. nu. 16. Specul. in tit. de empt. & vēd. §. tertio loco. vers. quid si clericus. nu. 18. & ibi Io. Andr. in addit. Bart. in l. in tantum. ff. de rer. diuis. Franc. in c. semel. de reg. iur. in 6. Redoan. de Spol. Eccles. quæst. 3. §. verum. nu. 29. & de reb. Eccles. non alien. quæst. 72. c. 1. nu. 6. Surd. d. cons. 333. nu. 39. & 44. vol. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Bona acquisita per clericum non habentem alios redditus quàm Ecclesiasticos, neque aliquod officium, vel exercitium licet spectent ad Ecclesiam, & de illis clericus disponere non possit, limitatur tamen hoc pluribus modis.*
2 *Clericus disponere potest de mobilibus acquisitis ex redditibus Ecclesiæ, vbi consuetudo introducta est.*
3 *Clericus disponere potest de acquisitis ex redditibus Ecclesiæ, si contulerit Ecclesiæ tantundem de suo.*
4 *Clericus de acquisitis ex redditibus Ecclesiæ disponere potest moderatè, & pijs locis.*
5 *Clericus habens licentiam testandi disponere potest de acquisitis ex redditibus Ecclesiæ.*
6 *Curiales Curiæ Romanæ, & Incolæ quomodo possint disponere de bonis ex redditibus beneficiorum acquisitis.*
7 *Clericus potest intuitu eleemosynæ, vel pro seruitij remuneratione seruis*

 suis,

suis, siuè consanguineis benemeritis reliquere de acquisitis ex redditibus Ecclesiæ.

8 *Episcopus potest conferre beneficia suis familiaribus, & alijs personis sibi gratis.*

9 *Clericus non potest legato reliquere quæ donare potest in casibus, in quibus illi disponere licet de acquisitis ex redditibus Ecclesiæ, sed oportet à viuente fieri traditionem illarum rerum, & ratio. num.12.*

10 *Donatio, quam facere potest clericus de acquisitis ex redditibus Ecclesiæ, debet esse modica, non excessiua.*

11 *Clericus non potest liberare gratis conductorem bonorum Ecclesiæ, cuius culpa ædificia ceciderunt.*

12 *Testamentum morte confirmatur.*

§. Quintus.

1 SVpradicta autem Regula, quòd scilicet bona acquisita per Clericum nõ habentẽ alia bona, quàm Ecclesiæ, nec aliquod officium, vel exercitium censeantur acquisita Ecclesiæ, & propterea de illis Clericus testari, & disponere nequeat, limitationes aliquas pati potest.

2 Primò limitatur, vt non procedat, vbi consuetudine aliud in loco introductum fuerit, quæ nisi sit nimium onerosa Ecclesiæ est seruãda, & ità de mobilibus disponere potest. *c. cæterùm. & ibi Abb. nu. 1. & 2. de donat. c. relatum. 2. §. licet. & ibi Couar. nu. 4. c. præsenti. vers. nisi. de speciali. & ibi Gemin. de offic. Ordin. in 6. gloss. in c. Episcopi. verb. de prouisione. 12. q. 1. Abb. in c. cum in officijs. nu. 5. & ibi Host. nu. 2. de testam idem Abb. in c. cum tibi. nu. 2. de verb. sign. & in c. fin. vbi Anchar. Franch. & alij. de offic. Ordin. Bero. cons. 7. num. 9. vol. 1. Bursat. cons. 226. vol. 3.* quæ consuetudo extat in Hispania, vt testatur *Couar. in d. cap cum in officijs. num. 9. de testam. Sarmien. de reddit. Eccles. p. 2. c. 6. n. 1.*

3 Secundò limitatur si Clericus, qui voluit testari de sic acquisitis iam cõtulerit Ecclesiæ tantumdem de suo. *c. si quis qualibet. 12. q. 2. c. si Episcopus. ead. q. 5. Host. in d. c. cum in officijs. num. 4. & Abb. nu. 4. idem Abb. in repet. eod. c. cum esses. nu. 31. de testam. Redoan. de spol. Eccles. q. 3. §. stantibus. nu. 8. Bero. d. nu. 9.*

4 Tertiò limitatur si Clericus vellet donare moderatè, piæ tamẽ causæ intuitu eleemosynæ, quia tũc potest de bonis mobilibus acquisitis intuitu Ecclesiæ relinquere pijs locis, & ad pios vsus, & pro anima. *d. c. cæterùm. & ibi Abb. nu. 1. & 2. de donat. c. ad hæc. & d. c. relatum. 2. & ibi Abb. nu. 8. de testam. idem Abb. in d. c. cum in officijs. num. 6. vbi etiam Couar. num. 5. Bero. d. nu. 9. Redoan. d. nu. 8.*

5 Quartò quando Clericus habuisset licentiam testandi à Papa de illis. *Abb. in repet. c. cum esses. nu. 29. & seq. de testam. Dec.* de communi *cons. 157. & cõs. 512. post nu. 3. Bero. d. n. 9. vers. vltimo dico. Bursat. cons. 226. nu. 44. vol. 3. Nauar. d. tract. de spol. Eccles. §. 7. nu. 6.*

6 Prout Incolæ, & Curiales Curiæ Romanæ, etiam in sacris, ac presbyteratus ordinibus constituti, cæteræque omnes, & quæcunque aliæ personæ Ecclesiasticæ, & Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & quauis alia Ecclesiastica dignitate fulgentes, quibus est concessa facultas disponendi, & testãdi de quibuscunque bonis, etiam intuitu Ecclesiarum Parochialium, aut beneficiorum curã animarum habentium, seu quorũcunque fructuũ, redditnum, & prouentuum, iurium, obuentionum, & emolumentorum, etiam decimalium, seu pensionum, aut aliter quomodocũque acquisitis, necnon succedendi ab intestato in illorum bonis, perindè ac si nõ prouenerint ratione beneficiorũ, aut redditnum Ecclesiasticorum, vt constitutum fuit per Syxtum Quartum Const. 4. Iulium Secundum Constitut. 7. Leonem Decimum Constit. 13. Iulium Tertium Const. 3. Pium Quartum Constitut. 3 t. & nuper Paulum Quintum in sua Constit. quæ incip. *In eminenti.* sub Datum Romę an. 1606. 8. Aprilis. qui extendit non solùm ad decedentes in Vrbe, sed etiam in eius districtu intrà decem milliaria. Quæ tamen Constit. sunt limitatæ post Concilium Tridẽtinum, vt nõ procedant in Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibuscũque curam animarum habẽtibus in proprijs Ecclesijs nõ residentibus, vt habetur in Constitut. 115. Pij Quarti, quæ incipit. *In suprema.* & in eadem Constitut. Pauli Quinti, qui pariter decreuit in eadem sua Constit. eorumdem Curialium, Incolarum, ac Ciuium Romanorum non tamen extrà eorum debitam residentiam decedentium bona, & res etiã

ex

ex bonis, & redditibus Ecclesiasticis prouenientia per eos acquisita in dicta Vrbe, & eius districtu intrà decem milliaria consistentia ad eorũ hæredes ab intestato venientes venire, neque ea alicui spolio subiacere.

7 Quintò limitatur, quãdo non ratione testamenti, sed intuitu eleemosynæ, vel pro seruitij remuneratione seruitoribus suis benemeritis, quando constat de meritis, siuè consanguinei sint, siuè alij, etiam tempore infirmitatis aliqua non de immobilibus, sed ex mobilibus iuxtà seruitij merita elargiri vellet. *c. ad hæc. & ibi gloss. verb. non possunt. & DD. & d. c. relatum. 2. §. licet. & ibi Abb. nu. 8. & Host. n. 3. & DD. de testam. Host. in c. 1. nu. 2. de his quæ fiu. à Præl. & in d. c. cum in officijs. nu. 4. & ibi etiam Abb. nu. 6. & Couar. nu. 5. idem Abb. in c. cæterùm. n. 4. de donat. & in q. 3.* incip. *Sempronius. num. 6. Redoan. d. §. stantibus. d. nu. 8. Gemin. cons. 1. n. 10. Bero. d. cons. 7. n. 9. vers. quarto fallit. Soccin. Iun. cõs. 77. n. 18. vol. 1. Rebuff. de reb. Eccles. non alien. n. 62. Specul. de stat. Monach. nu. 64.* nam etiam licitè poterit Clericus donare aliqua amicis, quos habet Ecclesia pro sua defensione. *Abb. in d. c. cæterùm. in fin.*

8 Nam & Episcopi possunt suis familiaribus, & alijs sibi gratis personis beneficia Ecclesiastica conferre in gratificationem seruitiorum, dummodò tale pactum non præcedat. *gloss. in c. cum essent. verb. promiserat. & ibi Butr. num. 7. Abb. nu. 4. Felin. num. 2. Host. num. 1. & alij. de simon. Couar. lib. 1. var. resol. c. fin. num. 3. Syluest. verb. simonia. q. 16. Nauar. in Manual. c. 23. n. 106. vers. ad quartum.* dicens non esse simoniam conferre beneficium alicui ad liberandum se ab obligatione antidorali.

9 Aduertendum tamen est, quòd oportet à viuente fieri traditionem illarum rerum, quas donat, non autem quòd illas legato relinquat. *d. cap. ad hæc. & ibi Host. n. 2. & Abb. n. 3. & Barbat. col. 2. Redoan. d. §. stantibus. num.* 10.

10 Quæ donatio debet esse modica non excessiua, quia aliquot esset onerosa Ecclesiæ. *d. c. cæterùm. de donat. & d. c. ad hæc. & ibi Abb. nu. 1. & 2. & idẽ Abb. in d. c. cũ in officijs. nu. 5. & in d. q. 3.* incip. *Sempronius. num. 6. vers. quarto facit. & cons. 45. n. 1. & 2. p. 1. Oldrad. cons. 226. n. 6. Tbusc. in pract. tom. 3. verb. Episcopus. concl.* 287. qui licet loquantur in Episcopis, potest tamen eorum dictum extendi ad quoslibet Clericos, cum Episcopi non debeant esse deterioris conditionis, quàm sint inferiores Clerici.

11 Non potest tamen Clericus, siuè Episcopus liberare gratis cõductorem bonorum suæ Ecclesiæ, cuius culpa ædificia ceciderunt, & si liberat poterit Successor reuocare liberationem. *Abb. cons. 45. per totum. par. 1. Tbusc. d. concl.* 287. *nu.* 3.

12 Ratio autem, quare Clericus donare possit, dum viuit, non autem legare, ea est, quia testamentum morte confirmatur. *D. Paul. ad Hebr. c. 9. c. cum Marthæ. de celebr. Miss.* & consequenter effectus confertur in tempus, quo Clericus non est futurus beneficiatus, ideò non potest in aliquo disponere in testamento de facultatibus Ecclesiæ, dum autem viuit, non prohibetur disponere, quia hoc facit tanquam administrator Ecclesiæ, & hanc rationem affert. *Abb. in d. c. ad hæc. num. 3. de testam. Syluestr. verb. Clericus. 4. num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Bona acquisita per clericum habentem alia bona, aut officium, siuè exercitiũ vltrà beneficium, quod etiam fuit tenue, spectant ad ipsum clericum, & de illis liberè disponere potest, & nu. seqq.*

2 *Clerici succedunt sicut laici in bonis descendentium, ascendentium, & collateralium.*

3 *Successionis iura non amittuntur per clericatum.*

4 *Clericus habens alia bona, seu exercitium, aut officiũ vltrà beneficiũ præsumitur priùs cõsumpsisse fructus beneficij pro alimentis, & alijs impensis necessarijs, quàm proprios. & nu. 7. Stipendijs proprijs clericus militare non tenetur.*

5 *Altari qui seruit, de altari viuere debet.*

6 *Victus, siuè victualium appellatione qua veniant.*

7 *Patrimonium clericus conseruare potest, & viuere de redditibus Ecclesiæ.*

8 *Bona acquisita per clericum præsumũtur potiùs quæsita ex redditibus ipsius clerici, quàm beneficij, quando constat de tenuitate beneficij, & de bonis, & diuitijs proprijs clerici.*

9 *Clericus liberè disponere potest de bonis patrimonialibus, & de acquisitis per hereditatem, vel donationem.*

10 *Clericus si habet bona non tenetur instituere Ecclesiam*

11 *Clericus disponere potest de sibi relictis contemplatione personæ.*

12 *Contemplatione personæ relicta quæ præsumantur. & n. seq.*

13 *Contemplatione personæ quæ relicta intelligantur.*

14 *Clericus liberè disponere potest de his, quæ de suo victu parciùs viuẽdo conseruauit.*

15 *Ambasciatoribus donata ratione Ambasciariæ cedunt ipsorum commodo.*

16 *Sponsæ donata per consanguineos spõsi an sint ipsius sponsæ.*

17 *Infanti à Compatre, qui illum de sacro fonte leuauit, donata cẽsentur donata contemplatione patris.*

18 *Distributiones quotidianæ, & acquisita ex ipsis sunt ipsius clerici, & de illis liberè clericus disponere potest.*

19 *Parochus potest liberè disponere de quarta mortuariorum.*

§. Sextus.

1 QVo ad secundum membrum principalis distinctionis videlicet, Si Clericus vltra bona Ecclesiæ habet alia bona, vt ex successionibus descendentium, ascẽdentium, & Collateralium.

2 In quibus Clerici succedunt in omnibus, & per omnia sicut laici. *cap. quia nos. & ibi Abb. nu. 2. & cap. relatum. 2. in fin de testam. l. sacrosancta. & l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler.* cum alijs adductis per *Alex. in l. sub conditione. ff. de lib. & posth.*

3 Non enim perduntur iura successionis per clericatum. *d. c. quia nos. & dicto cap. relatum. §. cæterum. Cald. cons. 2. de feud. Cæphal. cons. 151. num. 37. vol. 2.* vel habet Clericus officium, siuè exercitium, & redditus Ecclesiæ sunt tenues, dicendũ est illa prædia, seù redditus acquisitos fuisse ex bonis patrimonialibus, vel ex lucro officij, seù industriç, vel exercitij sui vt in Missis dicendis, vel quia fuit Capellanus alicuius Domini, & de illis testari, & disponere potest. *cap. Episcopi. cap. manifesta. & c. sint. 12. quæst. 1. cap. quicunquè. cad. q. 3. cap. fixum. ead. q. 5. Abb. in repet. cap eum esses. num. 24. & 26. & in d. c. relatum. 2. nu. 9.* & *in cap. eum in officijs. n. 2. 3. & 8.* & ibi *Innoc. num. 4. & Host. nu. 5. de testam. Io. Andr. in d. c. quia nos.* & ibi *Butr. Ancha & Imol. eod. Gemin. in c. præsenti circà fin. vers. per præmissa. de offic. Ordin. in 6. Couar. in c. 1. n. 11. de testam. Alex. de Neuo* qui loquitur in Capellano alicuius Domini. *cons. 13. n. 1. & 2. Card. cons. 79. vers. imò etiam. Clar. in §. testamentum. q. 27. num. 3. Corn.* de communi. *con. 314. col. 1. & 2. vol. 3. & cons. 79. nu. 3. vol. 4. Roman. cons. 159. in fin. Bero. cons. 7. per totum. vol. 2. Soccin. Sen. cons. 91. vol. 3. Bursat. cons. 226. num. 40. vol. 3. Redoan. de spol. Eccles. q. 3. in prin. nu. 31. & 32. Boer. decis. 20. num. 4. Rot. diuers. parte. 3. lib. 3. decis. 582. num. 7.*

4 Quia præsumitur priùs consumpsisse fructus illius Ecclesiæ pro alimentis condecentibus iuxtà gradum, & dignitatem suç personç, & pro alijs impensis necessarijs, quã proprios ex bonis patrimonialibus, & ex officio, seù exercitio. *Host. in d. cap. cum in officijs. nu. 5. de testam. & in cap. Episcopus. nu. 3.* & *ibi etiam Abb.* dicens de communi. *num. 3. & Innoc. & alij de præben. Abb. in cap. 3. nu. 3. de pecul. Cler. Couar. in cap. 1. nu. 2. de testam. Bero. d. cons. 7. nu. 1. 2. & 3. Soccin. sen. d. cons. 91. num. 3. vers. secundum. Bald. cons. 313. n. 4. Port. cons. 126. num. 12. Nauar. de reddit. Eccles. q. 1. num. 92. Menoch. de arbitar. cas. 195. nu. 5. Surd. tract. de aliment. tit. 9. q. 12. per totam.* cum Clericus non teneatur suis stipendijs militare. *Abb. in d. cap. Episcopus. nu. 3. in fin.* & datur Clerico stipendium non propter indigentiam, sed propter seruitium. *cap. fin. 1. q. 2. Abb. dicto nu. 3. in fin.*

5 Nam qui seruit altari, de altari viuere debet. *cap. charitatem. & cap. ex his. 12. quæst. 2. cap. 1. 13. q. 1. c. cum secundum. de præben.*

6 Verbo autem victus, siuè victualium etiam vestimenta cõprehenduntur. *l. verbo victus. ff. de verb. sign. l. legatis. ff. de alim. leg. Roman. cons. 440. nu. 3. gloss. 1. in cap. omnium. 31. dist.* & venit etiam habitatio. *d. l. legatis. Azor. par. 2. Inst. Moral. lib. 2. cap. 4. q. 2.* & præter ista veniunt quoquè cibaria, potus, medicinæ, expensæ medicorum, vestes, pelles, calciatus, lectus, & culcitra, ac expensæ pro præceptori-

bus

bus, & magistris, quando alimenta essent relicta pupillis, vt instruantur in arte sibi conuenienti, *l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb. Azor. d. q. 2.* vt latissimè dicit *Rol. cons. 22. per totum. vol. 1. Host. in c. 1. nu. 43. de censib. in 6.*

7 Quare ex beneficio est auferẽdus victus, & vestitus Clerici, & aliæ expensæ necessariæ, & reliquum computabitur pro beneficio, patrimonium verò ponetur integrum, nulla facta defalcatione victus. *Abb. in d. cap. Episcopus. num. 3. de præben. & in d. cap. 3. nu. 3. de pecul. Cler. Hostien. in d. cap. cum in officijs. nu. 5.* & ibi *Ioann. Andr. & Imol. de testam. Bero. dicto cõs. 7. n. 3. Lambert. de Iurepatron. lib. 1. p. 1. q. 8. ar. 7. nu. 15. Surd. in d. q. 12. nu. 13.* Nam Clericus habens patrimonium, & beneficium potest patrimonium conseruare, & viuere de redditibus beneficij. *Abb. in quæst. incip. Titius Clericus. 4. nu. 15. & in d. cap. Episcopus. num. 3.* vbi etiã *Innoc. de præben. Couar. in cap. 1. n. 2. de testam. Surd. d. q. 12. n. 11. & seqq. Menoch. de arbitrar. centur. 6. cas. 520. nu. 1. & seqq. Azor. p. 2. Instit. Moral. lib. 7. c. 9. q. 11. vers. dicendum,* vbi dicit communem. *& lib. 8. cap. 3. q. 1.* Si verò vltrà alimenta remanerent fructus beneficij, tunc pro rata illa acquisita dicerentur, & ità deberent diuidi inter ipsius Clerici hæredem, & successorem in Ecclesia, considerata qualitate, & quantitate patrimonij, & officij, & exercitij, necnon redditnum Ecclesiæ. *cap. Sacerdotes. 12. q. 4. Innoc. in d. cap. cum in officijs. Abb. in d. cap. cum esset. nu. 24. propè fin. Bald. in auth. licentiam. num. 3. C. de Episc. & Cler. Roman. cons. 159. n. 4. & consil. 346. nu. 4. Bero. d. cons. 7. num. 2. & 4. Soccin. Sen. d. cons. 91. col. 4. vers. confirmatur; & tertio. vol. 3. Lambert. dicto artic. 7. nu. 15.*

8 Et quando constat de paupertate Ecclesiæ, & de bonis, & diuitijs proprijs Clerici prædefuncti, deque ipsius officio, semper bona, quæ reperta fuerunt præsumuntur potius quæsita ex bonis Clerici, quàm Ecclesiæ. *Abb. in d. cap. 3. n. 3. de pecul. Cler. & in d. c. cum esset. num. 24. DD. in cap. 1. 2. q. 4. Innoc. in d. cap. cum in officijs. & Couar. in cap. 1. nu. 10. de testam. Rom. d. cons. 346. Bero. d. cons. 7. n. 7. vol. 2. Rot. diuers. par. 3. decis. 582. num. 7. & 10.* & ideò de illis disponere, & testari potest.

9 Quemadmodum de bonis ipsius patrimonialibus certis, & liquidis, ac de acquisitis per hæreditatem, vel donationem, prout quilibet priuatus testatur ad libitum citrà alicuius licentiam, seu assensum instituendo extraneum, non etiam Ecclesiam. *cap. fixum. 12. q. 5. cap. 1. de success. ab intest. cap. quia nos. & cap. relatum. 2.* & ibi *DD. de testam. Abb. in dicto cap. cum esses num. 24. & in quæst. 4. incip. Titius. per totam.* & præcipuè *in fin. Couar. in d. c. 1. nu. 3. de testam. Corn. cons. 88. col. pen. vers. si itaque vol. 2. Card. cons. 79. Crau. cons. 790. nu. 2. Bursat. dicto cons. 226. nu. 39. vol. 3. Clar. in §. testamẽtum. q. 27. vers. sed quid dicendum. Barb. in tract. de præstant. Cardin. q. 3. par. 1. num. 40. Menoch. de arbitrar. d. cas. 195. nu. 4. Nauar. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 27. nu. 3. circà fin. & de spol. §. 1. num. 3. & §. 6. num. 2.*

10 Cum potiùs ex consilio, quàm ex præcepto non existentibus filijs, vel propinquis Ecclesia instituatur. *gloss. 1. in cap. Episcopus qui filios. 12. q. 2. Couar. in d. cap. 1. nu. 3. circà fin. de testam.*

11 Idem dicendum est, quòd possit testari de sibi relictis contemplatione personæ, secùs de relictis contemplatione Ecclesię. *d. c. quia nos. & d. c. relatũ. 2. & cap. requisisti.* & ibi *DD. de testam. c. 1. de success. ab intest. Bero. cons. 26. n. 20. volum. 1.*

12 Relicta autem contemplatione personæ per amicum, aut propinquum præsumuntur relicta intuitu personæ, etiamsi fuerit expressum nomen dignitatis, nisi contrarium probetur. *d. cap. requisisti.* & ibi *Host. nu. 1. & Abb. nu. 1. 2. 8. & 23. de testam. l. annua. §. Titia.* & ibi *Appost. ff. de annua. leg. Bart. in l. 2. ff. de reb. dub. Bal. in l. 3. C. quib. ad libert. proclam. non lic. Fed. de Senis cons. 20. n. 3. Abb. cons. 93. n. 2. par. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. nu. 17. & 20.*

13 Quòd si fuerint relicta per extraneũ alicui Clerico habenti in Ecclesia prelationem, vt etiam Ecclesiam Curatam, seu aliquam dignitatem, siuè administrationem, tunc præsumuntur facta contemplatione Ecclesiæ. *d. cap. requisisti.* & ibi *gloss. verb. præsumitur. & Host. num. 1. & Abb. nu. 1. 2. 3. 7. 8. 23. & 26. d. §. Titia. & Bart. & Bald.* locis nunc citatis. *Feder. d. cons. 20. num. 6. Mantic. d. nu. 17. & 20. Seraphin. decis. 1149. nu. 7. Anchar. in cap. officij. num. 16.* vbi etiam *Imol. num. 24. &*

Barbat.

Barbat. n.35. de testam. Etiãsi relicta fuerint sub nomine proprio duntaxat expresso. Abb. in d. cap. requisisti. nu.23. Mantic. dicto tit.6. nu.19. vers. quod vero. Si verò fuerint relicta per extraneum, siuè per propinquum alicui non habenti prælationem, seù administrationem, & si aliàs beneficiato præsumuntur facta intuitu personæ. Abb. in eod. cap. requisisti. n.3. & 13. Mantic. d. tit.6. nu.21. Seraphin. d. num.7. Item si ab extraneo, si cum legatario, seù donatario intercessisset longa amicitia, relictum præsumitur factum intuitu personæ. gloss. in d. cap. requisisti. verb præsumitur. & ibi etiam Host. num.1. vers. præsumitur. & Abb. num.25. & d. §. Titia. Mantic. d. tit. 6. nu. 18.

14 Potest item Clericus liberè disponere de his, quæ de suo honesto victu parciùs viuẽdo seruauit. D. Thom. 2.2. q.185. art.7. Sot. de Iust. & Iur. lib.10. q.4. art.3. Nauar. de reddit. Ecclesi. monit. 26. num.1. tom.1.

15 Item de sibi donatis intuitu alicuius Legationis, siuè Ambasciariæ, qua functus sit, nam donata Ambasciatoribus ratione Ambasciariæ cedunt ad commodum ipsorum. Bart. in l. si verò. §. item quidquid. & ibi Alex. qui testatur de communi. ff. solut. matr. Rol. cons.10. n.9. vol.1. Alciat. de præsumpt. præsumpt.18. reg.1. vbi dicit cõmunẽ. Seraph. decis.1108. n.5.

16 Quemadmodum, & donata sponsæ per consanguineos sponsi cedunt commodo ipsius spõsæ. l. si mater. C. de donat. antè nupt. Bald. cons.62. vol.1. & cons.316. vol.4. Rol. d. cons.10. nu.8. Bald. cons.42. num.3. vbi dicit hanc esse veriorem opinionem. vol.1. & in l. cum autem. C. de donat. Alciat. d. præsumpt.18. Seraphin. d. decis. nu.6. vbi dicit hanc opinionem esse probabiliorem, quidquid alij in contrarium dicant. Quod tamen procedit vbi apparet ipsos consanguineos sponsæ donasse, vt ei acquirerẽtur. Butr. cons.37. dub.2. Rot. Besignet. decis.1. de donat. inter vir. & uxor. Rol. d. cons.10. nu.10. Bart. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. Capel. Tholos. q.337. nu.2. vel vbi esset cõsuetudo in loco, quòd talia donata efficerentur sponsæ. Bald. in l. cum te. de donat. antè nupt. Rol. d. cons.10. nu.11. nam in dubio donata acquiruntur marito, ex quo eius contemplatione fuerunt donata. Bar. in d. l. sed si plures. §. in arrogato. quem ibi sequuntur Imol. Castr. Alex. & Ias. ff. de vulg. & pupil. Roland. d. cons.10. nu.11.

17 Quemadmodũ dicimus donata infanti à Compatre, qui illum leuauit de sacro fonte, censentur donata contemplatione patris, quia solus pater fuit causa finalis eiusdem donationis, qui ipsum vocauit in Compatrem. Surd. decis.322. n.52. Mart. de Iurisd. par.4. cas.45.

18 Idẽ dicitur de distributionibus quotidianis. & acquisitis ex eisdemmet distributionibus, nam percipientes distributiones quotidianas illas faciunt suas, vt veri Domini. c. vnic. & ibi Gemin. in vers. qui verò. in 3. not. & Franc. in vlt. not. de cler. nõ resid. in 6. Gemin. in c. præsenti. de offic. Ordin. in 6. & cons.85. n.18. Paris. cõs.33. n.8. vol.4. & de ipsis distributionibus Clericus suo arbitrio testari, & disponere potest etiam donando inter viuos, sicut rustici de denario diurno. gloss. in extrauag. com. vnic. §. in illis. verb. consueuit. ne Sed. vacan. Gemin. in d. c. vnic. §. qui verò. n.3. & Franch. n.4. & Anchar. n.4. de cler. non resid. in 6. Couar. in d. c. cum in officijs. n.4. Alex. cons.136 num.5. vol.7. Gemin. dicto cons.85. nu.18. Corn. cons.314. col.2. vol.3. Dec. cõs.280. in princ. Soccin. Sen. d. cõs.91. n.3. Paris. qui dicit de communi opinione, & obseruantia. d. cons.33. n.10. cum pluribus seqq. & in terminis. Bero. d. cõs.7. n.11. 12. & 13. vol.2. Redoan. de spol. Eccles. q.1. n.27. & q.3. n.23. & seqq. & in §. fin. n.5. Clar. in §. testamentum. q.27. nu.10. & de illis suo arbitrio disponere, & eas ad quoscunque hæredes transmittere. Couar. de cõmuni. in c. cum in officijs. nu.4. de testam. & lib.3. var. resol. c.13. Seraph. decis.594. n.6. p.1. Azor. p.2. Instit. Moral. lib.7. c.9. q.10. vers. cæterùm. Syluest. verb. clericus. q.44. etiam quod nondum actu fuerint datæ, & assignatæ, sed tantũ promissæ. Paris. d. cons.33. n.22. & seq. Ratio autem quare de illis suo arbitrio disponere possit, ea est, quia ex labore, & seruitio personali propter residentiam, & interessentiam illas quæsiuit, & sic ex industria, & intuitu personæ, & laboris, & seruitij. c.1. & ibi DD. de success. ab intest. Couar. in d. cap. cum in officijs. num.6. in fin. & lib.3. var. resol. cap.13. num.1. Oldrad. cons.118. nu.4. Alex. cons.116. num.50. vol.7. Paris. d. cons.33. num.12. 25. 26. Bero. dicto cons.7. num.11. Bursat. d. cons.226. num.49. vol.3. Alban. cons.25. per totum. Clar. in §. testamẽtum.

d.q.27. nu.10. Gigas de pension. q.52. Rot. decis.8.nu.1. de praebeu. in nou. Caesar.de Grass. decis.5.nu.4. de praeben. Rot. diuers. p.1.decis.402.num.4. & quia de acquisitis ex industria, & labore potest disponere, vt superiùs dictum fuit, itá etiam de istis.

19 Quemadmodum possunt etiam Parochi disponere ad libitū de quarta, quàm acquirunt nomine mortuariorum. *Bald.in l.praeses.ad fin.C.de transact.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in casibus, in quibus de bonis suis, & de quasi castrensibus ei disponere licet, id facere potest, quamuis sit in potestate parentum. & n.n. seqq.*

2 *Vsusfructus bonorum aduentitiorum, etiam maternorum filijs acquisitorū spectat ad patrem.*

3 *Pater non potest distrahere filij bona, quorum habet vsumfructum.*

4 *Filius patre mortuo potest repetere bona materna alienata per patrem, quorum ipse pater habebat vsumfructū. Possessores bonorum maternorū alienatorum per patrem, quorum ipse habebat vsumfructum tenētur ad interesse à die mortis matris.*

5 *Clericus licitè disponere potest de bonis aduentitijs post clericatum, quamuis sit in potestate patris. & nu. 18. Vsusfructus bonorum aduentitiorum clerici post clericatum non acquiritur patri.*

6 *Testamentum clerici non infirmatur praeteritione filiorum, vel parentum, neque subiacet querela.*

7 *Clericus nequit disponere de bonis aduentitijs ante clericatum in praeiudicium patris.*

8 *Testamentum patris volentis ingredi Religionem non infirmatur praeteritione, siuè exhaeredatione filiorum.*

9 *Pater non potest exhaeredare filium factum Monachum, quamuis dum esset laicus, commiserit causam ingratitudinis.*

10 *Filij ex crimine laesa Maiestatis per patrem commisso quomodo puniātur.*

11 *Filius clericus nō punitur ex crimine laesa Maiestatis per patrem commisso.*

12 *Vsumfructum redditūum beneficij filiorum clericorum non habet pater.*

13 *Vsusfructus bonorum Emphyteoticorum filij non spectat ad patrem.*

14 *Patris consensus non exigitur filio clerico litiganti super his, in quibus non quaeritur vsusfructus patri.*

15 *Filius non potest esse in iudicio sine consensu patris.*

16 *Libri empti per patrem filio laico studenti an, & quomodo fiant filij.*

17 *Libri empti per patrē filio clerico studenti efficiuntur ipsius clerici.*

18 *Peculium, quod est castrense in filijsfam. laicis, dicitur in clericis aduentitium, & quod dicitur in laicis aduentitium, est castrense, vel quasi in clericis.*

19 *Clericus prima tonsura, ac minorum ordinum remanet quoad temporalia in potestate patris, secùs verò quoad spiritualia.*

20 *Ordo sacer non eximit filiū à potestate patris quoad temporalia.*

21 *Episcopalis dignitas eximit à patria potestate.*

22 *Cardinalatus dignitas liberat à potestate patris.*

23 *Ingressus filij in Religionem soluit à patria potestate.*

24 *Filius liberatur à patria potestate per ingressum patris in Religionem.*

25 *Filius, si vult testari inuito patre, potest accipere primam tonsuram.*

26 *Priuilegium clericis concessum intelligitur si habitu clericali incedant.*

27 *Minor disponere potest de bonis suis absque auctoritate curatoris, & alia solemnitate, si ingreditur Religionē.*

28 *Minor disponere non potest de bonis suis sine curatore, & decreto Iudicis.*

29 *Filiusfamilias ingrediens Religionem disponere potest de bonis suis castrensibus, & quasi, necnon de aduentitijs.*

30 *Vsusfructus, quem pater habet in bonis filij an per ingressum ipsius patris in religionem amittatur, an verò acquiratur Monasterio.*

§. Septimus.

1 ET quae dicta sunt de Clerico, vt possit testari de bonis suis, & de quasi castrensibus, dicitur, quòd possit etiā hoc facere, etiamsi esset in potestate parentum. *Abb.in d.c.quia nos.n.5. de testam. Bart.in l.si eum clericis. & in l.sacrosancta. C.de Episc. & Cler. Specul.*

in

in tit. de stat. Monach. n.58. & 63. In peculio etenim castrensi, seù quasi nihil iuris pater habet, sed proprietas, & vsusfructus est penès filium; qui habetur tanquam paterfam, & de illo statuere, & disponere potest. *l. 1. §. fin. ff. ad Macedon. auth. vt liceat. matr. l. cũ oportet. C. de bon. quæ liber. l. fin. C. de inoff. testam. l. pen. C. qui testam. fac. poss.* Neque post obitum Patris quidquam cogitur communicare cum fratribus ex prædictis peculijs. *l. fin. C. de collat. l. cum antiquis. C. de inoffic. testam. l. fori. C. de aduocat. diuers. Iud. l. cũ oportet. §. 1. C. de bon. quæ lib. l. si filiusfam. C. fam. bercisc.*

2 Et idem dicitur de bonis aduẽtitijs, nam quamuis vsusfructus omnium bonorum aduentitiorũ filijs acquisitorum, etiã maternorum spectet ad patrem. *l. cum patre. C. de bon. quæ lib. l. 1. C. de bon. mater. §. 1. Inst. per quas person. nob. acqu. Bero. cons. 139. in princ. & cons. 140. in princ. vol. 2. Soccin. Iun. cons. 20. in princ. vol. 2.* etiamsi filij antè patrem moriantur. *l. 3. C. de vsu. & habit. l. si quis. §. fin. & ibi Bald. & Salyc. C. ad Tertul.* adeo quòd pater de dicto vsufructu æs alienum filiorum soluere non teneatur. *l. fin. § sin autem. C. de bon. quæ lib. Bart. in l. fin. ff. de vsufr. leg. Alex. in l. vsufructu. ff. ad leg. Falcid. Bero. cons. 38. in fin. vol. 1.* vbi dicit hanc esse communem opinionem.

3 Licet non possint à patre in præiudicium filiorũ eadem bona distrahi. *l. 2. C. de patr. qui fil. distrax.*

4 Et quòd bona materna ità filijs debeantur, vt nec pater, qui dum viuit est vsufructuarius, vt dictũ est, illa distrahere queat. *dicta l. 1. C. de bon. matern. Paris. cons. 157. n. 15. vol. 4. Afflict. decis. 393. n. 1. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 8. num. 6. & 7.* qui affirmat filios patre mortuo posse dotem, & bona materna à patre alienata reuocare, & maternæ dotis bonorum possessores tenentur ad fructus, & interesse à die mortis matris non iuxtà dispositionem. *c. salubriter. de vsur.* sed loco damni passi propter morã factam in restitutione dotis. *Alex. cons. 141. n. 3. vol. 5. Crauet. cons. 189. vers. sextus casus. Afflict. decis. 284. nu. 2. & 3.* & loco lucri cessantis. *Alex. & Crau. locis nunc citatis.* copiosè *Couar. lib. 3. var. resol. cap. 1. num. 3. Ruin. cons. 48. vol. 5.* & loco alimentorum. *Alex. cons. 141. nu. 5. & 6. Menoch. cons. 7. nu. 15. & seqq. vol. 1.*

5 Tamen Clericus etiam in patria potestate constitutus licitè potest disponere, & testari de omnibus bonis aduẽtitijs post clericatum, vsusfructusque illorum bonorum non acquiritur patri nõ faciendo vim quomodo bona talia perueniant ad Clericum, vel ratione Clericatus, vel alias quomodocunque. *auth. presbyteros. vbi Bald. nu. 1. C. de Episc. & Cler. gloss. in c. quia ingredientibus. verb. testandi. 19. q. 3. Abb. in c. præsentia. num. 56. & ibi Dec. nu. 253. & 254. de probat. & in c. quia nos. num. 5.* & ibi etiam *Barbat. in 2. notab. & Couar. nu. 2. & 3. Card. & alij. de testam. Ias. in l. patre furioso. col penul. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. in l. filiæ. colum. 2. C. de collat. & in l. fin. col. fin. vers. hinc & 2. C. qui test. fac poss. Dec. in l. 3. n. 14. C. eod. Cæpol. in tract. de Cautel. cautel. 113. n. 2. Bar. cons. 61.* incip. *filiusfam. Presbyter. Rol. cons. 16. n. 2. 3. 4. & 17. vol. 4. Purpur. cons. 102. n. 3. & 4. vol. 1. Io. Dilect. de art. testan. in princip. 1. cautel. in fin. Afflict. decis. 241. num. 1. Gratian. Rot. March. decis. 49. n. 41. vsquè ad fin. Amat. decis. 70. nu. 21. & 25. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 26.*

6 Neque infirmatur testamentum Clerici præteritione filiorum, vel parentum, neque subiacet querelæ ex causa exhæredationis, licet eis debeatur legitima portio. *Abb. in d. c. quia nos. nu. 4. & ibi addit. Couar. n. 6. Federic. de Senis cons. 54. Bal. in l. sacrosancta. C. de Episc. & Cler.*

7 Verùtamen de bonis aduentitijs quęsitis antè Clericatum disponere nequit in præiudicium patris, cui quæsitus fuit vsusfructus. *Dec. in d. c. in præsentia. num. 249. & seqq. Couar. in d. c. quia nos. nu. 2.*

8 Nec infirmatur testamentum patris volentis ingredi Religionem, si prætererit, siuè etiam exhęredauerit filios, quãuis possint nihilominùs filij legitimam petere. *Bart. in auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccles. Abb. in d. c. in præsentia. nu. 49. de probat.* nam antè ingressum Religionis potest liberè disponere de rebus suis. *d. cap. quia ingredientibus. & c. pen. §. nunc autem. 19. q. 3. §. illud. auth. de Monach. Abb. d. num. 49.*

9 Non licet tamen parentibus liberos, nec liberis parentes ab hæreditare repellere Monachos factos, quamuis dum Laici fuerant in causã ingratitudinis inciderint, quia ingratitudo purgatur per ingressum Religionis. *c. non liceat. 19. quæst. 3. Abb. in*

d. cap. in

d.cap.in præsentia.nu.77.& conf.27.nu.2. par.2.Saliset.in l.Deo nobis.in princ.C.de Episc.& cler.Eman.Cost.in l.Gallus.§.& quid si tantum. 3.*par.nu.*195.*ff.de lib.& posthum.Tiraq.de priuil. cauf.piæ. priuil.* 30.*Couar.in c.Rainutius.nu.*20.*de testam. §.licentiam.autb.de sanct. Episc.Anan.in cap.Iudai.*2.*num.*3.*vbi etiam Felin.nu.*1. *vers.sed.mirum.de Iuda.*

10 Accedat, quòd licet filij ex crimine læsæ Maiestatis per patrem commisso puniantur, quia priuantur omnibus bonis paternis tàm ex testamento, quàm ab intestato, & perpetuò sunt infames, & ab omnibus honoribus, & officijs exclusi, & supplicantes pro eis Principi efficiantur infames. *l. quisquis. §. deniquè iubemus. C. ad leg.Iul.Maiest.*

11 Tamen ista non habent locum in filio Clerico. *gloss.*1.*in cap.satis peruersum.* 56.*dist.*quam sequitur. *Alex. in addit. ad Bar.in d.l.quisquis. Archid.in c.si quis.n.*2. 6.*q.*1.*Ruin.conf.*4.*nu.*3.*& num.*17.*vol.*5. *Greg.Tholos. syntagm.in lib.*35.*c.*1.*n.*23.

12 Et tantò minùs habet pater vsumfructum bonorum, seù redditum præbendæ dignitatis, & beneficiorum filij Clerici *Pinel.in l.*1.*par.*2.*nu.*29.*C.de bon.mater. Afflict.d.decis.*241.*nu.*1.*&* 2. vbi etiam *Vrsil.nu.*2.*Gratian.d.decis.*49.*num.*41.*& seq.Io.Andr. in cap.*1.*§.Valuasores.nu.*7. *vers.sed si filiusfam.de his qui. feudar.poss. Amat. decis.*70.*nu.*22.

13 Vbi numero sequenti idem dicit in bonis emphyteoticis.

14 Hinc cum filiusfam. Clericus nullū quærat vsumfructum patri, infero quòd in his, in quibus non quæritur vsus fructus patri, nō exigitur consensus paternus eidē filio litiganti. *gloss.in l.fin. §.necessitate. ver.imponenda. C.de bon.quæ lib.Archid. in cap.fin.nu.*2.*de iudic.in* 6.*Ias.in autb. quod locum. col. pen. in* 5.*not. C.de collat. Purpurat.d.conf.*102.*num.* 3. *&* 4.*vol.* 1. quamobrem si habet beneficium, potest agere, & conueniri sine consensu patris. *c.si annum.de iudic. in* 6. *Abb.in cap.cum voluntate.nu.* 8. *de sent.excom.*

15 Licet secùs sit in bonis patrimonialibus, pro quibus sine consensu patris in iudicio esse non potest. *d. cap.si annum.& ibi gloss.Bero.conf.*179. *n.*6. *vol.*1. cum filiusfam. non possit esse in iudicio sine cōsensu patris. *l.non solum.§.necessitate.C.de bon.quæ lib.* neque pater cum filio, neque è contra filius cum fratre potest in iudicio agere. *l. lis nulla. vbi gloss.ff.de iudic.* nisi pro bonis castrensibus, vel quasi. *l. si quis vxori.§.*2.*&* 3.*ff.de furt.& l.si dubitetur. §.fin.ff.fideicommis.gloss. ind. l.lis nulla.*

16 Quinimò licet de iure communi libri, quos pater emit filio studenti, qui non efficiatur Doctor viuente patre, non fiant præcipuè filij. *Bart.in l.filia. & alij. C.de collat.* secùs autem si filius ad doctoratus apicem peruenerit, quia tunc censētur donati. *Ias.in autb.quod locum. nu.* 3. *C.de collat.*

17 Tamen si pater emerit Clerico studenti, & tradiderit, statim efficiuntur ipsius Clerici. *Alberic.in d.l.filia.*vbi etiam *Ias.num.*13. *Marsil. in Rubr. de fideiuss. nu.*147.*Rol.conf.*11.*nu.*17.*& seq.& n.*25. *vol.*2.*& d.conf.*16.*nu.*5.*&* 6. quia quidquid Clericus filiusfam. consequitur à patre, vel aliundè, censetur quasi castrense peculium, & de eo potest tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos disponere, licet sit adhuc in potestate patris, seù ani, vt superiùs dictum fuit.

18 Nam peculium, quod est castrense in filijsfam. secularibus, dicitur in clericis adnentitium, vel id, quod dicitur in laicis aduentitium, est castrense, vel quasi in clericis. *l.fin.ff.de inof.test. l.sacrosāctæ.autb.presbyteros.* 2.*& l.eum lege Leonina.C.de Episc.& Cler. Abb. in cap.quia nos.nu.*5 vbi etiam *Innoc. de testam. Rol. d.cōf.*16.*n.*15.*Menoch.de adipiscen.remed.* 4.*num.*281.*& seq.Ias.Alberic.& Marsil.* in locis paulò antè allegatis. *Vasq. de success.progress.tom.*2.*lib.* 1.*§.*1.*n.*42. Et hoc non solum procedit in Clerico ad ordines sacros, seù ad beneficium promoto, sed etiam in minoribus ordinibus constituto, ac etiam in initiato prima solùm tonsura, simplex enim Clericus primæ tonsuræ potest facere testamentum in dictis bonis, quamuis aliàs secùs. *l.senium.in fin.C.qui testam.fac.poss. Dec. in dicto cap. in præsentia.n.*155.*Cæpol. d.cautel.*113. *num.*2. *Couar.in d.cap.quia nos. num.*3. quoniam in suo peculio, quod est quasi castrense, habetur pro patrefam. *l.*2.*ff.ad Macedon. d.c.quia nos.de testam.Rol.d.conf.*16.*n.*15. *Couar.d.nu.*3.

19 Quamuis huiusmodi Clericus initiatus prima tonsura, seù etiam in ordinibus minoribus constitutus remaneat quoad tēporalia in potestate patris, nisi

emancipetur, licet secùs sit quoad spiritualia. *gloss. fin. in cap. cum voluntate.* & ibi *Host. nu. 13. de sent. excomm. Couar. in d. cap. quia nos. n. 3. Rol. d. conf. 16. nu. 7. 9. & seq. & nu. 15. Gratian. d. decis. 49. n. 45. Abb. in Rubr. de pecul. cler. nu. 2.*

20 Nam neque etiam liberatur à patria potestate per susceptionem ordinis sacri, etiam presbyteratus, vt reprobata *gloss. fin. in d. cap. cũ voluntate. post. Innoc.* dicit *Abb. ibid. nu. 8. & Host. num. 13.* qui refert se ad notata *in c. indecorum. de ætat. & qual. vbi n. 5.* dicit, quòd filius presbyter quoad patrimonialia profectitia remanet in potestate patris, & etiam quoad reuerentiam naturalem exhibẽdam patri, licet secùs dicat quoad spiritualia, quia aliud in domo paterna, & aliud in Ecclesia. *Ias. in l. patre furioso. ff. qui sunt sui, vel alien. iur. Sylu. verb. excom. 6. num. 6. Couar. in cap. quia vos. num. 5. de testam. Azor. p. 2. Instit. Moral. lib. 2. cap. 20. in fin.* quidquid aliter sentiat *Purpurat. conf. 102. per totum. vol. 1.* quem intelligendum existimo secundum istam distinctionem.

21 Eximitur tamen à patria potestate per dignitatem Episcopalem. *c. si seruus. 54. dist. cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. auth. Cõstit. quæ de dign. lib. fil. à patr. potest. §. palàm. auth. Episcopalis. C. de Episc. & Cler. Bero. conf. 163. nu. 27. vol. 2. Couar. in d. cap. quia nos. n. 5. Azor. par. 2. Instit. Moral. lib. 3. c. 32. q. 1.* nam Prælatus non debet esse sub potestate patris, cum debeat alios corrigere, & coercere. *Host. in d. cap. indecorum. n. 2.*

22 Soluitur etiam patria potestas, si filiusfam. creatus fuerit Card. Sãctę Romanæ Ecclesiæ, vt post *gloss.* dicit *Couar. in d. cap. quia nos. nu. 5.*

23 Item & per ingressum filij in Religionem *c. indecorum. de ætat. & qual. glos. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minor. Pinel.* de communi. *in l. 1. par. 1. num. 46. ff. de bon. matern. Ascan. de patr. potest. c. fin. num. 63* & post multos dicit *Abb. in dicto cap. in præsentia. n. 54.* & ibi *appostil. de probat. Couar. d. num. 5. Specul. tit. de stat. Monach. nu. 16.*

24 Imò si pater ipse ingrediatur Religionem, liberatur filius à patria potestate, & potest ipse filius testari. *Bart. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui. Mattesilan. sing. 19. num. 211. Specul. d. nu. 16.*

25 Hinc cautelam filio, si vult testari inuito patre, quòd accipiat primam tonsuram, dat *Cæpol. d. cautel. 113. num. 2. Io. Dilect. de arte test. loco cit. Girard. sing. 54. Rol. d. conf. 16. nu. 16. Gratian. d. decis. 49. num. 47. & seq. Dec. in l. 3. num. 14. C. qui testam. fac. poss.*

26 Verumtamen hæc cautela non iuuabit, nisi huiusmodi filius, & tonsuram, & habitum clericalem gerat, cum priuilegia clericis concessa intelligantur, si habitu Clericali incedant. *Card. in c. perpendimus. de sent. excom. Cæpol. conf. 11. col. pen. vers. nam Aloysius. conf. 4. nu. 26. vol. 1. & Gregor. Tholos. Syntagmat. iur. lib. 16. cap. 1. nu. 33. Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de reform.* vt dictum fuit superius *in tit. de fauor. Cler. Person. in §. 8.*

27 Dicimus etiam quod minor disponere potest de bonis suis absquè auctoritate Curatoris, & decreto Iudicis, & alia solemnitate, si ingreditur Religionem. *Alberic. de Rosate in auth. ingressi. col. 2. C. de sacros. Eccles. Io. Andr. in c. in præsentia.* & ibi etiã *Abb. n. 10. & addit. & n. 54.* vbi dicit de cõi. *de probat. Lap. alleg. 26.*

28 Quamuis alioqui nõ possit illa alienare sine curatore, & decreto Iudicis. *l. 1. & toto tit. C. de præd. minor. sine decret.* etiãsi vellet alienare in pias causas. *Abb. in d. cap. in præsentia. nu. 11.*

29 Potest itidem filiusfam. ingrediens Religionem disponere non tantùm de bonis suis castrensibus, & quasi, sed etiam de aduẽtitijs. *Petr. & Cyn. in auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. Abb. in d. cap. in præsentia. nu. 54. 55. & 56.* citrà præiudicium vsusfructus, qui in bonis aduentitijs iam fuit acquisitus patri; & per professionem pater vsumfructum, quem anteà in bonis filij habebat, non amittit *Dec. in d. cap. in præsentia. nu. 247. cum seqq.* vbi reprobat *Abbatem* aliter sentientem. *Angel. verb. Religiosus. q. 57. Tabien. verb. Religio. q. 36. Sylu. verb. Religio. 6. num. 1. dict. 5. Armil. eod. n. 24. Azor.* dicens communem. *par. 2. Inst. Moral. lib. 2. cap. 22. q. 2. vers. sed communis sententia.* quia factum filij, quamuis bonũ sit, iuri tamen patris, quod antè acquisiuerat, nocere non debet.

30 Et pater habens vsumfructum in bonis aduẽtitijs filij intrans religionem non amittit medietatem eiusdem vsusfructus, vt dicunt *Bart. in auth. idem est. C. de bon. quæ lib. Abb. in d. cap. in præsentia. nu. 57.*

Syluest.verb.Religio.6.nu.1. Angel.verb. Religiosus.q.51. Armill.verb.Religio.n.26. sed totus vsusfructus acquiritur Monasterio durante vita eiusdem ingredientis, prout de veriori opinione dicit *Dec. in d.c.in præsentia.nu.257.* post *gloss. Bald. & Castr.de probat. gloss.in auth.ingressi,* quam ibi sequũtur *Bald. Castren. & Corn. C.de sacros.Eccles.vbi etiã Bart. in repet. n.49.Pinell.in l.1.p.1.n.47.& seqq.C.de bon.quæ liber. Nauar. in cap.non dicatis. 12.q.1.n.55.Azor.p.2.Instit.Moral.lib.2. c.22.q.4.vers.inter has sententias.* licet nõ desint, qui teneant huiusmodi vsumfructũ statim professione secuta ad proprietatem redire. *Cyn.in d.auth.ingressi.vbi etiam Ias.col.fin. Salycet.* dicens communem. *in d.auth.idem est. C.de bon. quæ lib. Couar. in c.2.nu.8.de testam.* cum sit patria potestas extincta per professionem, quam opinionem ego existimo veriorem.

SVMMARIVM.

1 *Regulares hæreditatem sibi delatam Monasterio acquirunt.*

2 *Regularium extrà claustra degentium bona spectant ad Cameram Apostolicam.*

3 *Regulares qui nõ possident immobilia possunt illa recipere ad effectum vendẽdi pro suis necessitatibus, & quid in Clericis Regularibus Theatinis nuncupatis.*

4 *Regularis de licentia Superioris transiens ad aliam Religionẽ, si antè transitum huiusmodi bona quomodolibet acquisiuit, ea spectant ad primũ Monasterium, quæ autem posteà acquisiuit, sunt alterius Monasterij, ad quod fecit transitum:*

Regularis creatus Episcopus, si priùs acquisiuerat bona, ea sunt Religionis, quæ autem posteà acquisiuit sunt Ecclesiæ, ad quam est translatus. & n.6.

5 *Regularis si compellatur agere pœnitentiam in secundo Monasterio propter crimen commissum, si acquisiuit bona antè huiusmodi trãsitum quoad dominium sunt prioris Monasterij, & quoad vsumfructũ sunt secundi Monasterij ad vitam ipsius Regularis.*

6 *Regularis, cui commissum est regimen alicuius Ecclesiæ per suũ Superiorẽ, si quid acquirit an sit Ecclesiæ, cuius regimen habet, an verò Monasterij, cuius est Monachus.*

7 *Episcopus translatus ad alium Episcopatum an possit asportare libros, ornamenta, & paramenta, & argentaria, quæ emit in priori Episcopatu.*

8 *Rector Ecclesiæ translatus ad aliam Ecclesiam an possit asportare ornamenta, quæ fecit in priori Ecclesia.*

9 *Regularis, siuè antè ingressum Religionis, siuè post institutus hæres sub conditione si transeat ad aliam Religionem, vel creetur Episcopus, cuius sit hæreditas adueniente conditione.*

§. Octauus.

1 Regularis autem hæreditatem illi delatam de iure communi, & alia siuè mobilia, siuè immobilia per eum acquisita Monasterio, non sibi acquirit, quia quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio. *cap.de Monachis. cum ibi not. 16.quæst.1. c.de lapsis. cad.q.6. c.quia ingredientibus. & c.si qua mulier.19.q.fin.c.vnic. & ibi Archid. n.3. 18.q.1.c.Ioannes.de Regul. c.cum ad Monasterium.de stat.Monach. Abb.in c.cum olim. 2.n.6.de priuil.Aufrer. cons.310. & cons.353. Specul. in tit. de stat. Monach. vers.23.num.29. & vers.40. nu.46.Bero. cons.26.per tot.vol.1.Bart.in l.si libertus. ff.de stip. seru. & in l.cum hæredes. §.fin. ff.ad acq.poss.Bald.in l.1. §.2. C.com. de leg. & in l.seruus.C.de pact. Alex.in l.1. in princ.ff.de verb.oblig.* & ità etiam post Bullam Pij V.declarauit Sacra Congregatio Cardinalium super *Conc. Trid.cap.15. §.post professionẽ.de Regular. & Monial.* & tangetur inferiùs in §.21. Quod procedit etiamsi degat extrà Monasterium de licentia sui Superioris, siuè Papæ. *Bero. d.cons.26.* Et multò magis si degit absque licẽtia extrà Monasteriũ, & acquirat bona; nam sunt quæsita Monasterio, quamuis ille sit in partibus remotissimis, & sit fugitiuus. *c.Abbates.vbi gloss.18.q.2.c.quanto. vbi DD.de offic.Ordin. Abb.in c.quod à te. nu.7.vbi etiam Card.de cler.coniug. Bald. in l.fugitiuus. num.1. de solut. Nauar.in tract.de Regul.comm.1.n.33.Ricc.in prax. resol.par.2.resol.389.*

2 Nunc autem bona Regularium extrà claustra degentium veniunt sub nomine

spoliorum, & spectant ad Cameram Apostolicam, quamuis etiam degerent cum licentia suorum Superiorum, vt sanciuit Gregorius XIII. in sua Constit. 44. & in alia Constit. 72.

3 Regulares verò qui nō possidēt bona immobilia, possunt illa recipere ad effectū vendendi pro suis necessitatibus. *Mantic. de tacit. & ambig. cōuent. lib. 25. tit. 6. n. 58.* & post eum dicit *Gratian. discept. forens. c. 202. n. 37.* Quod vbiquè locorū præstant Clerici Regulares Theatini nuncupati, qui etsi neque per professionē, neque p sacros Canones prohibeantur annuos redditus in cōi possidere, imò per Conc. Trid. ipsis sit concessum, nihilominùs, voluntariè ità vt nullo vnquam vinculo adstringātur stabilia, quæ à fidelibus interdum relinquūtur, quamprimùm possunt, distrahere conantur, quò à negotijs secularibus liberiores paupertatem Domini, Apostolorum, & multitudinis credētium, quibus cor vnum, & anima vna fuisse legitur, imitentur, & proximorum saluti inuigilent, quibus ministrantibus spiritualia, Deus sua ineffabili prouidentia suppeditat temporalia. In huiusmodi autē alienatione nō requiri solemnitatē subdit *Gratian. d. c. 202. n. 38.* excipiuntur Fratres Minores Capucini, & de Obseruantia, qui per suas Constitutiones, & per Concilium Tridētinum *sess. 25. c. 3. de Regul. & Monial.* prohibentur immobilia possidere, neque proindè talia recipere solent, ad prædictum effectum.

4 Quod si Regularis de licētia Superioris sui, vel Papæ exeundi è Monasterio ad aliud Monasteriū alterius Religionis transiuisset, vel fuisset creatus Episcopus, vel factus Prælatus alicuius Ecclesiæ, tunc quomodolibet quæsita antè huiusmodi transitum acquisiuit primo Monasterio, quæ autem posteà acquisiuit, sunt Monasterij seù Ecclesiæ, in quam translatus fuit. *auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. d. c. eum olim. 2. & ibi gloss. verb. restitutionē. & Abb. n. 6. & Host. nu. 10. de priuil. a cap. vnic. & ibi Archid. num. 4. 18. q. 1. gloss. in clem. 2. ver. Ecclesiarum de hæret. Abb. in cap. 1. nu. 5.* & ibi etiam *Couar. n. 20. & 21. de testam. & in c. quod à te. num. 8.* vbi tamen placet illi contrarium *de cleric. coniug. Federic. cons. 35. Anebaran. cons. 353. & cons. 425. Card. cons. 20. & cons. 30. Bero. d. cons. 26. nu. 8. & 15. Specul. d. tit. de stat. Monach. n. 10. & d. vers. 23. n. 29. Purpur. cons. 303. per totum vol. 1. Rimin. Iun. cons. 341. & cons. seq. vol. 3.*

5 Verùm si secundum Monasteriū compellitur recipere Monachum, vt ipse pœnitenciam agat alicuius criminis per eum commissi, tūc bona per eum acquisita antè talem transitum quoad vsumfructum cum persona transmittuntur ad secundum Monasterium, non quoad dominium, sed ad vitam ipsius Monachi. *Couar. in d. nu. 20.* facit *Specul. tit. de stat. Monach. num. 30.* Et in puncto quòd Monachus, qui multa acquisiuit etiam à suis consanguineis, & coniunctis, si efficiatur Episcopus, non posse sic acquisita secum asportare, sed illa remaneant in Monasterio in totum, quemadmodum sunt Episcopatus, quæ acquirit postquā est factus Episcopus, dicit *Barbat. cons. 20. per totum volum. 3. Specul. de stat. Monach. num. 29.*

6 Monachus autem, cui commissum est per suum Abbatem regimen alicuius Ecclesiæ si quid acquirit Ecclesiæ, cuius habet regimē acquirit, si ex re illius Ecclesiæ, vel ex operis suis, si verò quæreret aliundè, acquirit Monasterio principali, cuius est Monachus. *Aret. in §. quod seruus. num. 1. Inst. de stip. seru. Bart. in l. 1. §. si fructuarius. & in l. si seruus cōmunis ità. ff. eodē.*

7 Hinc infero, quòd si Episcopus etiam inuitus, suadente tamen iusta, & rationabili causa fuit translatus ad alium Episcopatum, & in priori Episcopatu de redditibus Episcopatus emerit sibi libros, & ornamenta, & paramenta multa, & argentaria, & similia, non potest illa asportare secum ad Episcopatū, ad quem transfertur, sed illa remanere debent peoès primum Episcopatum. *Barbat. d. cons. 20. n. 11. vers. & vidi hoc anno.* vbi dicit se consuluisse, & consilium tale fuisse confirmatum per Doctores solemnes.

8 Quod est valdè notandum in Rectore alicuius Ecclesiæ, qui nequit asportare ornamenta Ecclesiastica, si quæ fecerit, ad aliam Ecclesiam, ad quam transfertur.

9 Si autē quis in aliqua Religione iam professus fuit institutus hæres sub conditione, vel antequam ingrederetur Religionem, & posteà ad aliam Religionem trāsit, vel creatur Episcopus, & tunc moriatur testator, an transeat hæreditas ad secundū Monasteriū, an verò remaneat primo Monasterio? Et dicitur transire ad secundum Monasteriū, siuè ad Episcopatū, cui præest

tempore aduenientis conditionis, quia satis est, quòd tempore mortis testatoris hæres sit capax, nam illo tempore illi hæreditas defertur. *cap. vnic. & ibi gloss. fin. & Arch. num.* 4. 18. *q.* 1. & post dictam *gloss. Bald. Card. & Federic.* dicit *Felin. in c. in præsentia num.* 56. *vers. & circà prædicta de probat. Couar. in c.* 1. *n.* 20. *de testam. Faber. in §. in extraneis. Inst. de hæred. qual. & diff. Bald. in l. si alienum. §. extraneis. vers. secundo facit. ff. de hæred. Inst. & in l. inter antiquū. C. de vsufruct. Lap. alleg.* 67. *col. fin. Federic. cons.* 26. *Roman. cons.* 296. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 9. *n.* 103. *Lopez in l.* 22. *tit.* 1. *p.* 6. *gloss.* 1. *vers. hæreutia. Roderic. Quæstiou. Regul. tom.* 2. *q.* 79. *art.* 1. quidquid dicat *Abb. in d. c. in præsentia. num.* 77.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an possit testari, & disponere de vasis argenteis, & vestibus ornamentisq. ad vsum Oratorij priuati dicatis. & n.* 11. *seqq. & nu.* 5. 6. *&* 7.

2 *Res semel Deo dicata definit esse nostra.*

3 *Ecclesiarum ligna, ac vestes, & alia huiusmodi non possunt conuerti in vsus profanos.*

4 *Ecclesiarum ruina, rudera, & maceries possunt de licentia Superioris vendi, & in profanos vsus conuerti.*

5 *Ecclesiarum calices, & aliæ res sacræ non possunt applicari vsibus profanis.*

6 *Oblatio est donatio, quæ fit loco sacro.*

7 *Donatio non præsumitur nisi probetur.*

8 *Oblata ad altare per eam, quæ fit Monialis, quæ postea vel moritur antè professionis emissionem, vel non vult amplius fieri Monialis, non possunt repeti.*

9 *Data Monasterio in ingressu puellæ, quæ postea decedit infrà annum probationis, restitui debent hæredibus.*

10 *Legatum à patre factum filiæ, cū Monachabitur, reuertitur ad hæredes, si filia decedat infrà annum probationis in Monasterio, siuè si illa egredi voluerit è Monasterio.*

§. Nonus.

1 SEd quid dicendum de ornamētis, vasis, scilicet, argenteis, & vestibus, similibusque ad vsum Oratorij priuati dicatis, an Clericus de illis testari, & disponere possit? Difficultas nascitur tùm ex Bulla Pij Quinti edita an. 1567. tertio Calen. Septembris, quæ incipit. *Romani Pontificis prouidentia.* qua prohibentur Clerici disponere de his.

2 Cum verò ex eo quòd dicitur, res semel Deo dicatas in vsus nostros definere esse. *cap. nulli. cap. prædia. & c. in legibus.* 12. *q.* 2. *c. comperimus. & ibi gloss.* 1. 14. *q.* 6. *c. quæ semel.* 19. *q.* 3. *cap. ad hæc. & ibi gloss. verb. mundanis. de relig. dom. c. semel Deo. de regul. iur. in* 6. *clem. quia contingit. in princ. de relig. domib. l.* 1. *ff. de rer. diuis. §. nullius. & §. sacræ. Inst. eod. Oldrad. cons.* 83. *nu.* 4. *&* 5. neque esse temerarijs ausibus profanandas. *c. pen. & ibi gloss. fin. de immunit. Eccles. cap. mancipia. de rer. permut. c. fin. & ibi gloss. verb. non consecrata. de consecrat. Eccles. vel alt.*

3 Et ideò Ecclesiarum ligna, seu vestimenta, siuè ornamenta non possunt conuerti in vsus laicorū, seu profanos. *c. ligna. c. altaris. cum seqq. de consecr. dist.* 1.

4 Ruinæ tamen Ecclesiarum, & maceries possunt de licentia Ordinarij vendi, & in profanos, etiam sordidos vsus conuerti, vt declarauit Sacra Congregatio Cardinalium super *cap.* 7. *§. in profanos. §. non sordidos. & §. an ruinæ.* vbi hoc relinquitur arbitrio Ordinariorum. *sess.* 21. *de reform.*

5 Neque potest aliquis Prelatus Ecclesiam, altare, calicem, vel aliā rem sacram vsibus profanis applicare. *d. c. comperimus. D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 10. *ad primum. Nauar. de spol. cler. §.* 18. *n.* 9. *vers. secūdo infertur.* quare videtur dicendum in casu, de quo quæritur de his ipsis vasis, & reliquis ornamentis iam Oratorio, atque Deo dicatis disponere non posse. Verumtamen quomodocunque res sese habeat dicēdum est de huiusmodi ornamentis Clericum disponere posse, nam dicta Bulla Pij Quinti loquitur de his ornamentis emptis ex fructibus, & redditibus bonorum Ecclesiæ, secùs autem de emptis ex pecunia propria, & ità intellexit *Nauar. in tract. de spol. Eccles. §.* 8. *in* 1. *notab. & nu.* 5. *& in c. non liceat. §.* 3. *n.* 3. 12. *q.* 2. & probatur ex præfatione ipsiusmet Bullæ, & ità etiam dicit *Menoch. cons.* 382. *nu.* 7. *&* 14. *vol.* 4. Et ex hac responsione silet etiam alia ratio, quæ difficultatē facere videbatur. Præterquamquod dico verum esse, quotiescunque illa ornamēta fuissēt Deo, & Oratorio dicata,

& cōstaret de dedicatione expressa, seu tacita, vt si haberent signum Ecclesiæ. *Rot. diuers. par. 3. lib. 3. decis. 582. nu. 7. & 9.*

6 Nam dedicatio, seu oblatio est donatio, quæ fit loco sacro. *Soccin. in tract. de oblat. libel. 1. nu. 11.*

7 Donatio autem non præsumitur, nisi probetur. *cum de iu debito. §. 1. de probat. l. Campanus ff. de oper. libert. l. si cum aurum. ff. de solut. cum adductis per Crauet. cons. 142. nu. 26. & cons. 77. nu. 14.*

8 Ornamenta tamē, seu pecunia, quam offert ad altare illa, quæ efficitur Monialis, quæ posteà vel moritur antè professionis emissionem, vel vult infrà annum probationis ad seculum redire, siuè ad aliud Monasterium transire, nō possunt per eandem repeti, seu per eius hæredes. *Angel. de Perus. in tract. de mut. stat. Eccles. c. 1. quæsit. 5. n. 5. Roderic. quæst. Regul. tom. 2. q. 47. art. 5.*

9 Si verò aliquid Monasterium pro ingressu recepit, & illa infrà annum probationis decedat, tenetur illud restituere hæredis ipsius Monialis.

10 Quemadmodum debetur etiā eidem hæredi legatum factum à patre filiæ, cum monachabitur, non autem Monasterio, si dicta filia effecta Monialis decesserit intrà annum probationis, siuè egredi voluerit. *Dec. in c. in præsētia. n. 283. et seq. de probat. Bero. cōs. 28. per tot. vol. 1. Purpur. cōs. 189 per tot. vol. 1.* idem debet dici, si illa egredi voluisset è Monasterio, nā illa verba. Cum monachabitur, sūt intelligenda cū effectu, idest si ingrediatur Religionem, & ibidem perseueret. *Angel. cons. 33.* & post alios dicit *Felin. in d. c. in præsentia. nu. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Bona acquisita per clericum, de quo dubitatur an vltrà beneficium Ecclesiasticum habuerit alia bona, seu aliquod officium, vel exercitium præsumuntur acquisita ex redditibus Ecclesiæ, & ità de illis disponere nequit. & n. 7. 8. & 9.*

2 *Vxor præsumitur ex bonis mariti acquisiuisse, quando non apparet eam alia bona extrà dotem, seu ex aliquo licito quæstu acquisiuisse.*

3 *Vxor in paraphernalibus est Domina inuito marito.*

4 *Maritus lucratur fructus bonorum paraphernalium, & aliorum non dotalium vxoris, quando vxor nupsit sine dote.*

5 *Bona acquisita per filium in potestate viuente patre vndè acquisita præsumuntur.*

6 *Officialis quomodo præsumatur acquisiuisse ex bonis Reipublicæ.*

7 *Tutor non præsumitur acquisiuisse ex bonis pupilli.*

8 *Possessor transfert onus probandi in aduersarium. & n. seq.*

9 *Iuspatronatus fundatum à clerico habente beneficium, & bona patrimonialia, si non constet ex quibus bonis fundatum fuerit an sit dicendum laicale, siuè Ecclesiasticum.*

10 *Possessio facit actorem aduersarium. Possessor obtinet actore non probante.*

11 *Possessoris ad fauorem semper præsumitur. Rei ad fauorem semper præsumitur.*

§. X.

1 Quoad tertium membrum principalis distinctionis, an scilicet quando sumus in dubio vtrum Clericus habuerit alia bona, quàm Ecclesiæ, vel aliquod officium, siuè exercitium, tunc Regula est quòd ea, quæ acquisiuit præsumuntur acquisita intuitu Ecclesiæ, & ità de his minimè disponere potest. *Host. in c. cum in officijs. n. 7. & ibi etiam Card. de testam. Abb. in repet. c. cum esses. nu. 24. in fin. de testam. Roman. cons. 159. Lap. alleg. 113. Corn. cons. 88. vol. 2. Barbat. cons. 39. nu. 6. vers. facit etiam. vol. 4. Soccin. Sen.* dicens de communi *cons. 91. col. 3. vers. confirmatur hoc in casu. volum. 3. Bursat. cons. 226. nu. 42. vol. 3. Boer. decis. 81. n. 6. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. n. 9. Clar. in §. testamētum. q. 27. vers. sed quid si nihil.* vbi dicit cōmunem. *Menoch. de arbitrar. cas. 195. nu. 9.*

2 Facit etiam quod dicimus, quòd vxor præsumitur ex bonis mariti quæsiuisse, quando non apparet eam ex aliquo licito quæstu, aut aliundè ex suo patrimonio acquirere potuisse. *l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eod. l. doce. C. de rei vend. Host. in dicto cap. cum in officijs. nu. 6. Abb. in c. 1. nu. 3. & 6. de pecul. cler. & in cons. 36. nu. 2. vers. & quidam voluerūt.*

par. 2, *Boer. d. decis.* 8. n. 3. *Roman. cõs.* 346. *dub.* 9. *Alciat. de præsūp. reg.* 3. *præsūp.* 26. Si autem cessaret præsumptio, quòd mulier turpiter acquisiuerit, præsumitur, quòd acquisitionem fecerit ex industria, vt si fuerit obstetrix, vel aliquam aliam artem exerceret. *Alex. cõs.* 24. *col.* 1. *verſ. & aſtio. vol.* 1. *& conſ.* 42. *vol.* 5. *& conſ.* 133. *vol.* 4. *Bald. conſ.* 67. *vol.* 5. *Abb. d. conſ.* 36. *num.* 1. *verſ. quidam voluerunt.* & facit dicta bona propria, maximè si maritus sit inops. *Bald. in l. ſi vxor. num.* 6. *C. de cond. inſert. Pinel. in l.* 1. *parti. nu.* 58. *C. de bon. matern. Alex. conſ.* 133. *nu.* 3. *vol.* 4. *Rip. reſponſ.* 4. *nu.* 3. vbi in terminis canponæ. *lib.* 3. & in his bonis potest prohibere maritum ne se ingerat. *Bar. in l. pen. in princ. & ibi Alex. & alij ff. ad l. Falcid. Alex. conſ.* 63. *nu.* 10. *vol.* 2. *Dec. conſ.* 521. *nu.* 4. *Cran. conſ.* 193. *in fin. Afflict. deciſ.* 44. *nu.* 7.

3 Idē dici potest si maritus erat inops, & illa habebat multa bona extra dotem. *Abb. in cap.* 1. *nu.* 7. *de pecul. cler.* nam vxor in paraphernalibus est Domina inuito marito, de illis inuito marito disponere potest. *l. hac lege. C. de pact. conuent. l. velles. C. de reuocan. donat. Osasc. deciſ.* 61. *nu.* 14.

4 Tamen quando nupsit mulier sine dote, maritus lucratur fructus bonorum paraphernalium, & aliorum non dotalium superuenientiū. *Bald. conſ.* 266. *col.* 2. *vol.* 1. *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 590. *nu.* 5.

5 Acquisita autem per filium in potestate viuente patre, si apparet quod pater fuerit diues, ipse autem filius iners præsumi debent prouenisse ex bonis paternis, si verò pater erat pauper, & filius industriosus, & diligens præsumuntur quæsita ex industria ipsius filij, vt post *gloſſ. Odoffred. & Bart.* dicit *Abb. conſ.* 36. *per totum. p.* 2.

6 Et in simili dicimus Officialem præsumi ex bonis Reipub. quæsiuisse, quando tempore promotionis ad officium nō apparet eum aliquod habuisse patrimonium. *gloſſ. in l. facultas. C. de iur. Fiſc. lib.* 10. *Gulielm. de Cuneo. in l principalibus. ff. ſi cert. pet. & Bald. in l.* 1. *C. de hered. vel act. vēd. Rom. d. conſ.* 346. *in* 9. *dub. Barbat. conſ.* 39. *nu.* 8. *vol.* 4.

7 Nequè obstat, quòd dicatur tutorem non præsumi quæsiuisse ex bonis pupilli, posito quòd tempore susceptionis tutelæ nihil haberet in patrimonio, sed ex propria industria, & prosperitate fortunæ. *l. ſi defunctus. C. arbitr. tutel.* quia aliud est in tutore, aliud in Clerico, nam præsumi potest quòd tutor negotiatus fuerit, quod ei licitum fuit, vndè esse potuit quòd quæsita ex propria negociatione, & propria industria acquisierit, quod magis præsumendum est, quàm sit præsumendum eum ex bonis pupilli quæsiuisse. *Abb. in cap.* 1. *n.* 6. *de pecul. cler. & in d. c. cum eſſes. num.* 25. Clerico autē nullo modo licet negociari. *cap. negociatorem. & c. fornicari.* 88. *diſt. cap. clerici.* 14. *quaſt.* 4. vt latiùs dictum fuit *in tit. de Diſciplina Clerical.* §. 21. & ideò vbi artificium, vel patrimonium non habet, præsumitur ex bonis Ecclesiæ quæsiuisse, ne aliàs dicendo præsumeremus eum cõmisisse crimen negociationis. *Rom. d. conſ.* 159. *nu.* 4. *Abb. d. nu.* 6.

8 Quod tamen non procedit, vbi hæredes Clerici, vel ipsemet Clericus hæc prædia acquisita possiderent, quia tunc onus probandi reijcitur in aduersarios agentes pro Ecclesia, si affirmare volunt illa esse ex bonis Ecclesiæ acquisita. *c. nulli. & ibi gloſſ. fin.* 12. *q.* 5. *in c. ſint manifeſtè. verb. probātur. in fin.* 12. *q.* 1. *Abb. in c. vt vnus. in fin. de pecul. cler. & in c.* 1. *nu.* 1. *vbi etiā Couar. n.* 7. *de teſtam. Rom. d. conſ.* 159. *col. pen. verſ. tertio caſu Zabarel. cõſ.* 79. *col.* 2. *Barbat. conſ.* 39. *num.* 6. *circà med. vol.* 4. *Bero. dicto conſ.* 7. *nu.* 4. *vol.* 2. *Rol. conſ.* 54. *num.* 2. *vol.* 1. *& conſ.* 90. *num.* 10. *volum.* 2. *Tiraq. de Iur. primogen. quaſt.* 17. *opin.* 11. *num.* 8. hic enim vnus particularis effectus possessionis, vt transferatur onus probandi in aduersarium. §. *commodum. Inſt. de interdict. l. generaliter.* §. *ſi petitum. ff. de fideicom. libert. Menoch. conſ.* 54. *n.* 6. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1200. *per totam. Put. deciſ.* 24. *num.* 14. *& deciſ.* 330. *lib.* 1. *& deciſ.* 198. *in princ. lib.* 2. *Achil. deciſ.* 17. *de probat.* Et è contrà si Ecclesia esset in possessione, hæredibus Clerici incumbit onus probandi illa fuisse acquisita de bonis proprijs. *gloſſ. in dicto verb. probantur. in fin. Abb. in dicto c. vt vnus. in fin. Rolan. d. conſ.* 90. *nu.* 10. *Conar. d. nu.* 7. Vel nisi constaret Clericum tot alia bona, officium, vel amplum patrimonium extrà bona Ecclesiastica detinuisse, ex quibus acquirere potuerit, tunc enim Iudicis arbitrio terminatur, quod magis verisimile existat, & in hoc concordant omnes ex *Cor. conſ.* 88. *vol.* 2. *Clar. in* §. *teſtamētum. q.* 27. *verſ. ſed quid dicendum.* Vbi Clericus habebat bona patrimonialia, & bene-

ficij,

ficij, subest verò dubium an bona, de quibus agitur quæsita fuerint antè, vel post promotionem, nam tunc si Clericus, vel eius hæres possidet, defenditur in possessione, & ad Ecclesiam spectat onus probandi, quòd fuerint quæsita post promotionem. *Goffred. in Sum.tit. de success. ab intest.nu.5. Abb.in c.3. n.3. de pecul.cler. Rip.in cap.sæpè. num.2.vers. sextum est.de restit. spol. Alex.cons.116.n.4.& 5. vol.7. Couar.in c.1.n.9.de testam.Rom.cons.159. col.fin.vers.tertio casu.vbi Mandos.Surd. in tract.de alimentis.tit.9. quæst.12.nu.6. Menoch.de arbitrar. cas.195. nu.9. & 10. Put.decis.228.nu.2.& 4.lib.2.*

9 In simili etiam dicimus, quòd si Clericus habens bona patrimonialia, & beneficia fundauit Capellaniam, seù beneficiũ Iurispatronatus, & non constat de quibus bonis fundauerit, & per consequẽs dubium est, an huiusmodi Iuspatronatus sit laicale, an verò Ecclesiasticum, tunc cõcludendum est, quòd aut laicus est in quasi possessione Iurispatronatus, & præsentandi, & tunc præsumitur laicale, & fundatum ex bonis proprijs, & patrimonialibus, aut Ecclesia est in ea possessione, & tunc censetur ex bonis Ecclesiasticis, & beneficij fundatum, & ità Iuspatronatus Ecclesiasticum. *Put.decis.228.per totam.lib.2. & decis.90. lib.3. Crescent. decis.9. de Iurepatr. Aebil. decis.1.eod. Mohed.decis.9.eod. Mascard. de probat. conclus.960. num.12.* nam verè plurimum facit ipsa possessio, quæ solet onus probandi transferre in aduersarium. *c.sæpè.de rest.spol.l.cired.l.ius eius. C.de probat. l.liberis. §.fin. C. de liberal. caus. Bart. in l.1. §.1. opposit.3. de nou. oper. nunc.*

10 Quia possessio facit aduersarium actorem, & actore non probãte obtinet is, qui possidet. *cap.1. vt Eccles. benef. sine diminut. confe. l.qui accusare. C.de eden. l.1.C.de alien. iud.mut.cau. §.retinendæ. Inst.de interdict. Bald.in l fin. q.6. C.de Edict.Diui Adr.tol.* & in pari casu semper est iudicandum pro possessore. *c.cum sunt. de reg. iur.in 6.*

11 Et semper ad fauorem possessoris, & rei præsumitur. *c.3.de probat.§.cõmodum. Inst.de interd. Put.dec.107.lib.3. Mascar. de probat. conclus.1200. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Redditus Ecclesiæ sunt pro alimentis clerici, & eius famulorum, inspecta qualitate personæ.*

2 *Ecclesia est reparanda ex redditibus Ecclesiæ.*

3 *Vsufructuarius tenetur ad sarta tecta.*

4 *Bona Ecclesiarum sunt bona pauperũ.*

5 *Pauperes debent ali à clerico ex redditibus beneficiorum, detractis ipsi clerico necessarijs. & nu.7.*

6 *Hospitalitas est seruanda à clericis.*

7 *Redditunm Ecclesiasticorum quatuor portiones fieri debent.*

8 *Clericorum numerus augeri potest per Episcopũ in Ecclesia Collegiata, quãdo ipsius Ecclesiæ redditus sunt pingues.*

9 *Donare non potest clericus suis coniunctis.*

10 *Consanguineis an, & quomodo possit clericus rem concedere in Emphyteusim, siuè in feudum.*

11 *Clericus potest ex redditibus beneficiorum parentes, fratres, sorores, filias, & coniunctas personas alere, & illas fœminas dotare. & nu.17. & 18.*

12 *Clericus tenetur magis subuenire suis, quàm extraneis.*

13 *Episcopus potest conferre beneficia suis nepotibus, & sanguine cõiunctis pauperibus.*

14 *Clericus sororem dotare potest ex redditibus beneficij, & fratri præstare necessaria ad literarum subsidium, & ad gradus honorificos comparandos.*

15 *Frater tenetur dotare sororem, quæ nõ fuit dotata à patre.*

16 *Frater non tenetur dotare sororem vterinam.*

17 *Auus maternus non tenetur alere, siuè dotare neptem.*

18 *Dotis causa non est minùs fauorabilis, quàm alimentorum.*

19 *Simonia non committitur, si clericus promittit partem fructuum beneficij collati, siuè conferẽdi pro sua sororis, vel neptis sustentatione.*

20 *Executor deputatus ad distribuendum certa bona pauperibus potest illa distribuere inter suos consanguineos pauperes. & n.u. seqq.*

21 *Abbatissa debens distribuere bona testatoris potest ex superuenienti necessitate sui Monasterij bona ipsa pro ipso Monasterio retinere.*

22 *Executor deputatus ad distribuendum*

bona

bona inter pauperes potest pro seipso capere, si sit pauper.
Item tenetur priùs prouidere pauperibus loci, vbi testator habebat domicilium.
23 *Eligere se ipsum nemo potest in beneficialibus.*
Præsentare seipsum nemo potest in beneficialibus.
24 *Patronus nõ potest alteri dare ius præsentandi seipsum.*
25 *Procurator constitutus ad præsentandum non potest eundem patronum constituentem præsentare.*
26 *Præsentatus patronus ab alijs compatronis potest præsentationẽ acceptare.*
27 *Eligendi plures potestatem habentes possunt eligere vnum ex seipsis.*
28 *Electores Imperij possunt eligere in Imperatorem vnum ex seipsis.*
29 *Eligendi potestatem habens potest eligere filium suum.*
30 *Patronus præsentare potest filiũ suum.*
31 *Procurator ad resignandum in fauorem personæ per ipsum eligendæ non potest seipsum eligere.*
32 *Pauperior locus est præferendus, quando sunt institutæ duæ causæ piæ.*
33 *Legatum factum pauperibus est conferendum pauperioribus. & nu. seq.*
34 *Arbitrium debet esse regulatum, & rectum à iure.*
35 *Legatum factum Religiosis in dubio debetur potiùs Monasterio Monialium.*
36 *Dos danda per clericũ coniunctis pauperibus qualis esse debeat.*
37 *Clerici solent obœreari, quãdo suis prodesse volunt.*
38 *Donatio immensa non debet fieri à clerico suis consanguineis. & quare.*
Dos magna non debet à clerico constitui suis consanguineis.
39 *Donatio effusa nõ comprehenditur sub administratione bonorum Ecclesiasticorum.*
40 *Filij ex illicito coitu suscepti possunt ali à clerico de redditibus beneficiorũ.*
41 *Filia incæstuosa potest dotari à clerico de redditibus beneficiorum.*
42 *Liberorũ educatio est iuris naturalis.*
43 *Pater tenetur alere, & dotare filiam illegitimam.*
44 *Clericus potest dotare filiam, & sororẽ spuriam ex redditibus suibe neficij.*
45 *Debita contracta an possit clericus soluere de redditibus beneficij.*
46 *Regulares non aliter disponere possunt de redditibus Ecclesiarum, quàm clerici seculares.*

§. XI.

1 EX redditibus Ecclesię non solùm Clericus debet alere semetipsũ, sed etiam famulos, nam secundum personæ qualitatẽ debet habere seruos, non enim debet sibi coquere panem, & si est Doctor, vel notabilis persona, necessè est, vt habeat famulum, seu famulos. *Abb. in cap. extirpanda. in princ. num. 4. de præben.*

2 Tenetur etiam ex eisdem redditibus Ecclesiã reparare. *c. si Monachus. 16. q. 1. c. 1. & c. de his. de Eccles. edif.* vt dictum est *in tit. de Clerico Debitore. in §. 13. & seqq.*

3 Nã & vsufructuarius tenetur ad sarta tecta. *l. vsufructu legato. resp. 1. & §. hactenus. ff. de vsufr. l. cum ad quem. C. eod.* neque enim est ferendus qui lucrũ amplectitur, onus autem subire recusat. *l. vnic. §. pro secundo. in fin. & §. ne autem. vers. si nec talis. C. de cadu. tollen.*

4 Et quia quidquid habẽt Clerici pauperum est. *cap. fin. 16. q. 1.*

5 Ideò debent alere pauperes de fructibus, qui supersunt, & superabundant, detractis ipsi Clerico necessarijs. *c. non satis. 86. dist. c. aurum. & c. gloria. 12. q. 2. Abb. in d. c. de his. nu. 2. de Eccles. edif.*

6 Et Hospitalitatem seruare. *§. 1. c. 1. & per totam. 42. dist. c. de Monachis. de præben. cap. 2. in princ. de supplen. neglig. Præl. Abb. in c. 1. num. 1. de instit. & in c. 1. n. 8. de empt. & vend.* vt dictum fuit *in tit. de Disciplina Clerical. in §. 15. n. 75. & 76.*

7 Et secundùm Concilia antiqua, & Canones quatuor de redditibus Ecclesiasticis deberent fieri portiones, quarum vna esset Episcopi, si indigeat, altera Clericorum, tertia fabricæ Ecclesiæ, quarta pauperum. *cap. concesso. c. quatuor. & c. de redditibus. 12. quæst. 2.* vt dictum pariter fuit *in tit. de Disciplina Clerical. in §. 15. nu. 83.* quibus pauperibus pars huiusmodi nunc non distribuitur, quemadmodũ esset distribuẽda, cũ tamẽ nõ minùs sit crimen, cũ quis possit, & abundet, indigentibus denegare, quã habentibus tollere. *cap. sicut ij. 47. distinct. D. Ambros. Serm. 81. in Luc. 12.*

8 Sicut etiã dicimus, quòd quoties sunt in Ecclesia Collegiata redditus pingues, & non est determinatus numerus Clericorũ, potest Superior instituere Clericorum numerum secundùm facultatem ipsarum Ecclesiarum. *Abb. in c. non amplius. n. 1. & 2. de instit. Oldrad. cons. 117.*

9 Et quamuis Clericus nõ possit bona Ecclesię donare suis coniunctis. *c. quisquis. 12. quæst. 2.* est enim semper suspecta omnis actio, quæ à Clerico fit super re Ecclesiæ cum consanguineo.

10 Ideò multi dicunt, quòd Clericus non potest rem Ecclesiæ solitã in emphyteusim, siuè in feudum concedi etiam seruatis solemnitatibus cõcedere agnato suo in feudum, vel emphyteusim. *§. hoc verò. vers. Oeconomi. vbi gloss. auth. de alienat. vel emphyt. auth. quibuscunque. vbi Bart. Bald. & alij. C. de sacros. Eccles. Imol. in c. vt super. de reb. Eccles. non alien.* licet sit veritas in contrarium, quando cõcessio fit sine fraude, & fit cum debitis solemnitatibus. *Surd.* ex communi. *cons. 249. nu. 15. & seq. & in tract. de alimentis. tit. 8. quæst. 92. nu. 2. & 3.* & sub pactis æqualibus, & consuetis. *Bero. cons. 122. nu. 20. vol. 1. Abb. in d. c. vt super. nu. 18.* nisi vellet concedere consanguineo potentissimo, vt post *Bald.* dicit *Abb. d. n. 18.* Et quòd possit Clericus alienare in consanguineum, si non læditur Ecclesia, & consanguineus tantundem dat, quantum ab alio reperiri potest ijsdem pactis, & cõditionibus, sicut alter, & vbi cessat omnis præsumptio fraudis, dicit *Bal. in c. 1. in princ. de his qui feud. dar. poss. Imol.* de communi. *in d. c. vt super. nu. 18. de reb. Eccles. nõ alien.* & post multos citatos dicit *Menoch. cons. 79. nu. 19.* vbi testatur de veriori, & magis recepta opinione. *vol. 1. Rot. diuers. p. 1. decis. 360. nu. 15. & seq. & p. 2. decis. 18. nu. 6.* vbi plures allegantur, & dicitur de magis communi opinione, *Clar. in §. feudum. q. 13. nu. 4.* vbi fatetur communem, maximè si bona illa Ecclesiæ sint solita infeudari ab antiquo, vt post *Iacob. de Beluis.* dicit *Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis.*

11 Non prohibetur tamẽ ex redditibus beneficiorum parentes, fratres, & coniunctas personas, sorores, & filias pauperes alere, illasq. dotare, si non habẽt propria. *c. omninò. vbi glos. verb. de mercede. 31. dist. cap. studeat. in fin. & ibi gloss. fin. 50. dist. c. quisquis. 12. q. 2. c. est probanda. & c. fin. 16. q. 1. Abb. in c. peruenit. nu. 1. de arbitr. in c. coniugatus. nu. 6. de conuers. coniug. & in cap. 1. & DD. de cohabit. cler. Felin. in c. postulasti. num. 6. de rescript. Rip. in l. 1. nu. 83. ff. solut. matr. Nat. cons. 211. nu. 21. vol. 1. Bursat. cons. 226. n. 98. vol. 3. Paleot. in tract. de noth. & spur. c. 44. n. 5. Rebuff. de reb. Eccles. nõ alien. n. 65. Capel. Tholos. q. 290. nu. 9. Syluest. verb. clericus. 4. q. 15. & verb. dos. q. 5.* nam fructus beneficiorũ in vsus pauperum iure impẽdi possunt, sed iure charitatis potiùs domesticis, quàm extraneis alimenta præbere debemus.

12 Imò plus tenetur subuenire suis, quã extraneis supposita in cæteris paritate. *cap. non satis. 86. dist.* nemo enim carnem suam odio habuit. *c. non æstimemus. §. corpori. 13. q. 2. Tiraq. de pœn. tẽp. caus. 51. n. 80.*

13 Nam & Episcopi possunt conferre beneficia suis Nepotibus, aut sanguine coniunctis pauperibus idoneis, vndè se valeant sustentare. *cap. dilecto. in princ. & ibi not. Abb. n. 2. de praben. idem Abb. in c. fin. nu. 4. de instit. & in c. quia Clerici. nu. 6. de Iurepatron. Lambert. de Iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 12. n. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 35. nu. 9.*

14 Item ex eisdem redditibus sororem dotare potest Clericus. *Abb. in d. c. peruenit. nu. 1. Boer. decis. 129. num. 8. Bursat. d. cons. 226. nu. 98. Felin. in c. cum quidam. nu. 11. in fin. de iureiur. Roch. de Curt. de Iurepatr. ver. honorificum. num. 12. Azor. Inst. Moral. p. 2. lib. 2. c. 40. q. 6.* licebit etiã Clerico fratri suo pręstare necessaria ad literarum subsidium pro ipsius statu, & conditione necessarium, item ad gradus honorificos comparandos, ad quos literati, & docti homines promoueri consueuerunt, necnon ad militandum, & ad gradus honorificos, qui ex militia acquiruntur. *Rosel. verb. clericus. 4. num. 12.*

15 Nam etiam frater secularis tenetur dotare sororem, quæ non fuit dotata à patre, ne remaneat indotata. *Abb. in d. c. peruenit. n. 1. Barbat. cõs. 66. col. 5. in fin. vol. 3. Ias. cons. 42. col. 2. lib. 3. Soccin. Sen. cõs. 207. col. 2. in fin. lib. 2. cons. 17. col. pen. lib. 1. & cons. 57. num. 4. lib. 4. Castr. cons. 92. col. 2. lib. 2. Menoch. cons. 3. num. 14. Boer. dicta decis. 129. nu. 1. & 7.* Etiam quòd non sit hæres patris. *Rip. in l. 1. nu. 83. & ibi DD. ff. solut. matr. Calcan. cons. 11. n. 16. Soccin. Sen. d. cons. 17. & cons. 57. Tiraq. de iur. primogen. q. 62. num. 2. & 3.*

16 Non tamen tenetur dotare sororem vterinam. *Franeb. decis.375.nu.4.par.2.*

17 Minùs auus matrinus tenetur alere, sine dotare neptem, nisi subsit iusta causa, quæ est paupertas. *Rip. in l.1.n.81. ff. solut. matrim. Seraphi n. decis.41. nu.3. par.1.*

18 Et per supradicta poterit etiã Clericus dotare neptes, & consanguineas pauperes, nam si eas alere potest, multò magis dotare, cum causa dotis non sit minùs fauorabilis, quàm causa alimentorum. *Abb. in d.c. peruenit. nu.1. Nat. cons.211. nu.21. Alex. in l.1.n.24. ff. solut. matrim. Syluest. verb. clericus.4. nu.11.q.15. Surd. de alim. tit.8. priuil.92. num.5. Ludouis. decis.401. num.2.*

19 Quinimò non censetur pactio simoniaca, qua Clericus promittit tertiã partẽ fructuum suorum beneficiorum collatorũ, & conferendorum pro suæ sororis, vel neptis dote, & sustentatione, vt post *Marsil. de origin. reddit. Eccles. p.3.c.32. nu.9.* dicit *Bursat. d. cons.226. num.90.* vbi subdit itá etiam fuisse decisum per Sacram Rotam. Nam Clericus est executor illorum redditũum, & debet distribuere superflua inter pauperes. *cap. fin.16.q.1. Abb. in d.c.1. num.5. de cohabit. cler. & mul.*

20 Quemadmodum dicimus Executorem deputatum, seu iussum ad distribuendum certa bona pauperibus posse illa distribuere inter suos consanguineos pauperes, fraude cessante. *c. est probanda.86. dist. Abb. in d.c.1. n.5. & ibi addit. Bald. in l. si tutor petitus. §.1. ff. de excus. tut. & in l. id quod pauperibus. in 7.q. C. de Episc. & Cler. Ias. in l. ii qui.1. nu.7. in fin. ff. de vulg. & pup. subst. Ancbar. decis.437. Gemin. cõs.20. n.3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. art.5. n.16. D. Thom.2.2.q.32. art.9.* & ibi *Caiet.* etiam inter filios suos spurios quantum sit eis satis pro alimentis. *Palaot. in tract. de noth. & spur. c.44. n.4. Mantic. d. tit.5. num.11.*

21 Et Abbatissa habens distribuere bona testatoris potest ex supreruenientis paupertate sui Monasterij retinere bona pro ipso Monasterio. *Felin. in c.1. nu.49. antè fin. de constit. Ancbar. cons.80.* incip. *Domina Ezalina.*

22 Quinimò ex hoc infero, quòd executor deputatus ad distribuendum bona inter pauperes potest pro seipso capere, si sit pauper. *Abb. in c. cum in iure. nu.4. de elect. Card. in clem.1.q.22. in fin. de testam. Lup. in Rubr. de donat. inter vir. & uxor. §.95. nu.42. Capra in tract. de execut. vlt. volunt. membr.6. num.169. cum seqq. Rip. de remed. ad conseruan. vbert. num.164. Nauar. in Manual. c.25. nu.122. Paris. de resign. benef. lib.9.q.17. nu.120.* Item deputatus à testatore ad distribuẽdum bona defuncti inter pauperes, tenetur priùs prouidere pauperibus loci, vbi testator habebat domicilium, quàm alienigenis. *l. nulli. C. de Episc. & Cler. Rip. de remed. ad conseruan. vbert. nu.153.* cum eleemosyna magis faciẽda sit ciuibus pauperibus, quã alienigenis. *l.2. C. de annon. ciuil. lib.12. Siluan. cons.1. nu.123.* & propterea danda est priùs eleemosyna consanguineis, quàm extraneis. *l. cum acutissimi. C. de fideicom. glos. in c. quiescamus. verb. postulet.42. dist. Abb. in c.1. nu.4. de cohabit. cler. & mulier. & in c. super. n.19. de reb. Eccles. non alien. Couar. var. resol. lib.3.c.14. nu.6. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit.3. nu.24. & lib.8. tit.5. n.17.* iuxtà illud: *Ordinauit in me charitatem.* Sic etiam si est commissa electio pauperum Priori fratrum Prędicatorũ potest idem Prior eligere fratres suos. *Bart. in l. cum quidam. nu.3. & ibi addit. ff. de leg.2.*

23 Et licet alioqui dicatur, quòd in beneficialibus nemo possit eligere, neque præsẽtare seipsum. *c. per tuas. de Iurepatr. c. fin. de instit. Bero. cons.5. n.29.30. & 31. vol.1.* & post *Roch. de Curte*, & alios dicit *Lambert. de Iurepatr. lib.2.p.1.q.8. art.1. n.5.6. & 7.* quia inter dantem, & recipientem, præsentatum, & præsentantem debet esse distinctio personarum. *d.c. fin. & gloss. in cap. per vestras. verb. præsentare. de Iurepatr.*

24 Neque patronus potest dare alteri ius præsentandi seipsum. *cap. per nostras. de Iurepatr. Abb. in dicto c. fin. num.6. de instit. & in cap. ex insinuatione. in fin. de Iurepatron. Rot. diuers. part.2. decis.185. num.1.*

25 Minùs procurator ad pręsentandum constitutus potest eundem patronum constituentem præsentare. *Caputaq. decis.297. p.2.* quia is facit, cuius nomine fit. *l.1. ff. de vi, & vi. arm.*

26 Tamen quamuis seipsum quis præsentare nequeat, nihilominùs quando iam esset præsentatus patronus ab vno, vel à pluribus compatronis, posset præsentationi consentire, & eam acceptare, & ille con-

sensus suus connumeraretur pro vna voce, vbi alij patroni essent discordes, qui alium præsentauerant. *Abb. in cap. cum in iure. de elect. Barbat. conf.* 33. *nu.* 19. 20. *& 21. vol. 2. Bero. conf.* 5. *nu.* 31. *vol.* 1. *Specul. in tit. de Iurepatron. nu.* 14.

27 Quinimò plures habentes potestatem eligendi possunt eligere vnum ex seipsis. *dicto cap. cum in iure. & ibi Abb.* post multos allegatos. *n.* 4. vbi fatetur de communi opinione. *& Host. nu.* 2. *& 3. gloss. in l. planè. ff. quod cuiusquè vniuers. Bart. in l. qui ab omnibus. §. si Titio. & ibi Alexan. in appostill. ff. de leg.* 2. *Barbat. d. num.* 21. & quis potest electioni de se factæ consentire, eius consensus connumerabitur in numero eligentium. *cap. cum iure per. vbi gloss. & DD. de elect. Ias. in l. cum filiosfam. nu.* 21. *ff. de leg.* 1. *Antonin. var. resol. lib.* 1. *resol.* 51. *nu.* 5. Et si fuerint plures patroni, possunt vnum ex se ipsis præsentare, & ipse electioni de se factæ consentire. *gloss. in cap. consuluit. de Iurepatr.*

28 Nam & Electores Imperij possunt eligere vnum ex seipsis in Imperatorem. *Bald. in dicta l. planè. Anan. in cap. fin. de sortileg. Castald. de Imperator. quæst.* 12. *num.* 4.

29 Et habens potestatem eligendi potest eligere filium suum. *Castren. in l. si is qui vbi etiã Ias. vers. item per istum. ff. de vulg. substit.*

30 Nam & patronus præsentare potest filium suum. *Specul. de Iurepatron. nu.* 14.

31 Procurator autem ad resignandum in fauorem personæ per ipsum nominandæ, siuè eligendæ non potest eligere seipsum. *Bursat. conf.* 395. *num.* 24. *Paris. de resignat. benef. d. q.* 17. *nu.* 102. *&* 103.

32 Hinc præterire nolo, quin addam, quòd quando sunt duæ causæ piæ instirutæ, pauperior locus erit præferendus. *§. si quis autem. & ibi Ang. auth. de Eccles. tit. Bald. in l. in multis. in fin. ff. de stat. hom. & in l cum multa. C. de bon. quæ lib. Ioan. Andr. in c. ... de testam. Dec. in c. in præsentia, nu.* 194. *de probat. Menoch. de adipisc. poss. remed.* 4. *nu.* 788. *Fed. conf.* 182.

33 Et legatum factum pauperibus est conferendum pauperioribus, & si dubitatur quinam sint pauperiores, Episcopus interloquẽdo super paupertate declarabit *gloss. fin. in c. indicante. de testam. Archid. in c. pauper. n.* 1. *vers. item benigna.* 11. *q.* 3. *Hostien. in cap. tua nobis. nu.* 5. *de testam. Cyn. in l. cũ multa. & ibi Bald. C. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. si quis ad declinandum. & ibi Bald. C. de Episc. & cler. Imol. in l. captatoria. ff. de leg.* 1. *Ias. in l.* 1. *col.* 2. *C. de sacros. Eccles. & in §. in maleficijs. vbi Gomez. col. fin. Inst. de act.* & ità reponitur in arbitrio Episcopi. *Bart. in dicta l. si quis ad declinandum. Benincas. de paupert. & eius priuil. q.* 8. *priuil.* 3. *nu.* 48. *V rsill. ad Afflict. decis.* 244. *num.* 4.

34 Huiusmodi autem arbitrium debet esse rectum & regulatũ à iure, & debet esse arbitrium boni viri, nam dicimus, quòd quando remittitur aliquid ad arbitrium Iudicis, vel alicuius, quòd importat arbitrium boni viri, & arbitrium regulatum à iure, & rectum. *cap.* 2. *& ibi gloss. verb. visum. de corp. vitiat. l. fideicõmissaria. vers. si tibi videbitur. ff. de fideicom. libert. cum autem. & ibi Abb. num.* 6. *de Iurepatrn. Bart. in l. si sic. in princ. num.* 2. *ff. de leg.* 1. *Roman. conf.* 55. *nu.* 1. *& conf.* 228. *nu.* 11. *Dec. conf.* 493. *nu.* 19. *Paris. conf.* 93. *nu.* 22. *vol.* 1. *Alexan. conf.* 33. *nu.* 2. *vol.* 1. *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 8. *nu.* 1. 2. *& 3. Rot. decis.* 9. *num.* 2. *de rescript. in nou.* & fuisse pluries resolutum per *Rot.* refert *Ricc. in prax. resol. par.* 1. *resol.* 319. *in fin.* Quamuis sit alia opinio, quæ dicit legatum in dubio esse pauperioribus Religiosis præstandum. *Anchar. in cap.* 1. *num.* 3. *de testam. in* 6. quia in ipsis viget duplex causa, paupertatis scilicet, & Religionis, & duo iura præponderant vni. *§. sed hodie. Inst. de adopt.*

35 Benè tamen verum est, quòd legatum factum Religiosis in dubio debetur potiùs Monasterio Monialium, quia est locus magis pius, quàm sit Monasterium Monachorum, & masculi possunt sibi meliùs prospicere. *Bald. in l. in multis. circà fin. ff. de stat. hom. Dec. in dicto cap. in præsentia. num.* 195. *Cyn. in l. cum multa.* vbi etiam *Bald. nu.* 3. & *Salyc. n.* 3. *C. de donat. antè nupt. Io. Andr. in c.* 1. *de testam. in* 6. *& in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. sub num.* 63 *V rsill. ad Afflict. decis.* 244. *nu.* 3. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *nu.* 6. & pauperibus Monialibus magis, quàm viris religiosis est facienda eleemosyna, quia indigentia in Monialibus est magis periculosa. *cap.* 1. *de stat. regul. in* 6. *Rip. de remed. ad cõseruan. vbertat. nu.* 158. & in dubio Monasterium Monialium præsumitur pauperius; ideò præferẽdum est in eleemosynis faciendis.

Bald.

Bald. in l. cum mulier. C. de donat. antè nupt. Rip. loco citato. nu. 159.

36 Non debent tamen dotes huiusmodi per Clericum pauperibus coniunctis constitui ad pompæ fastigium, sed conditionis necessitatem. *Abb. in dicto cap.* 1. *n.* 4. *& ibi etiam Butr. de cohabit. cler. & in dicto cap. peruenit. num.* 1. *Ias. in l.* 1. *nu.* 30. *ff. solut. matrim. Bursat. dicto cons.* 226. *num.* 90. *Surd. in dicto tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 25. *nn.* 11. *cum seqq. Syluest. verb. Clericus.* 4. *nn.* 11. *Capel. Tholos. decis.* 29. *nn.* 9. *Boer. decis.* 129. *nu.* 8.

37 Et quia Clerici solēt aliquando obcæcari, quādo suis prodesse volunt. *gloss. fin. in cap. peruenit.* 1. *quæst.* 3. *Abb. in c.* 1. *nu.* 2. *de testam. Alciat. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 29. *nu.* 2. *Brun. cons.* 114. *nu.* 117.

38 Ideò ad hoc euitandum non debet Clericus immensam donationem facere consanguineis pauperibus. *cap.* 1. *cum ibi not. cap. ad hæc. cap. relatum.* 2. *§. licet. de testam. Abb. in cap. cæterum. nu.* 2. *&* 3. *& DD. de donat. in c. cum olim.* 2. *nu.* 8. *&* 15. *de priuil. Rip. loc. cit. nu.* 165. Quia non debet eos facere diuites, sed illis indigentibus subuenire. *cap. est probanda. cap. non satis. & cap. Dominus.* 86. *dist. Abb. in c.* 1. *nu.* 4. *de cohabit. cler. & mul. & in d. c. cum olim.* 2. *n.* 8. *Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. nu.* 44. *de constit. in d. cap. postulasti. nu.* 6. *de rescript. Bald. in l. id quod. nu.* 41. *C. de Episc. & cler.* Et ideò dicitur Clericus alere non quasi fratrem, aut sororem, sed tanquā extraneos. *Ripa in d. l.* 1. *n.* 33. *ff. solut. matrim.* id quod intelligendum est respectu Ecclesiæ redditunm, quia Ecclesia non respicit personas, sed considerat paupertatem, licet verum sit quòd sororem possit alijs præferre. *d. cap. omninò. & d. cap. satis. Aufrer. ad Capel. Tholosan. q.* 289. *col. fin.* quamobrē grauiùs est peccatum dare consanguineis, quàm alijs, quando datur non ad subueniendum necessitati, sed ad luxum inducendum. *gloss. fin. in dicto c. peruenit.* 1. *q.* 3. *Boer. decis.* 129. *nu.* 8. *Lup. in cap. per vestras. §.* 24. *nu.* 3. *Coras. in l. qui liberos. num.* 128. *ff. de rit. nupt.* Ratio autem, quare non debeat Clericus facere illam immensam donationem consanguineis, & dotes magnas constituere est, quia Clerici non sunt Domini, sed procuratores, & administratores fructuum beneficiorū. *c. fin.* 12. *q.* 1. *cap. fine exceptione. & c. Episcopus. ead. quæst.* 2. *cap. omninò.* 31. *distin. cap.* 2. *de donat.* vt superiùs tetigi *in §.* 2.

39 Sub qua administratione non cōprehenditur libera & effusa donatio. *l. contra. iuris. §. fin. ff. de pact. l. si is. §. fin. ff. de solut.* in qua necessariæ sunt debitæ solemnitates. *Extrau. Ambitiosa. de reb. Eccl. non alien. c. in venditionibus.* 17. *q.* 4. *Host. in c.* 1. *n.* 2. *de his quæ fiu. à Præl. Abb. in d. c. cæternm. nu.* 2. *&* 4. *de donat. Oldrad. cons.* 226. *col.* 3. *Ferret. cons.* 266. *nn.* 29.

40 De eisdem Ecclesiæ, siuè beneficiorum redditibus potest etiam alere filios ex illicito coitu susceptos. *Abb. in cap.* 1. *n.* 4. *de cohabit. cler. & mul. Duen. in regul.* 367. *num.* 3. *ampliat.* 3. *in fin. Rip. in tract. de peste. vers. deuenio. nu.* 164. *&* 174. *Bursat. d. cons.* 226. *nu.* 98. *vol.* 3. *Paleot. in tract. de noth. & spur. cap.* 44. *nn.* 5. *Lup. in d. cap. per vestras.* 3. *not. §.* 24. *nu.* 14.

41 Vbi infert quòd de eisdem potest dotare filiam incæstuosam, nam licet Clericus malè fecerit, tamen ex quo illi filij sunt geniti, non sunt perdendi, sed eis tanquam pauperibus est subueniendum. *c. cum haberet. de eo qui dux. in matr. Abb. in dicto cap.* 1. *nu.* 4. *de cohabit. cler. & mul. & in dicto c. coniugatus. nn.* 6. *de conuers. coniug. Gabriel. de probat. lib.* 6. *commun. Conclus. tit. de aliment. conclus.* 1. *Nauar. in com. de spolijs. §.* 18. *nu.* 9. *& seq. & cōs.* 4. *&* 5. *de testam. Rot. diuers. par.* 1. *decis.* 487. *nu.* 3. *in non. Paleot. de not. & spur. cap.* 44. *nu.* 6. *Sylu. verb. Clericus.* 4. *q.* 15. *Azor. p.* 2. *Inst. Moral. lib.* 7. *cap.* 10. *q.* 10. *Ricc. in prax. resol. p.* 2. *resol.* 32. *n.* 1. *&* 2. *Peregrin. de Iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 56. *& seq.*

42 Nam liberorum educatio est iuris naturalis. *l.* 1. *§. ius naturale. ff. de Iust. & Iur. c. ius naturale.* 1. *dist.* natura autem communis est legitimis, & spurijs. *l. hoc accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. Couar. in Epitom. de sponsal. par.* 2. *c.* 8. *§.* 6. *per totum. Seraph. decis.* 41. *nu.* 6. *par.* 1.

43 Cum de æquitate Canonica, quæ est seruanda, maximè in terris Ecclesiæ pater teneatur alere filium spurium propter naturalem coniunctionem, quæ est inter patrem & filium. *Surd. de alimen. tit.* 1. *q.* 10. *nn.* 5. 6. *&* 7. atquè alere, & dotare filiam illegitimam. *Bart. in authen. ex complexu. C. de incest. nupt. Abb. in cap. cum haberet. nu.* 5. *de eo qui dux. in matrim. quam pol. per adult. Couar. in Epitom. de sponsal. c.* 8. *§.* 6. *nu.* 11. *p.* 2. *Lup. in c. per vestras. §.* 23. *nu.* 22.

n.21.de donat. inter vir. & uxor. Seraph. decis.58.num.3.par.1.

44 Ex eisdemq. beneficij fructibus potest clericus filiã dotare spuriam. *Nauar. de spol. §.vlt.num.9. & seqq.* & de veriori opinione dicit *Azor.par.2. Instit.Moral. lib.2.c.5.q.20.vers.si roges.& lib.7.c.11. in fin.* Sorori itidem spuriæ dotem dare ex beneficij fructibus. *Azor.d.lib.2.cap.40. quæst.7.*

45 Non tamẽ tenetur Clericus soluere de redditibus beneficij debita contracta, siuè antè Clericatum, siuè antè obtentum beneficium, etiã in foro conscientiæ, etiãsi iurauerit soluere, si venerit ad pinguiorẽ fortunã. *c.si propter tua debita.de rescript. in 6. Bald.cons.71.& cõs.268.vol.2.Thuse. in pract. conclus. tom.3. verb. Episcopus. conclus.289.* licet possit de eisdem redditibus soluere debita pro suo vsu contracta post Clericatum assumptum, seù obtẽtum beneficium. *Abb.in repet.d.cap.cum esses. n.27.de test am. Redoan.de spol. Eccles.q.3. in §.& ex his. num.28.* si non habet vndè aliter soluat. *Azor.p.2.Instit.Moral.lib.7. cap.9.quæst.6.*

46 Quod dictum est Clericis secularibus, vt disponere possint de fructibus beneficiorum, id etiam dicitur de Regularibus de fructibus beneficiorum Regulariũ. *Card.in clem.2.§.sed & tales. in 1.not. de vit.& honest.cleric.& in clem. gratiæ.col. penult.in fin. vers.quod interrogatus. de rescript. Nauar.in c.cũ non dicatis. n.42. 12.q.1.Rot.diuers.par.1.decis.772.num.4. & par.2.decis.216.nu.13.& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Expendens clericus malè, & voluptuosè de redditibus beneficij an teneatur ad restitutionem.& n.n.seqq.*
2 *Rapere dicitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur.*
3 *D.Bernardi dictum circà eos, qui inaniter consumunt redditus Ecclesiæ.*
4 *Hospitalia,& alia pia loca possunt visitari ab Episcopis.*
5 *Montes Pietatis item.*
6 *Episcopi possunt cognoscere, & exequi circà Hospitalia, & loca pia, etiam extrà actum Visitationis.*
7 *Episcopi possunt sibi reseruare facultatem suo arbitrio reformandi statuta, & decreta Montis Pietatis, & illa augendi, etiam extrà Visitationem.*
8 *Bona Ecclesiarum sunt pauperum.*
9 *Fructus beneficiorũ sunt vita, & sanguis pauperum.*
10 *Pauperes appellãtur thesaurus Christi.*
11 *Episcopis an hodiè clerici teneãtur aliquid dare de redditibus beneficiorũ.*

§. XII.

1 Clericus autem expendens aliquid voluptuosè, seù malè de redditibus beneficij licet peccet mortaliter, non tamen tenetur ad restitutionẽ. *Præposit.in Sum.44.dist. col.5. Sylu.in Sum.verb.Clericus.4. & in verb. rest.3.q.5.D.Thom.quolib.6.art.12.& 2.2. q.185.art.7.* quẽ sequitur *Caiet. Gutierez pract.quæst.lib.2.q.114.n.5. Tabien.verb. restitutio.§.19. Couar.in c.cum in officij. n.3.de testam.* & alij quos refert *Azor.p.2. Instit. Moral.lib.7.cap.8. vers.altera sententia.* & copiosè *Sarment.de reddit.Eccles. p.4.* Verumtamen sunt alij, qui tenent Clericum hoc modo consumentem mortale crimen committere, & esse obnoxium restitutioni. *Io.de Lignano in clem.gratiæ.de rescript. Abb.in c.cum secundum.num.2.de praben.& in c.fin. in fin. & ibi etiã Butr. nu.17.de pecul.cler. Archid.in §.1.n.5. & ibi Anchar.& Gemin.44.distinct. Felin.in c.de quarta. num.33. antè fin. de præscript. Barbat.cons.20.n.2. vol.3.* & de communi testatur *Rip.de remed.ad conseruãd.vbert. nu.151. Nauar.de reddit. Eccles. quæst.2. mon.7. num.1.* & alij quos sequitur *Azor. d.cap.8. vers.prima igitur sententia.vers. quod attinet. & vers.at enim. & quæst.2.* quia debet sufficere Clerico, quòd habeat sola necessaria, & non luxurietur. *§.1. 44.dist. Abb.in d.c.cum secundum. nu.2.*

2 Præterquamquòd aliena rapere dicitur, qui vltrà necessaria sibi retinere probatur. *§.ordinandus.42.dist.c.sicut.47.dist.* & hanc opinionem senserunt *D.Thom.2.2. quæst.43.artic.8. Alex.de Ales.in 3.p.q.36. membr.5.Richard.in 4.Sent.dist.45.art.3. q.1.Io.Maior.* de cõmuni. *in dist.24.q.17.* dicens hanc opinionem cõmunem. *Palud. in 4.dist.24.q.3. art.vlt.*

3 Hinc *D.Bernard.in Epist.42.col.3.ad Henricum Senonensem Archiepisc.* inquit, quòd clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt: nostrum est, quod effuditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod

inani-

nan iter expenditis nos enim Dei plasmatio, & nos sanguine Christi redempti sumus; Nostris necessitatibus subtrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris.

4 Quæ multò magis dicenda veniunt, si effundantur redditus Hospitaliũ,& Montium Pietatis,siuè Charitatis, & propterea Episcopi ius habent visitandi Hospitalia.

5 Eleemosynas Montis Pietatis, & pia loca omnia quomodocunquè nuncupẽtur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat,ac omnia,quæ ad Dei cultũ, aut animarum salutem, seù pauperes sustentãdos instituta sunt ex officio suo iuxtà sacrorũ Canonum statuta cognoscendi, & exequendi, non obstantibus quacunquè consuetudine etiam immemorabili, priuilegio,aut statuto. *Conc. Trid. c.8. sess.22. de reform.*

6 Et non solùm supradicta facere possunt Episcopi in Visitatione Hospitalium, Montium Pietatis, & eorũdem piorum locorum,sed etiam extrà Visitationem, & in casibus à iure nõ expressis, vt aliàs declarauit Sacra Congr.Cardinaliũ Sacri Conc. interpretum super *d.cap.*8. in hæc verba: *Congregatio censuit decretum hoc habere locum etiam extrà Visitationem, & in casibus à iure non expressis*.

7 Quinimò possunt Episcopi pro bono regimine Montis Pietatis decreta dictorũ Montium confirmare,reformare, & augere non tàm in Visitatione,quàm extrà, & sibi reseruare facultatem huiusmodi decreta moderandi,& reformandi,& augẽdi,prout sibi videbitur, & placuerit, vt anno præsenti 1617. in vna *Montis Pietatis Rauennaten.* eadem Sacra Congregatio respondit, prout sequitur: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridẽtini interpretum auditis partibus censuit licuisse Illustrissimo Archiepiscopo Rauennaten.reseruare sibi facultatẽ decreta in ipsius Montis Pietatis Visitatione edita suo arbitrio reformandi, & augendi, etiam extrà Visitationem*.

8 Bona etenim Ecclesiarum, & Clericorum Hospitalium, & Montium Pietatis sunt bona pauperum. *c.aurum.12.quæst.2. Abb.in c.cum super.nu.19.& 20. de caus. poss.& propr.* & dicuntur Sancta Sanctorũ. *c.nulli.& c.quicũque. 12.q.2.* & patrimonium Christi. *cap.cum ex eo.de elect. in 6. Felin.in c.constitutus.nu.19. de rescript.*

9 Et fructus beneficiorũ dicuntur vita, & sanguis pauperum, vt post *Gemin.* dicit *Prob.in addit.ad Monach.in c.nemo.n.45. de elect.in 6.*

10 Et pauperes appellantur thesaurus Christi. *Tiraquel. in tractat.pia causa. in præfat.vers.item relicta pauperibus.* Et licet prior opinio sit benignior, & consuetudine totius orbis Christiani recepta. *Couar.in cap.cum in officijs. nu.3. in fin.de testam.T bessau. for. Eccles. cap.12.nu.22.* clarissimi tamen iuris est,quòd fructus beneficiorum debent diuidi in quatuor partes secundùm antiquos Canones, quarum vna datur Episcopis, altera fabricæ,tertia pauperibus, quarta Clero. *cap.quatuor. c.cognouimus.& c.seq.12.q.2.* quando redditus supersunt detractis necessarijs. *Sylu. verb.Clericus.4.n.14.* Nequè consuetudo suffragari videtur,quæ potiùs corruptela dici potest.*c.quæ contrà.& c.mala.8.dist. T bessau.for.Eccles.d.nu.22.in fin.*

11 Hodiè autem Clerici seculares non tenentur aliquid dare Episcopis de redditibus, aut oblationibus, nisi in casibus in iure expressis. *Abb. in c.dilectus. num.4. vers.secundo decima.de offic.Ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Filios clericus,si susceptit legitimos antè clericatũ,debet in patrimonialibus,& liberis bonis instituere. & n.n. seqq. D. Augustini dictum circà eos, qui derelictis filijs Ecclesiæ bona relinquunt.*
2 *D.Aurelij Carthaginensis Episcopi factum.*
3 *Charitas ordinata incipit à seipso.*
4 *Donatio facta Ecclesiæ natiuitate liberorum reuocatur.*
5 *Filij concepti antè clericatum non possunt testamentum patris clerici impugnare, licet legitimam habere debeãt, secùs de filijs susceptis post clericatum.*
6 *Pater clerici non potest prætendere legitimam in bonis acquisitis per clericum ex redditibus Ecclesiæ.*
7 *Testamentum clericorum non potest infirmari præteritione filiorum,vel parentum.*
8 *Testamentum militis non rũpitur præteritione personarum.*
9 *Illegitimorum ad fauorem non potest clericus testari, nequè de bonis disponere etiam patrimonialibus.*

Spurio clericus donare non potest.

10 *Bulla Pij Quinti reuocatoria facultatum testandi, seù disponendi ad fauorem illegitimorum quomodo intelligatur.*

11 *Negociatio illicita impedit clericum, ne de acquisitis ex negociatione disponere possit.*

12 *Concubinæ clericus donare non potest. Miles concubinæ donare nequit.*

13 *Concubinæ donatio facta, etiam iurata non valet.*

14 *Confessioni, in qua clericus se debitorem constituit concubinæ non statur.*

15 *Concubinæ clericus legare non potest.*

16 *Legatum factum concubinæ per clericum aufertur, & datur Fisco, & an hoc sit perpetuò verum.*

§. XIII.

1 SI autem Clericus antè Clericatũ filios susceperit, debet illos in patrimonialibus, & liberis bonis instituere, nec eos debita portione fraudare. Secutus *Diuum August. in Serm. de vita Clericorum*. qui tradens consilium honestatis illis, qui domesticos homines Ecclesiæ relinquere volunt, sic dicit: Si quis Ecclesiæ largiri vult, id faciat, quod sæpè hortatus sum, scilicet si vnũ habet filium, putet Christum alterũ, si duos, ipsum putet tertium, & sic de singulis, mensuram nõ impono elargiri volenti, quam semper seruare cogatur, secundùm quã de honestate ne domesticis præiudicet transcẽdere prohibetur. *cap. placuit. & c. si quis irascitur. 13. q. 2. Roman. cons. 364. num. 3. gloss. in l. si quis ad declinandũ. vers. simili modo. C. de Episc. & Cler. Dec. in c. ex Epistolæ. nu. 81. de probat.* nã qui vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, imò Deo propitio neminem inueniat. *c. fin. 17. q. 4. Abb. cons. 63. p. 1. Anchar. cons. 30. Crot. in l. omnes populi. nu. 81. de Iust. & Iur.*

2 Hinc legimus de quodam, qui cum filios non haberet, nequè habere speraret, res suas omnes retento vsufructu donauit Ecclesiæ; cõtigit quòd nati sunt ei filij posteà, & Sanctus Aurelius Carthaginensis Episcopus reddidit illi, nec etiam opinanti, omnia, quæ donauerat. *d. c. fin. 17. q. 4. Posidon. Calamen.* in eius vita. *c. 24. Cou. lib. 1. var. resol. cap. 19. num. 5.*

3 Imò honestati congruit in domesticos, & consanguineos quoquè maximè pauperes suum patrimonium erogare, cũ omnis ordinata charitas à se ipso, suisq; incipere debeat. *cap. non satis. & c. caeterùm. 86. dist. c. si non liceat. 23. q. 5. l. Præses. C. de seruit. & aqu.*

4 Quinimò donatio Ecclesiæ facta natiuitate liberorum reuocatur, si non in totum, saltem quoad legitimam portionem ipsis filijs necessaria lege debitam. *gloss. in c. fin. vbi Abb. Imol. de donat. Bart. in l. Titia. §. Imperator. n. 6. & ibi Cuman. & alij. ff. de leg. 2. Ias. in auth. si qua mulier. nu. 6. C. de sacros. Eccles. Tiraq. in l. si vnquam. verb. libertis. num. 66. C. de reuoc. donat.* & post multos ab eo allegatos tenet *Couar. variar. resolut. lib. 1. d. cap. 19. nu. 5. & sequentibus.*

5 Huiusmodi autem filij antè Clericatum assumptũ concepti querelare nequeũt conditione ex lege testamentum, legitimam tamen consequi debent. *Suarez in l. quoniam. in prioribus. num. 11. C. de inof. test. Bursat. cons. 226. nu. 101. vol. 3.* vt dicitur de filijs Religionẽ ingredientis prout superiùs dictum est in *§. 7. nu. 6.* Si verò post Clericatum habuerit filios, tunc huiusmodi filij nec testamentum impugnare, nequè aliquam legitimam prætẽdere possunt. *Bar. in l. gener. ff. quib. vt indign. & in l. 1. ff. de cõtra tab.* & est communis sententia vt per *Vasqu. in d. l. quoniã in prioribus. in §. 10. nu. 501. lib. 1 par. 1.* qui subdit etiam ex alia cõmuni opinione. *n. 503.*

6 Nec patrem Clerici aliquam legitimam in bonis à clerico intuitu Ecclesiæ quæsitis prætendere posse. *Bursat. dicto cons. 226. nu. 99. & seq.*

7 Et quòd Clericorum testamentum infirmari non possit præteritione filiorum, vel parẽtum, licet eis debeatur certa portio, dictum est in *dicto §. 7.* post *Abb. in cap. quia nos. nu. 4. & ibi addit. de testam.*

8 Quia miles seculi habet istud priuilegium, vt ex præteritione personarum non rumpatur testamentum, fortiùs hoc debet habere miles Dei. *Abb. dicto nu. 4. & in cap. in præsentia. nu. 49. de probat. gloss. in l. miles. ff. de re iud. Bar. in auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.*

9 In fauorem autẽ illegitimorum non solùm non potest Clericus testari, & disponere de bonis quæsitis ex fructibus beneficiorum, sed nequè etiam de bonis pa-

trimo-

trimonialibus.*cap.eum multa.verſ.proles.* 15.q.8. *Purpurat. conſ.*17. ferè per totum. *& conſ.*134.*per tot. vol.*1.vbi conſulit Clericum ſpurio donare non poſſe.*Rot.diuerſ. par.*2.*deciſ.*214.*nu.*1. & ita diſpoſuit Pius Quintus in Bulla 120. Reuocatoria facultatum teſtandi, & diſponendi ad fauorem illegitimorum.

10 Cuius tamen Bullæ diſpoſitionem intelligit idem Pius quoad Clericos tantum,ſeù in laicis diſponentibus de bonis Eccleſiaſticis,vt ſunt feudalia, emphyteotica, & quæſita ex penſionibus quas laici habēt aliquādo ex priuilegio, vt in *Cōſtit.* 152.*Rot.d.deciſ.*214.*d. nu.* 1. Et hoc adeò verum eſt,vt neque etiam legitimatus ſuccedere poſſit laico in bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis, vt ſæpè reſolutum fuit per Rotam, vt in vna *Bononien. alimentorum die* 28. *Maij* 1594.& in alia *Papien. bonorum* 16. *Ianuarij* 1598. quam refert *Antonin. variar.reſol.lib.*1.*reſol.*98.*nu.*2. *& in fin.* Præterea huiuſmodi Pij Quinti Conſt.non extenditur ad priuilegia, ſiuè indulta conceſſa ab Imperatore, & Regibus, & regalia iura habentibus filijs Clericorum quoad facultatē capacitatis ſuccedendi circà temporalia, extrà tamen dominium temporale Papæ.*Nauar.cōſ.*5. *num.*6.*&* 7.*de teſtam.*

11 Neque poteſt Clericus diſponere de acquiſitis ex illicita negociatione,vel aliàs contrà formam ſacrorum Canonum,vt diſpoſuit Pius Quartus in ſua Conſtit. incip. *Decens.* ſub anno 1569.

12 Minùs poteſt Clericus donare Concubinæ,prout dicitur de milite. *l.*2. *& ibi Bal.C.de donat.inter vir. & vxor.l.miles ità.§.mulier.& ibi Bart.nu.*1.*&* 2.*ff.de milit.teſt.l.affectionis.* vbi etiā *gloſ. verb. meretrices.ff.de donat.Hoſt.in c.de literis, nu.*7.*de ſepult.*& poſt multos citatos dicit *Felin.in c.cum ex officij.nu.*2.*de præſcript. Couar.in reg.peccatum.p.*2.*relect.§.*2.*n.*2. *de reg.iur.in* 6. *Nouar. quæſt. forenſ. p.*1. *quæſt.*111.*num.* 1.

13 Neque valet donatio facta concubinæ,etiāſi ſit iurata. *Bart.in d.l.affectionis. in fin.ff.de donat.Conar.in c.quamuis.p.*2. *§.*1.*n.*4.*verſ. quinto.de pact. in* 6. *Roland. conſ.*98.*nu.*2.*&* 3. 30.*&* 37.*vol.*1.*Ferret. conſ.*276. *num.*26. *Nat.conſ.*550. *Crauet. conſ.*229.*n.*3.*vol.*2.*Purpurat.conſ.*17.*n.*3. *vol.*1.*Vrſill.ad Afflict.deciſ.*102. *num.*2.

14 Neque ſtatur confeſsioni, in qua Clericus ſe debitorem conſtituit eiuſdem Concubinæ. *DD. in d.l.miles ità.in princ. ff.de re ind. Dec.conſ.*132.*Anchar.cōſ.*147. *nu.*1.*Rol.d.conſ.*98.*n.*53. *Crauet.de antiq. temp.ſect. propoſitum num.*66.

15 Nec eidē Concubinæ legare poteſt. *DD.in l.miles.§.mulier.ff.de teſtam.mil. Seraphin.deciſ.*46.*per totam. par.*1.

16 Quinimò tale legatum factum aufertur, & datur fiſco. *Bart.in l.mulierem num.*1.*ff.de his quib. vt indign.* vt dicetur inferiùs in *§.proximè ſeq.Vrſil.ad Afflict. deciſ.*102.*num.*3. Si tamen tempore mortis Clerici illa mulier deſierat eſſe Concubina, adeò vt tempore legati nō ſit amplius Concubina, & ſic probetur emendatio per plures annos cum ceſſatione conuerſationis, tunc valet legatum Clerici eidem factum. *Guid.Pap.conſ.*115. 2.*dub.* latè *Cæphal.conſ.*523.*n.*129.*& ſeqq. vol.*4. *Seraph.d.deciſ.*46.*n.*6.*& deciſ.*54. *per tot. p.*1. Verūtamē ſi donet, vel relinquat Concubinæ ob benemeritum, valet donatio,& legatum. *Anchar. dicto conſ.*147. *num.*2. *Cæphal.dicto conſ.*523.*num.*135 *Tiraq.in in repet.l.ſi vnquam.verſ.donationem largitus.num.*22.*C.de reuocan. donat. Afflict. deciſ.*102.*& ibi Vrſill.n.*1.*Gām.deciſ.*106. *Capic.deciſ.*102.*Nouar.quæſt.foren par.*1. *q.*111.*num.*4. vel pro bonis ſeruitijs vſque ad quantitatē ipſorum ſeruitiorum. *Crau. de antiq. temp. ſect. propoſitum noſtrum num.*65.

SVMMARIVM.

1 *Bona aduentitia, & patrimonialia clerici decedentis ab inteſtato ſpectant ad conſanguineos proximiores.*
2 *Bona clerici decedentis ſine hærede, & ab inteſtato ad quem ſpectent.*
3 *Bona Epiſcopi decedentis ſine hærede, ad quem ſpectent.*
Epiſcopus non habens hæredem an teneatur inſtituere ſibi hæredem Eccleſiam.
4 *Vxori vir ſuccedit, & è contrà deficientibus agnatis, & cognatis.*
5 *Fiſcus eſt hæres poſt vxorem,quæ ſucceſſit viro,decedentem ab inteſtato.*
6 *Hæreditas clerici relicta indigno, à quo aufertur,applicatur fiſco Epiſcopali.*
Legatum factum indigno, à quo aufertur,applicatur fiſco.

7 *Bona clerici delinquentis an veniant sub publicatione, an verò, remaneant Ecclesijs, ex quarum redditibus fuerunt acquisita.*

8 *Episcopi habent fiscum.*

§. XIV.

1 SI Clericus decedat intestatus, bona sua aduentitia, & patrimonialia spectant ad consanguineos proximiores. *cap. 1. & ibi Abb. num. 1. de successſ. ab inteſt. Soccin. conſ. 47. num. 36. vol. 4. Rol. conſ. 12. nu. 19. & 61. vol. 4.*

2 Si verò decedat sine hærede, & ab intestato, tunc huiusmodi bona, si nullas Ecclesias habuerit, applicantur Episcopo, vt in vsum Ecclesię, & piorum locorum diligenter distribuat, non autem vt sibi appropriet. *Abb. in d. cap. 1. nu. 4. & in cap. 2. nu. 2. de successſ. ab inteſt. in cap. 2. nu. 2. de pœn. in cap. excommunicamus. 1. nu. 1. de hæret & in c. quia diuersitatem. nu. 14. de concessſ. preben. Rot. decis. 7. de teſtam. in antiqu. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 3. num. 10.* Si autem aliquam Ecclesiam habuerit, tunc huiusmodi hæreditas ad illam Ecclesiam, seù Ecclesias, si plures habuit, deuoluitur. *cap. quinque. 12. quaſt. 5. Hoſt. in c. cum in officijs. num. 7. de teſtam. Abb. in c relatum 2. num. 10. de teſtam. in cap. 1. nu. 1. & 3. de successſ. ab inteſt. & in d. c. excommunicamus nu. 1. & in c quia diuersitatem. nu. 14. de concessſ præben. Couar. var. resol c. 9. n. 11. Hoſt. in Sum. de successſ. ab inteſt. §. qualiter Ecclesia.* maximè stante consuetudine. *cap fin. de offic. Ordin in 6. Purpur.* in terminis. *cōſ. 578. per tot. vol. 2.*

3 Episcopus verò hæredem non habens licet videatur non alium, quàm Ecclesiam sibi hæredem instituere debere. *c. Episcopus qui filios. 12. q. 2.* tamen ille *tex.* consilium, non necessitatem inducit. *Couar. in c. 1. nu. 3. de teſtam.* nam Episcopus in patrimonialibus potest quem voluerit hæredem instituere, etiã omissa propria Ecclesia, vt de communi testatur *Couar. d. nu. 3. Imol. in c. quia nos. vbi etiam Barbat. & Abb. de teſtam.* Quòd si deficeret ab intestato, & sine hæredibus, tunc eius hæreditas spectaret ad Ecclesiam suam. *d. c. quicunque. Hoſt. & Abb.* in locis superiùs citatis.

4 Quemadmodum dicimus deficientibus omnibus agnatis, & cognatis virum succedere vxori, & è contra. *l. vnic. C. vnde vir. & vxor.*

5 Et post vxorẽ regulariter in successione ab intestato admitti Fiscum, in quacunque Ciuitate quis decedat. *l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. gloſſ. 1. in l. 1. C. de hæred. decur.*

6 Quòd si Clericus instituat aliquem hæredem, siuè alicui leget, à quo bona tanquã ab indigno auferuntur, tunc huiusmodi bona applicantur non Fisco seculari, licet hęres sit secularis, sed potiùs Fisco Ecclesiæ habito respectu ad qualitatẽ relinquentis, qui fuit Clericus non Fisco Papæ, sed Fisco Episcopi loci, vt dispenset diligenter ad vsum Ecclesiæ. *Abb. in d. c. 2. n. 2. de successſ. ab inteſt. Bart. in l. mulierem nu. 1. ff. de his quib. vt indign. Purpurat. conſ. 578. per totum.* vbi consuluit hæreditatem per Clericum relictam, quam hæredes promiserũt spuriæ restituere, applicari Fisco Episcopi.

7 Si autem Clericus committat aliquod delictum, propter quod eius bona fuerint subiecta publicationi, quid dicendum? Respondẽdum venit cum distinctione. Aut scilicet bona, quæ habet sunt acquisita ex bonis Ecclesiæ. Aut sunt Feudalia, seù Emphyteotica. Aut sunt patrimonialia, seù aduẽtitia, siuè aliundè acquisita. Primo modo huiusmodi bona non veniunt sub publicatione, sed illa remanent Ecclesię, seù Ecclesijs, ex quarum bonis illa fuerunt acquisita. *d. c. excommunicamus. §. 1. & ibi gloſ. verb. ſtipendia. de hæretic. gloſ. in clem. 2. verb. applicare. eod. Innocent. in c. fin. ne Cler. vel Monach. Oldrad. conſ. 17. num. 4. Federic. conſ. 20. Crauet. conſ. 128. nu. 6. vol. 1. Barbat. conſ. 70. col. antepen. in fin. vol. 4. Menoch.* latissimè *conſ. 223. per totum. vol. 3. Burſat. conſ. 43. n. 37. & seqq. vol. 1. addit. ad Abb. in d. c. excommunicamus. n. 1. litera. C. Diaz. in epit. 2. par. c. 7. nu. 5. Couar. lib. 2. variar. resol c. 9. nu. 11. Guid. Pap. decis. 76. num. 2. Carrer. pract. crim. de hæretic. num. 135.* Secundo modo nequè tunc veniunt sub tali publicatione, sed applicantur Domino directo, & sic dominium vtile tunc consolidatur cum directo. *Oldrad. conſ. 17. col. 13. verſ. nec obſtat. Crauet. d. conſ. 128. nu. 6. & conſ. 545. nu. 6. & seqq. vol. 3. Bero. conſ. 114. nu. 56. vol. 1. Boſſ. de bon. publicat. num. 18. & 53. & in tit. de crim. laſ. Maieſt. num. 86. antè fin. Diaz. Couar. Innoc. Burſat. Federic.*

Guid. Pap. Carrer. & Barbat. locis nunc allegatis. Tertiò verò modo tunc Episcopus poteſt illa confiſcare Cameræ ſuæ Epiſcopali. *gloſſ. fin. in §. 1. 23. quæſt. 7. & in element. 2. verb. applicare. de heret. & in cap. quia diuerſitatem. verb. prater. & ibi Abb. nu. 14. & Anchar. de conceſſ. preben. Abb. in d. c. excommunicamus. in princ. & ibi Alexand. de Neuo in addit. litera C. de heretic & in c. 2. nu. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. Innoc. in c. inſinuante. qui cler. vel vouen. Io. Andr. in c. cum olim. 2. de priuil. Diaz. Couar. Burſat. Pederic. Guid. Pap. Carrer. & Barbat.* in locis citatis. *Felin in c. irrefragabili. §. cæterùm. nu. 10. de offic. Ordin.* quidquid dicant idem *Barbat. cõſ. 23. n. 11. vol. 3. Caſtr. conſ. 352. num. 1. & Oldrad. conſ. 61.*

8 Epiſcopi etenim habent Fiſcũ. *Oldr. conſ. 302.* & poſt *Rot.* dicit de veriori. *Fel. in c. irrefragabili. §. cæterùm. n. 21. de offic. Ordin. Couar. d. cap. 9. nu. 11.* vbi dicit de veriori opinione. *Capel. Tholoſ. deciſ. 275. nu. 6. Rot. deciſ. 7. nu. 2. de teſtam. in antiq. Ricc. in prax. reſol. par. 2. reſol. 387.* vt dictum fuit *in tit. de fauor. Clericor. Real. in §. 1. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum clerici defuncti ad quos ſpectent. an ad heredes clerici, an verò ad ſucceſſorem in beneficio. & n. n. ſeqq.*

2 *Fructus percepti, & collecti, & à ſolo ſeparati debentur hæredibus beneficiati defuncti, & non ſucceſſori.*
Clerici in vita æquiparãtur vſufructuarijs.

3 *Vſufructuarius facit fructus ſuos iam collectos, & à ſolo ſeparatos.*

4 *Fructus beneficiorum pendentes ſpectant ad ſucceſſorem in beneficijs.*

5 *Fructus à ſolo ſeparati, & in area, vel campo adhuc iacentes, & reconditi à colono, ſed nondum clerico defuncto traditi ſpectant ad ſucceſſorem. & num. 12.*

6 *Conſuetudo, cum ſit quid facti, probari debet.*
Factum non præſumitur, niſi probetur.

7 *Conſuetudo, vt inducta dicatur, requiritur diuturnitas tẽporis, & actuum frequentia.*

8 *Conſuetudinem non extare ſuper aliquo ſufficit probare vnum tantùm actum contrarium.*

9 *Conſuetudo allegari non poteſt, quãdo actus ſunt difformes, ac turbidi.*

10 *Penſiones, ſiuè afflictus per conductorẽ nondum ſolutæ debẽtur ſucceſſori.*

11 *Inexacta omnia debentur ſucceſſori in beneficio.*

12 *Bulla Iulij Tertij ſuper fructibus inexactis beneficiorum quomodo intelligatur.*

13 *Fructus percepti, & reconditi per defunctum inſeruire debent pro ſupportãdis oneribus beneficij vſque ad nouos redditus.*

14 *Fructus percepti vacante beneficio ad ad quem ſpectent.*

15 *Teſtandi facultas conceſſa clerico non ſe reſtringit ad primum teſtamẽtum, ſed poteſt clericus noua conficere teſtamenta, etiam plura.*

16 *Actus vlteriores, & futuri cõprehenduntur, quando per primum actum non ſatisfit menti diſponentis, maximè quando ſumus in materia fauorabili.*

17 *Actus quilibet intelligitur de prima vice.*

18 *Permutandi beneficia facultas intelligenda eſt de prima vice.*

19 *Eleemoſyna ab aliquo relicta in die alicuius Sancti inter pauperes diſtribuenda non debetur, niſi primo anno.*

20 *Compromittere niſi ſemel non tenetur, quando mandatur alicui, quòd compromittat.*

21 *Penſionem retinendi facultas non obſtante matrimonio contracto intelligitur de primo matrimonio.*

22 *Penſiones transferendi facultas intelligitur de prima vice tantùm.*

23 *Epiſcopus habens turnum cum Capitulo, ſiuè cum alio, ſi conferat, ſiuè eligat, & eius prouiſio non habuit effectum, poterit iterùm conferre, ſeù eligere.*

24 *Eligens malè poterit iterùm eligere.*

25 *Facultas pro Sac. Conc. Trid. Epiſcopis conceſſa inſtituendi Pœnitentiariam cum vnione prebendæ primo vacaturæ non conſumitur per erectionem, quæ non fuit ſortita effectum.*

26 *Facultas teſtandi conceſſa clericis non expirat morte Papæ concedentis.*

§. XV.

1 QVid dicendum de fructibus beneficiorum, quæ habet Clericus moriens? Hæc est quæstio practicabilis, cui hoc modò satisfieri poterit, videlicet.

2 Si fructus fuerint percepti, & collecti, & à solo separati, tunc hæredes beneficiati illos faciunt suos, & non debentur successori in beneficio. *gloss. in c. si propter. verb. primi. & DD. de rescript. in 6.* & eadē *gloss.* communiter approbata *in c. præsenti. verb. reseruari. de offic. Ordin. in 6. Host. in c. fin. nu. 5. & ibi Card. Imol. & Barbat. de pecul. cler. Couar. lib. 1. var. resol. c. 15. n. 12. Gemin. cons. 17. col. fin. Barbat. cōs. 20. n. 3. vol. 3. Card. cons. 110. nu. 1. Bero. cons. 138. num. 9. vol. 1. Gutierez lib. 1. quæst. Canon. c. 33. n. 1. & 4. Tiraq. lib. 2. de retract. lign. §. 5. glos. 4 in princ. Rot.* se referens ad notata *in d. c. præsenti. decis. 3. de testam. in antiq. & Rot. diuers. p. 1. decis. 761. num. 4. & 6.*

3 Quia Clerici in vita æquiparantur vsufructuarijs, qui faciūt suos fructus iam collectos, & à solo separatos, & eos transmittunt ad hæredes. *l. arboribus. §. Iulianus. ff. de vsufr. gloss. in d. cap. si propter. verb. primi. & in d. c. præsenti. verb. reseruari. & ibi Io. Andr. de offic. Ordin. in 6. Host. in d. c. fin. num. 2. & 5. vbi Cardin. Barbat. & DD. de pecul. cler.* in morte autē beneficiatus cōparatur vsuario. *Seraph. decis. 594. nu. 19.* Hinc Clerici possunt de fructibus beneficiorum disponere, & venunt huiusmodi fructus in generali dispositione testamentaria per ea, quæ tradunt *Ias. cons. 75. in fin. vol. 3. Crauet. cons. 144. nu. 6. & 7. Seraphin. decis. 124. nu. 2. par. 1. Rot. diuers. p. 1. decis. 154. n. 2. & decis. 772. num. 4. Surd. cons. 33. nu. 1. 10. in fin. & 11. volum. 3.*

4 Si verò huiusmodi fructus sint pēdentes, tunc ad successorem in beneficio integrè spectant. *l. defuncta. de vsufr. gloss. in d. cap. si propter. verb. primi. & ibi DD. de rescript. & in d. c. in præsenti. d. verb. reseruari. in fin. Alberic. in l. diuortio. in princ. nu. 12. vers. item quæro.* & ibi *Alex.* qui dicit communem. *ff. solut. matrimon. Barbat. cons. 20. num. 11. vers. ideò dixit. vol. 3. Bero. cons. 138. num. 9. vol. 1. Ferret. cons. 116. per totum. & cons. 372. nu. 1. cum seqq. Gabriel. cons. 190. n. 2. Gig. de pension. q. 88. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 15. nu. 12.*

5 Quinimò ad eundem successorem, nō autē ad prædefuncti hæredes veniūt etiam fructus à solo separati, & in area adhuc, vel campo iacētes, & illi, qui sunt quidem recondiri à colono, sed nondum Clerico traditi. *Cald. cons. 2. de pecul. cler. Redoan. de spol. Eccles. q. 3. §. verùm quia. n. 7. glos. in d. verb. reseruari. in fin.* quæ intelligit Clericos facere fructus suos iam perceptos, & recōditos, ità dicit *Host. in d. c. fin. n. 5. de pecul. cler. & gloss. & Host.* sequitur *Clar. in §. testamentum. q. 27. n. 8. ante fin. Seraphin. decis. 594. num. 5. 8. & 20. & decis. 683. n. 3. p. 1.* & faciunt dicta inferius *in §. 16. nu. 1.* nisi aliud consuetudine Ecclesiæ censeatur. *Host. d. num. 5.*

6 Quæ tamen consuetudo probari debet, cum sit quid facti, quod non præsumitur, nisi probetur. *l. 1. & ibi glos. verb. probatis. & Bart. n. 3. C. quæ sit long. consuet. l. in bello. §. facti. ff. de captiu. & post lim. reuers. l. quæcunque. §. fin. ff. de publican. l. asseueratio. C. de non num. pec. Caputaq. decis. 11. nu. 5. par. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. num. 1. & per totam.*

7 Et ad inducendam consuetudinem requiritur tēporis diuturnitas, & actuum frequentia. *Crauet. cons. 134. num. 6. Rot. diuers. par. 2. decis. 19. nu. 4. & 5.*

8 Atquè ad demonstrandum consuetudinem non extare super aliquo sufficit etiā vnum actum tantum contrarium probare, vt singulariter colligitur ex ijs, quæ ponit *Bart. in l. semper in stipulationibus. in fin. ff. de reg. iur. Bero. cons. 5. nu. 23. vol. 1.*

9 Nequè consuetudo allegari potest, quando actus sunt difformes, ac turbidi; sed ius commune seruatur. *Bart. in l. 2. in princ. circà fin. ff. solut. matrimon. Corn. cons. 196. col. 2. Alex. cons. 127. circà fin. vol. 5. Crauet. cons. 96. num. 5. & cons. 113. nu. 14. Rimin. Iun. cons. 264. nu. 28. vol. 3. Rot. diuers. d. decis. 19. nu. 6.*

10 Et non solùm dicti fructus pendentes, sed pensiones, siuè affictus per conductorem nondum soluti debētur successori, quamuis fructus, pro quibus pensio, seù affictus soluitur, iam percepti fuissent, latè *Bero. d. cons. 138. per totum. vol. 1. Seraph. d. decis. 594. n. 18. Ludouic. decis. Perus. 33. n. 15. Thessau. decis. 143. per totā. Hieron. Mainat. in tractat. de spol. seu de fruct. benefic. exact. n. 1. 23. 161. & 225. cum seqq.*

Cald. conf.2. nu.2. antè fin. vers.ex his remanēt. de pecul. cleric. Neque obstat, quòd stante locatione fructus percepti dicatur mediante persona cōductoris; Respondere etenim potest Constitutionem 9. Iulij III. requirere commistionem, & incorporationem; vndè quando fructus non sunt commisti neque incorporati cum alijs bonis ipsius beneficiati defuncti, ad successorem in beneficio pertinent. *Hieron. Mainat. d.tract.nu.232. & seqq.* & fuit decisum per Rotam in vna *Nullius, seù Romana Pecuniaria.4.Iunij* 1593. *corā Blanchetto.* quæ refertur *d.tract.in fin.*

11 Quinimò & fructus pendentes, ac pecuniæ, & res aliæ beneficiorū antè obitū beneficiatorum inexactæ ad successorem in beneficio spectant, etiamsi pro tempore antè obitum decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis viuētibus advenerit, & per ipsos beneficiatos non steterit, quominùs illos exegerint, quinimò omnem pro illorum exactione necessariā diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint. *Barbat.cōs.33.n.1.vol.1.Neuizan. cons.93.nu.17.Alban.cons.79.n.15. Cald. cons.2.de pecul.cler. Decian.cons.37. n.15. vol.2.Menoch.cōs.39.n.45.Surd.* latissimè *cons.333.per totum.vol.3. Vasq. de success. creat. lib.3. §.21. num.39. Ludouic. decis. Perus.33.n.15.Franc.Marc.decis.446.n.1. & seq. Rot.diuers.par.1.decis.809.num.1. Seraphin.d.decis.594. nu.20. & decis.683. n.3.Redoan.de spol.Eccles.q.5.n.1.4.& 18. Bart.in l.diuortio. §. è contrario.num.12.* vbi dicit Canonistas ità tenere, & eis standum esse. *ff. solut.matrim.Azor.2.p. Inst. Mor.lib.8.c.3. vers.decimotertio. Hieron. Main.de spol. seù de fruct. benef.inexact. n.1.23.161.227.et seqq.Thessau.decis.143. per totā.Antonin. var.resol. lib.1.resol.46.* & ità declarauit Iulius Tertius Constit. 9. incip. *Cum sicut nobis. Caualcan.decis.44. nu.4.par.1.* nisi obstaret specialis consuetudo in contrarium. *Redoan.d.q.5.num.2. & 5.*

12 Huiusmodi tamen Constitutionem idem Iulius Tertius declarauit non se extendere ad beneficia locorum, in quibus Collectores à Camera Apostolica deputantur, vt in Bullar. videre licet post dictam Constitut.9. quia tunc omnes huiusmodi fructus, pecuniæ, & res spectant ad Cameram Apostolicam. *Redoan.d.q.5.n.5. vers.quid dicendum. & num. 6. cum seqq.* Ex hac Iulij Tertij Constit. & ex suprà deductis, & allegatis, facilè colligi potest nō obstare. *Card.in d.c.fin.et Imol.et Barbat. de pecul.cler. Alberic.d.nu.12.Couar.in d.cap.15.num.12.Ferret.cons.372.num.5.* qui dicit de veriori, & alios dicentes sufficere, quòd fructus sint à fundo separati, licet non reconditi, ad hoc, vt ad hæredem defuncti beneficiati spectent, non autem ad successorem.

13 Quòd si clericus moriatur perceptis, & reconditis omnibus beneficij fructibus, tunc etiam quòd habuerit facultatem, siuè ex priuilegio, vel consuetudine, seù alia causa disponendi de fructibus ad libitum, nihilominùs intelligeretur de his tantùm fructibus, qui superessent solutis debitis & ære alieno, & reseruatis his, quæ sunt necessaria Ecclesiæ vacanti pro seruitoribus, & ministris, ac incūbentibus oneribus vsquè ad nouos redditus supportandis. *d.c.præsenti. §.porrò.vbi gloss.verb.debitis. & verb.superesse. & Gemin. & omnes.de offic.Ordin.in 6.idem Gemin. cōs.3. num.7. Card.cons.110. nu.2. & 3. Bursat. cons.238. num.13.vol.3. Nauar. de reddit. Eccles. q.2. monit.13.* facit *Nauar.cons.3. nu. 1.& 3.de donat.* nam hæredes defuncti tenentur ad alimenta successoris, quando omnes fructus erant recollecti per defunctum. *Oldrad.cons.249. vers.ad secundam.* facit *Extrauag. Suscepti regiminis. & ibi gloss.verb.remansuro.ne Sed.vacan.* Dicimus etiā, quòd habens fructus Castri tenetur soluere stipendium militibus, qui ibi pro custodia tenentur. *Ias. in l.diuortio. §.impendit. ff. solut.matrimon. Seraphin. decis.514.n.3.vbi nu.4.* subdit eum teneri, qui fructus percipit, vbi agitur de impendijs ad vtilitatem temporalem. Imò quādo fit reseruatio omnium fructuum, hoc intelligendum est deductis oneribus. *Dec. cons.156.Seraph.d.decis.514. n. 1. & l.fructus. ff.solut.matrim.l.1.C.de fruct.& lit. expens.* & qui percipit fructus tenetur pro rata ipsorum ad onera, & collectas. *Alex. cons.35. colum. 1. vol.4. Vrsill. ad Afflict. decis.252.nu.8.* nam & bona dicuntur, quæ supersunt deducto ære alieno. *l.mulier bona.ff.de iur.dot.Seraphin. decis.643.nu.2.*

14 Si verò dum vacat beneficium percipiantur fructus, & obuentiones, tunc huiusmodi fructus, & obuentiones per medium debent diuidi, quorum medietatem habet is, cui per consuetudinē, priuilegiū, vel

vel statutum perceptio est cōcessa, reliquā autem medietatem percipere debet ille, cui beneficium est concessum pro sustentatione sua, & alijs Ecclesiæ oneribus supportandis, & itá sancinit *Ioan.22. in dicta Extrauag.Suscepti regiminis. §.in illis.& ibi gloss. verb.alijs.de elect. Extrau. vnic. §.in illis.& ibi gloss. verb. consueuit. ne Sed.vacan.gloss.in d.§.porrò. verb.superesse.Caualcan.decis.39.nu.47. & 55.par.2.* quòd si non extet cōsuetudo prædicta, nequè priuilegia, vel statutum, tunc omnes huiusmodi fructus pertinent ad successorem.*c.quia sæpè. vbi gloss.& DD. de elect. in 6.d.c præsenti. vbi etiam gloss. & Prob. de offic.Ordin.in 6. Gabriel.cons.197.n.14. vol.1. Surd. d.cons.333.nu.23.vol.3.*

15 Notandum tamen est, quòd facultas testandi concessa Clerico nō se restringit ad primum testamentum, siuè testamētum confectum fuerit validum, siuè nō, sed durat, itá vt vnum testamentum conficere possit Clericus, & illud renocare, & nonū condere toties, quoties sibi placuerit. *Io. Andr.in c.non potest. in fin. & ibi Gemin. & alij. de præbend.in 6. Bald. in l.2. in princ. vers.deindè quæro, quòd Princeps. de pact. Constant. Tiraquell. in l.boues. §.hoc sermone. limitat.17. ff.de verb. sign. Sarmient.in tract. de redditib. Eccles.p.4. cap.4. Molin.de primogen.lib.1.c.6. nu.20. Granut.theoremat.13.nu.4.* quorum opinionē secuta fuit *Rot.diuers.p.1. decis.47. per tot.* & præcipuè. *nu.1.& 11. Gonzalez super Reg.8.Cancel.glos.11.n.97.* quidquid dicant *Dec.cons.112. Soccin. Iun. cons.89. vol.1.Curt.Iun.cons.178. Couar.in c.cum in officijs.nu.8.de testam. Mantua.cons.30. nu.56.* & alij per dictam Rotam *in dicta decis.47.nu.1.* allegati, & reprobati. *Azor. p.2. Instit.Moral. lib.4. c.3.q.10.& lib.8. cap.9.quæst.3.*

16 Nam quando per primum actū non satisfit menti disponentis, comprehenduntur etiā omnes actus vlteriores, & futuri. *Felin.in c.2. num.5. vers fallit quinto. de treug. & pac. Gabriel. lib.6. tit. de legib. conclus.2.n.28. Mobed.decis.7. de appellat.* maximè quando versamur in materia fauorabili. *Alex. cons.15.in princ.vol.4. Fel. in d cap.2. nu.5. vers. fallit tertio. Afflict. decis.393. Gabriel.loco cit. num.37.*

17 Licet alioqui dicatur, quòd quilibet actus intelligatur de prima vice. *l.boues. §.hoc sermone. ff.de verb.sign. Ias. in l.diuortio. §.quod in anno.num.12. cum seqq. ff.solut. matrim. Felin.* latissimè. *in d.c.2. num.3. cum seqq. de treug. & pac. Dec. cons.512. Alex. cons.16. per totum. vol.4. Gabriel.d.tit. de legib.conclus.2.per totam.*

18 Quamobrē facultas permutandi beneficia intelligenda est de prima vice. *Gabriel.d.conclus.2.nu.5.*

19 Et si quis relinquat eleemosynam in die alicuius Sancti inter pauperes distribuendam, non debetur nisi primo anno. *Bart.in l.penult. nu.3 ff.de annu.leg.Fel. in d.c.2.nu.4.vers.si testator relinquit.*

20 Et si mādatur alicui, quòd compromittat, non tenetur nisi semel compromittere. *Dec. cons.512. num.7. & seqq. Put. decis.258.nu.2.lib.3.*

21 Et facultas retinendi pensionem nō obstante matrimonio contracto per pensionarium intelligitur duntaxat de primo matrimonio, nisi aliud exprimatur. *glos.in c.fin.verb. antiqui. 33.q.2. & in c.si aut. verb. nisi. 36 q.1.* & fuit resolutū per Rotam in vna *Palentina Pensionis 21. Nouēbris.1596.coram Blanchetto.*

22 Quemadmodum etiā dicimus, quòd facultas transferendi pensiones intelligitur de prima vice tantū, nisi aliud expressum reperiatur. *Mandos. de signat. grat. tit.de translat.pension. vers.rursus in vim clausulæ.* & itá fuit pariter resolutum per Rotam in vna *Oxomen. Pensionis.20. Maij 1598.coram Litta.*

23 Quod si Episcopus habens turnum cum Capitulo, siuè cum alio conferat, seù eligat, & eius prouisio non habeat effectū, tunc poterit iterum conferre, seù eligere, quia non dicitur consumptus turnus eligentis, siuè conferentis, ex quo non fuit secutus effectus. *Oldrad.cons.57.nu.1. Rot. decis.21.n.1.&2.de præben.in antiq. Achil. decis.8.n.3.& 4 de concess. præben. Couar. variar.resol.lib.3.cap.16.num.3. Mobed. decis.7.nu.2.de præben.* latissimè *Gonzal. super Regular.8. Cancel. gloss.45.§.3.per totum.*

24 Et eligens malè poterit iterum eligere. *l.optio legata. ff. de opt. leg. Mobed. d.decis.7.nu.3.*

25 Et ideò facultas per Sacrum Concilium Tridentinum Episcopis concessa instituendi Pœnitentiariam cum vnione præbendæ primo vacaturæ nō consumitur per erectionem, quæ non fuit sortita suum effectum, sed ad aliam deueniri potest ele-

ctio-

ctionem, donec effectũ fortiatur. *l.3. §. hac verba. ff. de vulg. cap.3. vbi gloss. de pact. Seraphin. decis.1034. num.1.*

16 Facultas autem testandi concessa Clericis non expirat morte Papæ concedentis, quia est gratia, quæ etiam re integra non expirat morte concedentis. *Sarmient. de reddit. Eccles. p.4. vers.2. Nat. cons.647. vol.4. Bursat. cons.29. vol.1. Ricc. in prax. resol. par.2. resol.386. num.1.*

SUMMARIUM.

1 *Fructus beneficij dimissi per assecutionem alterius, siuè per renunciationẽ collecti, non autem percepti, & reconditi antè dimissionem, siuè renunciationem an spectent ad prædecessorem, siuè ad successorem.*

2 *Bulla Iulij Tertij super fructibus beneficiorum extenditur etiam ad renunciationem, & ad translationem.*

3 *Fructus post resignationem, antè tamẽ consensũ resignatarij percepti spectãt ad resignatarium secuto consensu.*

4 *Fructus omnes etiam maturi ad Dominum directum pertinent deuoluta ad eum emphyteusi.*

5 *Fructus beneficij consistẽtes in annua, seù diurna præstatione in pecunia ad quem spectent.*

6 *Pensio, quæ pro fructibus bonorum venditorum percipitur ad quem spectet.*

7 *Fructus beneficij, quo quis ipso iure propter delictum priuatur, ad successorem spectant ab eo die, quo huiusmodi delictum commisit.*

§. XVI.

1 Si autem Clericus beneficiatus dimittat beneficium per assecutionem alterius, siuè compatibilis, siuè incompatibilis, seù illud beneficium alio modo renunciet, tunc an possit prætendere fructus primi beneficij collectos, non autem perceptos. & reconditos antè dimissionẽ dicti beneficij, an verò illi spectent ad Successorem? In hac quæstione dicendum est eos spectare ad successorem in beneficio. *d.c. præsenti. & ibi glos. verb. reseruari in fin. de offic. Ordin. in 6.* & ad not. in eod. *c. præsẽti.* ie remittit *Rot. dec.3. de testam. in antiq. gloss. in cap. si propter. verb. primi. de rescript. in 6. & in l. si fur. verb. percipiantur. ff. de vsufr. & in l. ex diuerso. verf. non habendũ. ff. de rei vend. Io. de Plat. in l.1. C. de annon. ciuil. lib.11. Alberic. in l. diuortio. ff. solut. matrimon. Anchar. cons.158. nu.1. vers. primo nãquè. Cald. cons.2. de pecul. cler. Bald. cons.313. n.3. vol.2.* & in puncto *Bero. cons.138. n.9. vol.1. Bursat. cons.238. n.12. & seq. vol.3. Redoan. de spol. Eccles. q.3. §. verum. nu.7. & 22. & q.5. num.2.* & in terminis *Card. cons.110. per totum.* quod allegatur per addit. *ad Rot. decis.28. num.4. de procurat. in nou. Honded. cons.85. num.1. cum seqq. vol.2.* & ità fuit decisũ in vna *Baren. Fructuum. 2. Iunij* 1610. corã *Card. Caualerio.* vbi fuit resolutum fructus à solo separatos antè diem resignationis deberi resignanti, cæteros verò resignatario, quãuis in hoc dissentire videantur *Nicola. de Vbald. in tract. de success. ab intest. cler. in § finita. nu.11. Pauin. in tract. de offic. & potest. Capit. Sed. vacan. par.2. q.8. nu.28. Bellam. in c. si quis. num.10.21. q.1. Couar. lib.1. var. resol. cap.15. num.12. Moliu. de primogen. lib.3. c.11. nu.4. Rot. diuers. p.1. decis.809. nu.2.* quæ citat *Rot. decis. vnic. de translat. Episc. in antiq.* quæ Rota se remittit ad ea, quæ dicuntur *in d.c. præsenti.* prout etiã faciunt omnes allegati Doctores excepto *Couar.* qui nihil allegat.

2 Et videtur clara prior opinio ex verbis. *d. Constit. 9. Iulij Tertij per tot.* & maximè ponderando ibi circà med. *vers. fructus. & vers. nõ exactos. & vers. & propter.* Quæ Constitutio, licet loquatur in obitu beneficiatorũ, extẽditur tamẽ ad renũciationem, & translationẽ. *Card. d. cons.110. n.2. & Caualcan. d. decis.44. nu.4. p.1.* cum mors, & renunciatio æquiparẽtur ad effectum vacationis. *gloss. in c. si propter. verb. vacabunt. de rescriptis. in 6.* atquè tales quoad titulum, & administrationẽ primæ Ecclesiæ habẽtur pro mortuis, licet quoad impetrationes sit differẽtia, an beneficium vacet per mortem, an verò per renunciationem. *Card. d. num.2.*

3 Imò subdit *Caualcan. d. nu.4.* extendi etiã ad priuationẽ beneficij, & quòd fructus post resignationẽ, antè tamen cõsensum resignãtis percepti spectẽt ad resignatariũ secuto consensu, quia retrahitur ad tẽpus resignationis; consuluit *Gabr. cons.192. per tot. vol.1.* quem sequitur *Surd. d. cons.333. num.25. vol.3. Paris. de resign. benef. lib.1.*

q.6.

q.6.n.78. addit. ad Franc. decis. 19.p.1.n.4.

4 Quemadmodum etiã dicimus in fructibus emphyteosis, nam deuoluta emphyteusi ad Dominum directũ fructus omnes etiam maturi ad ipsum Dominum directũ spectant. *Bald. in c.1. §. his consequenter. n.1. vers. hic finitur lex. Frideric. Alex. in l. diuortio. n.4. ff. solut. matrim. Iaf. in l.2. nu.17. in fin. & nu. seq. C. de iur. emphyt.* & de cõmuni dicit *Honded. d. cons. 85. n.2.*

5 Si autem fructus illius beneficij consistunt in annua, seu diurna præstatione in pecunia, vt in fructibus gabellarum, vectigalium, seu pascuorum, introitibus locorũ Montium, in pensionibus domorum, & huiusmodi, tunc non spectant omnes ad successorem, sed pertinent ad prædecessorem vsque ad diem resignationis factæ, & collationis. latè *Honded. d. cons. 85. à num. 8. vsquè ad finem.*

6 Quamobrem dicimus etiam in pensione, quæ pro fructibus bonorum venditorũ percipi solet, quòd si huiusmodi pensio soluitur pro fructibus fundi venditi, si tempore venditionis fructus illi erãt pendentes, pensio debetur emptori. *Salyc. in l. fructus. nu.3. & ibi etiam Bald. n.7. ff. de rei vend. Bald. in l. fin. §. fin. ff. de iur. Fisc. Roman. cons. 10. Honded. d. cons. 85. nu.11.* Si verò fructus, pro quibus soluitur pẽsio, tempore venditionis erant percepti, tunc sicut fructus illi à solo separati non pertinerent ad emptorem, ità nec ei debetur pensio pro illis soluenda, sed in totum debetur venditori. *Salyc. in d. l. fructus. n.3. & Bald. num.7. Alex. cons. 82. nu.16. vol.2. Socin. Sen. cons. 42. num.6. vol.3. Honded. d. cons. 85. n.13.* etiamsi tempore venditionis dies soluendæ pensionis non venerit. *Salyc. loco citato. Bald. in l.1. nu.18. C. de vsufr. & fruct. leg. Ferret. cons. 151. nu.5. vol.1. & cons. 256. num.1. lib.2. Honded. d. cons. 85. num.14.*

7 Eodem modo dicendũ venit, ad Successorẽ in beneficio spectare fructus eiusdẽ beneficij per Prædecessorem perceptos ab eo die, quo propter excessum aliquem ipso iure quis priuatur beneficio, nam quando beneficium ipso iure vacat, beneficiatus non facit fructus suos, sed ad illorum restitutionem tenetur, secùs verò si per sententiã, quia illos percipere de iure potest, donec per sententiam priuetur dicto beneficio. *gloss. fin. in c. fraternitas. 12. q.2. Felin. in c.1. num.43. cum seqq. de constit. Tiraq. in l. si vnquàm. verb. reuertatur. num. 291. cum seqq. C. de reuocan. donat. Couar. in 4. Decretal. p.2. c.6. §.8. n.8. cum seqq. Nauar. in Manual. c.23. n.66. Gabr. lib.7. de delictis. concl.12. nu.10. Hoied. de incompatib. benef. cap.13. nu.61. par.1.*

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ per prædecessorem in lite pro defensione iurium Ecclesiæ, si pars aduersa in huiusmodi expensis condemnetur, an spectent ad Successorem, an verò ad hæredes prædefuncti. & n.n. seqq.*

2 *Meliorationes factæ per clericum in rebus Ecclesiæ cedunt ipsi Ecclesiæ.*

3 *Finis trahitur ad principium, quando necessariã consequentiã habet ab eo.*

4 *Clericus, qui causam agit ad vtilitatem suæ Ecclesiæ, consequi debet ab Ecclesia expensas factas, & quomodo hoc procedat.*

§. XVII.

1 EOdem modo debẽtur Successori per beneficiatum prędecessorem expensæ factæ in lite habita cum aliquo pro defensione iurium, seu bonorũ Ecclesiæ, & lite pendente, seu contestata, siuè etiam lata sententia cum condemnatione in expensis, sed antequam transiuerit in iudicatum, obierit beneficiatus, non autem spectant ad hæredes prædecessoris, prout fuit decisum per *Rot. diuers. par.1. decis. 761. nu.5. & per totam. & decis. 809. per totam.* latissimè *Surd. cons. 333. nu.26. vsquè ad fin. vol.3.* & apertè colligitur ex illa Constitut. 9. Iulij Tertij in illis verbis, *fructus, ac pecunias, & res beneficiorum.* Quia omnia acquisita ex redditibus Ecclesiæ futuro successori reseruantur. *c. præsenti. de offic. Ordin. in 6.* vt dictum est superiùs in §.2. quare cum prædecessor beneficiatus litigauerit super re ad beneficiũ spectante, & in prosecutione litis multas fecerit expensas, præsumitur eas fecisse ex redditibus Ecclesiæ, cuius erat administrator. *arg. l. Nesennius. & ibi DD. ff. de negot. gest. Crauet. cons. 129. n.3.* Et quamuis prædecessor fecerit expensas in dicta lite de fructibus Ecclesiæ, qui erãt sui proprij, cũ essent recollecti, & à solo separati, & ideò ad eius hæredes, & nõ ad successorẽ

perti-

pertineant. *gloss. & DD. in cap si propter. de rescript. in 6. Card. in c. fin. & ibi etiã Imol. & Barbat. de pecul. cler.* cum alijs citatis per *Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 15. num. 12.*

2 Nihilominus quia illi fructus, de quibus sunt factæ huiusmodi expensæ, fuerunt conuersi in vtilitatem Ecclesiæ pro defensione iurium suorum bonorum, ideò æquiparantur meliorationibus factis per Clericum in rebus Ecclesiæ, quæ cedunt solo, & sunt beneficiati in vita, sed de his non potest disponere, & testari, neque in licẽtia concessa testandi per Papam comprehenduntur. *Abb. in c. fin. in princ. de pecul. cler. Dec. cõs. 512. Bursat. cõs. 226. n. 92. & seq. vol. 3. Nau. de reddit. Eccles. q. 3. nu. 22.* vt dictũ fuit superius in *§. 4. n. 2.* Neq; obstat. *Rot diuers. p. 1. decis. 777.* in vna *Burgen. sub an. 1584. 14. Martij.* quę decidit huiusmodi expẽsas spectare ad hæredes prædecessoris, per doctrinã *Angel. in l. possessor. §. redactæ. ff. de petit. hæred.* vbi vult, quòd si statutum disponat, quòd Potestas debeat habere quartam partẽ pœnarum, quas redigi fecerit in communi, si Potestas condẽnauerit super pœnis, licet illas non exegerit, sed successor eius; quarta pars debetur prædecessori, qui condemnauit, quia ipse fuit potissima causa exactionis.

3 Quæ trahitur retrò, sicut finis trahitur ad principium, quando necessariã consequentiam habet ab eo. *l. 3. § Seio. ff. de minor.* & sequuntur *Soccin. cons. 151. n. 14. vol. 1. Cæphal. cons. 136. num. 8. vers. tertio. vol. 1.* Quia aliter postea fuit per eandem Rotam in eadem causa decisũ, vt in dicta *decis. 761.* Quinimò expressè Rota recessit à resolutione facta dicta die 14. Martij, & confirmauit resolutionem factam in dicta *decis. 761. 28. Nouemb.* vt in *Decis. diuers. par. 1. decis. 809. per totam.*

4 Minùs officit, quòd posset dici Clericum, qui causam agit ad vtilitatẽ suæ Ecclesiæ, consequi debere ab Ecclesia expensas factas. *c. pen. in fin. de accusat. Abb. in c. cum pro causa. nu. 1. de procurat. Anan. in cap. ex parte. nu. 2. & ibi etiam Butr. & Boych. de accusat. Oldr. cõs. 38. n. 2. Specul. in tit. de inquisitione. § fin. num. 2. vers. porrò. Surd. in tract. de alimẽtis. tit. 1. q. 121. nu. 12. & seq.* Quia hoc procedit quando fecisset huiusmodi expẽsas de patrimonio suo, quia tunc tàm ipse, quàm eius hæres poterit repetere. *Abb. in c. de his. nu. 5. de Eccles. ædif.* vt dictum fuit superiùs in *§. 4.* secùs autem vbi fecisset de redditibus beneficij. *Abb. in d. c. cum pro causa. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Pensio inexacta, & decursa an per pẽsionarium defunctum transmittatur ad hæredes, vel remaneat penès illam soluentem. & nu. seq.*

2 *Pensio quare pro rata temporis diuidatur, & non fructus.*

Pensio cedit in causam alimentorum.

§. XVIII.

1 De pensione autem Ecclesiastica, quam quis percipit, an illam inexactam, & decursam, transmittat Clericus ad suos hæredes, vel remaneat illi, qui soluit pensionẽ? Distinguendum est videlicet. Aut pensio est decursa, & inexacta, & fructus percepti. Aut fructus nondum erant percepti, sed tempore mortis pensionarij pendebant. Primo modo huiusmodi pensio hæredibus Clerici defuncti debetur, quod idem dicendum est, quando pars fructuum esset collecta tempore mortis pensionarij; pars autem esset colligenda, & adhuc penderet, quod pro rata fructuum perceptorum pẽsio erit hæredum pensionarij, quia pensionarius facit fructus suos, & de eis ad libitum disponere potest tã inter viuos, quã in vltima volũtate. *l. diuortio. in princip. & ibi Alberic. col. 7.* vbi testatur de communi. *Alexand. Castr. Imol. & Roman. ff. solut. matrimon. Ferret. cons. 372. n. 6. & per totam. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 15. nu. 13. Caccialup. in tract. de pension. q. 15. num. 1. & 3. Gig. eod. tract. q. 52. per totam. & q. 53. in princ. & num. 3. Redoan. in tract. de spol. Eccles. q. 3. in princ. n. 26. & 27. & in § pen. n. 6. 7. & 8.* & ità fuisse decisum per Rotam dicit idem *Redoan. in d § pen. n. 12.* & quòd ità etiam deciderit Rota in vna *Papien. Fructuum sub 12. Februarij 1601. coram Lancellotto.* obseruat *Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 46. in fin.* pensio etenim non est beneficium Ecclesiasticum, sed in mera temporalitate consistit. *cap. quamuis. vbi DD. de præben. in 6.* vndè pensio etiam laico assignatur. *Gigas de pension. q. 21. Garz.* & alij apud ipsum. *par. 1. cap. 5. in princ. vsque ad nu. 5.* Quorum sententia est vera in pensione quæ

titulo seculari, & vti laico alicui assignaretur in stipendium, vel aliàs pro remuneratione laborum. *Garz. d. c. 5. nu. 8. & 24.* Secùs dicendum de pensione, quæ titulo Clericali alicui assignaretur, quia est quid spirituale, vel spirituali annexum. *Garz. d. c. 5. n. 10.* & constat ex Constit. 71. Pij V. Quod procedit, licet nondum venerit dies pensionis exigendæ, & fructus, quorum occasione pensio debetur, fuerint iã percepti per debitorem dictæ pensionis. *Alexand. cons. 157. vol. 2. Gig. d. q. 53. n. 2. Caccialup. d. q. 25. nu. 2. Surd. cons. 333. nu. 3. 4. & 10. vol. 3.* Secundo verò modo pensio erit successoris, nempè beneficiati pensionem soluentis. *Caccialup. d. q. 25. num. 1. & 2. Gig. d. q. 53. in princ. & nu. 1.*

2 Ratio autem quare pensio pro rata temporis diuidatur, & nõ fructus naturales, est duplex, prima est, quia pensio Ecclesiastica cedere videtur in causa alimẽtorum. *Rom. cons. 388. Gig. d. tract. q. 51. n. 2. Con. d. c. 15. n. 13. in fin.* alimenta autẽ quotidiè subministrari debent. Secunda ratio est, quia pensio annua ducatorum, putà quinquaginta recipit diuisiones tẽporũ, mensium, dierum, & horarum, & est quædam venditio, seu æstimatio temporis, quod sui natura multipliciter diuiditur, & ideò ipsa pensio diurna, menstrua, vel annua succedit in locum tẽporis, quæ iuris intellectu videtur diuisa in omne tempus præteritum, & futurum, nam fructus ciuilis, qui consistit in pẽsione, potest dici perceptus ratione obligationis iã natæ, & acquisitæ à principio, cuius quantitas est certa, quæ rationes cessant in fructibus naturalibus, qui nõ per diuisiones temporum, sed eodem tempore verè colliguntur, nec interim est nata aliqua obligatio, nec quãtitas, vel species certa antequàm percipiantur, & hanc rationem tradunt *DD. in l. diuortio in princ.* & maximè *Alberic. col. 4. & 5. Ferret. dicto cons. 372. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Feudo an clericus succedere possit. & n. n. seqq.*
2 *Feudo regulariter clericus succedere non potest. & num. 4.*
3 *Feudo, quod de sui natura debet præstare seruitium personale, non succedit clericus.*
4 *Clericus non potest esse in bello.*
5 *Feudo clericus in pluribus casibus succedere potest. n. n. seqq.*
6 *Feudo clericus succedere potest, vbi ad feudum admittitur fœmina.*
7 *Feudo succedit clericus, si illud sit frãcum, & liberum.*
8 *Feudum francum quod dicatur.*
9 *Feudo succedere potest clericus, quando debetur solum seruitium reale.*
10 *Realis obligatio per alium præstari potest.*
11 *Feudo clericus succedere potest, quamuis seruitium, quod præstatur, sit personale, modò honestè per clericum præstari possit.*
12 *Feudum laici potest donari Ecclesiæ, dummodò onus feudi honestè præstari possit per Ecclesiam.*
13 *Feudo Ecclesiastico clericus succedere potest.*
14 *Feudo hereditario clericus succedere potest.*
15 *Vassallus in casu, quo potest seruire per substitutum, vel aliter commodè, non transmittit feudum in Ecclesiam, nisi quandiù ille viuit.*
16 *Comes origine, si fiat clericus, non desinit esse Comes, secus si fiat Monachus.*

§. XIX.

1 Hic non abs re esse existimo attingere, An Clericus in feudo iure succedere possit, quod fusius tractatur per *Felin. in c. in præsentia. nu. 44. cum pluribus seqq. & Abb. nu. 69. de probat. Archid. in c. si qua mulier. nu. 4. 19. q. 2. gloss. in l. 1. C. de legib. Curt. Iun. de feudis par. 3. q. 10. princ. Nat. cons. 600. per totum. volum. 3. Cald. cons. 2. & 4. de feud. Francisc. Aretin. cons. 14. Angel. cons. 273. Rol cons. 23. vol. 1. & cons. 41. nu. 27. vol. 4. Crauet. cons. 303. vol. 2. Cephal. cons. 1. & cons. 2. vol. 1. & cõs. 151. vol. 2. & cons. 641. vol. 5. Menoch. cons. 181. nu. 71. cum pluribus seqq.* vbi infinitos allegat. *vol. 2. & de arbitrar. Iud. lib. 2. cas. 231. nu. 10. Clar. in §. feudum. q. 78. Chassane. in Consuetud. Burgun. tit. des fiefz. §. 5. verb. excepte les religieux. Afflict. decis. 320.* vbi etiã *Vrsil.* latè *Ofasc. decis. 27. per totam. Azor. par. 3. Instit. Moral. lib. 10. c. 10. q. 3. & 4.*

2 Et Conclusio est, quòd regulariter Clericus non admittitur ad feudũ, neque in eo succedit. *c. qui clericus. si de feu. def.*

controuers.

*controuerſ.inter dom.Bald.in c.quæ in Eccleſiarum.nu. 19.& ſeqq. de conſtit. Felin. in d.c.in præſentia. num.*44. & ibi etiam *Dec.num.*289.*Præpoſit.in tit. qui feu. dar. poſſ. §.& quia d nu.*10. *vſque ad num.*53. *Bart.in l.*1.*nu.*5.*C. de legib. Alex.conſ.*10. *nu.*1.*&* 2.*vol.*5. *Nat.d.conſ.*600. *in princ. Bero.conſ.*16.*n.*14.*vol.*1. *Crau.d.conſ.*303. *nu.*1.*Burſat.conſ.*63.*nu.*23.*vol.*1.*Rimin. Iun.conſ.*368.*nu.*59.*&* 60. *Menoch. dicto conſ.*181.*nu.*71. *cum ſeqq. & de arbitrar. d.caſ.*231.*Capic.deciſ.*10.*n.*4. *Afflict.dicta deciſ.*320.& de vera,& magis cōi opinione probat poſt alios *Oſaſc.d.deciſ.*27.*nu.*4.

3 Maximè vbi feudum de ſui natura debet præſtare ſeruitium perſonale. *c.*1.*§.ex hoc illud.de feud. fœmin. Abb. in d.c.in præſentia.nu.*69. *Afflict.in Conſtit. Regn. in Conſtitutione. Errores. col.* 2. *verſ. ſed hoc.Rol.conſ.*41.*nu.*27.*vol.*4. *Port.conſ.*1. *num.*35. *Menoch.conſ.*102.*nu.*121. *& ſeq. vol.*3. nam ſeruitia perſonalia præſtari nō poſſunt per ſubſtitutum. *Bart. in l. vnic. §.ne autē.C.de caduc.tol.Nat.d.conſ.*600. *nu.*3.13.*&* 14. *Roland. d. conſ.*41. *nu.*28. *Gozadin.conſ.*26.*num.*46.

4 Præterquamquòd Clericus nō poteſt eſſe in bello, atquè ità perſonaliter ſeruire Domino.*c.clerici.*23.*q.*8. *c.ex multa. §.de clericis.de voto.Menoch.d.conſ.*102.*n.*122. neque arma deferre, vt dictum fuit *in tit. de Diſciplina Clerical.in §.*18.Et illa Cōcluſio procedit non ſolùm in Clerico in ſacris conſtituto,ſed etiam in prima tonſura initiato,ſeù beneficiato in prima tonſura tantùm conſtituto, qui ſi feudo ſuccedere voluerit,debet, & beneficium, & habitum clericalem dimittere.*Crau.d.cōſ.*303.*n.*9.

5 Dantur tamen plures caſus, in quibus Clericus feudo ſuccedere poteſt.

6 Primus caſus eſt vbi ad feudū admittitur fœmina,tunc ipſe Clericus ſuccedere poteſt,quia per ſubſtitutum ſeruire poteſt. *Dec. in d.c.in præſentia. nu.*291. *& Felin. n.*47.*Euerard.*de cōmuni. *conſ.*204.*col.*4. *Siluan.conſ.*3.*num.*59.*&* 60.*Burſat.dicto conſ.*63. *nu.*24. qui de communi teſtatur. *Cæphal.d.conſ.*151.*n.*27.*& ſeq.& cōſ.*641. *nu.*22.*vol.*5.*Oſaſc.d.deciſ.*27.*n.*15. *&* 16. non enim in tali caſu videtur electa induſtria perſonæ. *Felin. d.n.*47. *Oſaſc.d.n.*16. & in materia feudali æquiparātur fœmina, & Clericus quoad ius ſuccedēdi. *tot. tit.an mut.vel aliàs imperf. Alex. conſ.*10.*n.*16. *vol.*5.*Oſaſc.d.deciſ.*27.*num.*15.

7 Secundus caſus eſt ſi feudum ſit francum,liberum, & exemptum à legibus pœnalibus feudorū. *Bald.in auth.niſi rogati. col.fin. C.ad Trebel. & in c.inter dilectos. nu.*6.*de fid.inſt.Alex.conſ.*98. *vol.*6. *Felin. in d.c.in præſentia.n.*45. *& Dec.num.*292. *Nat.d.conſ.*600.*nu.*7.*Burſat.conſ.*4.*nu.*4. *vol.*1.*Oſaſc.d.deciſ.*27.*num.*5.*&* 6.

8 Et dicitur francum, & liberum quia conceſſum fuit ſine fidelitate.*Dec.in d.c.in præſentia. nu.*293. Eccleſia etenim ſuccedit in feudo franco. *Curt.de feud.p.*1.*q.*8. *n.*29.*Ruin.conſ.*18.*n.*13.*vol.*1.*Rot. diuerſ. p.*1.*deciſ.*41.*nu.*3. *&* 4. Item & fœmina in huiuſmodi feudo franco admittitur. *Rot. d.deciſ.*41.*nu.*1.*&* 4.

9 Tertius caſus eſt, quando pro feudo debetur ſolum ſeruitium reale,vt quia ſoluitur cenſus annuus. *Cyn.in auth.ingreſſi. quæſt.antepen. C.de ſacroſ.Eccleſ. Bald.in d.c.quæ in Eccleſiarum. num.*23. *Felin.in d.c in præſentia.nu.*46.*& Dec.nu.*290. *& Abb.nu.*69.*Alex. conſ.*136. *col.*2.*vol.*1.*& conſ.*10.*nu.*12. *vol.*2. *Nat.d.conſ.*600.*n.*1. *&* 2.*Oſaſc.d.deciſ.*27.*num.*7. *Clar.d.q.*78. *num.*1.*&* 4.

10 Quia obligatio realis per aliū præſtari poteſt. *Bart.in d.l.vnic. §.ne autem. Aret.conſ.*14.*Menoch.conſ.*181.*n.*66.*vol.*2. *Cæphal.conſ.*151. *n.*20.*vol.*2. *& conſ.*641. *num.*31.*vol.*5.

11 Idem etiam dicitur,etiamſi deberet ſeruitiū perſonale,modò honeſtè per Clericum præſtari poſſit, veluti comitari Dominum in aduentu alicuius Principis, vel in acceſſu ad aliquem Principem,& huiuſmodi. *Abb.in d. c. in præſentia. num.*69.*& Dec. nu.*290. *Archid. in d.c.ſi qua mulier. nu.*4.*Bald.in d.c.quæ in Eccleſiarum.n.*23. *Bero.conſ.*16.*n.*15.*vol.*1. *Nat.d.conſ.*600. *n.*4.*&* 5. *Menoch.d.conſ.*181.*n.*66. *& ſeq. Cæphal.conſ.*641.*nu.*30.*vol.*5. *Clar.d.n.*1. *Afflict. d.deciſ.*320. *num.*2. & poſt multos citatos dicit *Oſaſc.d.deciſ.*27.*nu.*7.

12 Nam poteſt etiam feudum laici donari Eccleſiæ, ſi modò tale feudum habeat tale onus annexum, quod honeſtè expleri poſsit per Eccleſiam aliàs ſecùs. *Abb. in c.cum laicis.nu.*7.*de reb. Eccleſ.non alien. Rom.conſ.*165.

13 Quartus caſus eſt, ſi feudum ſit Eccleſiaſticum,quia tunc Clericus illi ſuccedere poteſt, cum non ſit veriſimile, quòd voluerit concedens Clericos excludi. *Iaſ. conſ.*117.*col.*6. *verſ.ſecundo principaliter.*

vol.4.Cassan.in Cathalog.glor.mund p.9. considerat.4. Nat.d.cons.600.nu 23.Crau. cons.445.n.8.vol.3. Osasc d.decis.27.n.17.

14 Quintus casus est, si sit hæreditariũ; nã ab eo Clericus nõ repellitur, hoc enim ipso, quòd est hæreditarium, Vassalli industriam non exigit, quominùs per substitutum Vassallus inseruiat. *Felin. in d.c.in præsentia.n.48. antè fin.Ias.cons.117.col.4. vol.4.Brun.cons.16. col.fin. Bellam. cons. vlt.col.10. antè med. Crauet. cons.875.n.5. vol. 5.Capic.decis.10.num.11.in fin. Clar. d.quæst.78. num.5.* Sunt & alij casus, in quibus Clerici feudum habere possunt, qui videri poterũt penès *Fel. Nat.Osasc.Clar. Menoch.* & alios superiùs citatos, quos libenter omitto, ne dictis eorum membranas occupare videar.

15 Notandum tamen est, quòd in casu, quo Vassallus potest seruire per substitutum, vel aliter commodè per Ecclesiam, non transmittit feudum in Ecclesiam, nisi quandiù viuit, & eo mortuo reuertetur ad Dominum. *Bald in d.c.quæ in Ecclesiarum.nu.20.de constit. Felin.in d.c.in præsentia.nu.46.in fin.& ibi Dec.nu.290. Clar.d.quæst.78.nu.2.*

16 Norandum pariter est, quòd qui erat origine Comes, si postcà fuit factus Clericus, siuè Episcopus, nõ per hoc desinit esse Comes, & ideò non amittit Comitatum, etiamsi habeat ipsum in feudum ab Imperatore, secùs si fuisset factus Monachus. *Bald.in c.inter dilectos. nu.5.de fid. Instr. Cæphal.cons.1.vol.1.* conferunt dicta inferiùs *in §.22. vers.Nobilitas.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutus an excludat Ecclesiã, siuè Monasterium, & quomodo intelligatur.num.5.*
2 *Monasterium habetur loco filij.*
3 *Conditio, quæ præstat impedimentum ingressui religionis, non valet.*
4 *Conditio auertens à matrimonio carnali est reijcienda.*
5 *Filius substitutus excludit Ecclesiam, secùs si substitutus sit extraneus. Testator magis præsumitur pro filijs, quàm pro Ecclesia.*
6 *Ecclesiam haberi loco liberorum quomodo intelligatur.*
7 *Statuto disponente, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, clericus, vel aliàs inhabilis ad generandum ob conseruationem agnationis vocatur, & quomodo.*
8 *Monasterium non excludit substitutum contrà testatoris voluntatem.*

§. XX.

1 ACcidit sępè quòd aliquis habens duos, aut plures filios, quorum vnus est Clericus, quos omnes instituit hæredes, & in testamento disposuit, quòd si vnus ipsorum decedat sine liberis ex se legitimè descendentibus alterũ substituit vulgariter, & per fideicommissum, & eius descendentes, & si ambo decedant sine liberis eis substituit Caium pard, & Sempronium; decedunt omnes fratres absque liberis relicto fratre Clerico, siuè Seculari, siuè Regulari, ad quẽ portio aliorum fratrum iure deuoluitur, tandem decedit frater Clericus sine filijs legitimis, & naturalibus. Dubitatur an illa substitutio facta fratri Clerico iure sustineatur, vel non, ità quòd substituti *ipsi* debeãt admitti, vel succedentes ab *intestato*, vel ex testamento, vel Ecclesia, *cuius* fuit *ipse* Clericus Rector, siuè Monasterium, quod fortè ingressus fuit. Respondetur substitutos esse exclusos ab Ecclesia. *Abb. in c.in præsentia.nu.16.& Dec.nu.108.& DD.de probat.Bero.cons.73. nu.11.vol.2. Bart.in l.si ità quis.§.is cui. ff.de leg.2. Ancharan. cons.165.col.1.Angel.cons.80.col.3. Rimin. Iun.*qui de cõmuni testatur.*cons.270.n.5. lib.3.Honded.cons.94.n.29.vol.1.Mantic. de coniect.vlt.volunt. lib.11.tit.7.nu.6.& seqq.Bursat.cõs.97.n.24.vol.1.& cõs.199. nu.3.15.17.& 20.volum.2. Menoch.de præsumpt. lib.4. præsumpt.83. num.71.& seqq.& cons.245.num.16.17.& 20. vol.3. Crau.cons.152.n.1.vol.1.Couar.var.resol. lib.1.c.16.n.5. Osasc. decis.126. per totam.*

2 Quia qui Monasterium ingreditur, non videtur decedere sine liberis data capacitate Monasterij, cum Monasterium loco filij habeatur.*auth. nisi rogati. C.ad Trebell. gloss. in l.si ità quis promiserit.§.ea lege.ff.de verb. obligat. Bald.in l.filius à patre.§.1. vbi etiam Imol.ff.de hæred.instit.Rot.diuer.p.2.decis.92.nu.11. Tiraquell.in l.si vnquam.verb.susceperit. nu.46.C.de reuoc.donat.Crauet.cons.152. nu.1.Card.Mantic.de coniect.vlt.volun. lib.11.tit.7.num.6.& seqq. & de tacit. &*

ambigu.

*ambigu.conuent.lib.*13. *tit.*46. *nu.*7. & 8. *Peregrin.de fideicom.art.*28. *nu.*58. *cum seqq.Gratian.discept.forens.cap.*305. *nu.*3. & *seqq.* licet secùs sic in pactis, & dispositionibus inter viuos. *Rot.d.num.*11. Ex sacro etenim *Concil.Trid.sess.*25. *cap.*3. *de reform.* omnibus Mendicantibus, præterquã Capucinis, & Minoribus de Obseruantia permissum est bona etiam immobilia in communi recipere, & retinere, & ideò multò magis possunt ea recipere ad effectum vendendi, & precium conuertendi in emptionem ædificiorum pro Ecclesijs, & Oratorijs construendis, & pro eorum vsu necessariò, vt tenuit Rota in vna *Romana hereditatis die* 5. *Maij.* 1593. *coram Mantica.* & dictum fuit superiùs *in* §.8. *num.*3. Facit etiam doctrina *Bart. in l.heredibus. num.*4. *ff. ad Trebell.* vbi dicit quòd si pater instituit filium iam in sacris constitutum, & adiecerit conditionẽ hanc, & si decesserit sine liberis, bona deueniant in Caium, illa verba, sine liberis, intelliguntur de liberis, quos ipse filius tunc habere potest, idest de Ecclesia, in qua est beneficiatus. *iuxt.tex.in dicto* §. *sed & hoc præsenti.auth.de sanctiss.Episc. auth. nisi rogati.C.ad Trebel. Dec. in d.cap in præsentia. nu.*108. & *seqq.* & *ibi etiam Abb.n.*15. *Castr.in l.*1. §. *lex Falcidia. num.*4. & *ibi Alex.ff.ad leg.Falcid.Rom.consi.*438. *nu.*8. Si verò, subdit *Bart in d.l.heredibus* testator dixit & si filius hæres meus decesserit sine liberis veris, & naturalibus, etiam ex suo corpore descendentibus, hoc casu fideicommissum est caducum, & nullum, quia videtur testator iussisse filiũ ipsum, vt fornicetur, & sequuntur *Angel.* & *Imol. in d.l.heredibus. Archid.in cap.si qua mulier.num.*2. 19.*q.* 3. *Abb.in dicto cap. in præsentia.nu.*48. *Felin.nu.*62. *cum seqq.* & *Barbat.nu.*96. *Bar. in consi.*1. & *in d.autb. ingressi. num.*53. & *in l. si ità quis.* §. *is cui.ff. de legat.*2. *Angel.d. consi.*80. *num.*3. *Lap.alleg.* 129. *col.*10. *Ias.in auth si qua mulier.n.*18. *C.de sacros.Eccles. Alexand. consi.*121. *vol.*2. & *consi.*35. vbi dicit communem. *vol.*3. & eleganter *Bero.consi.*107. *nu.*30. 31. & 33. *vol.*2. vbi dicit huiusmodi fideicommissum effici caducum, & nullum. *Soccin. Iun.consi.*63. *nu.*63. *vol.*3. quicquid dicant, & aliter sentiant *Dec.in d. cap. in præsentia.nu.*227. & *seqq. Menoch. dicta præsumpt.*83. *n.*27. 33. & *seq. Mãtic d.tit.*7. *nu.*20. *Boer.decis.*354. *num.*4. 5. & 7. *Ofasc. d.decis.*126. *n.*18. 24. & 26. Quinimò quando testator instituit filium adhuc laicum, & eum grauat sub conditione, si decesserit sine liberis ex se, vel ex suo corpore descendentibus, restituere Caio, & deindè is filius efficiatur Clericus, siuè ingrediatur Monasterium, illa conditio, si decesserit sine liberis ex suo corpore descendentibus, habetur pro non scripta, & ità nulla, & propterea euanescit substitutio. *Abb.in dicto cap.in præsentia.nu.*16. 43. & 48. *Felin. nu.*36. vbi multos citat, & testatur de veriori opinione. & ibi etiam *Butr.Imol.* & *Anchar.de probat. Capra. consi.*20. *nu.*12. *Dec.consi.*73. *nu.*10. *vol.*2. *Ruin. consi.* 153. *col.*1. *vol.*4. *Rubeus.cõs.*147. *n.*16. *Duranf. de arte testand. tit. de Substitutionibus. cautel.*18. *nu.*5. non enim dubium est si nepotes fuerint vocati ad fideicommissum, quin etiam Clericus, siuè Sacerdos comprehendatur, quia propter sacros ordines non debet esse deterioris cõditionis. *l.Deo nobis. C. de Episc. & cler. Dec.consi.*299. *numer.*9.

3 Quemadmodum pro non scripta esset illa conditio, si decesserit sine liberis, & Monasterium ingressus fuerit, cõditio etenim, quæ impedit, aut præstat aliquod impedimentum ingressui religionis nõ valet, quia eo modo retraherentur homines à vita contemplatiua, timentes ne si sine liberis decesserint eorum bona virtute substitutionis in aliam personam transferrentur. *l.Titiæ si nupserit.ff.de condit.* & *demonst.* §. *sed hæc præsenti.auth. de sanctiss. Episc. DD.in auth.nisi rogati.C.ad Trebel.Bar. cõs.*1. & *in l.si ità quis.* §. *is cui.ff. de leg.*2. *Abb.in dicto cap.in præsentia.n.*42. & 48. *Felin.nu.*37. & *Dec.nu.*196. & 199.

4 Sicut & conditio auertens à matrimonio carnali est reijciẽda ab vltimis voluntatibus. *l.cum tale.l.sed si hoc.* §. *vlt.* & *l.quoties.ff.de condit.* & *demon.l.*2. *C. de indict. viduit.tol. Couar. in cap. quamuis. par.*3. §.2. *n.*3. & 4. *de pact.in* 6. & *in dicto cap.*19. *nu.*7. *Abb. in dicto c. in præsentia. nu.*16. & *nu.* 42. *de probat.*

5 Supradicta tamen locum habent vbi fuerit substitutus extraneus, secùs autem si filius, nam cum filius substituitur ipse expellere cẽsetur Ecclesiam, siuè Monasterium, *gloss. fin. in dicto cap. in præsentia.* & *ibi Abb. nu.*36. & *Bald.n.*10. *Bart. d. consi.*1. *Bald.consi.*196. *in fin.* vbi dicit ità fuisse iudicatum. *vol.* 1. *Aret.consi.*53. *Oldr. consi.*94.

conſ.94. num.8.Iaſ.conſ.212. verſ. & in iſtis terminis.vol.2.Oſaſc. dicta deciſ.126. n.17.& 26.Boer.deciſ.354.nu.7.Socc.Sen. in l.cum auus.n.42.ff.de condit.& demon. & poſt plures ab eo allegatos ſequitur *Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.11.tit.7. num.13.* quia teſtator magis præſumitur pro filijs, quàm pro Monaſterio. *cap.fin. 17.q.4.gloſſ.in l.ſi quis ad declinandam verb ſimili modo.C.de Epiſc.& Cler.* Præterea non euaneſcit dicta ſubſtitutio, ſi ſubſtitutus fuerit Eccleſia, vel alius pius locus. *Abb.in dicto cap.in præſentia.n.36. & 40.Felin nu.29.& Dec.nu.192. Corn. conſ.18.nu.8.* vbi dicit communem.*vol.4. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11. tit.7. n.12.Tiraq.de priuil.piæ cauſæ priuil.95.* nam neque fideicõmiſſum euaneſcit,quando reſtitutio debet fieri loco pio, & religioſo.*Dec.in eod.cap. in præſentia.n.192.*

6 Verumtamen aduertendum eſt tunc demùm Eccleſiam haberi loco liberorum Clerici ſecularis, quando ipſe Clericus viuens continuò habitauit in domo ipſius Eccleſiæ, non autem in domo paterna, & quando Clericus viuens diſpenſauit bona ipſa in ipſius Eccleſiæ vtilitatem, aliàs ſecùs.*Bald.in dicta auth.niſi rogati. nu.11. C.ad Trebel. Abb. in dicto c.in præſentia. n.43.& Felin.nu.31.Dec.nu.58.& Bero. num.498.& num.501.idem Bero. conſ.73. num.10.vol.2.Capra. conſ.20.nu.12.Ruin. conſ.153.nu.3.vol.3. Menoch. d.conſ.246. num. 18.Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.11.tit.7.nu.22.*& ità procedit, doctrina *Salyc.in l.generaliter.§.cũ autem. col.fin. verſ.quæro quid ſi iſta cond. C.de inſtit.*

7 Si autem ſtatutum diſponat,quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc Clericus,vel aliàs inhabilis ad generandum ob cõſeruationem agnationis vocatur, licet poſt eius mortem bona eius irent ad extraneos.*Abb.in cap.conſtitutus. num.4.verſ.ſtatuto laicorum. de in integr. reſti..Lop.alleg.100.& 101,Bald. conſ.30. vol 1.Soccin.Iun.conſ.10. num.23. vol. 1.* licet *Ang. conſ.232. in fin. & Soccin. Iun. conſ.1,num.63.* ſibi ipſi contrarius; aliter ſentiant.

8 Præterea Monaſterium non excludit ſubſtitutum,quando appareret teſtatorem noluiſſe bona ſua transferri in Monaſterium.*Iacob.de Beluiſ.in §.ſed & hoc præſenti.auth. de ſanctiſſ.Epiſc.Bald.in auth. niſi rogati. num.9.* vbi etiam *Salyc. nu.6. C.ad Trebell.idem Bald. conſ.* 407. *nu.13. vol.1.Dec.in d.cap. in præſentia. num.64. Couar. var.reſol.lib.1.cap.9.n.11.Decian. conſ.41. num.30. & 33. vol. 1. Oſaſc.latè deciſ.126.p tot.Mãtic.d.tit.7.n.18.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Religionem ingrediens an ſuccedere poſſit in hæreditate paterna, ſi teſtator diſpoſuerit,quòd ſi profiteatur religionem, habeat tantùm victum, & veſtitum, & ſi non fieret religioſus, ſit hæres vniuerſalis,& quomodo intelligatur.nu.5.*

2 *Legato facto filiæ de mille ſi nupſerit, & de quingentis ſi ingreſſa fuerit Religionem,debentur mille,quamuis filia fuerit facta monialis.*

3 *Legato facto filiæ de centum ſi nupſerit, & de ducentis ſi non nupſerit debentur ducenta, quamuis nupſerit.*

4 *Regularis ſuccedit ab inteſtato, ac ſi nõ eſſet ingreſſus Religionem.*

5 *Conditio,quòd aliquis non ingrediatur certam Religionem,non reijcitur, ſecùs ſi diſponeret abſolutè, quòd non ingrediatur Religionem.*

6 *Statutum diſponẽs de bonis ingredientium Monaſterium non valet.*

7 *Legatum relictum puellæ,vt nubat Titio,debetur,& ſi puella velit Religionem profiteri.*

8 *Legatum factum Vxori, donec caſtè vixerit,debetur quamuis Monaſterium ingrediatur.*

9 *Legatum relictum puellæ, quando nupſerit, non debetur ſi tempore legati, reperiatur nupta.*

10 *Religionem ingrediẽs in articulo mortis non operatur excluſionem ſubſtituti.*

11 *Profeſſio facta per puellam ethicam, & morti proximam non finito anno probationis non prodeſt Monaſterio quoad acquiſitionem bonorum, ſed transeunt in conſanguineos ſuccedentes.*

12 *Matrimonium in articulo mortis contractum an operetur excluſionem ſubſtituti.*

13 *Matrimonium contrahi poteſt in articulo mortis, vt filij nati ex concubina legitimentur.*

14 *Monaſterio immediatè acquiritur hæ-*

reditas

reditas relicta Monacho, cuius non est necessaria aditio. & nu. seq.
15 *Monasterium potest adire hareditatem etiam recusatam à Monacho, cui est relicta.*
16 *Monasterium agit ad legatum factum Monacho.*
17 *Hareditas Monasterio delata nõ acquiritur, nisi adita fuerit.*
18 *Hareditas Nouitij morientis ab intestato intrà annum probationis deuenit ad venientes ab intestato.*
19 *Religionem quis nõ dicitur ingressus, nisi professionem fecerit.*
20 *Legatum relictum alicui sub conditione, quòd Clericus efficiatur, non debetur, si clericalem habitũ assumat, sed nolit promoueri ad sacerdotium.*
21 *Dos Monialis, qua decessit intrà tempus probationis, est restituenda haredibus ipsius Monialis.*
22 *Donata Monasterio per aliquem antè ingressum, si deindè post ingressum recesserit, potest illa repetere.*
23 *Nouitij Societatis Iesu antè ingressum in nouitiatum, & post ingressũ quando, & quomodo de bonis suis temporalibus disponere possunt.*

§. XXI.

1 SEd quid si aliquis disponat, quòd si eius filius profiteatur Religionem, habeat tantummodò victũ, & vestitum, & habitationẽ domus, & casu quo nollet esse religiosus, eũ instituat hæredem vniuersalem, an quamuis ingrediatur Religionem succedere possit in hæreditate paterna? Respondetur eum succedere. *Bart. in l. 3. in princ. ff. de his qui pœn. nom. Alberic. in l. Deo nobis. vers. sed quaro aliam pulchrã. C. de Episc. & cler. Dec. in c. in præsentia nu. 196. & seqq. de probat. Io. Andr. in Rubr. circà med. de stat. Monach. Mattesil. not. 52. Calcan. cons. 68. Dec.* de communi. *cons. 674. nu. 1. & seqq. Alex. cons. 35. vers. septimo pro hac parte. vol. 3.* etiã quòd disponeret testator, quòd si hęres, quẽ instituit, fieret Monachus, substituit agnatos proximiores, quia non valet huiusmodi dispositio ad exclusionem Monasterij. *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. Pachina Cõtrouers. iur. lib. 4. c. 56. Mohed. decis. 3. per totam. de testam.*

2 Ad hoc facit, quod dicitur de legato facto de mille filiæ, si nupserit, de quingentis verò, si ingressa fuerit Religionem, eidẽ filiæ religionem profitenti debẽtur mille. *Aret. in l. 2. nu. 72. & ibi Bart. & Soccin. ff. de his qua pœn. caus.* & post multos allegatos dicit, & examinat *Felin. in d. cap. in præsentia. nu. 37. & ibi etiam Dec. nu. 234. Ias.* de cõmuni. *in auth. si qua mulier. col. 3. C. de sacros. Eccles.* & de communiori dicit *Rol. cons. 35. per tot. lib. 3. Ossa. decis. 126. nu. 6. Couar. d. c. 19. nu. 9. Mohed. d. decis. 3. n. 3. Gabr. conclus. cõm. tit. de legat. concl. 2. n. 2. & in fin. Mantic. de coniect. vlt. volũt. lib. 11. tit. 18. nu. 30. & seqq.*

3 Et suffragatur, quod dicitur in matrimonio carnali, nã si legata fuerint centum Titiæ, si nupserit, & ducenta, si non nupserit, debẽtur ducenta, etiãsi nupserit, quia interest Reip. ob cõseruationem prolis, quòd matrimonia fiant. *l. Titia. & ibi DD. ff. de cond. & demon. Couar. d. cap. 19. nu. 9. & 10. Mohed. decis. 3. per totam. de testam. Bart. in l. 2. vbi etiam Soccin. ff. de his qua pœn. nom. Felin. in d. c. in præsentia. num. 67. Ias. in auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.* vbi post plures ab eo relatos cõmunem dicit *Dec. cons. 674. Sfort. Odd. cons. 19.*

4 Facit insuper, quia Monachus succedit ab intestato, perindè ac si non esset ingressus Religionem. *l. Deo nobis. §. hoc etiã. vbi Bart. C. de Episc. & Cleric. Dec. dicto cons. 674. num. 5.*

5 Supradicta autẽ Conclusio habet locum, vbi absolutè, & generaliter fuit adiecta cõditio, ne ingrederetur Monasterium, vel Religionem, secùs autem si in specie fuisset dictum, quòd non ingrediatur aliquam certam Religionem, quia talis conditio non reijcitur, cum sint alia Monasteria, siuè aliæ Religiones, quas potest ingredi. *Bald. in l. eum ità legatum. ff. de cond. & demon. Dec. in d. c. in præsentia. nu. 197. & seq. & ibi etiam Felin. n. 37. Peregrin. de fideicom. art. 28. nu. 75.* cum valeat etiã relictum mulieri sub conditione, ne certæ personæ, vel in aliqua familia nubat. *l. hoc modo. vbi Bald. & Imol. ff. de condit. & demonstrat. Fel. in d. c. in præsentia. n. 68. & Dec. num. 58.*

6 Dicimus etiam, quòd statutũ disponens de bonis ingredientium Monasteriũ non valet. *Dec. in d. c. in præsentia. nu. 197. Abb. in c. quod clericis. nu. 40. de for. comp. Alex. cons. 138. in fin.* qui dicit esse magis

com-

communem. *vol.2. Rol.conſ.35.n.26.vol.3.* Et de ſtatuto Ferrarię dicit *Cœpb.cōſ.526. per totum. vol.4.* prout dictum fuit *in tit. de Exempt. Cleric. à ſtatut. ſecular. in §.4.* & ratio eſt, quia ſi talis ingrediens Monaſterium repelleretur à ſucceſsione, vel illa filia non haberet illa mille, de facili poſſet ab ingreſſu Religionis diſtrahi, & ſic eſſet impedimentum vitæ contemplatiuæ. *Rol. d conſ.35.n.26. Rip.in l.ex facto. §.ſi quis rogatus. col.4. ff.ad Trebel.* quidquid dicat *Rimin. Iun. conſ.351. per totū.* & maximè *à nu.102. vſquè ad fin. vol.4.* nam à iure reijcitur conditio impediens vitam contemplatiuam, quæ actiua melior exiſtit. *c.infirmitas. de pœnit. & remiſſ. §.1.auth. de Monach.*

7 Quare legatum relictum puellæ, vt nubat Titio, debetur etiamſi puella velit Religionem profiteri. *auth. niſi rogati. C.ad Trebel. Bald.in tract.de dote. par.6. priuil.77. Couar.in cap.nos quidem.nu.11. verſ. ſexto ex propria illatione. de teſtam. & lib.1.var.reſol.c.19.n.10.verſ.ſed & ſi alieni. Mantic.de coniect.vlt.volūt.lib.11. tit.18.num.29. & tit.23.num.4.*

8 Atquè legatum factum vxori donec caſtè vixerit, & lectum viduale ſeruauerit, eidem vxori debetur, quamuis Monaſteriū ingrediatur, etiā quòd communis vſus loquendi contrarium intelligeret. *Bald. in d.l.Deo nobis. nu.11. C.de Episc. & Cler. Alex. in l.mulier. §.cū proponeretur. ff.ad Trebel. Iaſ.in l.fin.nu.33. C.de indict. vid. toll. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11. tit.19.num.27.& ſeq. Mart.de Iuriſdict. par.4. caſ.81.*

9 Legatum verò factum puellæ, quando nupſerit, ſi reperiatur nupta tempore legati facti, non debetur. *Bald. conſil.493. Mandel. cōſ.52.* quos & *Maſcard.* allegat, & ſequitur *Nouar.quæſt.forenſ.p.1.q.39. per totam.* ſecùs autem ſi huiuſmodi legatum factū fuiſſet à patre, quo caſu omninò debetur. *Bald.conſ.330.vol.5. Nouar.dicta q.39.nu 8.& 9.* ſiuè teſtator ſciuiſſet puellam iam nuptam, & potuiſſet mutare teſtamentum, & nō mutauit. *Nouar. d.q.39. num.11.* ſiuè non.

10 Ingrediens autem Religionē in articulo mortis non operatur excluſionem ſubſtituti, licet Monaſterium ſoleat excludere ſubſtitutum. *d.cap in præſentia. & ibi Dec. nu.208. & Felin.n.34. Pariſ.conſ.13. num.56. & ſeq. vol.1. Roderic. Quæſtion. Regular.tom.2.quæſt.77.artic.3.*

11 Nequè profeſsio facta per puellam hecticā, & morti proximam nō finito anno probationis prodeſt Monaſterio quoad acquiſitionem bonorum, ſed illa tranſeunt in conſanguineos ſuccedētes ab inteſtato, quia Pius V. licet conceſſerit poſſe talem puellam profiteri antè annū probationis, non tamen intendit præiudicare iuri quæſito venientium ab inteſtato; Præterea cū dicta profeſsio ex priuilegio facta valeat tantummodò in foro conſcientię, & ad nouitiæ conſolationem, ne ſpirituali profeſſionis fructu defraudaretur, nihil virtute ipſius profeſsionis in foro exteriori peti poteſt. *Io. Andr. in d.cap.in præſentia.de probat. Mantic. de præſumpt. lib.4. præſumpt.8.nu.3.& 4. Roderic. Quæſt.Regul. tom.3.q.15.art.6. Ricc.in prax. reſol.p.1. reſolut.493.* quidquid in contrarium dicat *Tho. Sanchez in præcept. Decalog.tom.2. lib.5.cap.4.num.16.*

12 Quod idem dicitur in matrimonio in articulo mortis contracto, quod operatur etiam excluſionem ſubſtituti. *Alex.in l.ſi quis poſthumos.col.1.de lib.& poſthum. Iaſ.in l.ſed eſt quæſitum. ff.eod. Felin.in c.in præſentia.nu.36.de probat. Rip.in l.ex facto § ſi quis rogatus. n.48. ff.ad Trebel. Couar.in Epitom.de ſponſal.p.2. c.8. §.2. nu.10.* licet aliqui ſint, qui teneant non operari legitimationem filiorum naturaliū quoad excluſionē ſubſtituti. *vt Angel. in d.l.ſed eſt quæſitum. & ibi etiā Soccin. ff.de lib.& poſthum. Dec.in d.c in præſentia.nu.205. Sarmient.lib.6.ſelect.c.6.nu.8. Pariſ.& Roderic.* locis nunc citatis.

13 Verùm quidquid ſit, nullam iniuriā irrogat, qui iure ſuo vtitur, nequè proindè videtur fieri fraus ſubſtituto, nam poteſt cōtrahi matrimonium in articulo mortis, vt filij nati ex Concubina legitimentur. *Dec.in d.c.in præſentia.nu 206. de probat. Abb.in cap.2.nu.4. & ibi addit.de coniug. lepros. Couar.in Epitom.de ſponſal.p.2.c.8. §.2.num.10.*

14 Verumtamē Regulari hæreditas relicta immediatè acquiritur Monaſterio bonorum capaci, nec eſt neceſſaria Monachi aditio, quinimò Monacho mortuo ius adeundi hęreditatem ei delatā tranſmittitur in Monaſterium, & Monaſterio acquiritur aditione Monachi. *Abb.in d.cap.in præſentia.in princ.& ibi addit. & nu.66. & 74. & ibi etiam addit. & nu.76. & 77.*

&

& Felin.nu.42.& Dec. nu.190. & 191. & alij.Conar. in cap.t.nu.21.de testam. Rip. de communi *in l.1.n.150.ff.de vulg.Ruin. conf.104.nu.12.vol.1. Soccin.Sen.conf.16.*

15 Et in tantum est verum, vt si Monachus institutus hæres cũ clausula, etsi ipse noluerit, alius succedat, nihilominùs Monacho recusante adire, quinimò etiam reluctante, siuè etiam inscio, illam adire poterit Monasterium ad exclusionem substituti. *Felin. in d.c.in præsentia. nu.57.* vbi fatetur cõmunem. *Bart.in l.1. vbi Soccin. Sen.nu.22.ff.de vulg.Ias.in l.3.n.21. C.de hæred.instit.Bal.in l.1.n.12. C.qui admit. Menoch.de adipiscen. poss. remed.4.n.294. & seq.*

16 Et ideò Monasterium agit ad legatum factum Monacho, etiamsi sit legatum alimentorum. *Bart. in l.cum hi. §.cum. ff.de transact. Bald.in cap.1.§.persona per quos fiat inuestit.*

17 Monasterio tamen hæreditas delata Monacho non acquiritur, nisi adita fuerit, nec transmittitur. *Angel.cõs.133.vers.super tertio.* Quare si cum hæreditate esset beneficium Iurispatronatus, præsentatio ad illud non spectaret ad illum Regularẽ, sed ad Monasteriũ, in quod ius præsentãdi translatum fuerat. *Seraph. decis.1328.n.1.* & propterea Regularis institutus hæres nõ potest absque Superioris licentia hæreditatem adire. *cap.si religiosus.de elect.in 6. Capel.Tholos.quæst.226.*

18 Hæreditas autem nouitij morientis ab intestato intrà annum probationis, & sic antè professionem non debetur Monasterio, sed venientes ab intestato, ac si in seculo ille decessisset, succedunt *Imol. in c quia ingredientibus.col.3.de testam. Abb. in d.c.in præsentia.nu.68. & Dec.nu.283. & seq. Ias. in auth. si qua mulier. ad fin. C.de sacros.Eccles. Capra. cons.145.* incip. *Punctus. Ricc.in prax.resol.p.2.resol.138.* etiam quòd antè professionem recessisset, quia fortassè noluit amplius stare, etiam quòd donasset in ingressu omnia sua bona Monasterio. *Signorol. cons.119. num.10. Abb. in c.quod à te.nu.6. de cleric. coniug.* quia intrà annum probationis nõ dicitur religiosus. *cap.religioso. de sentent. excom.in 6. Crauet.cons.225.* licet *Dec. in eodem cap. in præsentia. num.284. cum seqq.* contrarium sustinere conetur quem sequitur *Duard.in com. Bull. Cœna Dñi. lib.2.Canon.15.quæst.19.nu.110. & seqq.*

19 Quare legatum relictum alicui, si religionem intrauerit, non debetur, nisi professionem fecerit, quia religionem ingressus quis non dicitur antè professionem, sed debet in ea perseuerare. *auth. ingressi. & ibi Bart.C.de sacros.Eccles.gloss. fin.in d.c.in præsentia. vbi etiam Felin.num.37. Abb.numer.44. & Dec.nu.56. idem Dec. cons.330.nu.4.Pereg.de fideicom.artic.28. nu.59.Magon.decis.Florent.131.num.2. Ricc.decis.74.per totam.par.2.Rimin.Iun. cons.477.n.9.vol.4. Gratian.Rot.March. decis.35.nu.1.& 2.* nam verba intelliguntur cum effectu. *l.3. §.hæc verba. ff.quod quisquè iu.* & multò minùs Monasterium excludit substitutum, si grauatus decessit antè professionem. *Mantic. de coniect. vlt.volunt. lib.10. tit.7. nu.11. Menoch. de præsumpt.lib.4.præsumpt.83. n.73.c.de his.de sepult. Sarmient.2.tom. select. lib.7. c.2.n.7. Paris.cons.13.n.56.& 57.vol.1.*

20 Item legatum relictũ alicui sub cõditione, quòd Clericus efficiatur, non debetur, si clericalem habitum assumat, sed nolit promoueri ad sacerdotium. *Nouar. quæst.forens.par.1.quæst.1.per totam.*

21 Quemadmodum etiam hæredibus Monialis, quæ decesserit intrà tẽpus probationis, est restituẽda dos, si fuerit soluta Monasterio, vnà cum fructibus, si quos Monasteriũ percepisset, deducto tamen ipsius Monialis victu, & vestitu, & ità declarauit Sacra Cong. Cardinaliũ super Conc. Trid. *cap. 16. §.quòd si decesserit.de Regular.& Monial.* & faciunt dicta superiùs *in §. 9. in fin.* Si autem fuerit facta professio, tũc omnia ad Monasterium spectant. *cap.quia ingredientibus. 19.q.3.* & ex suprà deductis hoc colligi potest.

22 Donata verò Monasterio per aliquẽ antè ingressum in idem Monasteriũ, si post ingressum recesserit, repeti possunt, quia videtur cessare causa donationis. *Nat. cons.189.num.5.Dec.cons.86.num.5.Becc. cons.74.num.11. Rebuff.de priuil.scholar. q.163. Ricc.in prax. resol.par.1. resol.540.*

23 Verumtamen Nouitij Societatis Iesu antè ingressum quidẽ in nouitiatum statuere possunt de omnibus suis bonis temporalibus pro suo arbitratu; postquã verò nouitiatum fuerit ingressi, non aliter de illis possunt disponere, quàm vel in pia opera pro suo arbitrio, ac deuotione, vel, si quid consanguineis conferendum indicauerint, interueniente iudicio duorum, quos

ipsi ad id elegerint, & Superior approbauerit. Statim autem ac nouiciatũ ingrediuntur simplici promissione debent promittere, elapso primo probationis anno, quãdocunque á Superiore id eis fuerit iniunctum, se de illis prompté, & plené disposituros omnem á se fiduciam semouẽdo eadem bona vllo tempore recuperandi, idq. ad maiorem sui firmitatem, & meritum. Quo fit, vt dispositio absoluta sit futura absque vlla tacita, vel expressa condtione. *Molin. de Iust. & Iur. tom. 1. tractat. 2. disp. 139. vers. Nouitij.* laté *Thom. Sanchez in precept. decalog. tom. 2. lib. 7. c. 1. nu. 34. & 35. & cap. 3. num 5.*

SVMMARIVM.

1 *Regularis an succedat in Maioricatu, siué primogenitura.*
2 *Nobilitas, siué iura, aut aliæ prærogatiuæ sanguinis non transeunt in Monasterium.*
3 *Monachus an succedat in Maioricatu, siué primogenitura, si testator disposuit, quòd successores vocẽtur nomine testatoris, & eius arma deferant.*
4 *Arma, & nomen testatoris grauatus deferre potest etiam sua miscere.*

§. XXII.

1 AN auté Monachus posŝit succedere in Maioricatu? Ex *Molin. de primogen. c. 13. nu. 22. & 69. Gomez. in l. 40. Tauri. nu. 66. & seq. Lopez in l. 1. tit. 15. par. 2. vers. siendo nombre. Auedan. in l. 4. Taur. gloss. 4. n. 39. Emman. Roderic. Quæst. Regul. tom. 2. q. 78. art. 12. per totum.* colligitur, quòd si Monachus nondum fecit professionem, tunc nulli dubium est, quòd quicunque ille sit Maioricatus in illo succedit, si autem fecit professionem, tũc vel illam fecit in Religione bonorum incapaci: & tunc non succedit, vel illam fecit in Religione bonorum capaci, & tunc succedit donec viuit, nisi ex prima institutione excluderetur Monachus, eoque mortuo Maioricatus transit ad alios vocatos, non autem succedit Monasterium.

2 Nobilitas tamẽ, & aliæ prærogatiuæ, siué iura sanguinis non trãseunt in Monasterium. *gloss. 1. in c. scripsit. 27. q. 2. & in c. præsens. verb. comite. 20. q. 3. Felin. ins. in præsentia. nu. 44. de probat. Bald. in c. inter dilectos. n. 5. de fid. instr. Afflict. decis. 320. nu. 7.* faciunt dicta sup. ius in §. 19. *vers. notandum pariter est.*

3 Ex quibus, & alijs suprà deductis colligo, quòd Monachus nõ succedat in Maioricatu, si testator in sua fundatione apposuisset, quòd successores vocarentur nomine fundatoris, & eius arma, siué stemmata deferant, pro qua tamen quæstione lectorem remitto ad *Roderic. d. q. 78. artic. 12. & 13. Paris. cons. 90. num. 43. & cons. 86. num. 301. vol. 2. Cephal. cons. 134. num. 41. vol. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 4. & 5. Simon. de Prat. eod. tractat. lib. 3. solut. 11. num. 155. Corn. cons. 26. n. 4. vol. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. nu. 8. Garz. de nobilitate. in præfat. num. 41.*

4 Si tamen quis grauatur simpliciter in testamento ad assumendum nomen, & arma potest etiam sua miscere. *Thessaur. decis. 276. num. 9. & 13.*

Iurisdictionis Abbatiæ S. Michaelis de Clusa nullius Diœcesis, & exemptæ.

SVMMARIVM.

1 *Abbas S. Michaelis de Clusa est omninò exēptus à Iurisdictione Archiepiscopi Taurinensis.*
2 *Ecclesia quando dicatur pleno iure ad aliquem pertinere.*
3 *Abbatis S. Michaelis de Clusa in proprio territorio exercet Iurisdictionē Spiritualem, & temporalem, atquè in Oppido Carignani Spiritualem. & num. 1.*
4 *Consuetudo tribuit Iurisdictionem.*
5 *Episcopus, Abbas, & inferior Episcopo de iure speciali potest habere collationem beneficiorum, & Cathedram tenere in Diœcesi aliena.*
6 *Quasi possessio Iurisdictionis acquiritur per actus Iurisdictionales, & per ipsos probatur.*
7 *Abbati exempto competunt omnia iura Episcopalia Iurisdictionis, quæ competere possunt Episcopo in sua Diœcesi exceptis ijs, quæ sunt ordinis, & proptereà dicitur Ordinarius.*
8 *Ordinarius propriè quis dicatur, & Ordinariorum appellatione, qui veniant.*
9 *Idem Abbas potest Synodum cōuocare, cum Synodi conuocatio spectet ad Ordinarium; Concursum ad beneficia Curata instituere, & omnia præstare, quæ per Concilium fieri decernuntur, ac denunciationes matrimoniales ex causa remittere.*
10 *Abbas exēptus potest in Ecclesijs subiectis auctoritatem alienationibus rerū Ecclesiasticarū de iure concessis præstare, Ecclesias, & personas interdicere, habere studia, & lectiones sacræ Scripturæ, & Seminaria; Resignationes beneficiorum admittere, casus reseruatos facere, Confessarios approbare, dispensare in casibus, de quibus in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de reformat. Conuocare quem maluerit catholicum Episcopum, vt conferat sacramentum Confirmationis, & exerceat Pontificalia.*
11 *Ad exercendum Pontificalia in districtu alterius requiritur licentia Ordinarij loci.*
12 *Archiepiscopus in loco exempto nequè per se, nequè per alium potest exercere Iurisdictionem.*
13 *Capitulum Sede vacante committere potest extero Episcopo potestatē exercendi, quæ sunt ordinis Episcopalis in Ecclesia vacante, & omnia quæ consecrationis ministerium exposcunt.*
14 *Quæ competunt Episcopo tanquam Ordinario, possunt etiam competere inferioribus Episcopo; proptereà quando Concilium remittit aliquid faciendū, siuè exequendum ab Ordinario, illud exequi potest habens Iurisdictionem ordinariam.*
15 *Abbati exempto, & eius Vicarijs committi possunt dispēsationes matrimoniales, & alia concedenda suis subditis, necnon literæ in forma dignum.*
16 *Ad inducendam Iurisdictionem spiritualem non est necessaria temporalitatis vnio, & per inferiores Episcopis præscribi possunt exemptio, & omnia iura ad vtramque legem siuè Iurisdictionis, siuè Diœcesanam pertinentia contrà Episcopum, quia cumulatiua Iurisdictio habet locum solùm in Abbate, aut alio Prælato subiecto ipsi Episcopo.*
17 *Ad præscribendum ius Diœcesanum sufficiunt 40. anni, titulus putatiuus, & minùs iustus ad effectum præscribendi exemptionem à Iurisdictione Ordinarij.*
18 *Iurisdictio Abbatis exempti quando remanet habitu apud Episcopum, & actu apud Abbatem, negligente Abbate redit ad Episcopum; sed tunc negligentia, cum sit facti, debet probari ab Episcopo.*
19 *Abbatis S. Michaelis de Clusa solicitudo in muneribus Abbatialibus obeundis narratur.*
20 *Abbatiæ S. Michaelis de Clusa Abbate negligente nō succederet Archiepiscopus Taurinensis; sed Apostolica Se-*

des, quia exemptorum locorum Prælatus est Papa.

21 *Ecclesiæ exemptæ sicut tenent suam exemptionem, licet deueniant ad personas non exemptas, ità exemptio cõcessa pro Ecclesijs, quas habent aliqui Regulares se extendit etiam ad Ecclesias non exemptas, quas cõsequuntur.*

22 *Abbas exemptus videtur, quòd possit excommunicationes decernere pro rebus deperditis, cũ id possit pro debito notorio sua Ecclesia, & Prælati inferiores excõmunicare possint suos subditos.*

23 *Aliqua referuntur contrà Abbatem S. Michaelis de Clusa in fauorem Archiepiscopi Taurinensis, & confutantur.*

24 *Fomentum iuris communis nõ prodest, quando adest in contrarium titulus priuilegij exemptionis. & assistentia iuris communis, quæ turbida redditur ex actibus contrarijs, inducit possessionem præscriptam, nec prodest, quando alter est in possessione.*

25 *Abbatia exempta licet sit in Diœcesi, non tamen dicenda est de Diœcesi, sicut locus exemptus, quamuis sit in territorio, non tamen dicitur de territorio.*

26 *Abbatiæ exemptæ habentes vtramquè Iurisdictionem spiritualem, & temporalem non possunt visitari ab Episcopis.*

27 *Abbas exemptus non potest suæ exemptioni, & priuilegijs libertatis renũciare, neque super illis cõpromittere, sicut Episcoporum Confessiones non possunt præiudicare successoribus, & Ecclesiæ.*

28 *Commendatarius perpetuus est verus Prælatus, & habet plenariam administrationem in spiritualibus, & temporalibus. atquè æquiparatur Titulari.*

29 *Abbatia S. Michaelis de Clusa declaratur exempta ab omni dispositione, & Iurisdictione Archiepiscopi Taurinensis vigore priuilegiorũ à diuersis Summis Pontificibus concessorum, & suscepta sub protectione S. Petri cum omnibus possessionibus, & quibuscunque Ecclesijs ab ea dependentibus.*

§. Vnicus.

1 ABBAS S. Michaelis de Clusa est omninò exemptus à Iurisdictione Archiepiscopi Taurinen. & nullius Diœcesis. Habet enim territoriũ distinctũ, & loca pleno iure subiecta, in quibus exerceat Iurisdictionem non solùm temporalem, ciuilem, & criminalem puniendo delinquentes, deputando Vicarios, Prætores, & Iudices absquè contradictione. *Mantic. decis. 361. num. 1. & 3. Seraphin. decis. 311. num. 1. & decis. 1067. nu. 2. Rot. diuers. p. 4. decis. 165. n. 2. Gratian. discept. forens. tom. 2. c. 212. n. 7. Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. vers. atquè alijs Monasterijs.*

2 Tunc autẽ Ecclesia dicitur pleno iure ad aliquem pertinere, quando ipse, & non alius exercet ibi iura Episcopalia, prout in casu de quo agitur. *c. quoniam. cum ibi not. de priuil. Abb. in c. querelã. n. 4. de elect.*

3 Verùm etiam in ijsdem locis exercet spiritualem Iurisdictioné visitando Ecclesias, coercendo Clericos delinquentes, & de criminibus accusatos. *Mantic. dicta decis. 361. nu. 1. Seraphin. decis. 1052. nu. 1. Ricc. var. resol. prax. resol. 301. Paris. de resignat. benef. lib. 7. q. 15. n. 9. Conc. Trid. d. vers. atquè alijs Monasterijs.* Eandemq. Iurisdictionem spiritualem exercet in Oppido Carignani, & in alijs locis, in quibus non habet temporalem Iurisdictionem ex antiquissima consuetudine, & obseruãtia, & vsu longissimi temporis priuatiuè ad Archiepiscopum, quo stante semper censetur Iurisdictio cõpetere priuatiuè. *Rot. diuers. par. 4. decis. 717. num. 4. Seraphin. decis. 712. nu. 2. Gratian. d. c. 212. nu. 32. & seq. & num. 37.*

4 Consuetudo autẽ tribuit Iurisdictionem. *Host. in Sum. de offic. Ordin. n. 2. Abb. in c. cum contingat. n. 5. 9. & 10. vbi addentes. de for. comp. Bellam. cons. 40. n. 21.* Beneficia conferendo. *Dec. cons. 121. nu. 1. vers. & quod dictum est. vol. 1. Rebuff. cons. 77. in princ. Rot. diuers. par. 4. decis. 619. nu. 2. Seraph. d. decis. 1052. n. 1. Paris. de resignat. benefic. lib. 8. q. 9. nu. 98. & 138. Garz. de benefic. p. 9. c. 2. §. 1. n. 129. & seq.* & in beneficijs instituendo. *Roccb. de Iurepatron. §. competens. num. 72.*

5 Cum

5 Cum poſsit etiam Abbas habere collationem beneficiorũ in Diœceſi Epiſcopi de iure ſpeciali putà priuilegio, vel præſcriptione, ſeu Statuto facto tẽpore fundationis Eccleſiarum. *Abb. in cap. Abbatem n.1. de reſcript.* Et Abbas præſcribere poteſt Iura Epiſcopi in certa Eccleſia exiſtẽtia intrà limites Diœceſis alicuius Epiſcopi *cap. auditis vbi Innoc. num.* 3. & alij. *& cap. cum olim. de præſcript. Abb. in c. paſtoralis. num. 7. & in cap. penul. num. 2. de offic. Ordin.* Imò Abbas cathedram tenere poteſt in Diœceſi aliena. *Hoſt. in dicto c. pen.* & inferior Epiſcopo de iure ſpeciali poteſt habere Iuriſdictionem in aliqua parte Diœceſis excluſo ipſo Epiſcopo. *Dec. in cap. dilectis. nu. 5. de appellat. Gen. in practicab. Eccleſiaſt. q. 595. num.* 3. Nam & Epiſcopus poteſt in aliena Diœceſi habere ſubiectam Eccleſiam. *Ricc. var. reſol. reſolut. 43. num.* 2. vt dicitur de Epiſcopo Feſſulan. qui habet in Ciuitate Florentina Eccleſiam ſubiectam cum toto Populo illius Parochiæ. *Abb. in cap. ſuper eo. num. 6. de paroch.* Et Archiepiſcopus Rauennaten. deputat Vicarium Archiepiſcopalem in Ciuitate Ferrariæ ab antiquiſsimo tempore, vbi tribunal cum cognitione cauſarum exercet; Et Canonici, ac Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Veronæ non Epiſcopo ipſius Ciuitatis, ſed Patriarchæ Aquileien. ſunt ſubiecti. *Rocch. de Viſitat. ver. Archipresbyteros. & ver. Canonicos.* Licentiam Prædicatoribus ad prædicandum in ſuis diſtrictibus cõcedendo, eoſquè approbando. *Ricc. var. reſol. prax. reſolut. 290. nu. 1.*

6 Ex quibus actibus Iuriſdictionalibus acquiritur etiam quaſi poſſeſſio Iuriſdictionis, & per eos probatur; cum in hac materia quaſi poſſeſſio multùm operetur. *Abb. in dicto cap. cum contingat. num. 18. Rot. diuerſ. d. deciſ. 619. nu. 2. Mantic. dicta deciſ. 361. num. 4. & 5.*

7 Et propterea eidem Abbati exceptis ijs, quæ ſunt Ordinis competunt omnia iura Epiſcopalia Iuriſdictionis, quæ competere poſſunt Epiſcopo in ſua Diœceſi. *gloſſ. in cap. Ordinarij. verb. locorum. vbi etiam Gem. de offic. Ordin. in 6. in clem. 1. verb. proprij. de reb. Eccleſ. non alien. in clem. 1. verb. Diœceſanis. vbi etiam Abb. num. 8. de for. compet. Seraphin. deciſ. 1386. num. 3. Nauar. conſ. tom. 2. lib. 4. conſ. 2. in fin. de eland. deſponſ. Rot. Rom. inter collectas à Farinac. tom. 1. deciſ. 346. num. 1.* Ex quibus fit: vt ipſe Abbas dicendus ſit Ordinarius. *Abb. in dicto cap. cum contingat. nu. 5. Rot. diuerſ. d. deciſ. 619. num. 1. & 2. Nauar. d. conſ. 2. & tom. 2. lib. 5. de priuil. conſ. 9. n. 1. Ricc. var. reſol. prax. reſol. 300. num. 1. reſol. 301. num. 2. & reſol. 304. in princ. Roderic. to. 2. Quaſt. Regul. quaſt. 63. art. 3. ante fin.*

8 Ordinarius autem dicitur, qui habet Iuriſdictionem contentioſam ordinariam, prout habet prædictus Abbas. *gloſſ. in cap. Romana. §. 1. de appell. in 6. & in clem. dudum. verb. Prælati. de ſepult. Felin. in c. decernimus. n. 9. de iudic. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 3. q. 11. num. 19. & ſeqq. Ricc. var. reſolut. prax. reſol. 304.* Et qui habet Ius viſitandi, dicitur Ordinarius; nam viſitatio pendet ab ordinaria Iuriſdictione. *cap. 1. de cenſib. in 6. Seraphin. deciſ. 615. num. 2. Gratian. dicto cap. 212. num. 34. & ſeqq. Ludou. deciſ. 304. nu. 2. vbi etiã addit. Mantic. deciſ. 322. num. 14.* & comprehenditur ſub Iuriſdictione. *Seraph. deciſ. 475. num. 1.* Atquè Ordinariorum appellatione veniunt etiam inferiores Epiſcopo *d. c. Ordinarij. vbi gloſſ. verb. locorum. gloſſ. in clem. unic. vbi Card. nu. 2. q. 4. Imol. nu. 38. & Vitalin. num. 4. & 9. de for. comp. Dec. dicto conſ. 121. num. 1. verſ. & quod dictum eſt. Felin. in c. cum olim. nu. 1. de præſcript. Couar. in cap. Ioannes. num. 1. de teſtam. Roderic. Quaſt. Regul. tom. 1. q. 36. art. 3. verſ. ſecũdum. Seraphin. deciſ. 1402. Pariſ. d. num. 19. Gratian. dicto cap. 212. num. 9. & ſeqq.* maximè in materia quæ poteſt illis adaptari. *Felin. in cap. poſt ceſſionem in princ. de prob. Rot. diuerſ. p. 4. deciſ. 798. nu. 3.* Quinimò decreta Concilij Tridentini loquentia de Epiſcopis habent etiam locũ in Præpoſito, vt dicit *Rot. d. deciſ. 798. nu. 4.* atquè in alijs inferioribus habentibus iura Epiſcopalia. *Ricc. in prax. part. 1. reſolut. 538. per tot.*

9 Quare poteſt idem Abbas Synodum conuocare. *Rot. d. deciſ. 619. nu. 2. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 8. q. 9. nu. 98.* præcipuè cum illam aliàs per ſuum Vicarium legitimè congregauerit, & abſoluerit abſquè aliqua contradictione. *Rot. d. deciſ. 619. n. 2. Garc. de benefic. p. 9. cap. 2. §. 1. nu. 130. 131. & 141.* cum Synodi conuocatio ſpectet ad Ordinarium. *cap. conquerente. de offic. Ordin.* ſiuè lege Iuriſdictionis, ſiuè lege Diœceſana, & Iuriſdictionis mixtim. *Hoſt. in cap. dilectus.* vbi etiam *Ioan. Andr. n. 12.*

& Abb.

& Abb.nu.4.verſ. octauo.de offic. Ordin. idem Abb.in c. quod ſuper bis.nu.1. verſ. Hoſt.dicit.de maior.& obed. Quinimò ſub lege Diœceſana comprehenditur lex Iuriſdictionis. *Abb.in d.cap. dilectus.num.4. verſ. vndè vnica.Hoſt.in ſum.de offi.Ord. §.ſunt autē.circa prin.* vbi ſubdit id etiam dici è contrà, & frequenter vna ponitur pro alia. Concurſum ad beneficia Curata inſtituere, examinare, & approbare concurrentes, atquè Oeconomos, & Vicarios deputare, & omnia præſtare, quæ per *Cōc. Trid.cap.18.ſeſſ.24.de reform.* fieri decernuntur. *Garc.de benef. dicta par. 9.cap. 2. num.130.Gratian.d.cap.212.nu.44.& 45.* Denunciationes matrimoniales ex cauſa remittere, quia hoc eſt iuriſdictionis ordinariæ, & ad Ordinarium ſpectat, vt poſt *Nauar.. d.conſ.2. & Henriq.* tenet *Ricc. var. reſol.prax. reſolut.291. num.1.* atquè poſt eundem *Nauar.* quem ſequitur ſcribit *Gōzal.ſuper Reg.8. Cācel. gloſſ.5.§.8. n.28.Garc. de benef. par.5.c.8.n.57.& 59.*

10 In eiſdem Eccleſijs ſubiectis auctoritatem alienationibus rerum Eccleſiarum de iure conceſſis præſtare, *gloſſ.in clem.1. verb.propriȳ vbi etiam Abb.nu.7.de rebus Eccl.non alien.Couar.in d.c.Ioannes.n.1. de teſtam.Redoan.in tract.de reb.Eccl.non alien.q.41.n.66.* vbi dicit cōem. *& n.67. 68.& 69.* vbi pariter fatetur hāc eſſe communem opinionem. *Pariſ. de reſign.benef. lib.7.q.15.nu.16.* qui pariter teſtatur de communi opinione. *Ricc. var. reſol.prax. reſol.304.nu.1.Cucch. Inſtit. maior.lib.3. tit.3.de Abbate.nu.56.* Eccleſias, & perſonas interdicere. *Innoc. in cap. quæſiuit. num.1.vbi etiam Io. Andr.nu.6.de his quæ fiu. à maior.par.Capit.* Habere ſtudia, & lectiones ſacræ Scripturæ, & Seminaria. *Gratian.dicto cap.212.num.46.& ſequen.* Reſignationes beneficiorum admittere. *Pariſ. d.q.15.nu.3. & ſeqq. Grat. in dicto cap.212.num.44.* Auctoritatem permutare volentibus pręſtare. *Abb.* communiter receptus. *in c.quæſitum.nu.4.de rer.permut. Felin. in cap.auditis.num.9.de præſcript. Pariſ.d.q.15.num.17.Gratian.dicto n.44.* Exequi vltimas voluntates in concernentibus pias cauſas. *Couar.in dicto cap.Ioannes.num.1.Ricc.var.reſol.prax.reſol.303. per tot.* Caſus reſeruatos facere. *Homob. de Bonis.in tract.de caſib.reſeruat. part.1. cap.2.verſ.inter pariter ſentiendum.* Et ità cenſuit *Cong.Conc. ſuper cap.7.ſeſſ.14.§.à Summis duntaxat.* Confeſſarios ad audiendas cōfeſſiones approbare. vt poſt *Suarez tom.4 in 3 par.S.Tho.diſp.28.ſect.5. nu.3. Henr in Sum.Moral.lib.6.cap.6. §.1. & Campanil.in Diuerſor.iur.can. Rubr.12. cap.13.num.76.* ſcribit *Barboſa de offic.& poteſt.Epiſc alleg.25.num.5.* Diſpenſare in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus. *Nau. in Manual. cap.12.num.75.Ricc.dicta reſolut.304. num.3. Roder. Quæſt.Regul. tom.1. quæſt.24. art.13. Clau. Reg. lib.6. cap.11. num.83.* Abſoluere, & diſpenſare in caſibus, & irregularitatibus, de quibus in *Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.6. de reformat.* cum habeat Diœceſim propriam, & territorium proprium, *Sāchez de matrim. to.3. lib.8.diſput.2.nu.10.& tom.1.in præcept. Decalog.lib.2.cap.11.num.5.* quem ſequitur *Duard.in Bull.Cœn.Dom.lib.3.in §.2. quæſt.11.* Diſpenſare ſuper votis. *Sayr.in Clau.Reg.tom.2.lib.6.cap.11.n.83.in fin. Duard. dicta quæſt.11. num.18.* Conuocare quem maluerit Catholicum Epiſcopum, vt conferat Sacramentum Confirmationis, & exerceat Pontificalia, cum neque poſſit Archiepiſcopus vicinior in Eccleſijs eidem Abbatiæ ſubiectis huiuſmodi Sacramētum adminiſtrare, nec Pontificalia exercere abſquè Abbatis expreſſa licentia, vt declaratum fuit à Sacra Congregatione ſuper *Concil. Trid.ſeſſ.7. cap.8.de reformat. §. Congregatio cenſuit ſi aliqua Abbatia*; & ſuper *cap.9.ſeſſ.24.de reformat. §.itē viſitatione. Ricc.var.reſol. prax.reſolut.300.per totam.*

11 Ad exercendum verò Pontificalia in diſtrictu alteriùs requiritur licētia Ordinarij loci *Concil.Triden.ſeſſ 6.cap.5. & ſeſſ.14.cap.2.de reformat.* Cum autem Abbas S. Michaelis de Cluſa ſit Ordinarius, vt dictum fuit ſuperiùs, ſufficit eius licentia in ſuis diſtrictibus, aliter nullus eſſet, qui eam dare poſſit. *Ricc.dicta reſol.300.* ex vi etenim Iuriſdictionis datur huiuſmodi licentia conſecrandi Eccleſias, & Altaria, atquè conferendi ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis. *gloſſ.in c.ſi Epiſcopus. ver.ſpiritualibus. de ſupplen. negligen. Prælat. Abba. in cap. his quæ. num.3. vbi etiam Felin.in fin. de maior.obed.idem Abb.in cap. dilectus.antè fin. vbi etiam Innocen.* & alij. *de Offic.Ordin.* facit *cap.luminoſo. 18.quæſt.2.*

12 Archiepiſcopus autem in loco exempto nequè per ſe, nequè per alium Iu-

riſdictionem exercere poteſt. *Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 145. num. 1.*

13 Præterea Capitulum Sede vacante committere poteſt extero Epiſcopo poteſtatem exercendi, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis in Eccleſia vacante, & ea omnia, quę conſecrationis miniſterium expoſcũt, vt poſt alios, quos allegat dicit *Quarant. in Sum. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante. verſ. ſubnectitur congruè*; quia iſta ſunt de lege Iuriſdictionis Epiſcopalis. *gloſſ.* communiter recepta *in d. c. dilecti. verb. de lege de offic. Ordin.*

14 Quamobrem quando Concilium remittit aliquid faciendum, ſiuè exequẽdum ab Ordinario, illud exequi poteſt habens Iuriſdictionẽ ordinariã. *Pariſ. de reſignat. benefic. lib 3. quæſt. 11. nu. 20. & ſeq.* nam quæ competũt Epiſcopo tanquam Ordinario, poſſunt etiam competere inferioribus Epiſcopo. *Lap. allegat. 78. nu. 6.*

15 Proindè non ſolùm prædicto Abbati committi poterunt diſpenſationes matrimoniales, & aliæ quæcunquè concedendę ſuis ſubditis, & literæ in forma dignum, vt ex mente Sacræ Congregationis ſcribit. *Garc. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 142. & ſeqq. Seraphin. deciſ. 1052.* vbi refert ità fuiſſe reſolutum per Sacram Cõgregationem Concilij Tridẽtini. Verùm etiam eius Vicarijs generalibus, vt poſt *Sanch.* ſubdit *Garc. d. cap. 2. nu. 147.*

16 Nequè meo iudicio conſiderabile eſſe videtur, quòd in Oppido Carignani non poſſit Abbas habere Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quam exercet à tempore immemorabili, ex eo quòd ibidem deficit illi poteſtas temporalis; quia ad inducendam Iuriſdictionem ſpiritualem non eſt neceſſaria temporalitatis vnio, Iuriſdictio etenim Epiſcopalis inducitur abſquè temporalitate; atquè per inferiores Epiſcopis præſcribuntur exemptio, & omnia iura ad vtramq. legem ſiuè Iuriſdictionis, ſiuè Diœceſanã pertinentia cõtra Epiſcopũ *c. auditis. vbi gloſſ. ver. Epiſcopale. ver. præſcripſiſſe. vbi Innoc. in fi. & Bal. n. 7. & 8. de præſcrip. c. perſonæ. vbi DD. de priuil. in 6. Innoc. in cap. cum olim. nu. 2. de præſcrip. Abb. in cap. cæterum. nu. 5.* vbi addit. *de iudic. & in cap. fin. nu. 3. de inſtit. Zabarel. in clem. attendentes. §. ſtatuimus. in 8. q. de ſtat. Monach. Sylu. verb. benedictio. nu. 2. Capell. Tholoſ. q. 451. verſ. iſtud ſi quidem. Rot. deciſ. 2. num. 1. de præſcript. in nou. & Rot. diuerſ. p. 2. dicta deciſ. 145. num. 5. Seraphin. deciſ. 455. num. 1. & 2. & deciſ. 712. num. 2. Cuch. Inſt. maior. lib. 3. tit. 3. de Abbate. nu. 61.* faciunt dicta per *Garz. d. par. 9. c. 2. nu. 129. & ſeq. & n. 136. cum ſeqq.* etiam priuatiuè, & non cumulatiuè. *Balb. de præſcript. part. 5. q. 11. nu. 7. & 9. verſ. quod procedit. Gratian. d. c. 212. num. 15. & ſeq. & nu. 18. 19 & 20. Abb. in cap. paſtoralis. num. 7. de offic. Ordin.* nam cumulatiua Iuriſdictio ſolùm habet locum in Abbate, ſiuè alio Prælato ſubiecto Epiſcopo, *Abb. in dicto cap. paſtoralis. num. 6. propè fin. & num. 7. vbi etiam Felin. nu. 5. Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 717. num. 4. & 7.* Quibus accedit obſeruantia antiqua cognoſcendi cauſas criminales, & viſitandi Clericos priuatiuè ad Archiepiſcopum, qua ſtãte ſemper cenſetur Iuriſdictio competere priuatiuè. *Felin. in d. cap. paſtoralis nu. 5. & in cap. auditis. nu. 9. de præſcript.*

17 Ad præſcribendum autem Ius Diœceſanum ſufficiunt 40. anni. *c. cum perſonæ. §. & ſi priuilegium.* cum ibi annotatis. *de priuil. in 6. cap. de quarta, & cap. ad aures. de præſcript. Ludouiſ. deciſ. 434. n. 15. Nau. conſ. par. 1. lib. 1. de reſcript. conſ. 8. num. 2.* & ſufficit titulus putatiuus, & minùs iuſtus ad effectum præſcribendi libertatem, & exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij. *Ludouiſ. deciſ. 289. nu. 7. vbi etiam addit.*

18 Nequè turbatur Abbas ex eo quod aliquis fortè dicere poſſit Iuriſdictionem præſcribi non poſſe priuatiuè ab Archiepiſcopo, ità vt non remaneat apud ipſum Archiepiſcopum ſaltem habitu, licet actu ſit penès Abbatem, & proindè negligente Abbate eandem Iuriſdictionem redire actu ad Archiepiſcopum. *Abb. in d. c. cum contingat. nu. 19. de for. comp. & in cap. cæterùm. nu. 5. vbi etiam Dec. in 4. not n. 16. & 17. de iudic. Felin. in cap. irrefragabili. n. 1. & ibi Abb. n. 2. de offic. Ordin. Seraph. deciſ. 455. num. 2.* Tum quia eo caſu cogeretur Archiepiſcopus probare negligentiam Abbatis, quæ cum ſit facti, probari debet. *l. in bello. §. facti. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. Caputaq. deciſ. 11. nu. 5. p. 1. Seraph. dicta deciſ. 445. num. 2. & 3.*

19 Tum verò quia notiſſima eſt Abbatis ſolicitudo in viſitatione Eccleſiarum eidem Abbatiæ ſubiectarũ, in moribus Eccleſiaſticorum, & populorum corrigendis, in Synodorum celebratione, in Decreto-

rum

rum Synodalium promulgatione, eorumquè executione, in cura excitandi Parochos, aliosquè Ecclesiasticos ad studia, in promouenda Ecclesiastica disciplina, in conuocatione Episcopi ad conferendum sacramentum Confirmationis, & ad consecrandas Ecclesias, ac in alijs pastoralibus officijs obeundis tàm circà bonū regimen huius, quàm alterius Abbatiæ S. Benigni fructuarien. similiter exemptæ, cui scripta hæc pariter suffragantur; cum & ista præter loca, quæ possidet, in quibus exercet Iurisdictionem temporalem, & spiritualem simul, habeat etiam alia loca, in quibus Iurisdictionem solam spiritualem exercet.

20 Quinimò si daretur negligentia Abbatis, nō proindè succederet Archiepiscopus, sed Sedes Apostolica. *Felin in d. c. irrefragabili. n. 1. vers. ista limita. c. pen. vbi gloss. verb. corrigere. de offic. Ord. vbi Abb. nu. 6. & 7. Host. nu. 4. Anchar. nu. 2. Butr. nu. 13. & Felin. nu. 4.* prout antè aliquot annos visum fuit; nam ab Illustriss. D. Episcopo Bouino tūc Nuncio Apostolico apud Serenissimum D. Ducem nostrū dicta Abbatia S. Michaelis, eiusquè Ecclesiæ, & loca visitata fuerunt; exemptorū etenim locorū Prælatus est Papa. *Rom. cons. 369. n. 19.*

21 Addatur, quòd quemadmodum loca, & Ecclesiæ exemptæ tenēt suam exemptionem, licet deueniant ad personas non exemptas, quia exēptio realis semper durat; ità exemptio concessa pro Ecclesijs, quas habent aliqui Regulares, se extendit etiam ad Ecclesias non exemptas, quas cōsequuntur, vt post *Cald.* dicit *Tusc. pract. conclus. iur. conclus. 576. num. 5.*

22 Ausim dicere, quòd possit huiusmodi Abbas excommunicationes pro rebus deperditis, vel subtractis decernere, cum enim habeat vtramquè Iurisdictionē, territoria distincta, sitq. Ordinarius in locis sibi subiectis, possitq. omnia supradicta, & singula facere, necnon eiusdē Abbatis Vicarij generales pro tempore illas decernere ab immemorabili tempore consueuerint conscijs, & tacentibus, & tolerātibus Illustrissimis DD. Nuncijs Apostolicis, & Archiepiscopis pro tempore. *Rot. decis. 2. nu. 2. de præscript. in nou.* facit *Alexand. cons. 16. nu. 13. vol. 5.* non video rationem, quare illas modò concedere nequeat, nam si Abbas excommunicare potest subditum pro debito suæ Ecclesiæ notorio, vt post *Lap.* dicit *Tusc. pract. concl. iur. concl. 437. nu. 2.* & Prælati inferiores possunt excommunicare, & ius excommunicandi præscribi potest. *Rot. d. decis. 2. num. 1. & 2.* optimè facit *Seraphin. decis. 585.* vbi manutenetur in sua possessione Scholasticus Salamantin. qui facultatē habebat excōmunicādi, literas etiam monitoriales Abbas relaxare poterit. *Lazar. Canon. quæst. sect. 1. q. 8.* quamuis Sacra Congreg. super *Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de reformat.* aliter in Abbatibus cēsuisse videatur, quod fortè in casibus longè à nostro diuersis euenit.

23 Et quamuis pro Archiepiscopo aliqua facere videantur. Primò, quòd habeat iuris cōmunis assistentiā. *c. omnes Basilicæ. 16. q. 7. c. venerabilis. & c. de Xenodochijs. de Regul. Dec. cons. 152. in princ. Seraph. decis. 1104. nu. 1.* Secundò, quòd Abbatia, eiusquè loca sint in Diœcesi, vel de Diœcesi Taurinen. Tertiò, quòd Archiepiscopus possit illam, eiusquè loca, & Ecclesias visitare auctoritate Decretorū Concilij Tridentini *sess. 7. c. 8. sess. 21. c. 8. & sess. 24. c. 9. de reform.* Quartò, quòd Abbas teneatur accedere ad Synodum Diœcesanā Archiepiscopi. *Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de reform.* Quintò, quòd per exercitium certi actus Iurisdictionis Episcopalis non probetur possessio vniuersalis Iurisdictionis. *c. auditis. & cap. cum olim. de præscript. Capel. Tholos. quæst. 324.*

24 Ad primum nihilominus respondetur illud operari, quādo nihil adest in contrarium, & non repellitur Archiepiscopus contraria exceptione. *Rot. diuers. par. 1. decis. 522. nu. 3. & 4. Seraphin. decis. 1278. n. 5. Rot. diuers.* inter collectas per *Farin. decis. 166. n. 4.* cum nequè fomentum iuris communis prosit, quando adest in contrariū titulus priuilegij exemptionis. *Seraph. decis. 1386. nu. 1.* Prætereà assistentia iuris cōmunis, quæ turbida redditur ex actibus contrarijs, inducit possessionem præsumptam, prout in casu, de quo agitur, & ob id nō suffragatur pro manutētione. *c. cum persona. §. final. de priuileg. in 6. Ludouis. decis. 312. nu. 1. vbi addit. nu. 4. vers. limitatur. Riccius. de iur. person. lib. 4. cap. 61. nu. 51. & 53.* Insuper non prodest assistentia iuris communis in materia Iurisdictionis, quando alius est in possessione, quia manutentio est danda existenti in possessione. *Rot. diuers. p. 1. decis. 685. n. 2. addit. ad Ludouis. d. decis. 312. num. 4. vers. item.* Ad secundum respondetur probādum esse

nomine Archiepiscopi, quòd Abbatia prędicta sit de Diœcesi, vel in Diœcesi. facit *Seraphin.d.decis.* 1278. *num.* 1. *&* 4. iuuat quoquè declaratio Congreg. Card. super *Concil.Trident.sess.7.cap.8.§.comprehenduntur*.

25 Prætereà licet dici possit Abbatiam esse in Diœcesi; non tamen infertur exindè illam, eiusquè loca esse de Diœcesi, nam locus exemptus, quamuis sit in territorio, non tamen dicitur de territorio. *cap.cum Episcopus.de offic.Ord in 6.Surd.decis.*129. *nu.*17.*Graff.decis aur.par.*2.*lib.*3. *cap.*27. *nu.*107.*Felin.in c.graue.nu.*2. *vers.omnia ista.de offic.Ordin.clem* 2. *ver.similiter.de priuil.Nau p.*1.*consil.lib.*1.*de offic.Ordin.cons.*2.*n.*1. *& seqq.* nequè potest dici Abbatiam esse Diœcesis Archiepiscopi etiã, quòd admitteretur sitam esse intrà limites suæ Diœcesis. *Gemin. in c.cum Episcopus. n.*4.*de offic. Ordin. in* 6. cum locus exemptus sit extrà suam Iurisdictionem. *c.*1.*vbi gloss. verb.volentes. de priuileg. in* 6. *Rot. diuers.p* 4.*decis.*165.*nu.*3.*&* 4. loca enim, quæ sunt in Diœcesi habentia dominium separatum, non dicuntur de Diœcesi. *Abb. in c.nimis. nu.*2. post *Host. & Io. Andr. de iureiur.Gratian.d.c.*212.*num.*8. nam potest esse, quòd Castrum cum territorio in solidũ ad aliquem pertineat, & dicetur per se prouincia, vel territoriũ. *Io. Andr. in c.nimis.nu.*4.*de iureiur. Felin.d.vers. omnia ista.* Insuper nõ potest inferri locus est in Diœcesi, ergò est de Diœcesi. *Rot. diuers.par.*2.*decis.*207.*num.*2.

26 Ad tertium respõdetur illa Decreta Concilij Tridentini non procedere in Abbatijs exemptis habentibus vtramquè Iurisdictionem spiritualem, & temporalem. *Rot.diuers.d.decis.*798. *n.*4. *vers.nõ obstat decretum. Seraphin.decis.*1067.*n.*2. *Grat. d.c.*212.*nu.*40.*&* 42. *Ricc.var.resol prax. resol.*301.*num.*3. vbi addit, quòd sufficiat quælibet Iurisdictio temporalis etiam limitata ex praxi Curiæ Romanæ. Quinimò à pari procedunt esse in loco exempto, & esse extrà Diœcesim. *Io.Andr in c.*2.*n.*5. *&* 6.*Gemin.nu.*24.*&* 25.*& Franc.nu.*10. *de constit.in* 6.*vbi etiam Gomez. num.*85. Prætereà nequè ab Archiepiscopo visitari possunt Ecclesiæ, in quibus habet Abbas solam Iurisdictionem Episcopalem, vt declaratum fuit per Sacram Congreg. super *Concil.Trident.sess.*25.*cap.*11.*de Regular. §.Ecclesia in quibus.* Ad quartum respondetur id procedere in non exemptis, secùs verò in exẽptis. *Seraph.decis.*190. Deindè respondetur id minùs procedere, si Abbates sint exempti, & actu exercẽt vtramquè Iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in subditos, vt fuit declaratũ à Sacra Congregatione super *d c.*2. *§. secùs si isti.* facit *Seraphin.d.decis.*311.*nu.*1. Ad quintum respondetur id verum esse, quando est alius possidens, & exercens vniuersalem Iurisdictionem in loco, secùs verò si nemo vniuersaliter possidet. *Innoc.in c.dilectus. nu.*3.*de Capell. Monach. Abb.in c.*1. *nu.*3. *de relig.dom. Capel. Tholos.d.q.*324. *nu.*1. *Rot.decis.*2.*nu.*3.*de præscript.in nou.* facit *Ricciul.de iur.person. lib.*4. *cap.*61.*nu.*52. Archiepiscopus autem nullam prorsùs Iurisdictionem exercet in locis huic Abbatiæ subiectis. Nequè officiunt enunciatiuæ, quæ allegari possent, quòd Oppidum Carignani dicatur Diœcesis Taurinen. quia non probant, quando principaliter agitur de veritate enunciata. *Rot. diuers.par.*4. *decis.*166.*nu.*2. Etiam quòd adsit quædam enunciatio, quæ emanauerit ab Abbate, quia ipse non potuit præiudicare Monasterio. *Rot.d.decis.*166.*num.*3.

27 Nequè potest suæ exẽptioni, & priuilegijs libertatis renunciare. *c.cum tempore.de arbitr. Abb.in c.si contrà. nu.*4.*de offic.Ordin.Felin in cap.*1.*num.*15.*de offic. deleg.Fusc.de Visitat. lib.*2.*c.*8.*n.*11. *Ricc. var.resolut.prax. resol.* 44. Nec super illis compromitti. *d.c.cum tempore.* Quemadmodum Confessiones Episcoporum non possunt præiudicare successoribus, aut Ecclesiæ. *gloss.in c.fin.vbi Abb. & Felin.de præscript. Federic.cons.*143.*nu.*42. *Angel. cons.*245. *nu.*85. &ità quoquè conclusisse Rotam in vna *Veronen. Exemptionis* 27. *Maij* 1594.*coram Card.Pamphilio* refert *Ricc.in prax.resol.par.*2.*resol.*335.*num.*4. Minùs obstat, quòd dicatur præpositũ Carignani esse Vicarium natũ Archiepiscopi Taurinen. quia iste titulus est honorarius acquisitus longè post existentiam Monasterij Abbatialis. *Rot. d.decis.*166. *num.*3.

28 Commendatarius autẽ maximè perpetuus est verus Prælatus, & habet plenariam administrationem in spiritualibus, & tẽporalibus, atquè æquiparatur titulari. *Dec.in c.edoceri.n.*41. *de rescript. Nauar. par.*1.*cons.lib.*1.*de constit.cons.*1. *num.*38. *lib.*3.*de Regular.cons.*15.*num.*6.*& eodem lib.*3.*de stat. Monach.cons.*3. *nu.*62. *circà*

fin.Fusc.de visitat. lib.2.c.9.nu.5. Rebuff. cons.77.num.1. Antonin. var.resolut.lib.1. resolut.112.cas.57.Rot.diuers.par.3. lib.2. decis.222.num.2.

29 Tandem videtur sublatū omne dubium, nam hæc Abbatia vigore priuilegiorū à diuersis Summis Pontificibus concessorum præcipuè à Calixto Secundo, & ab Innocentio Tertio declaratur omninò libera ab omni dispositione, & Iurisdictione Archiepiscopi Taurinen. & sub protectione S.Petri suscepta cum omnibus possessionibus,& quibuscunque bonis, & Ecclesijs ab ea dependentibus, quæ verba notant exemptionem. *cap.cum inferior. de maior.& obed. c.cum olim.2. de priuileg. cap.si Papa. eodem in 6. Graff. decis. aur. par.2. lib.3. cap.27. num.106. de Visitat.* In eodem autem Innocentij Tertij priuilegio enumerantur sigillatim omnes Ecclesiæ eiusdem Abbatiæ, inter quas sunt Parochialis Oppidi Carignani, & Ecclesia S. Martini de Allodio. Quæ dicta esse volo sub correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

DISQVISITIONIS CLERICALIS PARS SECVNDA.

De Pœnis Clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non debet permittere clericos criminosos, aliter nō posset redarguere laicos delinquentes.*
2 *Mali cur permittantur à Deo.*
3 *Quid, & quotuplex sit blasphemia.*
4 *Quæ sit blasphemia simplex.*
5 *Quæ sit blasphemia coniuncta cum hæresi, siuè hæreticalis.*
6 *Blasphemia hæreticalis pertinet ad iudicium Inquisitorum, simplex verò est mixti fori.*
7 *Si iniuria contrà homines factæ non relinquuntur impunita, multò magis sunt castigandi, qui contrà Deum delinquunt.*
8 *Blasphemus qua pœna afficiendus lege Diuina.*
Item lege Cæsarea.
9 *An prædicta pœna sint in vsu.*
10 *Iure Pontificio qua pœna puniendus laicus, qui D. N. I. C. & B. Virg. blasphemauerit.*
11 *Item qua clericus in prædictam blasphemiam incurrens.*
12 *An prædicta pœna, cum sint decreta Constitutionibus Pontificijs, sint vsu recepta.*
13 *Blasphemans reliquos Sanctos, siuè laicus, siuè clericus qua pœna veniat puniendus.*
14 *Verba Bullæ proprimæ Vice quomodò accipiantur.*
15 *Qui eodem impetu, eodem tempore, eademq. continuatione verborum pluries blasphemat committit vnicum delictū, grauiùs tamen erit puniendus.*
16 *Proferens verba hæreticalia in Deum, vel in fidem, aut in Sanctos per iocum, aut per laicum, qua pœna coercendus.*
Item qui verba sacra Scripturæ ad scurrilia, & vana vsurpat.
17 *Blasphemum non reuelans qua pœna afficiendus, Item falsi denunciatores, & reuelans seipsum an euadat pœnā.*
18 *Blasphemantem audiens an teneatur corripere, antequam denunciet.*
19 *Iudices in inquirendis, puniendisquè blasphemis quomodò procedere debeāt.*

§. Primus.

1 QVEMADMODVM Episcopo præcipuè cauendum est, ne clerici criminosi existant; nā si eos prauis, & corruptis moribus esse permittat laicos nulla auctoritate de ipsorū vitijs redarguere poterit Episcopus, qui vno ab eis sermone conuinci poterit; quòd clericos ipsis patiatur esse deteriores. *c. quod autē. 8. q. 1. Conc. Trid. in proæm. Decreti. de reformat.* Itá Episcopi munus erit clericorum vitia

redarguere, delictaquè punire, vt quos Diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna cohibeat à peccato. *l.vn.C.de emen.prop.cap.cum in cunctis. §.clerici.de elect.c.vt clericorum.§.ne verò.vbi gloss. verb. pœna.de vita.& honest. cler.* iuxta illud Horatij.

„ *Oderũt peccare boni Virtutis amore.*

„ *Oderũt peccare mali formidine pœna.*

Refert *gloss. in c.irrefragabili.de offic. Iud. Ord.* facit illud *Psal.22. Imple facies eorum ignominia, & quarent nomen tuum Domine. & Psal.77. Cum occideret eos quarebant eum, & reuertebantur.*

2 Nequè tamen putandum est gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum, quia omnis malus aut ideò viuit: vt corrigatur, aut ideò viuit: vt per ipsum bonus exerceatur. *Ex S. Aug. in Psal.54.vers.*1. Si enim ab eo, qui ipsum Deum blasphemare non horret, exordium sumendum est, præmittendum censeo, quid, & quotuplex sit blasphemia pro hoc instituto.

3 Definitur ergo blasphemia *à S.Amb. lib.1.de Parad.* quòd sit affirmatio falsitatis, vel negatio veritatis circa Deum. Vel quòd sit conuitium, seù Verbum contumeliosum in Deum, aut in Sanctos. *Ex S.Aug.de mor. Manichao. lib.2. cap. 11. S.Thom.2.2.q.13. Azor.Inst.Moral par.1. lib.9.c.28.q.2.*& alijs. Diuiditur autē blasphemia in simplicem, & in cõiunctam cum heresi, seù hæreticalem. *Alphons. à Castr. de iust.haret. punit.lib.2.cap.12. Albertin. de agnosc. assert. cathol. quast.6. num.25. Eymer. Direct. Inquisit. quast.41. num.1. & 2.vbi etiam Pegn.com. 66. vers. quantùm ad primũ. Suar.de Relig. to.1. tract.3. lib.1.cap.5.num.7. Valer. Reginal. in prax. for. pœnit. to.2. lib.* 18. *nu.*196. *Paul. Laym. Theol. mor. lib.4. tract.* 10. *cap.6. num.*7. Vtramque explicare conuenit,

4 Blasphemia simplex est illa, quæ nec formaliter, nec virtute continet falsitatem quasi speculatiuam cõtrà fidei veritatem, vt sunt omnes blasphemiæ, quæ proferuntur per modos optandi, imperandi, aut imprecandi, item quæ fiunt nominando aliquod, quod verè in Deo reperitur, tamen per modum contumeliæ, & irrisionis; nam in his omnibus est quædam falsitas practica, quæ non opponitur fidei, & ideò dicitur simplex, non hæreticalis. Vel vt alij loquuntur; blasphemia simplex est, quæ non repugnat ijs, quæ credere tenentur fideles, quales sunt blasphemiæ, per quas Deo, & Sanctis conuitia, & malum inseruntur, vel impiè verenda ipsorum nominantur, aut quum quis terram, ignem, vel aliam Dei creaturam execratur, & ad hunc ordinem pertinent multa vulgaria verba blasphemiæ, vt displiceat Deo, ad despectum Dei, per Vitam Dei, & similia, quia per hæc non indicatur infidelitas; sed contemptus quidam Dei. *Eymer. dicta quast.41.n.1.& Pegn.dicto com.66. vers. alia autem blasphemia. Suar. d.lib,1. cap.5.in fin. Lazar.de blasph.q.7.num.11. August. Barbos.de Offic. & potest. Episcop. allegat.51.sext.cas.nu.91.cum seqq. Veler. Reginal.d. nu.*196.

5 Coniuncta verò cum hæresi, seù hæreticalis dicitur illa, quæ hæresim, seù falsitatem contrà fidem formaliter, aut virtualiter continet, & significat, huiusmodi est omnis blasphemia enunciatiua, siuè affirmando, siuè negãdo aliquid de Deo, quod fides docet, vel etiam tribuendo creaturæ, quod secundum fidem soli Deo conuenit, vel de his etiam dubitationem ostẽdendo. Item ad blasphemiam hæreticalem pertinent nomina quædam conuitij Deo attributa, vt si quis impius eum nominet iniustum, ignorantem, vel quid simile, nàm licet expressè id non affirmetur enuntiando, & componendo, sed simpliciter ità nominando, nihilominùs id satis affirmatur, quod ità profertur. In hoc etiam ordine ponũtur grauissimæ blasphemiæ, quæ hisce verbis à scelestissimis solẽt proferri, Non credo in Deum, discredo, abnego, & omnes æquiualentes, quia hæc omnia formam infidelitatis habent, abnegationem fidei continent, & opponuntur articulis fidei, & eius confessioni. *Eymer. Direct. Inquisit. q.41.n.2. vbi Pegn. cõ.66. vers. quoniam verò, & vers. Eymer. Sot. de Iust. & Iur. lib.8. q.2. art.2. Suar. de Relig. to.1. tract.3. lib.1. c.5. nu.7. Prax. Archiep. Neapol. cap.23. nu.* 11. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. ad cap.*113. *vers. & quia sæpissimè. Lazar. de blasph. q.7. nu.4. cum seqq. Ricc. in prax. resol. part.1. resol.*423. *vers. blasphemia.* Et colligitur ex Gregorio XIII. Constit.70. quæ incipit. *Antiqua. §.si Saluatorem. Azor. par.1. Inst. Moral. lib.9. cap.28. quast.5. August. Barbos. de*

offic.

offic. & potest. Episcop. allegat. 51.*sextaea-su.num.* 8.*& seqq.*

6 Huiusmodi autem blasphemię hæreticales ad iudicium Inquisitorum spectãt: licet hæreticaliter blasphemantes aliud vt plurimùm sentiant in mente, quàm proferant, quamuis enim ille, qui blasphemat non sentiat verum esse, quod dicit, dicendo tamen, & blasphemando induere videtur personam sentientis rem esse, vt dicit. *Card. in clem.* 1. *§. fané. de vsur. Franc. Squilac. de fid. cathol. assert.* 10. *nu.* 168. *Albertin. de agnosc. cathol. assert. quæst.* 22. *in fin.* vbi dicit Inquisitores regulariter cognoscere posse de blasphemijs, quæ habēt in se hęresim in explicitam, vel implicitam. *Direct. Inquisit. p.* 1. *quæst.* 4. *num.* 2. *vbi Pegn. com.* 66. *vers. quantum ad primum, & vers. sequenti, & part.* 2. *quæst.* 46. *vers. secundo sic arguitur. Royas. de heret. par.* 2. *assert.* 12. *num.* 168. *&* 170. *Lazar. de blasphem. quæst.* 6. *nu.* 10. *Azor. Inst. Moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. *quæst.* 5. *& alij. Bonac. de praecept. decalog. disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 1. *prop.* 2. *nu.* 5. Secùs de blasphemia simplici, seu non hęreticali, quæ est mixti fori, daturqué locus præuentioni, vt communiter Doctores *in cap. cum sit generale. de for. compet. Abb. in cap. fin. de maledic. nu.* 4 *&* 9. *Anchar. cons.* 197. *Tusch. pract. conclus. to.* 1. *lit. B. conclus.* 96. *nu.* 4. *Azor. dicta quæst.* 5. Pius V. in sua Constit. incip. *Cum primum.* Et nos diximus *in par.* 1. *de fauor. Cler. Real. §.* 4. *num.* 140. *Lazar. d. quæst.* 6. *num.* 3.

7 Ille ergò de huiusmodi scelere puniendus erit grauiter, quia cum contrà hominès iniuriæ factæ non relinquantur impunitæ, multò magis qui contrà Deum blasphemias euomere non erubescunt, pœnas sustinere digni sunt. *auth. vt. non lux. hom. cont. nat. circà med.* Hinc Iudæi blasphemiæ audiendæ impatientes adeò fuerunt, vt si non possent eam impedire, in detestationem vestimenta lacerarent, aurēsquè obturarent. 4. *Reg.* 19. *Isa.* 37. *Matth.* 26. *Act.* 14. Propterea varias pœnas legibus Canonicis, & Cæsareis, statutisquè municipalibus in blasphemos esse inflictas testantur. *Boer. decis.* 301. *Couar. in repet. cap. quamuis. par.* 1. *§.* 7. *nu.* 10. *& seqq. de pact. in* 6. *Clar. in §. blasphemia. Menoch. de arbitr. cas.* 375. *Farin. de delict. & pœn. q.* 20. *nu.* 2. *cum seqq.*

8 Lege namquè Diuina pœna mortis est præscripta blasphemis, & ea quidem horribilis, quia erat lapidatio, vt habetur *Leuit. cap.* 24. *nu.* 16. 4. *Reg.* 19. *Diaz. in pract. crim. can. cap.* 113 *vbi Lopez. Lazar. de blasphem. quæst.* 5. *in princ.* vbi narrat quamplures ob blasphemiã diuinitùs fuisse punitos. Apostolus verò mansuetudine plenus voluit potiùs tradere in potestatem Satanæ Himenęum, & Alexandrum, quàm permittere, vt essent blasphematores dicens 1. *ad Thimot.* 1. Quos tradidi Satanæ: vt discant non blasphemare, & habetur in *cap. qui peccat. & in cap. quid crudele.* 23. *quæst.* 4. Sanctus quoquè *Greg. lib.* 4. *dialog. cap.* 18. refert quendam puerum quinquennem à Dæmonibus raptum ex sinu paterno ob blasphemiam, quam solitus erat proferre; alia etiam exempla congerit *Lazar. dicta quæst.* 5. *num.* 9. *cum seqq. Petr. Greg. Tholos. syntag. otr. Iur. lib.* 33. *cap.* 12. *num.* 7. nonnullas Dei vltiones refert his versibus expressas.

„ *Impius occubuit gelidis Maxentius vndis.*

„ *Putridus Herodes lendibus esca fuit.*

„ *Persica Iulianum blasphemum sicca peremit.*

„ *Constricto pœnas Cõmodus ore dedit.*

„ *Mersit & in tumidas cœcum Pharaona sub Vndas.*

„ *Sic & tu iusta cade Philiste cadis.*

Plura alia exempla legi possunt apud *Nicephor. lib.* 7. *Eccl. Hist. cap.* 29. *& lib.* 18. *cap.* 33. *& Vincent. in Specul. Hist.* Item & lege Cæsarea blasphemãtes sunt vltimo supplicio afficiendi. *Auth. vt non lux. hom. cont. nat. §.* 1. *&* 2. *vbi gloss. Bart. Angel.* & communiter DD. *Menoch. de arbitr. cas.* 375. *num.* 25. *Lazar. & alij ab ipso allegati d. q.* 5. *num.* 16.

9 Quamuis consuetudine inductum sit vt modò prædictæ pœnæ nõ seruentur contrà blasphemos, sed alijs mulctentur pœnas. *Host. in Sum. tit. de maled. §. blasphemãtes. vers. grauior. Boer. dicta decis.* 301. *nu.* 11. *&* 14. *cum seqq. Boss. in prax. crim. tit. de Inquisit. nu.* 131. *Clar. dicto §. Blasphemia. Menoch. dicto cas.* 375. *num.* 26. *qui n.* 30. *& seqq.* dicit huiusmodi pœnas relinquendas fore arbitrio Iudicis, qui pro facti, & personæ qualitate pœnas impo-

nere

nere poterit. *Farin. dicta quaest.* 20. *nu.* 64. Humana enim vitia adeò vergunt in peius: vt si iuxtà *d. Auth.* omnes blasphemi capite plecterentur, in multis terræ partibus, ad quos hostis humani generis hoc abominabile scelus adsportauit, pauci superessēt qui blasphemare possēt, vt inquit *Bellon. cōs.* 69. *n.* 6. & *Clar. in d. §. Blasphemia vers. sed quaero.* Iure verò Pontificio plures etiam pœnæ sanciuntur, sed potiùs salutares contrà blasphemantes Deum, & Beatissimam Virginem Mariam, aut Sāctos. *cap. Imperatores* 11. *quaest.* 3. *c. si quis per capillum. vbi Archid. Turrecrem.* & *alij.* 22. *q.* 1. *c. non inuenitur.* 23. *q.* 4. *cap.* 2. *de maledic. Lazar. de blasphemia*, *quaest.* 5. *nu.* 20. Veruntamen post Constitutionem septimam Leonis X. quæ incipit. *Superna. §. ad abolendam.* editam in Concilio Lateraneo. & aliam 23. Iulij III. incip. *In multis.* Emanauit alia Pij V. quæ incipit. *Cum primum Apostolatus. §. ad abolendum*, qua peculiares & Laico, & Clerico pœnæ decretæ sunt blasphemis.

10 Laico etenim, qui Deum, & Dominum Nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Matrem expressè blasphemauerit eadem Pij V. Constitutione pro prima vice pœna vigintiquinque Ducatorum, pro secunda pœna duplicata, pro tertia autem pœna centum Ducatorum ignominia notato, ac exilio mulctato statuta est; si verò ille plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis antè fores Ecclesiæ constituēdus per diem integrum. Pro secunda fustigādus per Ciuitatem. Pro tertia verò lingua perforandus, & mittendus ad triremes decernitur.

11 Clericus autem si in tàm execrabile blasphemiæ scelus incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium beneficiorum, & quorumcunquè, pro secunda beneficijs ipsis priuandus, pro tertia etiam dignitatibus exutus deponendus, & in exilium mittendus; Quòd si nullum Clericus beneficium obtinuerit, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniendus erit, pro secunda carceribus mancipandus, pro tertia verbaliter degradandus, & ad triremes mittendus.

12 Quas tamen Leonis X. Iulij III. & Pij V. Constitutiones non esse vsu receptas tradunt *Suar. de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. & 3. cum alijs ibi allegatis. *Azor. Inst. Mor. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. *q.* 6. *in fin.* contrà *Lazar. de blasphe. quaest.* 5. *num.* 30. & *seq.* & *Paul. Comitol. respons. moral. lib.* 4. *quaest.* 9. *cap.* 9. vbi dicit illis Cōstitutionibus derogari nunquam posse, eò quòd Iure Diuino, & naturæ nitantur, & si qua in re derogatū esset per aliquam corruptelam, aut peruersitatem temporum, aut per non vsum, restitui, & innouari debere, ac in vsum redigi; cum in illis agatur de atrocissimis delictis puniendis, quibus grauiora committi nequeunt.

13 Qui verò siuè laicus, siuè clericus reliquos Sanctos blasphemauerit pro qualitate blasphemiæ, atquè personæ arbitrio Iudicis puniendus remittitur à Leone X. *§. ad abolendam vers. qui verò reliquos Sanctos*, à Iulio III. *§. blasphemi in Sanctos*, & ab eodem Pio V. *dicto §. ad abolendam. in fin.*

14 Verba autem Bullæ pro prima vice intelligi debent pro prima vice punitionis, & non blasphemiæ prolatæ, etiamsi talis pro illa prima vice inquisitus fuerit, quòd pluries blasphemasset. facit *cap. cum non ab homine.* & *ibi Abb. num.* 28. *de iudic. l. capitalium. §. solēt. ff. de pœn.* tenēt *Quarant. in sum. Bull. verb. blasphemia. in addit. Prax. Archiep. Neapol. cap.* 78. in terminis Bullæ Pij V. *Lazar. de blasphem. quaest.* 5. *num.* 56. *Lop. ad Diaz. in pract. crim. can. cap.* 70. *Farinac. in pract. crim. tom.* 1. *tit. de delict.* & *pœn. quaest.* 20. *sub num.* 3. *Ricc. in prax. resol par.* 1. *resol.* 316 *numer.* 2.

15 Hinc inferri potest quod si quis eodem impetu, eodem tempore, ac eadem continuatione verborum pluries blasphemauerit, vnicum tantùm peccatum committet, & pro vnica vice puniri debebit. *Bald. in l. si duo rei. §. semel num.* 2. *ff. de arbitr. Caepol. cons.* 76. & 77. quem refert & sequitur *Alciat. de praesumpt. regul.* 2. *praesumpt.* 6. *num.* 4. *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. *Farinac. de delict.* & *pœn. q.* 22. *num.* 29. *Azor. Inst. Moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. *quaest.* 15. qui tamen dicit grauiùs esse puniēdū, quàm si semel blasphemasset.

16 Proferens autem in Deum, vel in fidem, siuè in Sanctos verba hæreticalia per iocum puniendus est pœna arbitraria habita ratione qualitatis proferentis, loci, scandali, & audientium. *Cardin. in clem.* 1. *q.* 1. *n.* 7. *de haeret. Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. c.* 113. *vers. sed locus.* & *vers.*

qua

qua verò pœna. Extraordinariè pariter plectendi sunt, qui per lubricum linguæ in verba blasphemiæ, vel hæreticalia prorumpunt consideratis qualitatibus supradictis. *Lopez ad Diaz. d. vers. sed veriùs.* post aliquos ab eo allegatos. Verba item sacræ Scripturę ad scurrilia scilicet, fabulosa, iocosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias, diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiã famosos pœnis arbitrarijs sunt coercendi. *Conc. Trid. sess. 4. Decret. de edict. & vs sacro. lib. § post hæc. Lopez loco cit. vers. quæ sanè sunt obseruuanda.*

17 Sciens autem, & reuelare recusans blasphemos, cuiuscunquè fuerit status, dignitatis, & conditionis præter vltionem diuinæ iustitiæ, qua illi annũciatur, & præter culpam mortalem, quam incurret ob inobedientiam, & ob neglectum honorem Dei puniendus est eisdemmet pœnis, quibus ipsi blasphemi. Iul. III. dicta Const. 23. incip. *In multis.* vbi statuit, quòd audiens blasphemantem teneatur intrà triduum denunciare, & quòd denuncians possit haberi loco vnius testis, si iureiurando detulerit, vultq. etiã, quòd possit quis secretè denunciare, & dat formam denunciandi; falsi verò denunciatores, & testes puniantur eisdem pœnis, quibus blasphemi; blasphematores autem se ipsos accusãtes pœnas euadunt temporales. Hæc præter alia in dicta Constit. vide *Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 9. c. 28. q. 5. vers. in iure verò Canonico.* Per leges quoq. Cæsareas læsæ Maiestatis conscius si reos non prodiderit, grauiter puniri iubetur. *l. quisquis. §. id quod. C. ad leg. Iul. Maiest.* Quamobrem Episcopi, & Inquisitores Edictis pœna excommunicationis latæ sententiæ blasphemos denũciari præcipiũt, vt latè refert *Lazar. de blasphemia. q. 12. nu. 18. cum seqq.*

18 Veruntamen huiusmodi denũciatio intelligi debet seruato ordine, qui ab Euãgelio pręcipitur, nẽpè si blasphemia sit occulta, ac subsit spes: vt fraterna correctio prosit, illa præmittenda erit; secùs verò si sit publica, aut si secreta, dr speretur fore, vt correctio prosit, statim denũciatio fieri debet. *D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. Nauar. cõs. p. 1. lib. 1 de offic. Iud. Ord. cõs. 10. n. 5. Tolet. in Sum. lib. 4. c. 5. Sayr. in clau. reg. lib. 11. c. 4. n. 19. Roderic. Quæst. Regular. tom. 2. q. 5. art. 6. in fin. & in Sum. p. 1. c. 34. nu. 6. Auctor Prax. archiep. Neapol. c. 23. nu. 7. Lazar. de blasph. q. 12. nu. 30.* vbi inquit considrrandas esse qualitates tùm blasphemiæ, tùm personæ blasphemantis, eiusq. intentionem locum, causam & aliàs circumstantias. Et eò maximè cum quis non compellatur denunciare ob leuem; sed ob vehementem, & violẽtam suspicionem de hæresi. *Alphons. à Castr. de iust. hæretic. punit. lib. 2. cap. 25. Auctor Prax. Archiep. Neapol. d. c. 23. n. 10.* Non dicitur autem suspectus de hæresi, nequè vt talis est puniendus, qui non ex credulitate hæretica, sed ex quadam vehementiori perturbatione blasphemiam profert, & speratur corrigi, si moneatur. *Alphõs. à Cast. lib. 1. de iust. hæret. punit. c. 12.* quem sequitur *Comitol. lib. 4. resp. Moral. q. 9. cap. 3.*

19 Iudices verò in inquirendis puniendisquè blasphemis diligentes, seueriquè esse debent; quare non tantùm per accusationem, & inquisitionem, verùm etiam ad simplicem, & secretam denũciationem procedere possunt, vt statuit Pius V. in dicta sua Constitut. §. 13. etiam nulla præcedente infamia. argum. eorum, quæ cõmuniter tradũt *DD. in c. qualiter, & quãdo. 2. de accusat.* & in terminis tenet *Roderic. Quæst. Regul. tom. 2. q. 5. art. 6.* quia huiusmodi committentes flagitia, vt plurimùm sunt homines abiectæ vitæ, & prauorum morum suam paruifacientes famam: Quicunque igitur blasphemantem audiuerit, eum verbis acriter obiurgare, si citrà periculũ suum id fieri posse contingat, eumdemquè ob criminis atrocitatem, & grauitatẽ per se ipsum, vel per chirographum quamprimũ nullo expectato termino accusare, & deferre tenetur intrà triduum. *c. si quis per capillum. 22. q. 1.* Leo X. in dicta sua Constit. 11. incip. *Cum primum. §. ad abolẽdam.* Iul. III. in dicta Const. 23. *§. 8. & 9. Nauar. in Man. c. 12. n. 83. Sayr. in Clau. reg. lib. 6. cap. 13. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio est probibita iure Diuino.*
2 *Item iure Naturæ.*
3 *Item iure Canonico.*
4 *Pro simplici fornicatione qua pœna puniatur clericus.*
5 *Meretrix publica an cogi possit inuita ad fornicandum: sicut potest cogi publica persona ad prestãdum suum officium.*

6 *Mere-*

6 *Meretricē per vim carnaliter cognoscens qua pœna sit officiendus.*
7 *Clericus propter fornicationem notoriā, & scandalosam est suspēdendus.*
8 *Regulares qua pœna sint puniēdi propter fornicationem.*

§. Secundus.

1 PErniciosissimum est clericū Dei ministrum infami luxuriæ vitio inquinari, & hoc suillo cœno infici, cum illi incumbat Sacramenta ministrare, quæ non nisi mundè à mundis tractanda sunt, vt latiùs dictum est *in p.1. tit. de Disciplina Cleric. §.15. nu.54. cum seqq.* Propterea incontinentiū Sacerdotum vindex est Deus. *Exod.19.* Fornicatio etenim est prohibita iure Diuino. *Deut.23.* Non erit meretrix de filiabus Israel. *Tob.4.* Attende tibi ab omni fornicatione. *Eccl.41.* Erubescite à Patre, & à Matre de fornicatione. *Act.15.* Abstinete vos ab omni fornicatione. *Matth.15. Marc.7.* De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. *1.Corinth.5.* ne commisceamini fornicarijs. *1.Corinth.6.* Fugite fornicationem. *Ephes.5.* Fornicatio autē, aut omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis. *& 1.ad Thessal.4.* Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos ab omni fornicatione; Et est peccatum mortale, atquè oppositū dicere est hæresis. *clement. ad nostrum. de haeret. Clar. in §. fornicatio. in princ. & in §. hæresis.* & communiter Doctores apud *Sayr. in clau. reg. lib.8. c.2. nu.2.* Cum & à veteribus Idolorum cultoribus id quoquè cautū fuisset hisce verbis. Ad Deos adeunto castè, pietatem adhibento. Opes admouento, qui secùs faxit vindex erit Deus. *Cic. lib.2. de legibus. Alex. ab Alex. dier. genial. lib.4. c.17.* Cum nullum crimen inueniatur, quòd faciliùs separet animam à Deo, atquè ità auferat bonum conscientiæ rectæ, sicut fornicatio. *Tolet. in Sum. lib.1. cap.47. num.9.*

2 Iure etiam Naturæ prohibetur fornicatio. *S.Thom. 22. q.154. art.2. Caiet. Ibid. Sayr. in clau. reg. lib.8. c.2. n.3. Azor. Inst. Moral p.3. lib.3. c.4. vers. quarto notandū. Tolet. in Sum. lib.5. c.10. & ibid. Victorel. Less. de Iust. & Iur. lib.4. c.4. dub.7. nu.50. Reginal. in prax. for. pœnit. tom.2. lib.22. c.3 sect.2. n.19. & alij.* Ratio est quia fornicatio est contrà bonū prolis nasciturae.

3 Item iure Canonico est vetita fornicatio. *c. meretrices. vbi gloss. verb. prohibuit. 32. q.4. Abb. in c. in præsentia. nu.25. de probat.* Propterea Apostolorum tēpore deponebatur clericus, qui in fornicationē incidisset, ac inter laicos pœnitētiam perpetuò acturus reijciebatur. *c. Sacerdotes. & c. de his verò. 50. dist. c. quicūque. c. Maximianus. c. presbyter. c. si quis Episcopus. c. si qui sūt. c. si quis Sacerdotum. c. eos etiā. c. si quispiam. & c. oportet. 81. dist. c. à multis. de ætat. & qualitat.* Post tempora verò Apostolorum decem annorum pœnitentia infligebatur. *c. presbyter. 82. dist.*

4 Modò verò pro simplici fornicatione punitur clericus etiam in sacris constitutus arbitrio Iudicis, non tamen pœna depositionis. *gloss. in d.c. Maximianus. verb. remoueantur. c. presbyter. vbi glos. 82. dist. & in c. lator. verb. in corporali. 2. quest.7. Felin.* de cōmuni. *in c. atsi clerici.* vbi etiā *Dec. de iudic. Grillan. de pœn. omnif. coit. q.6. nu.3. Diaz. in pract. crimin. Can. c.81. Clar. in §. fornicatio. nu.3.* vbi testatur de communi. *Menoch. de arbitr. cas.418. n.3. Ricc. in prax. resol. p.2. resol.604.* cum in delicto fornicationis sit mitiùs agendum. *Abb. in d.c. atsi clerici. num.35. & 36. Imol. nu.11. Felin. nu.13. Dec. nu.227. Decian. tom.2. tract criminal. lib.6. cap.20. num.10.* quia natura deprauata ad hoc vitiū multū est propensa, & pauci sine labe incōtinentiæ reperiuntur. *gloss. pen. in d. cap. Maximianus. Abb. in c fin. nu.5. de purgat. can.* & meliùs est redargui de misericordia, quàm de seueritate. *cap. alligant. 26. q. vlt.* maximè cum his temporibus non solùm merita; sed etiam nostra corpora defecerint. *cap. fraternitatis. 34. dist.*

5 Et quamuis aliqui existiment meretricem publicam cogi posse inuitā ad fornicādum, ac propterea coitum cum huiusmodi mulieribus etiam violētum non esse prohibitum. *glos.1. in l.1. vbi Marsil. n.19. C. de rapt. Virg. Dec. in l. inuitus. in fin. de reg. iur. Boer. decis.317. n.8. Asin. in tract. de execut. §.6. c.2. n.13.* cum non fit facta talis mulier deterior, nequè infamis ex tali coitu violento, cum anteà esset talis. *Boer. d. decis.317. nu.9.* & meretrix illa dicatur, quæ publicè quæstum sui corporis facit. *l. athletat. §. ait Prætor. ff. de infam. l. palàm. §. non est ignoscendum. ff. de rit. nupt. gloss. in c. Vidua. 34. dist. Menoch. de*

arbitr.

arbitr.cas.291.nu.6. cum neque publica persona requisita ad impartiẽdum officiũ suũ recusare possit; quinimò cogi potest: vt dicitur de Aduocato, Procuratore, & Notario, modò eis congrua patrocinia, & stipendiã ministrentur. *Bald. in l.filiusfamilias.§.inuitus.vbi Fulg.Salyc.& Castr. ff.de procur. Couar. var.resol. lib.3. c.14. nu.1. Asin.d.nu.13.* sicut etiam dicitur de artifice habente insignia appensa, qui cogitur ad inseruiendum, & vendẽdum merces ab ipsis emere volentibus, maximè in ijs quæ ad victum, & vestitum pertinent. *gloss. in l.non enim. vbi Alberic. ff. rer. amot.c.1. vbi Abb.nu.4.de empt.& vendit. Bart.in l.1.vbi etiã Bald.& DD.de Episc. aud.l.1. ff.de fur. adu.naut. Asin.d.nu.13. Couar. var.resol.lib.3.cap.14.in princ.* vbi fatetur de communi.

6 Nihilominùs rectiùs dicendũ est meretricem per vim carnaliter cognoscentẽ, rapientem, vel eam in cubiculo tanquam in priuato carcere detinentem, vt illam cognoscat, & eo maximè si fuerit clericus, Iudicis arbitrio esse puniendum. *Bald. in l.fin.nu.3. ff.de rer.diuis.Purpur.in l.rogasti.n.20.vbi etiam Aleiat.ff.si cert.petat. Couar.d.c.14.nu.2.* quos refert, & sequitur *Menoch.de arbitr.cas.291.n.4.& cas.535. nu.29. Marsil.sing.248.* quidquid alij teneant relati per *Cabal. resol.crim.cas.179.* quos refellit; cum non teneatur meretrix cum quolibet mortaliter peccare, ac proindè non potest inuita cogi ad habendum cum quolibet carnale cõmercium; neque est par ratio meretricis, & artificum, cum artifices licitè operas suas impendãt, meretrix verò non nisi cum peccato meretricetur. Inter meretrices verò nõ potest cõnumerari amasia, quæ sui copiã facit amãti. *Io.Faber.in §.soror.Inst.de inof.testam. Caroc. decis.124.* Eadem pœna arbitraria puniendus erit, qui raperet meretricem. *Bald.in l.fin. ff.de rer.diuis.Menoch.dicto cas.num.3. & 4.*

7 Quòd si fornicatio sit notoria, & scãdalosa, vel diù continuata, tunc non solùm inducitur depositionis pœna. *c.ex parte A.de test.& attest.cap.fin. vbi gloss.verb. proposito.de coha.cler.& mulier. Abb.in d.c.atsi clerici.nu.35. & 36. Clar.in dicto §.Fornicatio nu.3.Tol.in Sum.lib.1.c.47. nu.9.* cum clerici impudenter habitantes cum mulieribus suspectis, & ab earum cohabitatione abstinere renuẽtes sint suspẽdendi. *cap.Archidiaconum. 81.dist.c.propo-suisti. 82.dist.* sed qui deprehensi fuerint incontinentiç vitio laborare, prout magis, vel minùs peccauerint, puniri debent secundum Canonicas sanctiones. *c.vt clericorum.vbi Abb.nu.8.de vit.& honest.cler. cap.2. 82.dist. Conc.Trid.sess.25.cap.14.de reform. Nauar.in c.consideret. nu.121.de pœnit. dist.5. Laym.Theolog.Moral.lib.5. tract.9.c.11.n.10.* & alij ab ipso allegati.

8 In Regularibus verò simplicem fornicationem esse delictum depositione dignum in confesso est apud *Felin.in d.c.atsi clerici.nu.13. Dec.num.10.vers.limitatur secundo.* qui dicunt in his sacros Canones antiquos esse obseruandos; quod denegãt in alijs clericis. Verùm saluo meliori iudicio arbitrarer religiosum, qui semel, aut bis ex fragilitate humana fornicatus fuerit, per aliquod temporis spacium forè suspendendum, & alijs salutaribus pœnitentijs castigandum, prout peccatorum circumstantiæ postulauerint: ad quod facit *gloss. in cap. presbyter. verb. decem annis. 82.dist.& text.in c.tempora.26.quæst.7.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus Concubinarius notorius est ipso iure suspensus à Diuinis, secùs verò non notorius.*

2 *Clericus Concubinarius quoad beneficia, & pensiones, qua pœna puniatur.*

3 *Clericus Concubinarius semel dimissa Concubina, si eius intermissum consortium repetat, quomodo puniendus. Et si nullum habeat beneficium, aut pensionem, qua pœna plectendus.*

4 *Prædictæ pœnæ in Concubinarium Clericum habent locum, si Clericus modò cum vna, modò cum alia comprehendatur.*

5 *Episcopus potest procedere contrà Concubinarios alijs pœnis, quàm in iure expressis.*

6 *An præmittenda sit monitio, antequam deueniatur ad pœnam infligendam Concubinario, & qualis esse debeat.*

7 *Concubinatus est probandus cõcludentibus probationibus ad pœnam imponendam.*

8 *Regularis Concubinarius qua pœna plectendus.*

§. Tertius.

1 Clericos Concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extrà detinere, aut cum his consuetudinem habere sacrorum Canonũ pœnis mulctari præcepit Leo Decimus Const. 7. §. 36. & mandauit *Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor.*

1 Et quamuis Clericus Concubinarius de iure Canonico antiquo sit ipso iure suspensus ab officio, & beneficio *c. nullus. & cap. frater. 32. dist. Abb. in cap. at si clerici. num 35. de iudic. Clar. in §. fornicatio. n 6. Menoch. de arbitr. cas. 418. n. 1. 6. & seqq.* sintque aliæ pœnæ contrà Clericos Concubinarios inflictæ, de quibus *in c. si quis amodò. cum seqq. 81. dist. cap. 1. & ferè per tot. de cohabit. clerico. & mulier.* Atq. etiam hodiè Clerici Concubinarij notorij sint ipso iure suspensi à Diuinis, prout in veteri iure sunt, & declarauit sacra Congregatio Cardinalium super *cap. 14. d. sess. 25. §. Clerici verò.*

2 Nihilominùs quoad beneficia eorumq. fructus, & obuentiones, atquè pensiones statutum est Clericos Concubinarios, si à Superioribus moniti se ab huiusmodi concubinatu non abstinuerint, tertia parte fructuum obuentionũ, ac prouentuum beneficiorũ suorum quorũcunq. & pẽsionum ipso facto esse priuatos, fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicandorum, si verò secunda monitione facta perseuerauerint, tunc non tantùm fructibus, & prouentibus suorum beneficiorum, & pensionibus eo ipso priuari, verùm etiam à beneficiorum ipsorum administratione arbitrio Episcopi suspendi debere; Quod si adhuc in eodem errore persistant, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & pensionibus quibuscunquè Ecclesiasticis perpetuò priuari debere, atquè inhabiles, & indignos quibuscunquè honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in posterum reddi.

3 Sed si postquam eas clerici dimiserunt, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandolosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excõmunicationis gladio plectendos esse; Cæteros verò Clericos beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes iuxtà delicti, & contumaciæ perseuerantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsuè modis iuxtà sacros Canones puniendos fore decreuerit *Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. de reformat. Paul. Layman. Theol. Moral. lib. 5. tract. 9. c. 11. nu. 10.* & alij ab ipso allegati. Prædictũ autem Concilij Tridentini Decretum contrà Concubinarios tàm laicos, quàm clericos, vt districtè obseruari faciant, monet, & in Virtute sanctæ obedientiæ præcipit locorum Ordinarijs Pius V. in sua Constitut. 5. quæ incipit. *Cum primùm. §. monemus praterea.*

4 Huiusmodi autem Concilij Tridentini determinatio non loquitur de Concubinario notorio. *Auctor Prax. Archiepisc. Neapol. c. 37. num. 4.* vt colligi videtur ex *eod. cap. 14.* licet alij contrarium sentiant; habet tamen locum, si quis clericus modò, cum vna, modò cum alia fœmina comprehendatur; vt censuit Sacra Congregatio Cardinalium super *d. cap. 14. §. habet locũ.* non tamen procedit in simplici incontinẽtia absquè qualitate concubinatus. Eadem Sacra Congregatio. *ibid. §. hoc Decretum.*

5 Per illud autem Decretum Concilij Tridentini nõ prohibetur, quin Episcopus possit etiã alijs pœnis, quàm in dicto Decreto statutis in Concubinarios etiam laicos agere, tum quia Episcopus procedere potest per denũciationẽ, inquisitionem ex officio, vel quo alio sibi videbitur modo. *Nau. p. 1. cons. lib. 1. de offic. Iud. Ord. cõs. 8.* & ità declarauit Sacra Congregatio super *eod. cap. 14. §. Episcopus procedere potest.* Tum quia lex noua remedium adducens non censetur tollere aliud per alias leges iam inductum. *Nauar. d. cons. 8.* prout dicitur de Concubinarijs laicis; nã per Decretum Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 8. de reform. matr.* non tolluntur aliæ pœnæ à iure cõmuni, vel à statutis Synodalibus contrà Concubinarios laicos inflictæ, necquè alius contrà eosdem modus procedẽdi; vt declarauit Sacra Congregatio super *d. c. 8. § per hoc Decretum. §. an Archiepiscopus. & §. an mulieres.* nisi vellet illos Ordinarius excommunicare; quia tũc necessaria esset trina monitio. Eadem Sacra Cõgregatio super *d. c. 8. §. per hoc Decretum. & §. monitio.*

6 Veruntamen licet clericus Concubinarius notorius puniri possit absquè ali-

qua

qua monitione. *c. tua nos. & ibi Abb. nu.* 1. & 3. *de cohabit. cler. & mul.* quando tamen proceditur ad priuationem, vel aliam pœnam à iure impositam, id fieri nequit sine monitione. *cap. sicut. & c. si autem. eod. tit. Conc. Trid. d. c.* 14. *prad. sess.* 25. *Menoch. consil.* 221. *nu.* 48. *vol.* 3. & ità tenuit Rota in vna *Monasterij S. Mansueti.* 27. *Ianuarij* 1597. *coram Penia. Ricc. in prax. resol. par.* 1. *resol.* 307. *nu.* 4. & 5. Neque sufficit generalis monitio facta in Synodo, siuè per edictum, sed requiritur specialis monitio. *gloss. in clem.* 1. *verb. nominatim. vbi Card. Imol. & alij. de vit. & honest. cleric.* & ità declarauit Congr. Cardinalium super *d. cap.* 14. *§. specialiter. & §. pœna.* de qua Rot. in eadem Monasterij S. Mansueti.

7 Quando autem agitur ad pœnam priuationis, etiamsi ageretur ciuiliter, côcubinatus nô probaretur præsumptionibus; sed probandus esset concludentibus probationibus, quod etiam seruandum est in omnibus delictis, vt in simonia, vsura, & similibus, vbi tractatur de priuatione, *gloss. in c. veniens.* 1. *verb. illorū. vbi Abb. nu.* 4. & *Dec. num.* 8. *de test. Alciat. cons.* 2. *nu.* 4. *vol.* 1. *Nat. cons.* 299. *nu.* 15. *vol.* 2. *Rot. in d. S. Mansueti.*

8 Regularem verò, qui miserè in profundum deuenerit malorum, vt Concubinā habeat, perpetuò deponendum esse existimant. *Felin. in d. cap. atsi clerici. nu.* 13. & *Dec nu.* 10. *de iudic.* & alijs carceris, ieiuniorum, & corporis castigationibus, vt resipiscat, plectēdum, & cum eo sacros antiquos Canones obseruandos requirunt.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum habet malitiam specie distinctam à simplici fornicatione.*

2 *Stuprum qua pœna puniatur iure Ciuili, & lege Canonica.*

3 *Clericus stuprum cōmittens qua pœna sit afficiendus.*

4 *Qui Virginem nondum viripotentem deflorare conatur, graui pœna plectēdus est.*

5 *Pœnam extraordinariā incurrit, qui mulierem, siuè puerum contrà eorum voluntatem, seù in publico deosculatus fuerit, aut pudenda puerorum attrectare ausus fuerit, multò magis punitur clericus, qui talia cōmittere non erubesceret.*

§. Quartus.

1 Stuprum sicut habet malitiam specie distinctam à simplici fornicatione; cum addat nonam deformitatem. *S. Thom.* 2. 2. *q.* 154. *art.* 6. *vbi Caiet. in solut. ad* 1. *dub. & in Sum. verb. stuprum. Magist. in* 4. *sentent. distinct.* 4. *S. Thom. ibid. quæst. vn. ar.* 4. *quæstiun.* 2. & *S. Bonau. nu.* 6. *Victor. in Sum. de Confess. nu.* 176. *de circumst. mut. spec. Nauar. in Manual. c.* 16. *nu.* 3. *Gutier. quæst. canon. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 29. *Henriq. de pœnit. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 3. *lit. T. Gratian. in cap. lex illa. §. cum ergò. verb. stuprū.* 36. *quæst.* 1. *Abul. in c.* 5. *Mat. q.* 201. & cōmuniter Canonistæ contrà *Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 4. *Sanchez,* & alios apud ipsum. *lib.* 7. *de matr. disp.* 14. *nu.* 5. Ità peculiaris quoquè pœna est à legibus præscripta.

2 Nam iure Ciuili, qui sine vi stuprum commiserit, si honestus sit, dimidiæ partis bonorum publicatione mulctabatur; sin autem vilis corporis coercitione castigatus relegabatur. *§. item lex Iulia. Inst. de publ. Iudic.* quòd si per vim stuprasset, & stuprator, & qui opitulati fuissent, capite plectebantur. *§. item lex Iulia. de vi. Inst. eodem.* Sed lex Canonica iubet dolosum stupratorem renuentem in vxorem ducere stupro deceptam corporaliter castigatum, & excommunicatum in Monasterium detrudi ad pœnitentiam agendam. *cap.* 2. *de adult.* vbi *Abb.* qui *n.* 3. de sentētia aliorū, refert, quòd sufficiat ipsā dotare, secūdum alios verò, quòd debeat dotare, & corporaliter castigari, sed non detrudi in Monasterium.

3 At clericus, qui stuprum commiserit, perpetuò deponendus est. *Abb. in cap. atsi clerici. nu.* 35. *de Iudic. & in c.* 2. *nu.* 4. *in fin. de adult. Decian. lib.* 6. *cap.* 23. *num.* 12. *Diaz. in pract. crimin. Canon. cap.* 86. *n.* 2. *Clar. lib.* 5. *§. stuprum. Menoch. de arbitr. cas.* 288. *numer.* 5. Et nonnulli existimant, cū clericus sacris initiatus Virginem defloratam vxorem ducere non possit, ipsum corporaliter fore coercendum, vt refert *Abb. in c.* 2. *nu.* 4. *de adult. Diaz. & Decian.* vbi suprà, multò magis, si cum vi vera, aut interpretatiua, quæ dolosis, & blandis verbis inducitur. *Clar. d. §. stuprum.* vlteriùs tenetur clericus puellam defloratam dotare. *c. tria.* 36. *q.* 2. *c.* 1. *vbi Abb. & Innoc.*

& c.2. de adult. las. in §. omnes. n.24. & 25. Inst. de act. Osasc. dec.107. Thessaur. dec.3. n.2. Mascard. de probat. conclus.1338. n.6. Menoch. d. cas.288. nu.4. Diaz. vbi suprà.

4 Pœna quoque graui arbitraria plectendus erit, qui Virginem nondum viripotentem deflorare conatus fuerit. *Clar. d §. stuprum nu. 9. Menoch. de arbitrar. lib.2. Centur.3. cas.294. num.6.* vbi refert casũ istũ cõtigisse Papiæ suo tẽpore 1556. mense Maij contrà quẽdam Presbyterum, qui fuit accusatus corã Episcopo Papien. quòd puellam octo annorũ nixus erat carnaliter cognoscere, cuius causæ ipsemet *Menoch.* patronus extitit. *Lopez ad Diaz. d. c.86. vers. hæc verò.*

5 Pœnam etiam extraordinariam non euitat, qui mulierem, siuè puerum contrà eius voluntatem impudicè desculatus fuerit. *gloss. in l.1. §. qui puero. vbi etiã Castr. ff. de extraord. crim. Dec. in l. si fugitiui. num.44. & seqq. de seru. fugit. Grammat. cons. crim.48. n.1. & seqq. Afflict. decis.276. Vincent. de Franc. decis.333. nu.4. par.2. Clar. §. fin. q.83. nu.16. Menoch. de arbitr. cas.287. in princ. Decian. tract. crimin. tom.2. lib.8. cap.25. rubr. de stupr. vel coit. viol. nu.8. Cabal. resol. crim. cas.97. num.8.* Qua ratione pœna extraordinaria puniendus est, qui vxorem alterius solicitauerit, siuè aliam mulierem. *l. si quis. C. de Episc. & Cler. Menoch. de arbitr. cas.360. nu.49. & seqq.* Idem dicitur si pueri pudicitiam attentare ausus fuerit. *Menoch. d. cas.360. num.59. & seqq.* aut luxurians cum pueris eorum virilia contrectare non erubuerit, aut alia huiusmodi cõmiserit. *Cabal. resol. crim. cas.16.* vel osculatus fuerit in publico mulierem, vel Virginem sine eius consensu. *gloss. in d. l.1. in princ. Salicet. in l. is qui cum telo. C. de sicar. Clar. d q.36. n.6. Afflict. d. decis.276. à nu.5. vbi etiã Vrsill.* Multò minùs effugiet pœnam clericus, qui talia committere ausus fuerit. *c.1. & tot. tit. de vit. & honest. cler.*

SVMMARIVM.

1 *Raptus quid sit, & quibus pœnis puniebatur iure Ciuili, & iure Pontificio antiquo.*

2 *Raptus nouissimo iure Concilij Tridẽtini qua pœna afficiendus.*
Et quomodò consistere possit matrimonium inter raptorem, & raptam. ibid.
Qui rapit mulierem nõ ad finem contrahendi cum ea matrimonium, sed ob aliam causam non comprehẽditur in prædicto Decreto Concilij. ibid.

3 *Clericus mulierẽ rapiens, aut illi violentiam inferens est deponẽdus. Violentia inferre ei dicitur, qui per munera persuadet puellæ, vt domo exeat, & ad ipsum vadat, quia plus est dolosa persuasio, quàm violẽta coactio. ibid.*

4 *Clericus se iactãs Virginem deflorasse, siuè mulierem nuptam cognouisse, vel aliquod crimen cõmisisse suspendendus est ab officio, & beneficio.*
Raptus est de atrocioribus criminibus. ibid.

5 *Qui ad Monialẽ accesserit, adulteriũ, sacrilegium, & incestum committit. Laicus rapiens, vel attentans rapere sacras Virgines capitali sententia ferendus est. ibid.*

6 *Clericus talia committens etiam non secuto effectu est deponendus, & in arctum Monasterium ad pœnitentiã peragendam est detrudendus.*

7 *Moniales, quæ se violari passæ fuerint, perpetuo carceri sunt mancipãda, & quare mitius puniãtur, quàm mares. ibid.*
Vestales talia perpetrantes quomodò puniebantur. ibid.

8 *Clericus frequentans Monasteria Monialium qua pœna sit afficiendus, itẽ laicus. Et quæ frequentia dicatur, vt prædicta pœna locum habeat.*

9 *Episcopus in casu negligentiæ potest dare confessarium Monialibus Regularibus.*

§. Quintus.

1 RAptus propriè hic sumitur pro specie luxuriæ ab alijs distincta, qua persona violenter contrà eius, vel parentum voluntatem abducta, carnaliter cognoscitur, de quo habetur. *36. q.1. & 2. per tot. 27. q.2. cap. desponsatas.* cum duobus sequentibus. *& c. si quis rapuerit. ead.27. q.1. D. Tho.2.2. q.154. art.7.* Raptus omnibus legibus puniendus est. Vndè iure Ciuili raptor mulieris capite plectendus est, & eius bona raptæ applicanda, si ingenua, aut libera est; verùm si ancilla, solùm capite punitur. *l. vnica.*

C. de

C. de rapt. virg. Quæ pœna afficit omnes, qui tempore inuasionis auxilium raptori præbuerint.*d.l.vn.*imò & conniuentes. *c. de puellis.36.quæst.*1.Iure verò Pontificio raptores pœnam mortis euadunt, sed efficiuntur serui raptarum, nisi se velint redimere. *cap.de raptoribus.*36. *q.*1. Et sunt excommunicandi.*c.*1.*&* 4. 36.*q.*2.

2 At nouissimo iure Concilij Tridentini *sess.*24. *cap.6. de reformat.* decernitur inter raptorem, & raptam, quandiù in potestate raptoris manserit, nullum posse cõsistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat; Et nihilominùs ipse, & omnes ipsi auxiliũ, consilium, & fauorem ferentes sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumquè dignitatum incapaces. Tenetur prætereà raptor mulierem raptã, siuè eam in vxorem duxerit, siuè non decenter arbitrio Iudicis dotare. Ex quibus verbis Concilij patet differentia pœnarum inter ius Pontificium, & ius Concilij, nam ibi raptores erant excommunicandi; At hic per Concilium sunt ipso facto excõmunicati. Item per Concilium est factũ impedimẽtum non solùm impediens matrimonium contrahendum, sed etiam dirimens cõtractum durante raptu, hoc est quandiù rapta sit in potestate raptoris, adeò quòd si de facto contrahant matrimonium durante raptu etiam cum Parocho, & testibus, nullum est matrimonium. An verò, qui rapiũt mulieres non, vt eas in vxores ducant, sed ob aliam causam, sint ipso iure excommunicati per dictum Decretum Concilij Tridentini; Sacra Congregatio sub die 23. Ianuarij 1586. respondit non comprehendi à Concilio propter identitatem, vel maioritatem rationis, quia Constitutio pœnalis non debet extẽdi vltrà casus expressos.

3 Clericus autem puellam siuè mulierem rapiens, aut illi violentiam inferens depositionis pœna plectendus erit.*cap.eos. cap.raptores,& cap.de puellis.*36.*q.*2.quod *Lopez ad Diaz. in pract. crim.canon.c.*79. intelligit tunc tales pœnas depositionis in clericum, & excõmunicationis in laicum quando clericus mulierem causa ineundi matrimonij cum alio rapuerit, vel auxilium, seu consilium præstiterit. Violentiam quoquè inferre is dicitur, qui per munera data, vel promissa persuadet puellæ, vt domo exeat, & ad ipsũ vadat. *Ang.in auth. de lenon. & in l.vn. C.de rapt.virg.* facit *tex. in d.l.vers.& huic pœna. Nauar. lib.*5.*de rapt. cons.*1. affirmare videtur, & *glos.fin.in c.scienti.de reg. iur.in* 6. quã sequitur *Dyn.* & dicit quod plus est dolosa persuasio, quam violenta coactio. *l.* 3. *§. si quis violentem.ff. de lib.hom. exhib. Clar. lib.*5.*§.raptus.*

4 Suspendendus est etiam clericus ab officio, & beneficio se glorians extrà iudicium, vel se iactans virginem deflorasse, siuè mulierem nuptam cognouisse, vel aliquod crimẽ commisisse. *c. quam sit graue. vbi Abb.de excessib.Prælat.* idem *Abb.in cap.cum nuper.num.*15.*de confess. Carrer in pract.crim. §. homicidium.*6. *num.*246. *Menoch.de arbitr.cas.* 332.*num.* 1. *Diaz. in pract.crim.canon.cap.*122.*per tot.*huiusmodiq. iactatór corripitur à Dauid *Ps.*51. *Quid gloriaris in malitia? Et Prou.*2. *Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Ex quibus colligi potest quã sit graue scelus, & de atrocioribus criminibus raptus Virginum, siuè mulierum honestæ conditionis; meritò igitur solet à locorum Ordinarijs reseruari; vt videri potest in eorum Tabellis de casibus reseruatis.

5 Qui verò ad Virginem sacram, idest Monialem professam accesserit, adulterium, sacrilegium, & incestum committit. *Dec.cons.*337.*aliàs* 338. *Menoch.de arbitr.casu* 489.*nu.*23.*Decian. lib.*6. *c.*20. *nu.*6. Tam immane scelus committens, vel attentans vltimo supplicio plectitur iure Cæsareo. *l. si quis non dicam. & l. si quis in hoc genus. C.de Episc.& cler. auth. de sanctiss. Episc.§.penul.Clar.lib.*5.*§.fornicatio.vers.cum Moniali.Menoch.de arb. cas.*384. *num.* 24. *Lopez ad Diaz. cap.*84. *Decian. d.lib.*6.*cap.* 20. *num.*6. Quam sententiam amplectitur etiam ius Canonicũ. *in cap. si quis non dicam.*23. *quæst.*3. *de pœnit.dist.*1.*&* 36. *quæst.*2. hisce verbis. Si quis non dicam rapere; sed attẽtare tantummodò iungendi causa matrimonij sacratissimas Virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. Quod intelligitur de rapiente sacram Virginem, vel attentante rapere; Nam laicus cognoscens carnaliter Monialem consentientem erit excommunicandus. *cap. si quis Episcopus. in fine. & cap. si qua Monacharum. vers. is autem.* 27.*quæst.*1. Et bona cognoscentis carnali-

ter Monialem, quando vis, vel raptus interuenerit, debent applicari illi Monasterio, in quo sacra Virgo permanebat. *cap. si quis rapuerit. 27. quaest. 1. Farin. de delict. carn. q. 146. §. sacrilegium. nu. 10. Lopez ad Diaz. in cap. 84.*

6 Sed clericus cuiuscunquè dignitatis, & gradus sit, qui Monialem, seù Virginem Deo sacram carnaliter cognoscere praesumpserit, iure Pontificio est deponendus. *cap. si quis Episcopus. 27. quaest. 1. Diaz. in pract. crim. canon. c. 83.* & in arctum Monasterium ad poenitentiam peragendam detrudendus. *cap. impudicas. & cap. si qua Monachorum. 27. q. 1. Abb. in cap. at si clerici. nu. 35. de iudic. Menoch. de arbitr. cas. 389. Diaz. in cap. 84. nu. 2. Farinac. de delict. carn. quaest. 45. de sacrileg. sommis. ëum Monial. num. 26. Victorin. Mans. de mod. proceden. cap. 20. num. 13.* Idem dicitur; si rapuerit, atquè solicitauerit, & attentauerit non secuto effectu. *dicto c. si quis rapuerit. Menoch. de arbitr. cas. 360. num. 54. Farin. de delict. carn. quaest. 146. §. sacrilegium. num. 3.* talisquè sacrilegus non gaudet immunitate Ecclesiae. *Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 9.*

7 Moniales verò, quae se corrumpi, vel violari passae fuerint, perpetuo carceri erũt mancipandae. *dicto cap. impudicas. c. si quis sacro. §. velatae. cap. virgines. & cap. si qua Monachorum. 27. quaest. 1. Marsil. in l. 1. num. 57. C. de rapt. Virg.* Mitiori etenim poena sanctimoniales plectũtur, quàm mares, tum quia eas inclusas attentarunt, & earum pudicitiam solicitarunt, tum quia vt plurimùm propter violentiam, quae à sibi coniunctis infertur, Monasteria ingredi coguntur. Vestales etiam, quae antiquitùs Diis Virginitatem vouerant, huius enormis criminis reae virgis caedebantur, deindè eas viuas desodi lege sancitum erat. *Alex. ab Alex. lib. 5. dier. genial. c. 12. Lopez ad Diaz. c. 84. vers. Mediolani verò. & vers. Imò tanta.*

8 Clericus quoquè frequentans Monasteria sanctimonialiũ sine manifesta causa, & rationabili per Ordinarium est attendus, & si non destiterit, est suspendendus à Diuinis; Imò & deponendus. *cap. vt clericorum. de vit. & honest. cleric. Sanchez. in praecept. decal. tom. 2. lib. 6. cap. 16. n. 108.* Laicus autem erit excõmunicandus. *c. Monasteria. de vit. & hon. cleric.* neque sufficit rationabilis causa, nisi fuerit, manifesta. *gloss. prima in dicto cap. Monasteri. Sanchez. dicto cap. 16. nu. 113.* Quae autem frequentia dicatur, vt clericus, seù laicus praedictis poenis affici possit, explicat *Sãch. d. cap. 16. n. 111.* vbi dicit esse frequentiam, quãdo semel singulis mensibus, aut ter tribus diebus continuis adeat Monasteria Monialium.

9 Episcopus potest in casu negligentiae dare confessarium extraordinarium eiusdem Ordinis Monialibus Regularibus, & ex causa alterius Ordinis, & etiam secularem. Sacra Congregatio Concilij, in vna *Cameraeen. 20. Decembris 1631.*

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quid sit, & quàm sit grauissimum crimen.*

2 *Adulteri quibus poenis afficiantur lege Ciuili. Item lege Canonica. ibidem. Bruta etiam foedissimũ deputãt adulterium. ibidem.*

3 *Clericus adulterium confessus, vel de eo conuictus qua poenas veniat puniendus. Et quae mala, & quibus inferat adulterium. ebidem.*

4 *Maritus, siuè Vxor thori separationem affectans, vt luxoriosè viuat, qua oena afficiatur.*

§. Sextus.

1 ADulterium, quod est coniugalis thori violatio, grauissimum crimen est. *c. quod in omnibus. 32. q. 7.* Diuinaquè lege damnatum sub poena mortis. *Genes. 2. Leuit. 20. Deut. 22. & Io. 8.* Et Iure gentium, Ciuili, & Municipali seuerissimis, poenis prohibitum.

2 Lex etenim Iulia temeratores alienorum nuptiarũ gladio vindice punit. *§. Item lex Iulia. de adulterijs. Inst. de public. iud. l quamuis. C. de adult. & tot. tit. ff. eodem. Teraq. in l. connubia. lib. 13. num. 26. Clar. lib. 5. §. adulterium. Menoch. de arbitr. cas. 419. Couar. in 4. 2. par. cap. 7. §. 7. n. 16.* In legibus 12. tabul. continetur adulterij conuictam vir, & cognati, vti volent, necanto. Solonis quoque lege deprehensum adulterũ impunè occidi posse cauebatur. *Rauis. in epith. de adulterijs.* Zeleuci lege statutum erat Locris vtrumq. adulterum oculis priuari, quam legem cum eius fi-

lius

lius violasset, alterum sibi, alterum filio oculum erui iussit. Sed quid prosequor leges humanas? Bruta ipsa fœdissimum deputant adulterium; Nam Leo si Pardi coitum senserit in Leæna, suppliciū de ea sumit vsquè ad necem; Propterea Leæna fœtorem in flumine abluit, aut adultero comite procul aufugit. *Plin. lib.8.cap.16.* Lege itē Canonica laici adulteri per Ecclesiasticum Iudicem excommunicari possunt. *arg. c intelleximus.& ibi Doctores. de adulter: Concil. Trident. sess.24. cap.8. de reform. matr.*

3 Clericus verò adulterium confessus, vel de eo conuictus est deponendus ab officio, & beneficio, & in monasterium toto vitæ tēpore detrudēdus. *c. si quis clericus. & c. Romanus.* 81. *dist.* vbi *Pelagius Papa* his verbis pœnam explicat. Romanus Ecclesię Thienēsis clericus pro crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, à clericatus Ordine depositus in Monasterium hic in Vrbe Romana ad agēdam pœnitentiam ex nostra iussione detrusus est. *gloss. in c. lator. verb. in corporali. 2.q.7. Abb. in cap. vt clericorum. nu.8. de vit. & honest. cleric. & in cap atsi clerici. n.35. de iudic. Couar. in epitho. de sponsal. par. 2.§.7. c.7. num.19. Clar. dicto §. adulterium. Decian. lib.6. cap.23. nu.14. Menoch. dicto cas.419. num.60. Diaz. in prax. crim. canon. cap.87.* dicens communem maximè commendat, ne impunitum hoc crimen relinquatur; est enim iustitiæ inimica bonitas, quæ palpat huiusmodi criminosos, & vulnera eorum incurata relinquit. *cap. si quis Diaconus. 50. dist.* Infertur etenim propter adulterium marito iniuria, corruptela, & deprauatio morum, prolis confusio, & matrimoniorum perturbatio. *Bald. in d. cap. atsi clerici. §. de adulterijs verò. de iud.* inquit. Adulterium est infestum laicis, & bonis viris, honorem matrimonij turbat, & famā liberorum, in qua decus gentium consistit. Grauitatem huius criminis latè disputat *Dionys. Carthus. in Opusc. de cōuers. peccat. art.5. & DD. in d. c. atsi clerici.* Nihilominùs *Grillan. de pœnis omnis. coit. §. sexto declaranda. n.46. cum seqq.* existimat clericum propter adulterium deponendum non esse; sed mitiori pœna feriendum, quā sententiam æquiorem, & probabilē tenet, & sequitur *Thessaur. for. Eccles. p.3. cap.4. nu.31.* nisi cum alijs circumstantijs adulterium grauaretur. Sed placet opinio. *Did. Cant. de punit. delict. de adult. quæst.1. cap.4. nu.33.* vbi dicit, quòd si clericus accusetur à marito, vel à cognatis tunc habere locum opinionem *Diaz.* si verò non accusetur, & mulier sit impudica, & maritus sit persona vilis, & pręsumatur aliquid scire, tunc clericus erit suspendendus cum inhibitione, vt non alloquatur cum illa muliere; si verò mulier sit honesta, & maritus vir bonus, nec de eo aliquid præsumatur, tūc nęcessaria est maxima prudentia in Iudice, vt puniat delictum, & mulier non infametur.

4 At si maritus Iudicis auctoritate thori separationem obtinens, & deinde impudicam vitam ducēs, ità vt appareat, quòd separationem affectauerit, vt luxuriosè viueret, vltimi supplicij pœna plectēdus erit, vt censuit Sixt. V. in sua Constitut. 46. §.3. Vxor item, quæ separationem obtinuerit, impudicè vixerit, & complura adulteria commiserit, aut palàm quæstū fecerit, eadem pœna erit afficiēda, dicta Constit. §.4.

SVMMARIVM.

1 *Incestus quid sit, & quàm sit graue crimen.*

2 *Varia pœna iure Diuino decreta incestuosis.*

3 *Incestus commissus à viro cum cōsanguineis sponsa, quæ erat ei futura vxor, præcedēs matrimonium sit vnū ex impedimētis impedientibus matrimoniū contrahendum, & dirimentibus cōtractū subsequens verò matrimoniū iam cōtractū impedit exactionem debiti, non autem commissus cū proprijs consanguineis.*

4 *Incestus iure Ciuili vltimo supplicio, vt adulterium puniebatur, sicut etiā hodiè iure Pōtificio est imposita pœna vltimi supplicij committenti incestum in primo gradu. ibid.*

5 *Clericus pro incestu deponendus est, & carceri mancipandus, nec placet, quòd pœna pecuniaria puniatur.*

§. Septimus.

1 INcestus, qui est abusus per copulā carnalem cum persona consanguinea, vel affini intrà gradus prohibitos grauissimum crimē est, cum ipsum natura abhorrere videatur, vt ait *S. Thom.*

a.2.q.154.

2.2.q.154.*art.9.* quoniam per ipsum violatur reuerentia. quæ inter parentes, aliosq. propinquos cōseruari debet, quæ tanti fiebat apud antiquos, vt teste *Valer. Max. lib.2.tit.1.cap.9.* relato etiam à *S.Thom.* vbi suprà fas non esset filiū simul cū Patre balneari, ne se inuicem cōspicerēt. Quamobrem incestus grauiùs est peccatū quàm fornicatio, & adulterium, vt dicit *text. in cap adulterij. 32.q.7. his verbis. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu*; Imò quibusdam animantibus inesse similem quendam reuerentię instinctum docet *Arist. lib.9. hist.animal. cap.47.* & refert *S.Thom. dicto ar.9. in fin. Boer.decis.318.Tiraquel.lib.7.leg.connub. cap.47.*

2 Grauitas huius criminis patet etiam ex pœnis, quæ incestuosis decretæ sūt tum lege Diuina, tum Canonica, & Ciuili. In veteri enim Testamento incestuosi punicbātur pœna mortis. *Leuit. 18. & 20.* Amnon etiam, qui cōcubuit cū sorore, ab Absolon interfectus pœnas meritas dedit. *2.Reg.13.* In nouo quoquè Testamēto Apostolus incestuosum excōmunicauit, & Sathanæ tradit, vt illū vexaret in corpore, sicut anteà vexauerat in anima. *2.Corinth.5.*

3 Iure verò Canonico incestus cōmissus à viro cum consanguineis sponsæ, quæ erat futura vxor præcedēs matrimonium est vnum ex impedimentis impedientibus matrimoniū contrahendū, & dirimētibus contractū. *c.literas. de desponſ.impub.c.2. de eo qui cogn.conſ.vxo.ſu.Sot.in 4.diſt.32. art.2.q.vn.* & communiter DD. Atsi subsequatur matrimonium iam cōtractum impedit exactionem debiti. *c.transmissa.de eo qui cogno. consang. vxo. sua.* non tamen si vir cōmittat incestum cum proprijs cōsanguineis, vel mulier permittat se carnaliter cognosci à proprijs consanguineis; quia tūc talis incestus nō impedit exactionē, vel redditionē debiti cōiugalis. *S.Tho. in 4.sēt.diſt.34.q.1.in fin.vbi Riccard.3.p. c.16.§.4. Couar. in Epith. p.4.c.6.in princ. nu.40. Castrenſ.lib.7.de leg. pœnal.cap.7. in fin.Sylu.verb. matrim.7.quaſt.6.verſ. tertium.* & alij contrà *Nauar.in Manual. c.22.n.74.* & alios ab eo citatos. *& Ang. verb.incestus.* quia hoc impedimētum nō oritur ex grauitate delicti, sed ex quodam affinitatis genere, quàm vir cōtrahit cum vxore per hoc, quòd eius consanguineam carnaliter cognoscit, quam vtiquè nō contrahit si propriam consanguineam polluit, vt inquit *Riccard.* quoniam maiorem irrogat iniuriam fidei, quam debet vxori, si cum eius cognata congrediatur. *Sot.* vbi suprà. Insuper incestuosus est à cōmunione fidelium separandus. *cap.vltim.35.q.8.* & filij ex incestu procreati nō succedunt. *cap.1.35.q.5. Molin.de Iuſt.& Iur.tom.1. diſp.167.*

4 Iure Ciuili incestus vltimo supplicio, vt adulteriū, puniebatur. *gloſ.in l.ſi adulterium cum incestu.& ibi Bart.nu.2.ff.ad leg.Iul.de adult. Couar.* dicit eoem. *in 4. p.2.c.16.§.9.n.2.* licet hodiè variè puniatur. *Clar.lib.5.§ Incestus.* Sixtus V. in Cōſt.54. quæ incipit *Volentes*. In statu Ecclesiastico vltimi supplicij pœnam imposuit illi, qui matrem, & filiam, siuè duas sorores germanas scienter carnaliter cognouerit, etiamsi hæ, vel harum altera meretrices fuerint, siuè sciens patrem, & filium, vel fratrem suum cum muliere aliquam rem habuisse, ipse etiam candem mulierem carnaliter cognoscere non erubuerit. Quomodò autē, & quando, & inter quos committatur incestus latissimè tradūt *Menoch. de arbitr.caſ.502. Azor.Instit. Moral.p.3. lib.3.cap.9. Sayr. in clau.reg. lib.8.cap.4. l.1.& tot.tit.C.& auth. de inceſt. nupt.& Inſt.de nupt.*

5 Clericus verò pro incestu perpetrato deponendus est, & carceri mancipandus. *cap.tue diſcretionis.vbi Abb. num.3.& in cap.atſi clerici. & ibi Imol.Fel. & Dec.de Iudic.idem Abb. in cap vt clericorum.n.8. de vit.& honeſt cleric.gloſſ in cap. Maximianus. 81.diſt.& in cap.lator. 2.quaſt.7. Diaz.in pract.crim.canon.c.86 vbi etiam Lopez.Couar.in 4.par.2.cap.6. §.8.nu.3. Clar.in dicto §.inceſtus. verſ. ſed quæro. Decian.lib.6.cap.23. nu.13. Menoch. de arbitr.caſ.501.& ſeq. Farin.de delict.car. q.148.num.35.* Neque placet, quod Clerici pro incesto pœna pecuniaria puniantur. *Farinac. dicto num.35.* latè *Didac. Cant. quaſt.crim.c.4.de inceſtu.nu.54.cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens copulam carnalem cum filia spirituali est deponendus, et in Monasterium ad agendā pœnitentiam detrudendus.*

Et an sit circumstantia necessario confitenda.

2 Quæ-

2 *Quanam dicatur filia spiritualis.*

3 *Tribunal sāctissima Inquisitionis procedit contrà Confessarios tanquam de hæresi suspectos, qui mulieres circà actus confessionis ad inhonesta alliciunt, & prouocant, seù allicere, & prouocare tentant; ac procurant.*

4 *Prædicta perpetrātes quibus pœnis puniantur.*

5 *Sub prædictis pœnis comprehenduntur Confessarij allicientes, & prouocātes pueros ad turpia.*

6 *An sub prædictis pœnis comprehendantur Confessarij, qui à fœminis solicitati ad actus turpes ex fragilitate consentiunt.*

7 *Non tamen videntur cōprehendi Confessarij solicitantes pœnitentes non ad turpia, sed ad alia illicita, quæ venerem minimè redoleant.*

8 *Fœminæ & pueri solicitati à Confessario confitentes postea alteri Confessario quid præstare teneantur, & an sint absoluendi antequam denuntiēt.*

9 *Fœmina solicitata à Confessario cōsentiens actibus inhonestis an sit cogenda ad denunciandum Confessarium solicitantem, & quid de alio tertio, qui id aliundè sciuerit, quàm in Confessione. ibid.*

10 *Fœmina, vel Monialis solicitata, quæ non potest absquè infamia adire Tribunal Inquisitionis quomodò se gerere debeat.*

11 *Hoc crimen quomodò probandum, & quot testes requirantur, & quales.*

12 *An antè denūciationem sit præmittenda fraterna correctio; Et quid in crimine hæresis.*

§. Octauus.

1 Clericus, qui copulam carnalem habuerit cum filia spirituali nō solùm est deponendus, verùm etiam vsquè ad exitum vitæ suæ in Monasterio iugi pœnitētiæ subdendus. *c.omnes. cap.si quis Sacerdos. & cap. non debet. vbi Turrecrem. 30. q. 1. Anan. in c. fin. col. fin. vbi etiam Felin. de accusat. Abb. in cap. fin. nu. 9. de purgat. can. & in c. at si clerici. n. 8. vbi etiam Felin. nu. 14. & Dec. nu. 36. de iudic. Ferret. cons. 395. nu. 2. & 5. Diaz. in pract. crim. can. cap. 84. nu. 2. & cap. 85. in princ. Roderic. Quæst. Regul. tom. 2. q. 27. art. 1. Nau. to. 2. cōsil. lib. 5. de hæret. cons. 2. nu. 6.* præsertim si delictum fuerit notoriū. *gloss. in d. c. non debet. ver. in cōscientiam.* facit *Thessau. for. Eccles. par. 3. cap. 4. n. 33.* huiusmodi enim luxuriæ actus specialem habet deformitatem, cum perpetretur cū ea persona, cui ratione istius spiritualis coniunctionis singularis reuerentia debetur. *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 55. n. 3. cum seqq. Candelab. aur. de confess. nu 50.* aliàs *tit. de circumst. num. 20. Henriq. in Sum. lib. 11. de matr. c. 11. n. 1.* qui agnoscit in ea copula sacrilegiū; Veruntamen existimat talem circumstantiam non esse necessariò confitendam, quem sequitur. *Sà. verb. Confessio. num. 25.* & alij relati per *Sanchez d. disp. 55. nu. 2. Roderic. à Cunha de confess. solicit. quæst. 5. nu. 52. cum seqq.* Verùm *Sanchez n. 4.* & alij apud ipsum tenent esse circumstantiam necessariò confitendam non solùm tanquā notabiliter aggrauantem, sed etiam tanquàm mutantem speciem, quoniam est speciale sacrilegium ratione specialis prohibitionis Ecclesię, & quodammodo incestus ratione vinculi similis cognationi ex eo sacramento cōtracti, vt latè probat idem *Sanchez dicta disp. 55. num. 3.*

2 Filia autē spiritualis appellatur, quā clericus baptizauit, vel de sacro fonte suscepit. *d. c. omnes. 30. q. 1. & d. c. non debet.* seù tenuit, quū sacro Chrismate vncta fuit. *Felin. in c. at si clerici. n. 14.* & communiter Doctores. *Diaz. d. c. 85. in fin.* Pareciana dicitur quoquè filia spiritualis. *Abb. in c. fin. n. 4. in fin. de purgat. can.* & post eū, ac recentiores scribit *Boss. tit. de coit. damn. nu. 10. Dec. in d. c. at si clerici. nu. 231. Rot. decis. 4. nu. 1. de fil. presbyt. in antiq. Lopez ad Diaz. cap. 84.* spiritualis etiam filia dicitur illa, quæ Sacerdoti sua peccata confitetur iuxtà *c. omnes. 30. q. 1.* vbi *Symach.* ait *omnes, quos in pœnitentia accepimus, ità filij nostri sunt; vt in baptismate suscepti, & d. c. non debet. S. Thom. in 4. sentent. dist. 42. q. 1. art. 2. Roderic. Quæst. Regular. d. q. 27. art. 1. Diaz. vbi suprà. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 55. nu. 4. Coninch. disp. 32. dub. 2. num. 23. Ricc. decis. 376.* est contrà *Azor. Instit. Moral. 3. p. lib. 3. c. 9. q. 5. & 9. P. Ledesm. de matr. q. 56. art. 2. dub. vltim. Sà. verb. Confessio. n. 26. & verb. luxuria. num. 2.* & alios.

3 Quinimò Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal procedit contrà Confessarios tā-

quam de hæresi suspectos, qui mulieres in actu, vel circà actũ Confessionis ad actua inhonestos, & illicitos alliciunt, & prouocant, seù allicere, & prouocare tentant, & procurant; cũ spirituali medicina abutentes malè de sanctissimis Sacramentis sentire videantur; prout decreuit Pius Quartus Constitut. 31. quæ incipit. *Cum sicut*, & Paulus Quintus in Bulla ad Inquisitorẽ Portugalliæ sub die 16. Septembris 1608. Pontificatus Anno Quarto, relata à *Roder. à Cunha in princip. sui tract. de Confess. solicit. Pegn. 2. par. Director. Inquisit. q. 56. com. 81. vers. ille quoquè. Lopez ad Dian. cap. 85. Roderic. Quæst. Regul. tom. 1. q. 59. art. 4. & to. 2. q. 27. art. 1. Quarant. in Sum. Bullar. verb. Confessor. in addit. vers. sciendum. Ricc. in prax. p. 1. resol. 312. n. 1. vers. quibus suppositis. Auctor Prax. Archiepisc. Neapol. c. 81. nu. 1. & 2. Vgolin. de potest. Episc. par. 1. cap. 15. §. 8. nu. 11. Homob. de casib. reseruat. par. 2. cap. 4. vers. tertius casus. & vers. nec solum.*

4 Et quamuis prædictæ literæ Apostolicæ Pij Quarti, & Pauli Quinti loquantur tantummodò de Regnis Hispaniæ; nihilominùs Gregorius XV. in sua Cõstitutione incip. *Vniuersi Dominici gregis.* edita 30. Augusti anno 1622. easdem literas Apostolicas approbauit, & cõfirmauit, ac omnia, & singula in eis contenta in quibuscũquè Christiani Orbis partibus inuiolabiliter obseruari mandauit, & propterea decreuit, quòd omnes, & singuli Sacerdotes tàm Seculares, quàm Regulares, qui personas, quæcunquè illæ sint, ad inhonesta, siuè inter se, siuè cum alijs quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis confessionis, siuè antè, vel post immediatè, seù occasione confessionis, vel prætextu confessionis etiam ipsa confessione non secuta, siuè extrà occasionem confessionis in Confessionario, aut in loco quocunquè vbi confessiones sacramentales audiantur, seù ad confessiones audiẽdas electo simulantes ibidem confessiones audire solicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siuè tractatus habuerint, in officio Sanctæ Inquisitionis seuerissimè puniantur pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspẽsionis ab executione Ordinis, priuationis beneficiorum dignitatum, officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec nõ vocis actiuæ, & passiuæ, exilij, damnationis ad triremes, aliisq. pœnas illis infligendas ibidem statuit.

5 Prædictæ Constitutiones Pij Quarti, & Pauli Quinti antè Bullam Gregorij XV. extendebantur etiam ad confessarios allicientes, & prouocantes pueros, vel allicere, & prouocare tẽtãtes pueros ad peccatum. Tum propter rationẽ in ipsis Cõstitutionibus expressam illis verbis. *Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholica rectè sẽserint, sacramentis ab Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant*; & maximè cum multò grauius sit hoc crimen. Tum verò quia licet prædictæ Constitutiones loquantur de ijs, quæ cõmuniter eueniunt; non tamen propter hoc excludunt, quæ rarò contingunt, & sunt eiusdem imò grauioris generis. *Roderic. Quæst. Regul. to. 2. quæst. 27. art. 3. Roderic. à Cunha tract. de Confess. solicit. quæst. 6. Ricc. in prax. p. 3. resol. 66. nu. 3. Coriol. de cas. reseruat. p. 1. sect. 2. art. 22. nu. 3. Molfes. in Sum. par. 1. tract. 7. cap. 24. num. 34. Quarant. in Sum. Bull. verb. Cõfessor. in addit. vers. ampliatur. Lopez ad Dian. in pract. crim. canon. cap. 85. ver. disponuntur. in fin. Scort. in Bull. Pontif. Epitom. 77. theor. 197.* & alij. Contrà nõnullos asserentes dictas Constitutiones, cum essent pœnales, non fore extendẽdas vltrà casus expressos, etiãsi militaret eadẽ, vel maior ratio: Sed modò post Constitutionẽ Gregorij XV. nulli amplius relinquitur dubitandi locus, quin comprehendantur etiam confessarij solicitantes adolescẽtes ad actus inhonestos, & ad mollitiem, id enim habetur clarè illis verbis, *personas quæcũq. illæ sint ad inhonesta, &c.* Et quid à ratione magis alienum repetiri potest, quàm quòd qui Dei adiutores constituuntur, augeant peccata, quæ tollere debent, & qui patres sunt spirituales; vt filios in adoptionem filiorum Dei transferant, venenum propinãdo Diaboli, & perditionis filios efficiant. Grauiter igitur puniẽdi sunt hoc immane scelus perpetrãtes; ne ausus præbeatur hæreticis de fide Catholica detrahendi, & occasio præstetur maritis, ac patribus, & alijs se, vxores, filias, & filios ab hoc sacramento retrahẽdi omnium infirmitatum spiritualium vnica medicina. *Roderic. Quæst. Regular. tom. 2. q. 27. art. 1. in fin.* Nec mirum est, quòd cũ olim in Germania Sacerdotes turpiter viuere non erubescerent, in tantum contem-

ptum

ptum sacramenta deuenerint: vt etiã laici illa passim administrare non horrerent.

6 Veruntamē sub prædictis pœnis non videntur comprehendi secundùm opiniones Doctorum infra referendorum Confessarij, qui à fœminis solicitati ex fragilitate ad actus turpes, vel ad sermones inhonestos cōsentiunt, ità *Roderic. à Cunha in suo tract. de solicit. Confess. quæst.* 11. *& ibi Freit. num.* 24. *Sanctarell. de hæres. cap.* 46. *num.* 2. *Sancius in select. disput.* 11. *num.* 25. *cum seqq. Homob. exam. Eccles. tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 12. *quæst.* 26. & alij recentiores.

7 Minùs comprehendi videntur Confessarij solicitantes pœnitentes non ad turpia, & inhonesta; sed ad alia peccata, quæ Venerem minimè redoleant, quoniam verba Constitutionum diriguntur ad solicitationem carnalem, quæ communiter contingere solet, & in pœnis non fit extensio. *c. in pœnis. de regul. iur. in* 6: atquè in terminis docet *Roderic. à Cunha de Confess. solicit. quæst.* 8. *Paramus de orig. Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 10. *nu.* 121. *Scort. in Bull. Pontif. epit.* 77. *theor.* 197. *Molfes. in sum. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 24. *n.* 31. *Sanctarel. de hæres. cap.* 44. *num.* 19. *Venerus exam. Episc. lib.* 5. *cap.* 17. *nu.* 18. *Sancius in select. disp.* 11. *num.* 23. *& alij.* Nec etiam comprehendi videntur, qui ministrantes Baptismum, Eucharistiam, vel Matrimonium fœminæ ipsam solicitarent; quia Pontifex solùm loquitur de ministerio Sacramenti pœnitentiæ. *Sanctarel. de hæres. cap.* 46. *num.* 5. *Bonac. de onere denunc. disput.* 6. *punct.* 3. *num.* 14.

8 Mulieres igitur, atquè etiam pueri ità solicitati, si confiteantur alteri Confessario se solicitatos fuisse, monendi sunt ab eodem Confessario de obligatione denunciandi Confessarium solicitantem Sanctæ Inquisitionis Tribunali. Greg. XV. in dicta sua Constit. §. *mandantes. Roderic. Quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 27. *art.* 1. *Homob. de cas. reser. par.* 2. *cap.* 4. *vers. praxis in cōfessione. Nal. verb. Confessarius. num.* 41. *vbi in fin.* addit prædicta verba Constitutionis Gregor. non esse intelligenda de consilio, sed de præcepto denunciandi Confessarium solicitantem; quia cum ex tali solicitatione oriatur suspicio hæresis vehemens, non euitatur obligatio ex natura rei etiam seclusa hac ipsa Constitutione denunciandi huiusmodi solicitantes, nam suspecti de hæresi etiã occulti edictis Episcoporum, & Inquisitorum denunciari iubentur. *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. & alij quos citat, & sequitur *Prax. Archiepisc. Neapol. cap.* 23. *num.* 5. *Pegn. in Direct. Inquisit. par.* 2. *super cap.* 2. *com.* 2. *vers. diximus breuiter. & super cap. qualiter, & quando. com.* 18. *vers. & obligatio. Homob. loc. cit.* An verò prædicta denũciatio fit ab ipsis præstanda antequam absoluantur. *Auila de censur. & Roderic. à Cunha de Confess. solicit. quæst.* 21. *n.* 6. affirmat præsertim si pœnitentes sint personæ ordinariæ; quia si priùs obtinuerint absolutionem, facilè omittent denunciare. Sed alij limitant dicentes si necessitas communionis vrgeat, & pœnitentes sint personæ timoratæ conscientiæ, promittantquè, quàmcitiùs poterunt denunciare posse absolui antequam denuncient. *Zanard. in Director. Theolog. part.* 2. *præcept.* 2. *cap.* 11. *in fin.* existimat absoluendam esse illam pœnitentem, quæ firmiter promittat se denunciaturam Confessarium à quo fuit solicitata, si adsit causa, propter quam prudenti Confessario videatur denũciationem esse diferendam. *Sanctarel. de hæres. cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 16. *in fin.* vbi teste *Nauarro de praxi sacra Pœnitẽtiaria.* asserit sufficere saltem propositum firmum denunciandi, & loquitur de denunciando hæretico, & alij.

9 Fœmina autem solicitata consentiens verbis, & actibus turpibus ipsius Confessoris vtrum teneatur denunciare Confessorem. *Portel. in addit. ad dub. regul. verb. solicitare fœminas. num.* 1. negat rationem adducens; quoniam socius criminis non tenetur denunciare de socio delinquente cum periculo suæ famæ; non enim tenetur se prodere, iuxtà illud. *Non dico tibi, vt te prodas.* refertur in *cap. quis aliquando. de pœnit. dist.* 1. *post princ.* at talis fœmina denuncians de tali Confessore exponit periculo suam famam, quia Confessarius poterit fateri in Tribunali se actus inhonestos cũ illa consentiente habuisse, quòd esset prodere se ipsam, si cogeretur de prædicto Confessore denunciare: Alij verò dicunt fœminam consentientem solicitationi factæ in cōfessione teneri Confessarium solicitantem deferre. licet sit delicti complex. ità *Roderic. à Cunha de Cōfes. solicit. quæst.* 10. *Sanctarel. de hæres. cap.* 44. *dub.* 1. *num.* 12. & alij dicentes id

posse fieri sine iactura famæ ipsius fœminæ, quæ denunciando non tenetur manifestare proprium consensum; nec potest super hoc ab Episcopo, vel Inquisitore interrogari, sed simpliciter tenetur denunciare se solicitatam esse, sic responsum audiui per Beatissimum Vrbanum Octauum cuidā Confessori Clerico Regulari Theatino, qui Sanctitati Suæ supplicauit pro facultate ad absoluendam mulierem, quæ solicitata consenserat actibus turpibus Confessoris, & non poterat ipsum denunciare. Quòd si fœmina proprium crimen cum Confessore patrarum patens fecerit imprudens, nec propterea est infamanda, nec punienda, neque consensus est describendus in actis tanquam res minimè spectās ad Tribunal Inquisitionis. Vide *Roderic. à Cunha de confess. solicit. quæst.* 10. *num.* 5. Quid si Confessarius à fœmina solicitatus consentiat ad sermones inhonestos, & ad actus turpes cum ipsa fœmina, eritne denūciandus ab alijs, qui id sciuerint? Videtur affirmatiuè dicendum, tùm quia quilibet tenetur accusare, vel denunciare Iudici omnes committentes delicta tendētia in perniciem Reipublicæ, vt sunt huiusmodi solicitantes, hæretici, blasphemi, malefici, &c. Et talis denunciatio non debet esse fraterna, quæ tendit ad correctionem fratris, sed iudicialis, quæ tēdit ad vindictam publicā; Naturali enim ratione quælibet persona, cum sit pars Reipublicæ, tenetur quasi pars toti, ei succurrere, vbi viderit illam contagione infici, vel sceleribus corrompi adeundo publicam potestatem, vt metu pœnarum homines benè viuant, & bonum commune non perturbetur; ita *S. Thom.* 2.2.*q.*23.*art.*7.*& quæst.*68.*ar.*1.*& ibi Salon. Sot. de Iust. & Iur. lib.* 5.*q.*5. *ar.*1.*& de rat. teg. sec. mem.* 2.*q.*6. quidicūt *S. Thom.* sub nomine accusationis includere denunciationem iudicialem. *Nauar. in Man. cap.* 18.*nu.* 58. *Prax. Archiep. Neap. cap.* 23.*in princ.* Tum ex verbis ipsius Bullæ Greg. XV. circà finē vbi habetur. *Ne delictū tam enorme, & Ecclesia Dei tā perniciosū remaneat ob probationū defectum impunitū, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus cōcurrentibus, præsumptionibus, inditijs, & alijs, &c.* Sed alij contrariū docent, vt *Sanctar. de hæres. c.* 46. *n.* 2. *Sanc. de select. disput.* 11. *nu.* 25. *Consil.* 4. *Greg. XV.* §.43 *num.* 17. innitentes verbis ipsius Bullæ in fine, vbi hęc obligario denūciandi videtur solummodò imponi pœnitentibus solicitatis, non autem alijs, & cum sit pœnalis non debet extendi vltrà proprios terminos. *cap. in pœnis, de reg. iur. in* 6.

10 Fœmina verò, aut Monialis solicitata à Confessore non valens adire Inquisitionis Tribunal absquè infamia satisfaciet per schedulam missam ad Inquisitorem, tradendo ipsam Familiari S. Officij, aut alio modo indicando Confessarium solicitantem, vel stet consilio Confessoris; nam ita faciens facit, quod in se est. *Lazar. de blasph. quæst.* 12. *num.* 64. *Portel. in addit. ad dub. regul. verb. solicitare fœminas. nu.* 21. *Nal. verb. Confessarius. num.* 41. *in fin.* vbi addit, quòd si pœnitens nullo modo potuerit induci ad denunciādum Confessarium solicitantem, rem totam deferendam esse Summo Pontifici, eiusq. Oraculum attendendum.

11 Quomodò autem sit probādum hoc delictum. Ex verbis Bullæ videtur colligi sofficere quodcunq. inditiū habitum per testes singulares. *Param. de orig. Inquisit.* dicit sufficere testimoniū duarum fœminarū. *Ortiz. in sum.* requirit trium testimoniū, *Roder.* verò *à Cunha de Cōfess. solic. q.* 23. *n.* 11. addit exposci quatuor testimoniū. Sed putò relinquendum arbitrio, & prudentiæ Iudicis, qui considerare debet circunstantias, & qualitates tàm fœminarum denunciantium, quàm Sacerdotum, qui denunciantur. De hoc delicto possunt etiam cognoscere Episcopi. sic docent *Sāctarel. de hæres. cap.* 44.*n.* 11. *& Roderic. à Cunha de Confess. solicit. quæst.* 2. colligitur etiam clarè ex Bulla Gregorij XV.

12 Verum verò sit præmittenda fraterna correctio antè prædictam denunciationem, si subsit spes emendationis; Videntur affirmare. *S. Thom.* 2.2. *quæst.* 33. *art.* 7. *& eius discipuli. Sylu. verb. correctio. quæst.* 5. *Lopez. instruct. par.* 4. *cap.* 58. *Sot. de Iust. & Iur. lib.* 5. *quæst.* 5. *artic.* 1. *Can. de loc. theolog. lib.* 12. *c.* 9. *Tolet. Inst. Sacerd. lib.* 4. *cap.* 5. *in princ. & lib.* 5. *cap.* 58. *num.* 3. *& ibi Victorel. Lazar. de blasphem. quæst.* 11. *nu.* 32. *Homob. exam. Eccles. par.* 2. *tract.* 9. *cap.* 13. *quæst.* 39. *& de cas. reseru. p.* 2. *cap.* 1. *Angel. verb. denunciatio. quæst.* 2. *Rosel. verb. inquisitio. num.* 1. *Reginal. in prax. for. pœnit. tom.* 2. *lib.* 24. *cap.* 3. *sect.* 6. *nu.* 51. *&* 52. *Fagundez in terminis. de precept. Eccles. præcept.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *num.* 31. *Ioan.*

della

della Cruz in director. confessen. part. 1. praecept. 5. quaest. 2. dub. 5 conclus. 2. Roder. Quaest. Regul. tom. 2. quaest. 6. artic. 5. & 6. Auctor Prax. Archiep. Neap. quæ loquitur de hæretico denunciando. *c. 25. n. 7. Roder. à Cunha. q. 3. nu. 15.* & alij, qui addunt, nisi constaret tales criminosos fuisse emendatos, quia tunc opus nō erit præcipi denunciationem, minusq; adhiberi fraternam correctionem. Veruntamen cum prædicta denunciatio non sit fraterna, quæ tendat ad correctionem, vt suprà dictum est, sed iudicialis, quæ tendit ad vindictam publicam; tutius fore censeo non esse præmittendam correctionem fraternam, sed statim denunciandos esse huiusmodi flagitiosos, sicut hæreticos, quoniam hac labe infecti solent esse valdè subdoli, & multoties emendationem insimulare, vt pœnas euitent, magisq; noceant abutentes sacramentis, & ideò denunciandi sunt nulla præmissa correctione fraterna. *D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 1. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 8. c. 19. q. 9. Turrian. in 2. 2. tom. 1. disput. 58. dub. 3. Sylu. 2. 2. quaest. 33. artic. 7. concl. 2. Siman. in cathol. inst. tit. 19. n. 11. Layman. Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. p. 2. c. 4. nu. 3. assert. 2. Bonac. tract. var. disp. 6. p. 3. nu. 9.* & alij.

SVMMARIVM.

1 *Leno quis dicatur.*

2 *Clericus Lenocinium committens punitur pœna extraordinaria.*

3 *Laici Lenones puniuntur pœna mortis iure Ciuili.*
Lenocinium est grauius delictū, quàm adulterium, & quare.

4 *Lenones dicuntur scelesti fures, & vt fures puniri debent, & sunt infames.*

5 *Parentes prostituentes proprias filias qua pœna puniantur per Constitutiones Regni.*

6 *Lenones, eorumquè complices in prostituendis virginibus, aut masculis per Constitutiones Pōtificias vltimi supplicij pœna plectuntur.*

7 *Eadem pœna afficiuntur parentes, aut mariti prostituētes filias, aut vxores.*

8 *In cæteris casibus Lenones qua pœna puniantur.*

9 *Locantes domos Lenonibus, & Lenis perdunt ipsas domos, & insuper pœnam amissionis mille scutorū aureorum incurrunt.*

§. Nonus.

1 Leno is dicitur, qui fœminam rationalem tenet ad lucrū palàm ex libidine prostitutam. *not. in auth. de Lenon. & in l. palàm quaest. ff. de ritu nupt.* Item & vir, qui sciens domi retinet vxorem adulteram secundum *gloss. & Cyn. in l. 2. C. ad l. Iul. de adult.* Item & is, cuius opera fit, vt adulteri redimantur. *d. l. 2. et l. castitati. cod. tit. et l. 2. et l. is cuius. ff. eod.*

2 Clericus igitur Lenocinium cōmittēs pœnam extraordinariam non euadet; cum eadem quoquè pœna laicis de consuetudine imponatur, putà fustigationis, vel aliqua alia citrà mortem. *Clar. §. fin. q. 68. nu. 25. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 88. Caball. resol. crim. cas. 71.*

3 Licet iure Ciuili Lenones vltimi supplicij pœna plectantur. *authent. de Lenon. §. praeconizamus.* vbi Lenones vocantur pestiferi castitatis vastatores; vndè dicit *Bart. in l. athletas. §. Lenocinium. ff. de his qui not. inf.* quod maius est delictum Lenocinium, quàm sit adulterium; nàm adulteri peccant in se, & in fœminam, Lenones verò præter se ipsos plures alios trahunt ad perditionem.

4 Vocātur quoquè Lenones scelesti fures, ac proindè, vt fures lex eos mortē punire debet; Etenim si pecuniarum fures, & latrones furca suspendūtur, quantò magis nouissima supplicia subire debent castitatis fures, & prædones? Dicuntur præterea infames, vt habetur per *Afflict.* relatum à *Graffio in pract. quinq. cas. lib. 2. c. 15. n. 17.*

5 Et cum in parentibus crudelissimum peccatum sit prostituere proprias filias, eas vendendo; Propterea matres per Cōstitutiones Regni pœna truncationis nasi puniuntur, vt refert *Graff. loco cit.* quæ lex si seruaretur, quamplures matres Lenę sine præcone dignoscerentur; Patres verò loco truncationis nasi pœna mortis ciuilis afficiuntur, nempè damnationis in metallū. *l. fin. C. de spectacul. lib. 11.*

6 At per Constitutiones Pontificias Lenones in prostituēdis Virginibus, aut masculis vltimi supplicij pœnæ plectuntur. Paul. IV. in sua Constit. 18. incip. *Sanctissimus Dominus Noster.* & Sixtus Quintus Constit. 46. quæ incip. *Ad compescendam.*

7 Qua etiam pœna afficiendi sunt parentes,

rentes, aut mariti suas filias, vel vxores ad palàm luxuriosè viuendum inducẽtes. Sixtus V. dicta Constitut. §. 7.

8 In cæteris verò casibus Lenones, & Lenæ huiusmodi, qui de cætero Lenocinij artẽ exercuerint, fustibus per Vrbem publicè cæsi in exiliũ mittendi sunt. Paul. IV. dicta Constitut. §. 3.

9 Locantes verò domos prædictis Lenonibus, & Lenis ipsis domibus priuantur, & insuper pœnam mille scutorum aureorum in pios vsus conuertendorum ipso facto incurrunt. Paul. IV. dicta Constit. §. 4.

SVMMARIVM.

1 *Clericus initiatus prima tonsura, siuè etiam promotus ad ordines minores matrimonium contrahere non prohibetur.*

2 *Sed prædictus clericus contrahens matrimoniũ per verba de præsenti amittit beneficium, & pensionẽ ipso facto.*

3 *Quod procedit etiamsi matrimonium fuisset nullum propter aliquod impedimentum dirimens.*

4 *Clericus in sacris constitutus contrahens matrimonium est suspensus ab ordine, & officio, excommunicatus, & beneficijs est priuandus, cum non amittat ipso facto.*

5 *Contrà clericum in sacris constitutum contrahentem matrimonium tãquam de hæresi suspectum procedit Sanctissima Inquisitionis Tribunal.*

6 *Clericus per tractatum de contrahẽdo matrimonium non amittit ipso facto beneficium, nequè pensionem.*

7 *Qui matrimonio contracto suscipit sacros ordines, licet suscipiat characterem, remanet tamen irregularis.*

8 *Maritus de consensu vxoris potest sacris ordinibus insigniri, et quid teneatur facere vxor præstito tali cõsensu.*

§. Decimus.

1 QVamuis initiatus prima tonsura, siuè etiam promotus ad ordines minores matrimonium contrahere minimè prohibeatur, nisi in aliqua approbata Religione professionem emiserit. *c. si quis eorum. & c. erubescant. 32. dist. c. 1. 2. & 3. vbi DD. de cler. coniug. Rot. diuers. par. 1. decis. 731. n. 14.* vt dictum fuit *in p. 1. tit. de Discipl. Clerical. § 9. num. 5.*

2 Nihilominùs si clericus matrimoniũ per verba de præsenti contraxerit, amittit ipso iure, & sine alia declaratione beneficium Ecclesiasticum, si quod habet. *cap. eos qui. 32. dist. cap. si quis Sacerdotum. 81. dist. cap. 1. vbi gloss. verb. relinquenda. Abb. nu. 4. Host. nu. 2. 10. Andr. n. 6. & alij. c. 2. & 3. de cler. coniug. Abb. cons. 62. n. 18. Crauet. cons. 303. n. 9. Paris. cons. 40. n. 30. Caputaq. decis. 215. n. 2. par. 1. Rot. decis. 1. de cleric. coniug. in nouis. Capell. Tholos. q. 240. Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 3. nu. 4. Paris. de resig. benefic. lib. 1. q. 1. cum seqq. Gonzal. super reg. 8 Cancel. gloss. 15. q. 43. & n. 141. Sayr. de censur. lib. 6. c. 5. nu. 10. Diaz. in pract. crim. can. cap. 63. nu. 2. vbi etiam Lopez in addit. Farinac. de delict. carn. quæst. 138. nu. 102. & seqq. Rebuff. de pacif. poss. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 42. n. 4. Ricciul. de iur. person. lib. 7. c. 1. Garz. de benefic. par. 11. cap. 8. num. 1. cum seqq.* Licet matrimonium nondum fuisset consumatum. *Rot. d. decis. 1. de cler. coniug. in nouis. & decis. 21. de probat. in antiqu. & decis. 1. de sponsal. in antiq. Couar. d. nu. 4. Garz. d. num. 1. Sayr. d. cap. 5. nu. 11. Capel. Tholos. d. q. 240. Farinac. d. q. 138. nu. 106. Ricciul. d. cap. nu. 17. & seqq. Sanch. dicta disp. 42. num. 5.* Pensio concessa clerico titulo clericali pariter vacat contracto matrimonio per ipsum clericum. *Gig. de pens. q. 54. nu. 3. cum seqq. Caccialup. eod. tract. q. 30. num. 4. & 7. Couar. d. §. 3. nu. 6. Rot. diuers. p. 3. lib. 3. decis. 1079. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 8. cap. 10. q. 1. Ricciul. lib. 7. cap. 3.* vbi plures allegat *Sanchez de matr. lib. 7. disp. 44.* Quia matrimonium redigit clericum ad instar laici, cum clericus contrahens matrimonium explicet actũ contrarium beneficiorum possessioni; ideò tacitè videtur renunciare clericatus priuilegio. *Couar. d. §. 3. nu. 4. Paris. cons. 40. nu. 24. vol. 4.* Quemadmodum etiam vacat, si clericus fuerit factus miles. *Gigas de pens. q. 55. Azor. d. c. 10. q. 4. Ricciul. d. lib. 7. cap. 5.*

3 Amittitur autem beneficium, & pensio collata titulo clericali, quamuis matrimonium fuerit nullum propter cõsanguinitatem, vel affinitatem cum muliere, siuè aliud impedimentum legitimum; quoniã ex quo non stetit per clericum, videtur habuisse animum perdendi beneficium, &

pen-

pensionem, magisquè consideratur affectus. *Roman. cons.* 483. *num.* 5. & 6. *Capell. Tolos. quæst.* 240. *num* 5. *Rot. decis.* 1. *de sponsal. in antiq. Couar. dicto §.* 3. *num.* 4. *Gonzalez. d. gloss.* 15. *num.* 41. & *gloss.* 57. *num.* 44. *Farinac. dicta quæst.* 138. *nu.* 109. *Garz. dicto cap.* 8. *num.* 4. *cum seqq. Sayr. d. cap.* 5. *nu.* 13. *Ricciul. dicto lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 20. *cum seqq.* vbi refert ità fuisse decisum per Rotam in vna *Lucana de Insula sancta* 6. *Iunij* 1575. *coram Lancellotto.* Est contrà *Sanch. dicto lib.* 7. *disput.* 45. *num.* 3. vbi tenet Clericum contrahentem matrimonium quomodocunquè, & ex quacunq. causa irritum non ammittere beneficium, aut pensionem ipso facto, sed desiderari sententiam Iudicis. Mouetur quia clericus contrahens matrimonium irritum non assumit verè statum incompatibilem beneficij possessioni, nec voluntas assumendi quantùm in se est, ac proindè dimittendi videtur sufficere ad priuãdum clericum ipso facto. Prætereà non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. *cap. non præstat. de reg. iur. in* 6. Secundùm opinionem poterit clericus resignare beneficium in fauorem cuiuscunquè post contractum matrimonium, ex quauis causa irritum, antequam priuetur per sententiam Iudicis, secùs iuxtà priorem sententiam. Vide etiam *Sanch. dicto lib.* 7. *disput.* 44. vbi idem docet de pensione collata clerico titulo clericali.

4 Quòd si clericus fuerit in ordine sacro constitutus, & matrimonium contrahere præsumpserit, non solùm est suspensus ab ordine, & officio. *dicto cap. eos qui. dicto cap. erubescant. dicto cap. si quis sacerdotum. & cap. sané.* 2. *de cler. con. & c.* 1. *vbi Abb.* 2. *notab. & cap.* 2. *qui cler. vel vouen.* Item & excõmunicatus. *clem. vn. de consang. & affinit. Sylu. verb. clericus.* 3. *num.* 7. *Couar. dicto §.* 3. *nu.* 2. *Tol. in sum. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 1. *Sanch. de mat. lib.* 7. *disp.* 48. *Reginal. in prax. for. pœnit. lib.* 31. *cap.* 17. *num.* 120. à qua tamen excommunicatione potest absoluere Episcopus. *Tol. d. n.* 1. Atquè huiusmodi matrimonium est nullum, cum ad illud sit clericus omninò inhabilis. *dicto cap.* 1. *vbi gloss. fin. de cler. con. dicto cap. erubescant. dicto cap. eos qui. & dicto cap. si quis eorum. dicto c.* 1. *qui. cler. vel vouen. Extrau. antiqua. de Vot. Couar. dicto §.* 3. *in princ. Trot. de perfect. cleric. cap.* 10. *num.* 2. *Sanch. Reginal.* & alij apud ipsos vbi supra. Verùm etiam licet non amittat ipso iure beneficium, & pensionẽ, illis tamen est priuãdus. *gloss. fin. in d. c.* 1. *vbi Abb. n.* 7. *Butr. & Imol. de cler. coniug. Io. Andr. in c. Ioãnes. nu.* 23. *vbi etiã Butr. n.* 19. *et alij. eod. tit. Diaz. in pract. crim. can. c.* 83. *cum Addit. Salced. lit.* C. dicentes cõem *Farinac. de delict. carn. q.* 138. *n.* 98. *Card. in clem. gratia q.* 17. *de rescript. Dec. cons.* 166. *Sanch. de mat. lib.* 7. *disp.* 42. *Sylu. verb. beneficiũ.* 3. *q.* 22. *Ricciul. de Iur person lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 11. & *seqq. Garc. dicto cap.* 8. *num.* 17. qui multos citat hanc opinionem sequentes *Sayr. de censu lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 16. quamuis non desint, qui teneant clericum in sacris constitutum matrimonium contrahentem esse ipso facto beneficijs, & pensionibus priuatum. *Couar. dicto §.* 3. *nu.* 4. & alij quos refert. *Garc. dicto cap.* 8. *numer.* 18.

5 Quinimò contrà clericum in sacris ordinibus cõstitutum matrimonium contrahentem tanquam malè de Sacramentis, & de fide sentientem procedit Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal. *Nauar. par.* 2. *cons. lib.* 5. *de hæret. cons.* 2. *num.* 7. *Simanc. de cathol. instit. tit.* 4. *nu.* 12. *Pegn. in Direct. Inquisit. par.* 2. *com.* 74. *vers. atquè hæc etiã. Diaz. in pract. cr. m. can. cap.* 83. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. cas.* 946. *num.* 49. *Farin. de delict. carn. quæst.* 138. *num* 94. & *seq. Bald. in l.* 3. *propè fin. C. de Sum. Trinit.* & *Fid. cathol. Abb. cons.* 68. *Ricciul. dicto c.* 2. *num.* 17. & *seq.* Quod idem dicitur de Regularibus, qui relicta Religione, quam professi sunt, matrimonium cõtrahere non verentur. *Nauar. d. num.* 7. & *Pegn. dicto com.* 74. *vers. Iam Apostata.*

6 Per tractatum verò de contrahendo matrimonio, siuè per contractum sponsalium non amittit clericus ipso facto beneficium, nequè pensionem. *Io. Andr. in dicto cap. Ioannes. num.* 23. *de cleric. coniug. Abb. in dicto cap.* 1. *num* 5. *vbi etiam Butr. num.* 1. *eod. idem Abb. dicto cons.* 62. *nu.* 18. *Rot. decis.* 1. *de cleric. coniug. in nouis.* & *decis.* 21. *de probat. in antiq. Sayr. de censu. dicto cap.* 5. *num.* 15. *Gonzal. dicta gloss.* 15. *num.* 43. *Garc. dicto cap.* 8. *num.* 19. *Capell. Tholos. dicta quæst.* 240. *num.* 3. *Ricciul. dicto lib.* 7. *cap.* 4.

7 Is autem qui matrimonio contracto Ordines sacros susceperit, licet recipiat characterem Ordinis, remanet tamen irregularis. *Extrauagan. antiqua de vot.*

Trot.

Trot. de perfect. cleric. dicto c. 10. in princ. *Sanch. de matr. lib. 7. disput. 49. nu. 2.* licet non consumauerit. *Sanch. ibid. & disp. 38. numer. 3.*

8 Potest tamen maritus de licencia, & consensu vxoris sacris Ordinibus insigniri. *Couar. dicto §. 3. num. 3.* Dummodò vxor sit senex, & non suspecta de incontinentia; & emittat Votum continentiæ; secus si sit iuuenis; quia tunc non sufficit, quòd Votum emittat continentiæ, sed desideratur ingressus in Religionem, & quòd profiteatur. *cap. cum is. cap. ad Apostolicum. de conuers. coniug. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 38. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Sodomia crimē nefandū dicatur quare.*
2 *Propter hoc delictum superueniunt pestes, fames, tempestates, terremotus, & bella, & Diabolus postquam ad illud hominem induxerit, fugit ab eis, ne tantum flagitium coram se consumari patiatur.*
3 *Deus ferè desijt incarnari, & tantum distulit ob hoc delictum introductum in natura ex S. August.*
4 *Qua nocte Christus natus est, omnes sodomitas extinctos dicit S. Hieron.*
5 *Scelus nefandum Lege diuina qua pœna punitur, & qua Lege Ciuili.*
6 *Clericus committens hoc crimen Iure antiquo qua pœna puniebatur.*
7 *Qua item pœna Iure nouo Pontificio.*
8 *An eadem pœna decreta sit, siuè committatur cum fœminis, siuè cum masculis hoc crimen.*
9 *An pœna in Constitutione Pij V. statuta afficiat qui semel vel bis illud patrauerint, vel solùm qui in illud ita frequentius labi consueuerint, vt exercitatores dici possint.*
10 *Referuntur ambæ opiniones, sed affirmatiua magis placet, & probatur esse conformis Constitutioni. ibid.*
11 *An clerici crimen nefandum exercentes in foro conscientiæ incurrant ipso facto in pœnas inflictas à Pio V. an verò requiratur sententia Iudicis.*
12 *An clericus sit ipso facto suspensus ita vt ministrando antè absolutionem fiat irregularis.*
13 *An patiens ijsdem pœnis sit plectendus, quibus agens.*
14 *Religiosi de hoc flagitio suspecti, & nihil audientes grauius sunt puniendi ex Regula Sancti Benedicti.*
15 *Quomodo Iudex procedere debeat ad inquirendum contra hos scelestos, & an dictum vnius faciat indicium ad torturam.*
16 *Punitur pœna ordinaria non solùm is, qui scelus perficit, sed etiā qui conatus fuit, si deuenerit ad actum proximum.*
17 *Difficillimè emendantur, qui hoc fœdo morbo laborant.*

§. XI.

1 CRimen horrendum salua honestate enunciari non potest, ideò vitium nefandum meruit appellari, quoniam illud nominari turpissimum est, ne os dicentis, auresque audientium huius sceleris grauitate polluantur. *cap. in eo. 32. q. 4.* Est enim tale crimen nequitia fœdissima *l. fœdissimā. C. de adul. c. si gens Anglorum. 56. dist.* & execrabile, ac abominabile. *Leuit. 18. cap. adultery. & seq. 32. quæst. 7.* atque infames reddit talis delicti culpabiles *l. cum vir C. de adult. gloss. 1. in §. 1. auth. de incest. nupt.*

2 Quamobrem ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinq. Ciuitates absumpsit ignis de Cœlo. *Gen. 19. cap. clerici. de excess. Prælat.* & Imperator dicit in *auth. vt non lux. hom. con. nat.* quòd hoc scelus inducit pestilentias, & tempestates, & fortè ista est causa, cur multis ciuitatibus Italiæ frequenter superueniunt pestes, tempestates, terremotus, fames, & bella, vt videmus his infaustis nostris temporibus, quia magis, proh dolor, Italiam inundat, quàm exteras regiones. Quinimò tanta est huius criminis labes, vt Diabolus ipse, postquam hominem ad sic delinquendum induxerit, statim aufugiat, ne tantam turpitudinē corā se consumari patiatur. *S. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 4. §. 2.* Non est igitur mirandum, si in hoc flagitium insurgant leges, armentur iura gladio vltore, & exquisitis pœnis subdantur, qui illud audent perpetrare. *l. cum vir. C. de adult.*

3 Quod scelus ita Deus detestatur, vt quemadmodum testatur *S. Aug.* videns illud in humana natura introductum ferè desijerit incarnari, & tandiù distulerit humanam naturam assumere, nam vt ipse *S. Aug.* subiungit, per hoc vitium viola-

tur societas, quæ nobis cum Deo esse debet, cum ipsa natura, cuius Deus est auctor, huius libidinis peruersitate polluatur. *cap flagitia. 32. q. 7.*

4 Et in signum maximæ detestationis huius criminis dicit *S. Hieron. super Isa. cap. 9.* quòd nocte illa, qua Christus Iesus natus est, omnes hac peste infecti subitò extincti sunt, quos fecit Dei filius eradicari, ne in natura, quam misericorditer assumere dignatus fuerat, tanta immunditia reperiretur. *S. Anton 2. par. tit. 5. cap. 4. §. 2. Aluar. de planct. Eccl. lib. 2. c. 2. Lopez ad Diaz cap. 89.* Per hoc enim nefandum, & pessimum vitium offenditur Deus, offenduntur Sancti Angeli Dei, & præsertim deputati ad custodiam tali fœtidissimo morbo laborantium: offenduntur omnes Sancti, & Sanctæ in Cælo cum Deo regnantes; offenduntur ipsi Dæmones, qui inspicientes talem turpitudinem oculos claudunt; offenduntur creaturæ sensibiles, vt sunt pisces, & aues, & deniquè offenduntur creaturæ insensibiles, vt concludit, & luculēter probat *Fr. Gugliel. Pepin. in sermonibus de destruct. Niniue. ser. 35. col. 18. cum seqq. fol. paruo 238.* Et secundū *Albert. Mag. in 2. sent. dist. 35.* Nefādissimum, fœtidissimum, spurcissimum, sceleratissimum, & ribaldissimū vitium hoc est contrà naturam, contrà rationem, contrà gratiā, & ex cōsequēti contrà gloriam, & excedit bestialem conditionem; non enim inter bestias miscetur masculus cum masculo, sed masculus cum fœmina eiusdem speciei.

5 Peccatum autem nefandum lege Diuina pœna mortis luebatur. *Gen. 19. Leuit. 20. & Exod. 22.* Sed Diuinam iustitiam, quæ sodomæ incolas huius criminis turpitudine pessima fœdatos incendij pœna vltrici affecit, imitati sūt Imperatores, Reges, & Principes, huiusmodiquè scelus flāmis vindicibus expiari iusserunt; Quam pœnā esse vsu receptam tradunt. *Iul. Clar. §. sodomia. Menoch. de arbitr. cas. 286.*

6 Clericus verò, qui vitio nefādo laborare deprehēsus fuisset, iure antiquo deponebatur, vel in arctum Monasteriū ad agēdam pœnitētiam detrudebatur. *cap. clerici. & ibi DD. de excess. Prælat. Abb. in cap. vt clericorū. n. 8. de vit. & honest. cler. Leo. x. in sua Constit. 7. quæ incipit. Superna. §. 3. Diaz. in pract. crimin. can. capit. 88.* & ibi *Lopez.*

7 Veruntamen hodie pleniùs, & fortiùs in huiusmodi scelus animaduertitur; Pius etenim Quintus in sua Cōstit. 5. quæ incipit. *Cum primum. §. 11.* & in Constit. 72. incip. *Horrendum.* omnes, & quoscunquè presbyteros, & alios clericos sæculares, & Regulares cuiuscunquè gradus, & dignitatis tàm dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico illius Canonis auctoritate priuat, ità quòd per Iudicē ecclesiasticum degradati potestati seculari statim tradantur; quæ de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos in hoc flagitij contagio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum.

8 Quæ intelligenda sunt siuè hoc crimen committatur cum masculis, siuè cum fœminis: cum abuti fœminis, & masculis à pari dicatur. *c. vsus. 32. q. 7. c. in Archiepiscopatu. vbi Abb. de rapto. gloss. in cap. omnes causationes. verb. sodomitæ. 32. q. 7. Clar. in §. sodomia. nu. 2.* vbi dicit de communi opinione. *Menoch. de arbitr cas. 286. nu. 39. & seqq. Sayr. de censu. lib. 7. cap. 12. num. 24. vers. tertio. Ricc. in pract. resol. par. prima. resolut. 302. numer. 2. Dec. in leg. si qua mulier. num. 6. C. de secun. nupt.* vbi reprobat opinionem *Socin.* qui voluit propriè sodomiam dici, quàndo fit cum masculo; & si fiat cum fœmina, dici pollutionem extraordinariā; quæ opinio *Decij* quidquid dicat *Socin.* videtur verior, & tāto tutior, quāto per hanc eluduntur sophistica, & impia argumenta Iudæorum auctorum prædicti erroris, qui docebant nullum scelus, & peccatum committi ab eo qui actum venereum contra humanum vsum exercuerit cū vxore loco, vel vase non congruo. Obscenitas prædicta scribitur in libro Calla, qui apud nos sponsa dicitur, vbi refertur, quòd vxor cuiusdam Iudæi coram senioribus cōquesta virum suum accusauerit matrimonij pudicitiam in vase non concesso, & ordine naturæ non seruato sæpiùs euertisse; hac re more suo discussa mulieri sic non minùs impiè, quàm insipienter responderunt, Lege cautum non est, quin tecum illud ab eo fieri possit: habemus namquè leuit. c. 20. *Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriatur*; ò facinus Thalmutica sapientia dignum, ò ignorantiam bestialem, & ipsismet bestijs deteriorem, quæ contra ordinē naturæ non pergunt; aiunt enim Iudæi con-

tra ius naturæ non esse à lege prohibitum agere cum vxore; & quoniam scelestissimi sunt, scelestam doctrinam docent. Quinimò ausim dicere agere cum muliere in vase non concesso, naturam, atque Deum magis offendi, quàm coitum cum viro agere; mulier etenim saturandæ libidinis viam habet, atquè vas opportunum, cur aliam progreditur prauus ille; atque impius; nisi, vt penitus naturæ obstet? quis enim hunc sanum dixerit, qui recto tramite derelicto sciens deuio itinere pergat? Sed miseri Iudæi, & infelices Deo, & hominibus infesti, ac omni vitiorum, scelerumquè genere infecti hanc suos disciplinam edocent, & hanc abutendi vxoribus ansam viris præbent.

9 Pœnis prædictæ Constitutionis 72. incip. *Horrendum.* aliqui asserunt comprehendi tantùm eos, qui id nefarium crimen exercent; ità vt non eos afficiant, qui semel, aut bis illud perpetrauerint, sed eos, qui illud exercent, & ità in illud labi consueuerint, vt arbitrio boni viri dici possint illius exercitatores. Huius opinionis assertores sunt. *Nauar. in Man. c. 27. nu. 249. & seq. Sayr. de censu. lib. 7. c. 12. n. 23. cum seq. Garc. de benef. par. 11. c. 9. §. 2. nu. 198. & seqq. Roder. Quæst. Regul. to. 1. quæst. 30. artic. 9. Prax. Archiep. Neap. cap. 82.* ponderando illud *exercentes.* Quemadmodum dicere solemus eum non vocari propriè artificem, aut mercatorem, qui semel, aut iterùm artem, vel mercaturam exercet; sed eum, qui toties; vt pro tali habeatur opinione vulgi. *Bart. in proem. ff. num. 10. Abb. in cap. 1. nu. 24. de iudic.* nequè lusor per vnicum actũ ludendi debet puniri pœna ordinaria. Huic sententiæ videntur fauere illa verba. *Tam dirum nefas exercentes*, quæ rectè ponderant *Nauar.* & citati auctores.

10 Contrariam opinionem sequuntur. *Ignatius Lopez ad Bern. Diaz. in pract. crim. can. cap. 89.* & alij, qui dicunt clericum semel hoc nefario scelere turpificatum exauctorari debere, & potestati seculari tradendum dignis pœnis plectendum; Idquè probant. Primo ex eiusdem Pij V. anteriori Constitutione 5. in qua habentur hæc verba. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit, curiæ seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit omnibus, ordinibus degradatus simili pœnæ subijciatur. Secundò. Idem Pius V. facit mentionem prioris Constitutionis 5. in posteriori, quæ est 72. incip. *Horrendum.* in qua tantùm abest, quòd voluerit priori derogare in aliquo, quinimò quòd illam potiùs voluerit amplioribus pœnis roborare, quod ex ijs verbis manifestum apparet; inquit enim. Verùm ne tanti flagitij contagium impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentiùs inualescat, Clericos huius nefarij criminis reos grauiùs vlciscendos deliberauimus; vt qui animæ interitum non horrescunt; hos certè deterreat ciuilium legum gladius vindex secularis; Itaquè quod nos in ipso Pontificatus initio de hac re decreuimus, pleniùs nunc, & fortiùs prosequi intendentes decreuimus. Ex quibus verbis constare videtur, quòd nullo modo voluerit *prioris* Constitutionis pœnam limitare, *& in solos* exercentes vim habere; Imò quòd voluerit omnes flagitio nefario delinquentes cõprehendere, aliter ex contraria interpretatione sequeretur prioris constitutionis correctionis correctio, & id, quod iure non admittitur, fieret; vt inducta in augumentum, diminutionem operarentur contra *l. nec è contra. & l. legata inutiliter. de adim. legat.* quod esset contrà legislatoris mentem, & verba, quæ si rectè expendãtur, hæc sententia erit manifesta. Nam si legislatoris mens ex proemio colligi debet; vtiquè ea fuit, ne huius pestiferi sceleris contagium grassaret, ut tempestiuè præscindere, & ne fidentiùs inualesceret, pœnarum correctione in tempore occurrere; sed quæ obsecro præcisio esset, quæ opportuna medicina, quæ peccatum expectat exerceri; vt illud puniatur, & impunitatem permittit, donec de pessimæ artis vsu, & exercitio constet? Hoc certè contrà legislatoris mentem est, quæ scelus radicitùs euellere, & eradicare volebat. Tertiò. Idem sanctissimus Pontifex addit. Potestati seculari statim tradantur, quæ de his illud capiat supplicium, quod in laicos hoc exitio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum: Quæ verba: *in laicos hoc exitio deuolutos*, idem prorsus videntur importare, quod participium illud *exercentes*, & tamen in secularibus legibus non pluries requiritur huius sceleris commissio, sed vbi semel patratum cõstat, igne lustratur. Quarto, quia quos initio Cõstitutionis punire velle significauit, Cle-

ricos

ricos huius nefarij criminis reos grauiùs vlcifcêdos del:berauit. Hi autem procul dubio funt,qui femel nefarium crimen commiferunt,& cum eos grauiùs,& feueriùs punire deliberaffet,mutata poftmodum volontate tandiù expectare præcipiat, donec per vfum, & exercitium vniuerfam inficiăt ciuitatem. Longè facef-fant ifta,quæ ità mentem Sanctifsimi Pôtificis oppugnăt fola vnius dictionis natura malè accepta; licet enim exercitium vno actu nô verificetur in artificijs fupra exemplificatis; hoc tamen in delictis non obtinet, femel enim cômifso delicto nomen ei competit,vt patet in præuaricatoris, & calumniatoris nominibus, quæ præuaricandi, & calumniandi vfum, & exercitium poftulare natura fua videtur; Verûtamen fi quis femel præuaricatus, & calumniatus fuerit, & nomen, & pœnam accipit. *l. athletas. §. prauaricator. de his qui not.inf. Abb.in cap. 1.nu. 38. de iudic.* Quintò contrà huiufmodi nefario fcelere inuolutos præfumptio eft, cœca libidine pronos frequêter in illud demergi; quoniam trafuerfi contra naturam aguntur: Quapropter filij diffidêtiæ vocantur, hoc eft de quorum falute diffidêdum eft, vt interpretatur *gloff.in cap.clerici. de excess. Pralat.S.Hieron.*verò *in Epift. ad Ephes. c. 5.* exponit infuafibilitatis: Itaquè filij diffidêtiæ ideft infuafibiles, contumaces dictis non acquiefcêtes;fed in malo perfeuerantes, quia rarus eft, qui hoc flagitio commiffo emendetur. Tandem auctores huius pofterioris fententiæ concludunt; quòd fi quă vim habet illud participium exercentes; pertinere ad nouam pœnam, priuationem fcilicet priuilegij clericalis, officij,dignitatis,& beneficiorum,quă ipfo facto forfan incurrere voluit Pius V.exercêtes fcelus nefandum, quæ cum eos afficiat etiam fine Iudicis minifterio,arbitrătur eos folum in foro interiori comprehêdi, qui vfitatiùs illud audent perpetrare, non verò illos, qui femel, aut bis vitium nefandum committunt; negant tamen neceffariù effe huis fceleris nefarij vfum; vt quis curiæ feculari tradatur degradatus; & exiftimant fufficere; quòd probetur clericum nefario fcelere fœdatum; vt degradatus feculari poteftati tradatur debito fupplicio afficiendus propter priorem Pij V. Conftitutionem, cui pofterior pleniùs, & fortiùs tobur adiecit: Sed in pœna, quam infuper addit; quòd clericus ordinis exercitio, dignitatibus, & beneficijs ipfa Conftitutione fit priuatus, & nouam verbalem depofitionem introducir ipfo facto incurrendam, hanc in foro interiori locum non habere, nifi in eis,qui frequentiùs diro hoc flagitio polluantur.

11 Probabilem namquè exiftimant hăc fententiam, nempè pofteriorem Conftitutionem Pij V. obligare in foro confcientiæ ipfo facto antè Iudicis fententiam; licet contraria fit probabilior, obligare fcilicet in foro exteriori tantùm, non autem in foro interiori; nifi fuerit fecuta Iudicis fertêtia. *Henriq.in fum.lib.14. de irregul c.5.§.1.in annot.lit.F. Quarăt. in verb.fodomia. verf.quinto & deniquè. Graff.*& alij ab eo allegati.*Sayr. de cenfu. lib.7. cap.12.n.24.Nauar.*licet dubius videatur *in Manual. cap.17.nu.250. Azor. Inftit. Moral. par.3.lib.3.c.19.q.5.* Quod facilè colligitur; fi ponderentur eiufdem Conftitutionis verba. *verf.Omni priuilegio clericali, omniquè officio, dignitate, & beneficio Ecclefiaftico prafentis Canonis auctoritate priuamus.* Cum nequè bonorum ammifsionis pœna ipfo iure à lege indncta vim habeat obligandi in foro confcientiæ. *Couar.* qui teftatur de veriori opinione *epit.de fponf.par.2.c.6. §.8. num.10.* Quia lex priuans eo ipfo priuilegijs non ligat antè fententiam; fed requiritur fententia Iudicis declarătis ipfû reum illius criminis culpabilem effe.*c.cum fecundum.de heret.in 6.Couar.d.num.10. verf.primo.& in cap.alma mater. par.1. §.2.n.9.de fent.excomm.in 6.Graff.tom.1. decif.aur.lib.2.cap 90.nu.5.& feq. Sanch. de matrim. lib.7.difp.46. num.18. & 20. Gonzal.fuper reg.8. Cancel.glof.56.n.126. & feq.Garc.*multos comulans. *de benefic. par.11.c.10.nu.7.cum feqq.* licet ipfe cum alijs contrarium fuftinere cogatur. Et in terminis fodomiæ tradunt *Gomez.tom.3. var refol.c fin.nu.3.Sanch.in fum.tom.2. lib.2.c. 22.n.20.* quăuis crimen effet notorium,vt tenet *Couar.loc.cit n.9* Ius enim addit,quando vult ligare in confcientia; vt videre licet in Bullis Summorum Pontificum, Conftitutionibus Apoftolicis, & Decretis Conciliorum, & in fpecie Concil. Triden. *feff.22.cap.1. verf. fiquis autem.* Vbi loquitur de fructibus beneficij pro rata temporis non retinendis tuta

conscientia alia etiam declaratione non secuta. *& sess.* 25 c. 14. vbi declaratur inhabilis ad beneficia. Dicitur quoque pœnam non incurri nisi parte volente, & declarante. *Gonzal. d. glos.* 56. *nu.* 48. *cum seqq.* vbi plura adducit ad hunc propositum. Et quamuis dici possit, quòd teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum à tempore commissi delicti antecedentem declarationem; nihilominus talis declaratio retrotrahitur. *Gonzal. dicta gloss.* 57. *num.* 125.

12 Sed dubium est; an clericus huius flagitij nefarij reus sit ipso facto suspẽsus; itá vt diuina ministrando fiat irregularis. Communis, & receptà antiquorum sententiam est Clericum huiusmodi labe pessima inquinatum etiam occultè, & peracta pœnitentia esse suspensum, & interim celebrando antè absolutionem fieri irregularem, ità *Specul. tit. de dispensat. §. iuxtà propositionis. nu.* 17. *Host. Io Andr. in c. nisi cum pridem. §.* 1. *de renunciat. Aret.* & alij, *in dicto cap. cum pridem §.* 1. *& in cap. fin. de temp. ordin. Couar. in clem. si furiosus. par.* 1. *§.* 1. *nu.* 6. *& Lopez ad Diaz. in c.* 88. Hanc, quam dicunt communẽ opinionem antiquorum, examinat *Lambert. de iure patr. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 18. & multis in eius fauorem adductis tandem solidis argumentis in oppositam sententiam descendit, quam videtur sequi *Nauar. in Man. cap.* 27. *num.* 249. *Sayr. de censu. to.* 1. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 22 *Val. tom.* 4. *disput.* 7. *quæst.* 19. *pun.* 3. *Suar. to.* 5. *disp.* 31. *sect.* 4. *num.* 20. *Roderic. Quæst. Regul. to.* 2. *q.* 29. *art.* 2. Quod intelligunt de occulto sodomita; si enim est publicus, & notorius, irregularis remanet, prout tradit *Nau. c.* 25. *num.* 73. *&* 77. *& cap.* 27. *num.* 148. quia notatus de crimine enormi, & depositione digno, cuiusmodi est scelus nefandum, est irregularis. *Roderic. loco cit.* Hæc licet ita sint, caueant sibi clerici, qui hoc scelerato, & impuro vitio laborant; quoniam contrà se receptã antiquorum opinionem habent, & nouam Pij V. Constitutionem, quæ vix eos efficiunt immunes à suspẽsione, & à depositione, à quibus fi effugient; non tamẽ Diuinam vltionem euadere poterunt, nisi de tanto scelere nefando pœnitentiam agant.

13 Vtrum verò patiens in prædicto nefando crimine iisdem pœnis sit afficiẽdus, quibus agẽs. Affirmatiuè respõdet *Lãber. de iure patr. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 18 *in princ. Anton. Gom. super l.* 80. *Tauri. n.* 32. *Ang. in eadem l.* quem refert *Afflict. super* 3. *par. Constit. Regn. rubr.* 42 *nu.* 13. *Clar. in §. sodomia. vers. sed quæro. synt ag. com. opin. instit. Cod. Iustin. tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 7. *num.* 158. Videtur posse colligi ex *tex in l. cum vir nubit. C. de adult. Soccin. Iun. cons.* 7. *num.* 3. & alij. Insuper probatur hęc opinio, tum quia agentes, & patientes pari pœna puniuntur; Tum quia Doctores loquentes de hoc delicto nullã differentiam videntur facere inter agentem, & patientem, tùm deniquè quia in foro pœnitẽtiali non est necessariò exprimendum, fuerit nè agens, vel patiens: non enim videtur esse circunstantia diuersificans, aut mutans speciem delicti. Veruntamen licet passio in hoc delicto non sit circunstantia diuersificans, aut varians speciem, neque in Confessione necessariò explicanda, videtur tamen mitiùs agendum in foro contentioso cum patiente, quàm cum agente. Vndè *Bald. in l. cum ancilla.* 1. *col. ver. Item nota. C. de incest. nupt.* ait mitiùs puniri, qui passus fuerit aliquod inhonestum in domo sua, quàm agens. Pariter in foro conscientiæ mitiùs agitur contrà patientes, quàm contrà agentes. *cap. sicut tribus. de pœn. dist.* 1 *gloss. in cap. si cui. de pœnit. dist.* 1. *Abb. in c. sicut dignum.* 1. *de homic. & S. Anton.* 3. *par. tit.* 17. *cap.* 17. *§.* 4. *in fin.* dicit quòd maius est peccatum agẽtis, quàm patientis; Hinc infertur aliqui, quòd in reseruatione casus nefandi criminis non includatur patiens. Vndè fit, quòd Diœcesani volentes comprehendere tàm patientes, quàm agentes sub casu reseruato sic habent. Qui nefarium crimen sodomiæ commiserint, vel passi fuerint. Vt videre est in tabella casuum reseruatorum Ecclesiæ Ferrarien. Vide. *Iacob. Graff. in pract. quinque casu. reseruat. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 7. *&* 8.

14 Hæc generaliter dicta sunt, quæ tàm ad laicos, quàm ad clericos, & religiosos in communi pertinent. Verùm quoad religiosos Sãcti Patres maximam adhibuere diligentiam, vt ne leuis quidem suspicio huius flagitij in Religionibus esset, vel daretur. Quamobrem ex B. Fructuoso Episcopo hæc habet *Smaragdus in Regula Sancti Benedicti. cap.* 25. Monachus, inquit, paruulorum, aut adolescentium consectator, vel qui osculo, vel qualibet occasione

turpi

turpi d. prenenfus fuerit inhiare comprobata patenter per accufatores verifsimos, fiuè teftes huius rei caufa publicè verberetur; coronam capitis, quam gerebat, amittat, decalciatusquè turpiter opprobrio pareat, omniumque fputis in facie probra æquè fufcipiat, vinculisquè arctatus ferreis carcerali fex mēfibus anguftia maceretur, & triduana per hebdomadas refectione pa nis exigui hordeacei vefpertino tempore fubleuetur; poft deindè menfibus his, alijs fex menfibus fuccedentibus fub fenioris fpiritualis cuftodia fegregatus in corticula degens in operibus manuum, & oratione continua fit contemptus, vigilijs, & fletibus, & humilitate fubiectus, & patientiæ lamentis veniam percipiat, & fub cuftodia femper & folitudine duorum fpiritualium Fratrum in Monafterio ambulet, nulla priuata locutione, vel confilio deinceps iuuenibus coniungēdus.

15 Vt autem prædicti nefandi criminis notitia faciliùs haberi pofsit in fingulis cafibus non folù per accufationem, & inquifitionem verùm etiam ad fimplicem, & fecretam denunciationem procedi per Iudices aliàs de iure competentes, tàm ratione delicti, quàm perfonarum mandat Pius V. d. *Conftitutione. §. vt præmiffum*. An verò d ctum folicitati, vel pafsi faciat indicium ad torturā, dubitatur apud Doctores. *Boff. in prax. de indic. num.* 20. tenet partem affirmatiuam; Sed *Farinac. de indic. q.* 43. dicit praxim fe habere, quod fufficiat dictum pueri ftuprati, vel mulieris ftupratæ fiuè fponte, fiuè per vim cum adminiculis, quæ funt mala fama, mendacia, & fimilia; debent tamen pueri, & mulieres de hoc deponentes torqueri ad validandam depofitionem. *Farin. d. q.* 43.

16 Et punitur delinquens pœna ordinaria non folum quando perfecit prauum opus, fed etiam quando adhibuit conatum, & tentauit, fi deuenerit ad actum proximum. *l. 1. §. fin. ff. de extraord. crim. Boer. decif.* 316. *nu.* 2. *&* 4. *Clar. in §. fodomia. nu.* 5. *Andr. Gail. obferuat pract. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 26. *Menoch. de arbit. caf.* 286. *num.* 27. *Guarant. in Sum. Bull. verb. fodomia. in addit. verf. ego autem. Roderic. Quæft. Regul. tom.* 1 *quæft.* 30. *ar.* 19. *Prax. Archiepifc. Neap. cap* 6 . *num.* 1. Vbi addit fecus eue, fi non fuerit deuentū ad actum proximum, quia tunc puniendus erit pœna extraordinaria.

17 Illi pædicones difficillimè emendantur, & licet aliquando euadant, deniquè tamen pœnas meritas, debitasquè ignominiosè perfoluunt. In celebri Religione fuit exceptus quidam adolefcens, & pro nouitio habitus per aliquot menfes, fed tetri huius morbi fœtorem obolens antè profefsionem fuit à Religione ad fuos non fine maxima Dei prouidentia dimiffus; Nam qui cælum mutauerat, non animum iuxtà illud.

» *De flauis Vetula in canos Vulpecula mutat*,

» *Ipfius at mores vertere nemo videt*.

Vir factus non ignotæ eruditionis, vt erat huic nefario vitio deditus, nō deftitit cœno tetro volutari; donec fœtidum vlcus ipfummet prodidit, qui agnofcēs fui inceterati pefsimi ardoris flammas nōnifi materiali igne extingui poffe, in iudicio confeffus degradatus, erat enim clericus, iuxtà Conftitutionem Pij V. fuit poteftati feculari traditus, quæ fuffocatum iuffit crimen expiari flammis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen peffimum includit in fe peccatum nefandum, & infuper addit differentiam mortaliter agrauantem.*

2 *Crimen peffimum ijfdem punitur pœnis, quibus peccatum nefandum, non eft tamen neceffe aperire in confefsione cum quo anima e quis peccauerit.*

3 *Hoc fcelus quare dicatur crimen peffimum.*

4 *Concubitus cum Dæmone reducitur ad crimen peffimum, ficut etiā coitus cum cadauere.*

§. XII.

1 DE crimine peffimo, quod eft concubitus cum bruto, quod grauitate malitię fuperet peccatum nefandum, ratio ipfa naturalis, & confcientiæ dictamen, quod ne quidem in improbiffimis penitùs extinguitur, fatis fuperquè vnicuiquè teftificatur; cum peccatum nefandum in fe perindè includat, ac adulterium fornicationem fuperaddendo differentiam mortaliter agrauantem, cenfendum eft malitiæ grauiffimæ,

quam

quam scriptura sacra indicauit, quam in illius detestationem statuit. *Leuit.* 18. *&* 20. non solùm illius perpetratorem; sed etiam brutum, cum quo commissum fuerit tam immane scelus morte delēdum esse. *cap. mulier.* 15. *quæst.* 1. *cap. reos.* §. *qui coierit.* 23. *q.* 5. *cap. hoc ipsum.* §. *hoc autem.* 33. *quæst.* 2. *Boer. decis.* 316. *num.* 5. *Clar. in* §. *fornicatio. vers. cum animali bruto. Menoch. de arbitr. cas.* 286. *num.* 31. Quoniam tali flagitio contaminata indignam refricant memoriam facti. *Leuit. d. cap.* 20. *& dicto cap. mulier.* 15. *q.* 1.

2 Quòd autem iisdem pœnis, quibus peccatum nefandū, faciat obnoxios illos, qui tam nefario scelere se cōtaminare ausi fuerint, non est dubitandum, cum, vt dictum est, ipsum peccatum nefandum includat insuper addendo differentiam mortaliter agrauantem; Nam ex paritate, vel maioritate rationis etiam in pœnalibus fit extensio, cum de mente Legislatoris verisimiliter præsumatur. *gloss. & Doctores. in cap* 1. *de temp. Ordin. in* 6. Non erit tamen necesse aperire in cōfessione cum qua bestia quis peccauerit; quia hæc est species specialissima, & vnicū est specie motiuum in omnibus; nempè venerea delectatio cū re diuersæ speciei. *Chapeauil. de cas. reser. cas.* 15. *q.* 1. *Sayr. in clau. reg. lib.* 8. *cap.* 5. *nu.* 18.

3 Dicitur hoc crimen pessimum; quia est omnium luxuriæ peccatorum grauissimum. *S. Thom.* 2. 2. *q.* 154. *art.* 12. *ad quartum.* & exponit *gloss. in illud Genes.* 37. *Accusauit Ioseph fratres suos apud patrem crimine pessimo*; quia cum pecoribus miscebātur. *S. Anton.* 2. *par. tit.* 5. *cap.* 4. §. 3. *propè fin.* De quo etiam legitur in historia græca apud Flauium Cratim, vbi quidam scelestissimus pastor, dum coiret cum capra ab hirco interfectus fuit tanquam Diuinæ iustitiæ vltore, licet Gentiles, tàm scelestæ nequitiæ Deum vindicē ignorantes id factū zelotipiæ adscripserint.

4 Ad speciem criminis pessimi reducūt Doctores concubitū cum Dæmone, quādo in assumpto corpore fit incubus, vel succubus, siuè assumat corpus bruti, siuè hominis, vel alteriùs rei; quia quantum est ex parte concubitus semper est eadem ratio formalis, seu idem motiuum, delectatio scilicet venerea cum re, quæ est diuersæ speciei ab homine, quæ ex parte materiæ non diuersificat actum: quamuis alio respectu concubitus cum Dæmone differat specie à crimine pessimo ratione, scilicet superstitionis, quia coniunctam habet malitiam pacti cum Dæmone: vt expressè docent *Caiet.* 2. 2. *q.* 154. *art.* 11. *ad tertium dub. Chapeauil. de cas. reseru. cas.* 15. *q.* 1. *Say in clau. reg. lib.* 8. *c.* 5. *n.* 19. *Reginal. in prax. for pœnit. lib.* 22. *nu.* 51. Quēadmodū etiā existimo reduci posse ad speciem pessimi criminis peccarum, quod committeret homo ità perditæ vitæ, qui coire cum mortua non horreret, quia cadauer est diuersæ speciei ab homine; licet *Clar. lib.* 5. §. *fornicatio*. dicat huiusmodi delinquentem puniendum esse tanquam contrectatorem cadauerum.

SVMMARIVM.

1 *Carnalis commistio inter fidelem, & infidelē reputatur fœdissima, & adeò dānabilis, vt Pontifex statuerit infideles qualitate habitus distingui à fidelibus.*

2 *Qua pœna puniatur prædictum peccatum committens.*

3 *An copula carnalis fidelis soluti cum infideli soluta sit diuersæ speciei à simplici fornicatione fidelis cum infideli.*

§. XIII.

1 INter fidelē & infidelē fœdissima reputatur quæcūq. carnalis cōmistio quamuis fornicaria, & nulla matrimonij figura considarata, quod maximè patet ex eo, quòd Phinees Iudæū cum Madianitide coeuntem interfecit, & reputatum ei fuit ad iustitiam. *num.* 25. *c. non si incompetentem.* §. *bis ità respondetur secundo. vers. tunc Phinees.* 2. *q.* 7. *c. in nonnullis. de Iuda.* vbi adeò damnabilis reputatur talis commistio, vt statuat Pontifex vtriusque sexus infideles qualitate habitus distingui ab habitu christianorum, & fidelium, ne per velamen erroris excusari valeant.

2 Hoc itaquè delictum committēs modò pœna mortis, modò alia pœna extraordinaria punitur iuxta facti, & personarum qualitates, atque casus occurrentes, quos distinguit *Menoch. de arbitr. cas.* 290. *Marq. de Iuda. par.* 2. *c.* 3. *Rolan. cons.* 35. *num.* 46. *vers.* 2. *non obstat. lib.* 2. *Decian.* *tract.*

tract.crimin.cap.12.Farin. de delict.carn. q.139.Cabal.resol.crimin. cas.4.& Doctores. in l. ne quis christianus.C. de Iuda.

3 Non desunt tamen qui tueantur concubitum viri christiani cum muliere infideli non esse circunstantiam mutātem speciem à simplici fornicatione, quando est solut cum soluta; & ad summum esse circunstantiam agrauantem sic. *Azor. Instit. Moral.par.3.lib.3.cap.29.q.3. Suar.in Enchir.cas.consc.lib.5.Ver.Cōfess.Filliuc. tom.2.tract.30.cap.2. nu.52.* Sed contrarium, & verius tenent *Nauar. in Man. cap.16.num.3. Sanchez.de matrim.tom.2. lib.7.disp.5.num.12. Homob.de cas. reser. par. 2. cas.4.sentent. 5. Pater Nald. in sum.verb.fornicatio.nu.2.*& alij, quoniam ratio,ob quā Ecclesia dirimit matrimoniū inter fidelem,& infidelem, videlicet quia cedit in dedecus religionis,habet quoque locum in copula illicita, ideò prohibito matrimonio censetur copula illicita specialiter prohibita. Deindè peculiaris pœna legibus statuta huic copulæ non leue argumentum inducit, vt indè illius grauitas peculiaris colligatur;reducetur igitur prædicta copula ad sacrilegium ità *Sanchez.d.n.12.& Nald.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Qui proprijs manibus se polluunt, non euadunt pœnam.*

2 *His tamen in iure non apparet statuta pœna; fortè quia committitur in secreto, & propterea est delictum difficilis probationis.*

§. XIV.

1 NEquè pœnam euadūt,qui proprijs manibus se ipsos polluunt, vt patet ex *Gen. 38.* vbi Onan ob peccatū pollutionis à Deo occisus fuit, licet etiam peccauerit maligna inuidia fraterni boni; ne videlicet primogenitus suus assignaretur fratri prædefuncto,tantaquè erat malitia eius; vt ne fratri attribueret primogenitū suū, ipse omninò se priuaret liberis, & nè ex parte prodesset fratri, ex toto nocebat sibi: excepto namquè primogenito, cæteri,quos generasset, filij ipsius erant, nec eos quoquè assignari fratri, aut in more tunc erat, aut posteà lege sancitum est. *Perer.in Gen.cap.38.disp.3.n.18.* Prædictum peccatum dicitur pollutio. *cap.1.6. dist.gloss.in c.omnes causationes verb.sodomita.32.q.7.*mollities, & immunditia ab Apostolo, qui enim talia committere non erubescunt, molles appellantur.*Sanctus Thom.2.2.q.154.a 11.* qui æquiparātur masculorum concubitoribus. *1. ad Corint.6.*& numerantur inter eos, qui non habent hæreditatem in regno Dei,&Christi.ad *Gal.5.& ad Ephes.5.*

2 Quæ autem pœna sit à iure statuta, hoc scelus committēti, nullum auctorem hucusquè memini me vidisse de hoc tractantem; forsitan quia in secreto committitur, & vt plurimùm sine complice, ac proindè difficillimum probatione; ideò nulla pœna statuta reperitur expressa in iure, nequè apud Doctores,quod sciam. Nihilominùs, quoniam inter species peccatorum contra naturam connumeratur hoc delictum, fatendum est grauissima pœna dignum esse, quod etiam Deus testari voluit ex supplicio, quo vsus fuit in Her,& Onan filios Iudæ hoc nefas perpetrantes, vt legitur *Gen.38.supra citato.*

SVMMARIVM.

1 *Ebrietas libidinem inducit, & vbi ebrietas, ibi & libido dominatur, ideò ebriosi excluduntur à Regno Dei.*

2 *Clerici,qui ebrietatibus se inuoluunt, qua pœna iure antiquo afficiebantur, & qua iure nouo. Miles propter ebrietatem remouetur à militia. ibid.*

3 *Ebrietas quomodo probatur.*

4 *Clericus tabernas frequentās arbitrio Iudicis est puniendus.*

5 *Clericus ebrius non præmissa digestione celebrans est beneficio priuandus, & qui per ebrietatem Eucharistiam euomuerit, septuaginta diebus debet pœnitere.*

6 *Quæ mala oriātur ex crapula & ebrietate.*

§. XV.

1 QVonia venter mero æstuans facilè despumat in libidinem, vbi enim ebrietas,ibi & libido dominatur. *cap. venter, & c. luxuriam. 35.dist.* Quapropter

Apo-

Apostolus ad *Ephes. 5. ait. Nolite inebriari vino in quo est luxuria*; ideò interpœnas contra opera carnis supra enumeratas non ab re fore arbitramur crapulæ, & ebrietatis pœnam adiungere. Cum igitur sit clericis prohibitum crapulis, & ebrietatibus incumbere, vt dictum est in *1. par. tit. De Discipl. Clericali. §. 22. n. 13. & seqq.* Nam ebriosi excluduntur à regno Dei. *1. Corint. 6.*

2 Propterea clericus, qui se in ebrietatibus inuoluebat spatio triginta dierum, à communione antiquitùs submonebatur, aut corporali subdebatur supplicio. *cap. fin. 35. dist.* quæ pœna alternatiuè imponebatur, non vt electio esset penès Superiorem, sed pro personæ qualitate. Hodiè verò ab officio, & beneficio suspendendus est, si monitus à Superiore se non abstinuerit per *Conc. Lateranen.* relatum *in c. à crapula.* vbi *Abb. num. 1. & 3. de vit. & hon. cleric. Diaz. & Salzed. in pract. crimin. canon. cap. 80. Menoch. de arbitr. cas. 404. nu. 4.* & alij, relinquitur autem arbitrio Iudicis, quando sit suspendendus propter ebrietatem. *glos. in d. cap. à crapula. verb. vel beneficio.* Alijs etiam pœnis arbitrarijs clericus est mulctandus. *Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. vers. statuit sā cta Synodus. de reformat.* Cùm & miles secularis propter ebrietatē remoueatur à militia. *l. omne. §. per vinū. ff. de re milit.*

3 Ebrietas autem probatur ex aspectu. *Luc. de Pen. in l. 1. nu. 7. C. de erogat. milit. anno.* & ex verbis. *Bal. in l. ob quæ vitia. §. id autem.* quam legit cum *l. 1. ff. de adil. edic. Mascar. de probat. conclus. 574.* vbi alios modos adducit probandi ebrietatē. *Roderic. Quæst. Regul. tom. 2. q. 37. art. 2.*

4 Tabernas item frequentans clericus est Iudicis arbitrio puniendus considératis actuum frequentia, personæ qualitate, & videntium scandalo. *Diaz. in pract. crimin. canon. c. 80. n. 3.* Cùm tabernarum ingressus sit clericis interdictus excepta causa itineris. *c. 2. 3. & 4. dist. 44.* & dictū fuit in *1. p. tit. De Discipl. Cleric. §. 20. n. 1. & seqq.*

5 Clericus autem ebrius non præmissa digestione celebrans est beneficio priuandus. *cap. si consiliterit. & ibi Abb. n. 1. de accusat.* At si quis per ebrietatem Eucharistiā euomuerit septuaginta diebus pœniteat. *c. si quis per ebrietatem. de consecr. dist. 2.* [illegible]

6 Plura mala oriuntur ex crapula, & ebrietate, tollit enim memoriam, dissoluit sensus, sanguinem corrumpit, obtundit visum, debilitat neruos, perturbat auditum, confundit intellectum, balbutit linguam, resoluit viscera, totum corpus maculat, singula membra infringit; substantiam dissipat, secretum aperit, luxuriam fouet, discordias suscitat, & alia innumera, quæ prosequuntur *Menoch. d. cas. 404. Barbos. de offic. & pot. Ep. tit. 2. gloss. 11. n. 5.* & alij, & dictum fuit in *1. par. De Discipl. Cleric. d. §. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Ludus solet oriri ex crapula, & ebrietate.*
2 *Ludus alearum, & taxillorum est clericis prohibitus, & quæ pœna sit statuta Clerico publico aleatori.*
3 *Vt clericus pœnam statutam subeat, an requiratur consuetudo ludendi, vel sufficiat si semel, aut aliquoties luserit, & postea destiterit.*
4 *Puniuntur etiam clerici participes, & inspectores ludi prohibiti.*
5 *Clericus quod alearum ludo lucratus fuerit, non tenetur restituere, potest tamen ab eo repeti in iudicio.*
6 *Non est prohibitum clericis congruis temporibus, & locis animum recreari honestis ludis, vt scacchorum, pilæ, vel alterius liciti oblectamenti.*
7 *In prædictis ludis non est licitum clericis ludere vltrà vnum aureum pro tota die.*

§. XVI.

1 INter mala superiùs ennarrata, quæ ex crapula, & ebrietate oriūtur, potest iure merito ludus connumerari iuxtà illud *Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*; Ideò post materiam de crapulæ, & ebrietatis pœna sequi potest materia de pœna Clerici Lusoris.

2 In prima parte. *tit. De Discipl. Cleric. §. 24.* fuit copiosè dictum de prohibitione clericis facta lusus alearum, & taxillorum; cum sit ludus contra honestatem clericalem. Clericus igitur publicus aleator, si nullum adhuc beneficium obtinuerit, est repellēdus ab obtinendo beneficio,

quo-

quamuis nunquam fuerit monitus,vt à ludo desistat. *c. inter dilectos. & ibi Abb. & DD.de excess.Prælat.Diaz. in pract. crimin.can.cap.73.num.2.Rot.diuers.prima par. decis.426.nu.2. & 8.in fin.* Atquè suspendi potest à Diuinis.*cap.1. 35. dist. Laym.Theol.Mor.lib.3.tract.4.c.21.n.2.* Si verò fuerit beneficiatus per triennium, à diuinis suspenditur, & carcere includitur. *auth.interdicimus.* vbi *gloss.* & communiter DD. *de Episc.& cler gloss.in cap. clerici. 2.verb. ad aleas.* & ibi *Butr.n.13. de vit.& bon.cleric. Paris de Put.in tract. de ludo. nu.44.Caccialup.eod.tract.n.61. P. Nal.verb.Ludus.n.4.* Verior tamen opinio est,quòd clericus aleator, siuè beneficiatus fit,siuè non beneficiatus,est pœna arbitraria puniendus habita ratione consuetudinis ludentis, quantitatis pecuniarum in lusu erogatarum,qualitatis personarum, cum quibus interuenerunt ludi, scandali dati, & an huiusmodi ludi occasione clericus diuina officia deseruerit, quibus interesse tenebatur, aut sacramentorum administrationē neglexerit. *Concil. Trid. sess.22.c.1.de ref.Diaz.in pract. crim,can.c.73.nu.1.vers.ego verò.* vbi etiā *Lopez lit.C. Menoch. de arbitr. cas. 399. num.9.in fin.Farin.de var.& diuers.crim. q.109.nu.97.Nauar. in Man.cap.20. n.9. Roderic. Quæst.Regul.tom.2.q.38. art.2.*

3 Aduertendum tamen est, quòd tunc demùm clericus punitur, si ludere fuerit solitùs, secùs verò si vnica, aut aliquibus vicibus lusisset ob honestam causam etiam folijs lusorijs putà ad excitandum, & recreandum socium ea re indigentem, & posteà se abstinuisset. *c.Episcopus.*ponderāndo verbum *deseruiens*, & verbum *definat. vbi gloss.ysdem verbis.Card. nu.1. & 3.Archid.nu.1.35.dist.* Cum non dicatur aleator, aut lusor nisi ludere consueuerit. *Abb.in c. clerici. nu. 11. de vit. & bon.cleric.Sylu.ver.lud. nu.10.Diaz dicto cap.73.num.1.Farin. d.cas.399. nu.19. Roder.d.q. 38.art.1. vers.Possunt tamen. Laym Theol.Mor.lib.3.tract.4.c.21.n.1. & 2.*vbi cum *Rebel. & Less.* & alijs dicit non esse damnandos peccati mortalis Clericos, nisi frequentet,& cum scandalo populi ludant etiam chartis, maximè si ludant ex bonis patrimonialibus, aut etiam ex beneficiorū suorū redditibus, sed in quantitate modica spectato statu suo, & redditυum copia sine aliorum officiorum suorum neglectu, nisi lex, aut consuetudo Diœcesis tales fortunæ ludos omninò prohibeat;hoc enim casu,inquit *Layman.*saltem venialiter peccabunt Clerici; quando verò Lex Diœcesana, non prohibeat, & consuetudo loci permittat, ac quodammodo cohonestet, tunc si raro, & moderatè ludant propter recreationem, à peccato excusari possunt clerici seculares; At Religiosos alearum,& chartarum lusus dedecet.

4 Et non solùm clerici lusores puniri debent;sed etiam ludi participes, aut inspectores. *Bald.in d. auth. interdicimus.* vbi etiam *Ang.de episc.& cler.Diaz. dicto c.73.n.5.* vbi etiam *Lopez in fin. Nauar. in Man.cap.20.num.14.*vbi Clericum, vel Monachum peccati mortalis damnat, si ludum mortaliter malum spectat multò tempore, secùs si paruo. Idem si ludo delectetur venialiter malo, ità quòd etiāsi mortalis esset, eo delectaretur; Idem si eius præsentia est causa, quòd ludo mortali ludatur,aut si ex officio debeat prohibere, & non prohibet.

5 Potestquè repeti à clerico, quod ludo prohibito lucratus fuerit. *gloss.in dicto cap.clerici. 2. verb.ad aleas. vers.sed nunquid. Paris de Put. d. tract. de lud. n.26. Caccialup.eod.nu.38.Laym.d.nu.2. Salon. n.22.D.Thom. de translat. domin. tom.1. q.5.art. 6.conclus.3.& 4.* vbi ait quod ista repetitio debet fieri iuridicè; aliàs qui lucratur,non tenetur reddere ei, qui perdidit,cum per ludum transferatur dominiū; nisi fraus, dolus, aut violentia interuenerit in ludendo; tenetur tamen qui lucratus est fateri in iudicio requisitus à Iudice veritatem,etiamsi desint testes. ità *Salon. d.concl.4.Nauar.in Man.cap.20.num. 19. Tolet.in sum.lib.5.*

6 Non erit tamen clericis prohibitum congruis temporibus, & locis animum recreare honestis ludis, cuiusmodi reputantur latrunculorum seu scachorum, & pilæ ludi, aut alterius liciti oblectamēti, vel experiendæ virtutis. *Abb.in d. cap. clerici.2.nu.12.de vit.& bon cleric.Salon. in 22.D.Thom. tom.1.tractat.de translat. dom.q.5.art.6.vers. Quod sit ludum scachorum.fol.mihi 175.Sayr.in clau.reg.lib.11. cap. 12.nu.5. Graff.decis.aur. par.2.lib.3. cap.9. num.8.*& nos diximus pluribus adductis. in *1.par. De Discipl.Cleric.§.24.à nu.7.* Dummodò id prestent ad honestam

animi remissionẽ, & vt recreati pristinam virtutum, & pietatis exercitationẽ reassumant iuxta illud.

„*Fortior ad studiũ mẽs delectata redibit.*

7 In prædictis autem ludis non videtur ludi posse à clericis vltrà vnum aureum pro tota die. *com.opin.tom.1.lib.3.tit.29. nu.14.Graff.decis. aur.par.1.lib.3. cap.9. num.*8. cum alijs ab ipso allegatis. Rationem adducit; ne scilicet ex talibus ludis permissis grauis iactura proueniat, quia sic possent lusores ad tales ludos omnia ludere.

SVMMARIVM.

1 *Ludi, vel spectacula, quæ fieri solent in nuptijs, theatris, vel scenis sunt clericis probibita.*
2 *Clerici qui prædictis intersunt, qua pœna afficiantur.*
3 *Spectacula quæ fiunt in theatris, in quibus fiunt cõgressus hominum cum bestijs, aut agitationes ferarum bestiarum sunt clericis beneficiatis, aut in sacris constitutis probita sub pœna excommunicationis.*
4 *Clericus histrionum artem exercens qua pœna puniatur.*
5 *Clericus item incumbens adulationibus ab officio deponendus.*
6 *Adulatorum mores Epigramate describuntur.*
7 *Adulatio multa mala parit.*

§. XVII.

1 QVàm indecens sit diuinis obsequijs addictos viros interesse spectaculis, quæ in nuptijs scenis, aut in theatris exhiberi solent, scripsit *Isid. relat. in cap. bis igitur. 23. distin. Concil. Laodicen. in can. 54. de quo in ca. non oportet. 2. de consecrat. dist. 5. & Concil. Agatensis in can 39.* de quo *in c. Presbyteri. 34. dist.* Vbi ministris altaris, ac quibuslibet clericis prohibitum fuit illis interesse, imò eos debere fugere, & abire de conuiuio sancitum fuit.

2 Propterea clerici cõtrauenientes pœnæ arbitraria puniẽdos docet *Beru. Diaz. in pract. crim. can. cap. 75. Roder. Quæst. Regul. to. 3. q. 68. ar. 2. vers. Et fundam.*

3 Prohibetur similiter clericis, tam Regularibus, quàm secularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis sub excommunicationis pœna, ne intersint spectaculis siuè publicis siuè priuatis, in quibus ad ostentationem virium, & audaciæ fit à quamplurimis congressus cum tauris, seu alijs feris bestijs, & exercẽtur taurorũ, aliarũq; ferarũ bestiarum agitationes, vt sancuit Pius V. in sua Constitutione 48. quæ incipit. *De salute gregis Dominici.* Quam Constitutionem in Regnis Hispaniæ ad terminos iuris communis reduxit, atque cẽsuras in ea contentas sustulit, & amouit Clemens VIII. quoad omnes in ea expressos exceptis Monachis, & Fratribus Mendicantibus, cæterisque Regularibus, cuiuscunque Ordinis, & instituti, vt *refert Roderic. d. q. 68. ar. 3. & Quarant. in summa Bull. verb. Torneamenta.*

4 Histrionum verò artem exercentes clerici per annum ipso iure, si breuiori tẽpore, & tertiò moniti non resipuerint, sunt à diuinis suspensi. *cap. 1.* vbi *Archid. Io. And. Anchar. Gemin. & alij. de vit. & hon. cleric. Diaz. in pract. crim. can. c. 71.* vbi *nu. 3. in fin. cum Archid. Anchar. & Io. And.* ibid. relatis addit, quòd si per annum continuum prædictam ignominiosam artem clericus exercuerit, & tertiò monitus non destiterit, careat omni priuilegio clericali, & efficiatur de foro Iudicis secularis. Est contra *Io. Monach. in d. cap. 1. de vit. & hon. cleric.* dicentem non procedere prædictam pœnam in clericis constitutis in sacris, eo quòd debeant degradari, quod non negant Doctores prædicti, cum degradatio sit etiam necessaria in clerico in minoribus constituto; non enim videtur necessaria hæc illatio, clericus debet degradari, ergo non ammittit priuilegium clericale, si per annũ exerceat artem histrionum, & tertiò monitus non desistat.

5 Clericus quoquè dans operam adulationibus est ab officio deponendus. *cap. clericus qui. 46. dist. &* scurrilis, ac verbis turpibus ioculator est à diuinis suspẽdendus. *c. clericum. 46. dist.* Adulatores enim sunt nequiores hostes quàm qui foris sunt inimici. *cap. si inimicus. 93. dist.* de quibus dicitur in *Psal. 27. qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, & Prou. 27. meliora sunt*

vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis. & *D. Hieronym. super Psal.* plus nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris; est enim hoc genus hominum improbissimum, quibus frustra confidere poteris, quoniam quo te vertas vertuntur, quidquid agis, laudas, damnas, agunt, laudant, damnant, virtutes, ac vitia promiscua laude, ac detestatione prædicant.

6 Quos pulchrè describit non ineruditus Poeta hoc Epigrammate.

Si friges, algent, si dixeris, æstuo, sudant.
Si lentè incedis, testudine tardius ibunt.
Si properare iubes, vincunt pronitate Camillam.
Si claudum est tibi crus, subsistant tarda te podagra;
Si lædans aliquem, lædant, si spernis, abhorrent,
Si te conspiciunt tristem pallore grauatur,
Et vultum accipiunt Niobes sua pignora flentis;
Si lætum frontem, discussa nube serenant,
Caligas, illis oculus cæcutit vterque.
Progeniem laudas, genus ipso ex Hercule ducunt;
Effundis lacrymas, lacrymarum flumina mittunt;
Laudas arma, tubas simulant, & classica fingunt:
Rura probas, Vrbes illis putere videntur.
Cõmendas Vrbes; Ciues adsydera tollunt.
Fles, flent, quæ alba vocas, niuea bis sũt, nigraque carbo;
Et quascũq; voles in vultu fingere formas.
Protinus effingent vertumno doctius ipso.

7 Caueant igitur Principes, nè huiusmodi nebulones adhibeant suis consilijs, si populis in iustitia & æquitate cupiũt moderari, nè horum blandis, & dolosis verbis, veluti insidiosis Sirenum cantibus allecti suorum popolorum ineant naufragiũ. Quinimò, vt pessimos hostes exterminent: de quibus *Isa. 4. popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* & *S. Hieron. in cap. 9. Ezech. ait*, quòd adulator est veluti scorpio, qui palpando incedit, sed cauda ferit; Ideò memores sint Principes, quòd Dominus Iesus Christus adulatoriè fuit traditus. *Luc. 22.* Alia mala, quæ parit adulatio, prosequitur *Archid. cum Io. de Turrecrem. in cap. sunt nonnulli.* & *in cap. sequenti. 46. dist.* & *Bartobol. à Chassan. in proem. cõsuet. Burgun. col. 20. circa mediũ.*

SVMMARIVM.

1 *Vagatio clerici dedecus parit non solũ Clerico sed vniuerso clero.*
2 *Clerico vagabundo possunt auferri beneficia etiam simplicia, & alteri conferri.*
3 *Clericus peregrinari non potest neque à Diœcesi discedere sine licentia Superioris, etiam deuotionis causa.*
4 *Clericus habens beneficium requirens residentiam non potest facere votum peregrinationis, sine licentia Superioris.*

§. XVIII.

CVm vagatio clerici dedecus pariat non solùm eidem clerico sed etiam vniuerso clero. *c. Diaconi. 5. §. mendicat. 93. dist. not. Cald. consi. 1. de vit. & hon. cler.* sapiatque delictum *cap. fin.* & ibi *Boyc. nu. 5. de Cler. non resid. Alban. cons. 93. num. 4. Bursat. cons. 397. nu. 2. vol. 1.*

1 Propterea potest clericus vagabundus beneficijs etiam simplicibus priuari, possuntque alteri conferri. *gloss. fin. in c. non oportet. de consecr. dist. 5. Innoc. in c. ex tua nu. 4.* vbi etiam *Abb. n. 14. de cler. non resid. Corf. in sing. verb. Vagabundus. Diaz. in pract. crim. can. cap. 54. num. 4.* vbi addit quòd quando beneficia non requirunt residentiam, sufficit delictum vagationis ad priuationem. *Ricc. in prax. resol. par. 2. resol. 615. nu. 5.*

3 Nec peregrinari potest clericus, neq; à Diœcesi discedere absque licentia Superioris quamuis vellet discedere causa deuotionis. *d. c. non oportet. Burg. de irregul. par. 5. §. de peregr. & igno. Graff. de effect. cleric. effect. 25.*

4 Quinimò clericus habens beneficium requirens residentiam non potest facere votum peregrinationis absquè licentia sui Superioris. *c. magna. §. verum.* & ibi *gloss. de vot. d. cap. non oportet. de consec. dist. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Venatio frequens cum accipitribus, & canibus est clericis prohibita, cum distrahat à rebus diuinis, & in causa esse soleat, vt quod pauperibus*

esset erogandum, insumatur in alendis canibus, equis, & ministris ad eam necessarijs.

2 *Qua pœna afficiantur Episcopi venatores, item Sacerdotes, & alij ministri Ecclesiastici inferiores, & religiosi, quos magis dedecet.*

3 *Ex solo venationis capite non facilè sūt clerici damnandi peccati mortalis. Imò in quatuor casibus est clericis permissa.*

4 *Extrà prædictos casus est omninò clericis interdicta, nec contrà ipsam præscribi potest contraria consuetudine.*

5 *In venatione periculosa, qualis esse solet aprorum, & Clericus in causa esset talis venationis, si contingat mutilatio, vel homicidium etiam sine sua culpa incurreret irregularitatem tanquam dans operam rei sibi illicita*

6 *Faciens rem illicitam non solùm puniri debet de actu illicito; sed etiam de eo, quod præter eius intentionem fuit secutum.*

7 *Clerici venationem, aut piscationem exercentes non possunt puniri à Iudice Ecclesiastico pœna statuta contra laicos in edictis secularibus venationem, aut piscationem prohibentibus, quia edicta secularia non ligant clericos.*

8 *Venatio, & piscatio licet videantur esse de iure gentium, iusta tamen, & rationabili de causa possunt à Principe prohiberi, & subditi tenentur obedire, cum sint de regalibus.*

9 *Venatio, & piscatio non possunt prohiberi per Barones, Magnates, & optimates recognoscētes Superiorem, nisi de expressa, vel tacita licentia, vel ex priuilegio, aut contractu, vel de consensu populorum.*

§. XIX.

1 CVm venatio ratione status minimè deceat clericos, atquè si immodica, & frequens distrahat à rebus diuinis, præsertim cum in causa esse soleat, vt illud, quod de redditibus Ecclesiasticis pauperibus esset erogandum, cum canibus, accipitribus, equis, & ministris ad eam necessarijs vanè, & inordinatè insumatur, meritò clericis est prohibita. *cap.* 1. & 2. *de cler. venat. cap.* 1. 34. *dist. Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 12. *de refor.* Vbi inter alia de quibus admonentur Canonici vnum est, vt ab illicitis venationibus, aucupijs, choreis, &c. abstineant, & latiùs diximus in *prima par. De Discipl. Cler.* §. 19.

2 Propterea Episcopi si frequentes sint in huiusmodi venationibus suspendi iubentur à communione tribus mensibus, Presbyteri duobus, Diaconi verò, aut Subdiaconi ab omni officio pariter suspendendi sunt. *c.* 1. & 2. vbi *Io. Andr. Host. Boye. Anan. Abb.* & alij. *de cler. ven. c.* 1. *dist.* 34. *Diaz. in pract. crim. can. c.* 70. *Mol. to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 44. *Sayr. in cla. reg. lib.* 11 *cap.* 9. *num.* 7. Clerici verò in minoribus constituti arbitraria pœna sunt plectendi. *Diaz.* cum alijs ab ipso relatis. *dicto c.* 70. *num.* 3. At religiosis, eo quòd magis eos dedeceat venari, maiori cū ratione interdicta est venatio, vt habetur in *clem. de stat. Monach. c.* 1. §. *porrò.* & §. *sequen. Sayr. d. n.* 7.

3 Cæterùm ex solo venationis capite non facilè damnandi sunt clerici mortalis culpæ. Quinimò in aliquibus casibus erit licita clericis venatio. *Primus est*, si clericus haberet redditus in venatione, sicut in partibus Galliæ, & Germaniæ, ità *Host. in sum. eod. tit.* & *Abb. in cap.* 2. *eod.* Secundus, venatio quieta, quæ sine strepitu exercetur, & vtilitatis causa, seù recreationis ad excitandum appetitum, vel calorem naturalem. *arg. c. dilectus filius. de homicid. cap.* & *si Christus.* §. *pen. de iureiur.* & *c. sint tibi. de cōsecrat. dist.* 5. Tertius, venatio cum laqueis, pedicis, atquè retibus, & etiam cum canibus erit licita clericis, dummodò cum modestia, & silentio fiat. *Sayr. d. nu.* 7. vt est venatio Coturnicum, seù Quallearum, quæ cum cane, & retibus exercetur. Quartus, venatio saltuosa, si rarissimè fiat causa recreationis, non erit illicita clericis. *arg. tex. in. cap.* 1. *de cler. venat.* vbi habentur hæc verba. *In hac voluptate sæpiùs detentus, &c.* si igitur rarissimè fieret non erit prohibita clericis. *Graff. decis. aur. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 9.

4 Extra prædictos casus videtur omninò interdicta clericis venatio, contrà quā probitionem præscribi non potest per contrariam consuetudinem, vt post *Host.* quē refert, & sequitur dicit *Anan. in cap.* 2.

de

de cler. venat. Diaz. in pract. crim can. dicto cap. 70. nu. 5.

5 Quòd si venatio ex suo genere esset periculosa:vt exindè mors, aut mutilatio sequeretur alicuius.qualis esse solet aprorum venatio, tunc si Ecclesiasticus causa esset huiusmodi venationis, ex eaquè fine ipsius culpa mors, aut mutilatio alicuius sequeretur,irregularitatē ex homicidio, aut mutilatione casuali incurreret, eo quòd dederit operam rei sibi illicitæ,& aptæ; vt talis effectus sequeretur. *Sic. Mol. de Iust. & Iur. tom. 1. tract. 2. disp. 44. Sayr. in clau. reg. lib. 11. cap. 9. nu. 7.*

6 Delinquens etenim, & faciens rem illicitam puniri debet non solùm de actu illicito; sed etiam de eo, quod præter ipsius intentionem fuit secutum *l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. ruin. & nauf. l. si quis aliquid. §. abortionis. ff. de pœn. l. 3. §. adiectio. ff. ad leg. Cornel. de Sic. l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. publ. cap. fin. de homicid. in 6.*

7 Veruntamen si clerici venationem, aut piscationem exerceant, puniri non possunt à Iudice Ecclesiastico pœna aduersus laicos statuta in edictis secularibus venationem, aut piscationenem prohibentibus,neq; etiam si vsi fuerint retibus,alijsq; instrumentis interdictis; quoniam edicta secularia non ligant clericos; vt fuit dictum in *1. par. tit. De Exemp. Cleric. à stat. secul. §. 1. 2. 3. 4. & 5.* Sed pro modo culpæ erunt puniendi pœnis iuris Canonici arbitrio Iudicis Ecclesiastici imponendis. *Lopez ad Diaz. in d. c. 70. verf. non tamen.*

8 Et quamuis videatur,quòd prohiberi non possit venatio, neque aucupium, aut piscatio;cum sint de iure gentium primæuo. *l. 1. & 2. de acquir. rer. dom. §. fera. Instit. de rer. diuis.* sic aliqui iurisperiti relati per *Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 8. in princ.* Princeps nihilominùs, venationem, aucupium,& piscationem prohibere potest;eum sint de regalibus, teneriquè inferiores iusto præcepto obedire. *Nauar. in Man. cap. 17. nu. 120. Michael. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 3. controu. 3. Molin. de Iust. & Iur. tom. 1. tract. 2. disp. 43. Sayr. in clau. reg. lib. 11. c. 9. n. 6. Grammat. decis. 67. num. 9. Lopez ad Diaz. c. 70. verf. sed quid si clerici. Gutier. quæst. canon. lib. 2. c. 28. Gaspar. Thessaur quæst. forens. lib. 2. q. 22.* & alij. Et eò maximè quando adest iusta, & rationabilis causa prohibendi,vt si prohiberetur ijs temporibus, quibus animalia solent esse prægnantia, vel pariunt, aut oua ponunt, aut partus nutriunt, aut si ex venatione, vel aucupio extingueretur aliquod genus animalium. *Grammat. d. decis. 67. Sayr. d. cap. 9. nu. 8. 9. & 10.* vbi alias causas congerit.

9 Vassallis tamen prohiberi non potest venatio,siuè aucupium per Barones, Magnates, & optimates, qui Superiorem agnoscunt in locis, quorum dominium proprietatis ad ipsos solos spectat; nisi de expressa, vel tacita licentia, vel virtute priuilegij, aut alicuius contractus, vel de consensu populorũ,quia venationis, & aucupationis materia est libera. *l. 1. & 3. de acquir. dom. l. nemo. ff. de rer. diuis. Anan. sing. 59. Grammat. d. decis. 67. nu. 9. & seqq. Franc. decis. 158. Couar. d. §. 8. n. 1. & seqq. Molin. d. tract. 2. disp. 46. Sayr. d. c. 9. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Veneficia, incantationes, & sortilegia, quæ ferè in idem recidunt, reseruantur absolutioni Superiorum ex Decreto Clementis VIII. à Regularibus obseruando.*

2 *Sortilegi qui sint, & qua pœna afficiendi sint.*

3 *Clericus qui bono zelo, & simplicitate ductus sortilegio vsus fuerit, aut incantationes, diuinationes, ac superstitiones cōmiserit, quibus pœnis veniat castigandus.*

4 *Clericus item qui dolo malo conficeret sortilegia, Missas superstitiosè celebraret, aut in celebratione nefandas preces misceret, vel in sortilegijs abuteretur vasis sacris, quas pœnas subire debeat. Idem de clerico, qui consuleret aruspices, incātatores, ariolos, sortilegos, aut eos, qui magicam artem profitentur.*

5 *Sortilegi, & incantatores honorem Dæmonibus impendentes, & in sortilegijs admiscentes, quæ sapiunt hæresim, puniūtur ab Inquisitionis Tribunali.*

6 *Similiter & qui Dæmonibus incubis, aut sucubis abutuntur, aut suis sortilegijs, & incantationibus enecari, & suffocari, vel extingui faciunt mulierum partus, fœtus animalium, terræ fruges, & alia huiusmodi perpetrant, aut ità lædūt, vt mors indè sequatur.*

7 *Contra pariter imolantes Dæmonibus, illos adorantes, fabricantes imagines, anulos, aut aliam rem facientes ad Dæmonem inibi alligandum.*

8 *Procedit etiam Sanctissimi Inquisitionis officii contra Astrologos, Mathematicos, & alios Astrologia iudiciaria artem exercentes, & facientes natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus ab humana voluntate pendentibus aliquid certò euenturum affirmare audent.*

9 *Clericus, qui poculum amatorium præbuerit, qua pœna castigandus, item si abortum procurauerit.*

10 *Constitutio Sixti V. contra procurantes abortum fœtus inanimis, & contra præbentes, aut sumentes venena sterilitatis fuit per Gregorium XIIII. redacta ad terminos iuris communis, sed quoad fœtus animatos nil fuit despositum.*

11 *Procurans abortum, aut mors sequitur matris iure Ciuili punitur pœna mortis, & aliquando alteratur pœna pro criminis natura.*

12 *Fœtus quando dicatur animatus.*

§. XX.

1 Ex Decreto Clementis VIII. super casuũ reseruatione à Regularibus obseruando primo loco superiorum absolutioni reseruantur veneficia, incantationes, & sortilegia, quæ quidẽ ferè in idem recidunt; Veneficium namq; lato vocabulo sumpto maleficium, incantationem, & artem magicam denotat, vt videre est apud auctores, & tradit *Mart. Delrius magic. disquisit. lib. 1. cap. 3.*

2 Sortilegi verò sunt, qui religionis prætextu per quasdem sortes diuinationis scientiam profitentur. *cap. sortilegi. 26. q. 1. & cap. aliquanti. ead. quæst. 5. Simanc. in cathol. quæst. tit. 62.* Quibus in foro interiori quadraginta dierum pœnitentia indicebatur. *cap. 1. de sortil.* Sed cum pœnitentiæ arbitrio Confessoris iniungantur, pro criminis mensura, quam instam cõfessor æstimauerit, cõstituet. *Delrius mag. disq. lib. 5. sect. 16. Menoch. de arbitr. cas. 388. nu. 6. Suar. de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 13.* At in foro exteriori, qui hoc crimine laborare repertus fuerit, si seruus, verberabitur, si liber, perpetuo carceri mancipabitur. *cap. contra idolorum. 26. q. 5. Abb. in cap. 1. nu. 2. de sortil. Suar. d. nu. 13.*

3 Clericus autem qui bono zelo, & simplicitate ductus sortilegio vsus fuerit, aut incantationes, superstitiones, & diuinationes cõmiserit, suspendendus est à Diuinis per annũ, & vltra iudicis arbitrio secũdum facti qualitatem, & facinoris turpitudinẽ, puniẽdus. *c. 2. vbi glos. verb. Visum, & Abb. n. 4. de sortil. Dec. in cap. at si clerici. n. 246. de iudic. Grillan. de sortil. q. 11. n. 3. & 10. Menoch. de arbitr. cas. 388. n. 8. & 9. Far. in prax. tom. 1. quæst. 10. nu. 90. & seqq. Suar. d. cap. 18. num. 12.*

4 Si verò non bono zelo, sed dolo malo conficeret sortilegia, erit suspendendus à Diuinis, omnibus beneficijs priuandus, & in Monasterium ad agendam pœnitentiam perpetuò detrudendus. *cap. non oportet. & c. si quis Episcopus. cum seqq. 26. q. 5. Grillan. d. nu. 3. & 10. Diaz. in pract. crim. can. cap. 110. Menoch. d. cas. 388.* & ita in *Concil. Lateran.* statuit *Leo X. Constit. 7. quæ incipit, Superna. §. 41. Farin. d. q. 10. n. 92. 95. & 106. cum seqq.* vbi dicit iisdem pœnis afficiendum esse clericum, qui causa doloris aras spoliat, luminaria extinguit, & sumpta lugubri veste missas defunctorũ superstitiosè celebrat. *Diaz. in pract. crim. can. cap. 40. vbi etiam Lopez. & cap. 44. in princip.* vel quid simile facit, vel qui in sortilegijs abutitur vasis, & vestibus sacris, seu qui in celebratione Missarum nefandas preces, ac turpes Deo porrigit; vt post *Grillan.* refert *Menoch. d. cas. 388. n. 14. Diaz. d. c. 44.* Idem dicendum erit de clerico, qui consuluerit aruspices, incantatores, ariolos, augures, sortilegos, atque eos, qui magicam artem profitentur. *d. c. si quis Episcopus. Diaz. in pract. crim. can. c. 111.*

5 Puniuntur autem à S. Inquisitionis Tribunali sortilegi, & diuinatores Dæmonibus honorem Latriæ, vel Duliæ impendentes; puerum rebaptizantes, vel similia facientes, qui in suis sortilegijs, & diuinationibus faciunt, & admiscent aliqua, quæ sapiunt hæresim, vt si quis in sortilegio, vel poculo amatorio Deũ abnegaret, aut Ecclesiæ sacramenta admisceret, siuè sacramentalia, siuè res sacras. *Direct. Inq. p. 2. quæst. 42. vbi Pen. com. 67.* siuè inuocaret Dæmonem deprecatiuè ad tentandam pudicitiam mulieris. *Oldrad. cons. 210. nu. 3. Felinus in rub. de hæret. Riccius in prax. resol. p. 1. resol. 424. numer. 11.*

6 Similiter qui Dæmonibus incubis, & sucubis abuti non verentur & incātationibus, carminibus, & cōiurationibus alijsquè nefandis, superstitiosis, & sortilegis excessibus, criminibus, & delictis mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes, & alia diuersorū generum animalia, pomaria quoquè, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terræ legumina, necari, suffocari, & extingui facere, & procurare, ipsosquè homines, mulieres, iumēta, pecora, pecudes, & animalia diris tàm intrinsecis, quàm extrinsecis doloribus, & tormentis affici, & excruciari, ac eosdem homines, ne gignere, & mulieres, ne concipere, virosquè ne vxoribus, & mulieres, ne viris actus coniugales reddere valeāt, impedire; fidem prætereà ipsam abnegare audēt ore sacrilego. Innocent. VIII. Constit. 1. incip. *Summis*. Leo X. Constit. 43. quæ incipit. *Honestis*. & Adrian. VI. Constit. 2. quæ incipit. *Dudum*. & nouissimè Gregor. XV. in sua Constit. incipient. *Omnipotētis Dei*. In qua imminet pœna vltimi supplicij etiam pro primo lapsu ei, qui sortilegijs ità læserit aliquem; vt ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit. refert *P. Nal. in annot. pract. ad ius can. 26. quæst. 5. cap. Episcopi.*

7 Contra pariter immolantes Dæmonibus, illos adorantes, fabricantes, vel fabricari procurantes imagines, annulum, vel speculum, vel phialam, seù rem quamcumquè aliam magicè ad Dæmones inibi alligandos, aut ab ijs responsa, & auxilia petentes, & recipientes, & pro implendis suis prauis desiderijs auxilia postulantes pro re fœdissima fœtidam seruitutem exhibentes, siuè tenentes libros de huiusmodi erroribus tractantes. Io. XXII. in sua Constit. 13. quæ incipit. *Super illius*. Vbi in contrauenientes excōmmunicationis sententiam profert, & pœnas omnes, quas de iure merentur heretici, infligit.

8 Sanctissimum Inquisitionis officium pariter procedit, atque Canonicis pœnis, & alijs eius arbitrio senerè animaduertit in Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque Astrologiæ iudiciariæ artem, rem magicam exercentes, aut faciētes iudicia, & Natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisquè casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euentu- rum affirmare audent, etiamsi id non certò affirmare asserant, aut protestentur, & contra alios vtrinsquè sexus, qui supradictas damnatas, vanas fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siuè scientias exercent, profitentur, docent, & discunt, quiuè huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, sc præmissa detestāda scelera, & delicta committunt, & in eis se quomodolibet intromittunt, prout sancinit Sixtus V. in sua Constit. incip. *Cœli & Terræ, &c.* & nouissimè Vrbanus VIII. in sua Constit. quæ incipit. *Inscrutabilis iudiciorum, &c.* post confirmatam prædictam Sixti V. prohibet tàm laicis cuiuscunquè dignitatis etiā Ducalis, quàm Ecclesiasticis quibuscūquè etiam speciali nota dignis, & suprema dignitate fulgentibus de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, sinè de vita, aut morte Romani Pontificis pro tēpore existentis, eiusquè consanguineorum vsquè ad tertium gradum inclusiuè iudicia, seù prædictiones facere; Quos omnes, nec non eos, qui illos desuper consuluerint, vel prognostica, & præcognitiones huiusmodi, etiam sibi oblatas receperint, illisuè quomodolibet vsi fuerint, retinuerint, vel alicui ostenderint, afficit pœna excommunicationis latæ sententiæ, confiscationis omnium bonorum, & officiorum, atquè etiam vltimi supplicij.

9 Clericus autem præbens poculum amatorium est beneficijs priuandus. *cap. si Episcopus. 26. quæst. 5. Grillan. de sortileg. quæst. 12. num. 1. in fin. Farinac. in prax. part. 5. quæst. 122. num. 118.* Quòd si poculum præbeatur ad abortum procurandum, siuè alia via abortus procuretur, si fœtus animati abortus sequatur, est deponendus Clericus, & in Monasterium detrudendus. *Anan. consil. 1. Bombin. consil. 48. Farinac. d. quæst. 122. num. 119.*

10 Nequè obstat Sixti V. Constitutio 87. quæ incipit. *Effrenatam* contra abortum quouis modo procurantes, aut sterilitatis potiones dantes, vel sumentes, in qua pœnæ grauiores Clericis imponuntur; quia huiusmodi Constitutio per Greg. XIV. in sua Bulla 8. incip. *Sedes Apostolica.* fuit reducta à terminos Iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem quoad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium ve-

nena

nena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel consilium eis dantium; Sed quando foetus fuisset animatus Greg. nihil disposuit; sed reliquit in terminis Constitutionis Sixti V. *Nald. in Summa verb. abortus*.

11 De iure autem Ciuili quando foetus animatus est, aut matris sequitur mors, delinquens punitur, poena capitali, *l. 1. ff. ad leg. Cornel. de parricid. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. pen. C. eod.* & quandoque alteratur poena pro cuiusque criminis natura, vt tradit *Boss. in prax. tit. de homicid. n. 5. Clar. in §. fin. q. 62. Osasc. decis. 60. Thess. decis. 12. Boer. decis. 216. Menoch. de arbitr. cas. 329. nu. 6. Couar. var. resolut. cap. 20. num. 9.*

12 Quando autem dici possit foetus animatus Doctores communiter dicunt masculum esse animatũ anima rationali post quadraginta dies, foeminã verò post octoginta, etsi dubitatur, an masculus sit, vel foemina, praesumendum est esse animatum post quadraginta dies. *glos. fin. in cap. 1. 5. dist. & in l. Diuus.* quàm ibi sequuntur *Bart. & Ang. ff. de extraord. crim. & in elem. 1. verb. vnitas. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. DD. in l. qui in vtero. ff. de stat. hom.* & pro hoc facit *cap. significasti nobis. 2. de homicid.* vbi quis censetur irregularis, si laethaliter ab ipso percussus interijt, etiãsi ab alijs percussus fuerit, & non appareat ex cuius ictu decesserit. *Nal. in sum. verb. abortus nu. 2.* & nos diximus *in p. 1. tit. de Discipl. Cleric. §. 5. nu. 32.* vbi plures allegauimus.

SVMMARIVM.

1 *Calumniator verus, & praesumptus qui.*

Republica salus exigit, vt boni foueantur, & praui puniantur. ibid.

Qui altum accusat debet pertimescere non minus agi de suo capite, quàm de illius, quem accusat.

2 *Iniustus delator facilè veniam impetrat sub specie Reipublicae promouenda, vt scilicet facilius inueniantur, qui delinquentes accusent.*

3 *Est iniqua ratio, quae docet alteri nocere: vt bonum cõmune promoueatur.*

4 *Falsae delationes sunt coercendae, & extirpandae, ne in communem bonorum perniciem serpant.*

5 *Calumniator qui crimen alteri obiectum non probabat. antiquitùs talionis poena mulctabatur.*

6 *Calumniator iure nouo punitur poena arbitraria, cum poena talionis sit antiquata.*

7 *Clericus calumniosus accusator conuictus qua poena afficiendus.*

8 *In puniendis calumniatoribus est culpabilis negligentia, & proponitur exemplum S. Gregorij.*

9 *Calumniatoris poena secundùm statuta Patrum Praedicatorum refertur.*

§. XXI.

1 VErus calumniator est, qui scienter falsa crimina alteri imponit, praesumptus verò qui sponte defert, & crimen probare non potest. *c. si quem. §. notandum quoque ist. 2. q. 3.* Vtrumque tamen puniendum esse Reipublicae salus postulat, quae bonos foueri, & prauos puniri exigit; Quòd si qui alterum accusat, non minùs de fama, & de capite suo agi, quàm de illius, quem accusat, non pertimescit, de Republica illa desperandum est.

2 Est igitur huiusmodi pessimorum hominum fraenanda malitia, quos impunitas audaciores facit, facilè enim iniustae delationis veniam impetrant à iudicibus, qui sub specie Reipublicae promouendae admissa condonant; quoniam si falsos delatores omnes punirent, non tam promptos haberent, qui delinquentes accusarent.

3 Veruntamen à Christiana Republica, & multò magis à religiosa conuersatione procul abigatur haec iniqua ratio, quae docet alteri nocere, vt bonum commune promoueatur, cũ hos falsos delatores impunitos relinquere sit eosdem ad calumniandũ prouocare, vt legitur apud *Sueton. in Domitian. cap. 9.* Princeps enim, qui delatores non castigat, irritat.

4 Haec autem hominum pestis quibus sit supplicijs coercenda, & quàm diligenter extirpanda, ne in communem bonorum perniciem serpat, Superiores inuigilare debent, de qua multa congerunt Doctores, inter quos *Menoch. de arbitr. q. 2. cent. 4. cas. 322. Farin. in prax. tom. 1. q. 16. nu. 1. Roderic. Quaest. Regul. tom. 2. quaest. 31. art. 1.*

5 Calumniator ergo, qui crimen, quod obiecit, non probauerit, easdem dabit pœnas, quas daturus erat accusatus talionis retributione plectendus; idque iure Diuino antiquo, Pontificio, & ciuili cautum est. *Exod.* 21. *Deuteron.* 20. facit quod de Aman legitur *Esther.* 8. qui eodem patibulo, quod Mardochęo calumniosè parari iusserat, suspensus fuit, *c. calumniator. cap qui non.* vbi *Archid.* 2. *q.* 3. *l. si fui. de accusat. D. Thom.* 2. 2. *q.* 68. *art.* 4. *Sot. de Iust. & Iu. lib.* 5. *q.* 5. *ar.* 4. *Diaz. in pract. crim. can. cap.* 67. *Conar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 1. *Clar. lib.* 5. *§. fin. q.* 81. *Menoch. d. cas.* 322. *Farin. d. q.* 16. & alij, qui omnes hoc crimen detestantur, & in eo puniendo oportere Iudices, & Superiores maximè incumbere, seriò admonent, atquè exhortantur. Præterea vt infamis remouetur ab omnibus honoribus, & dignitatibus. *cap. infamibus. de reg. iur. in* 6. *Sylu. verb. infamia. n.* 15. *Monald. consl.* 43. *n.* 4. & *consl.* 96. *nu.* 14.

6 Quoniam verò talionis pœna antiquata est, vt ijdem auctores animaduertunt, supplicij assignatio penès Iudicis arbitrium erit, quod pro calumniæ grauitate, & malitia delatoris, & accusati innocentia, & qualitate erit imponendum, & tantò grauius, quantò per delatoris fraudem fuerit honesti viri fama notata, & bonum nomen turpi macula fœdatum, quod aliter in pristinum statum restitui nequit, nisi appareat calumniatorem pœnas dedisse meritas. *Abb. in c.* 1. *in fin.* vbi *Felin. nu.* 1. *de calumniat. Lopez ad Diaz. in cap.* 68. *vers. eadem pœna. Boss. in pract. crim. tit. de calumniat. Menoch. de arbit. cas.* 322. *Roderic. Quæst. Regul. tom.* 2. *q* 32. *art.* 1. *Bal. in l. athletas. §. calumniator. n.* 6. *ff. de his qui not. infam.* Nec liberatur ab infamia. *c.* 1. 5. *q.* 6. *Archid. in c. calumniator.* 2. *q.* 3. quia solus Pontifex calũniatori infamiam abolere potest. *c. Euphemium.* vbi *Archid. nu.* 4. 2. *q.* 3. *Turrecrem. in cap. qui non probauerit.* 2. *q.* 3. *Sot. de Iust. & Iur. lib.* 5. *q.* 5. *ar.* 4. *circa fin. Salon. de Iust. & Iur. q.* 68. *conclus. vltima.*

7 Clericus autem calumniosus accusator conuictus officio priuari iubetur, & publicè verberibus castigatus exilio mulctari. *cap.* 1. *de calum.* vbi *Butr. & Abb.* neque vlla erit differentia quoad pœnas infligendas inter accusatorem, & denunciatorem; cum parsit delictum calumniãdi animo commissum, *Clar. lib.* 5. *§. fin. q.* 7. *in fin. l. delatores. C. de delat. lib.* 10. *Masc. de probat. tom.* 1. *consl.* 505. *n.* 1. *Farinac. in prax. tom.* 1. *q.* 16. *n.* 15. *vers. quod satis indicat. c. si quis Episcopus.* 2. *q.* 3.

8 Veruntamen in puniendis calumniatoribus quàm sit culpabilis negligentia ostendit. *D. Greg. Epist.* 66. *lib.* 9. quæ insinuatur *in cap.* 1. *de calumn.* cuius exemplũ Superioribus proponitur imitandum, qui cum eorum arbitrio pœna commissa sit, qualitatem calumniæ, personæ calumniatæ, & calumniatoris, ac nocumentum paci, & tranquillitati proueniens attendere debent. *Roderic. Quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 31. *art.* 1.

9 Patrum Prædicatorum statuta habẽt. *dist.* 1. *c.* 18. *§.* 5. quòd qui crimen falsò alicui imponit carceris pœna dignum, eadẽ carceris pœna puniri debeat, ò vtinam seruaretur Decretum hoc in singulis Religionibus, quia non tam frequentes calũniæ, falsæ delationes, & iniquæ detractiones audirentur etiam apud Religiosos, qui se iactant arctiorem profiteri disciplinam, sed illorum vana est Religio, qui linguam frænare nesciunt.

SVMMARIVM.

1 *Crimen falsi testis, cum non sit dissimile calumniatoris delicto, simili etiã mulctabatur pœna apud antiquos.*
2 *Falsi testis pœna apud Romanos. Et qua mala committat falsus testis. ibid.*
3 *Pœna falsi testis clerico non imponitur, nisi sit conuictus, quando autem non est directè conuictus, sed tantũ incidenter constat de crimine, tunc non debet puniri, nec infamari, benè tamen potest à testimonio repelli.*
4 *Pœna laici falsi testis in causa criminali.*
5 *Qui falsum testimonium dedita opera tulit in iudicio contra innocentem, ex quo fuerit damnatus ad mortem, tenetur cum vita propria periculo se retractare, vt innocens à morte liberetur.*
6 *An verò sit obligatus se retractare, quando retractatio non est profutura refertur duplex sententia.*
7 *Falsi testes sæpè impuniti relinquũtur.*
8 *Falsi testis pœna non punitur, nisi qui data opera in iudicio, & cum iura-*

mento, falsum dixerit testimonium.

9 *Testis falsus conuictus de falsò testimonio non euadit pœnas, nisi constiterit eum fuisse deceptum.*

10 *Pœna falsi afficiuntur, qui testem ad falsò testificandum induxerint, & pecunia, ac donis corruperint.*

11 *Clericus de periurio conuictus est à Diuinis suspendendus, & beneficio priuandus, cùm non sit ipso iure priuatus.*

12 *Clericus conuictus falsum testimonium deposuisse coram Iudice seculari non potest ab eodem puniri sed remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum.*

13 *Laicus verò de testimonio falsò prolato coram Iudice Ecclesiastico potest, & ab eodem puniri, & à Iudice seculari, inter quos est locus præuentioni.*

14 *Clerici falsarij literarum Apostolicarum siuè per se, siuè per alios qua pœna afficiantur.*

15 *Iurans pertinaciter per creaturas, siuè per capillum, siuè per caput Dei, est excommunicandus, vel suspendendus.*

§. XXII.

1 FAlsi testis crimen non dissimile Calũniatoris delicto simili apud antiquos mulctabatur pœna talionis scilicet. *Deuter. 19. cap. satis 33. q. 5. l. 1.* vbi *Bal. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.*

2 Romani falsum testem è monte Tarpeio præcipitari iubebant. *Aul. Gell. noct. Attic. lib. 20. c. 1.* Est enim obnoxius Deo, cuius præsentiam contemnit, & sui mendacij adhibet patronum, Iudici, quem mentiendo fallit, & postremò innocẽti, quẽ falso lædit testimonio. *cap. 1. de crim. fals.*

3 Quamobrem Clericus falsus testis perpetuò est deponendus, & in arctum Monasterium est detrudendus: vt tanti sceleris pœnitentiam agat. *cap. si Episcopus.* & ibi *Præposit. 50. dist. Abb. in d. cap. 1. de crimin. fals. Diaz. in pract. crim. can. c. 96. Couar. in cap. quamuis pactum. 1. par. §. 7. n. 6. Clar. lib. 5. §. falsum. vers. pœna. Roder. Quæst. Regul. tom. 2. q. 32. art. 1. Farin. de testib. q. 67. nu. 7.* Quod *Præposit. in dicto cap. si Episcopus. 50. dist.* intelligendum putat, quando clericus est de hoc crimine directè accusatus, & conuictus, vel in iudicio confessus, secùs autem, si non constat de illo via directa, sed incidenter, videlicet quando contra clericum in testẽ productum probatur exceptio falsitatis, quia tunc non debet deponi; nec etiam infamari; sed tantùm à testimonio repelli. *Roderic. d. ar. 1.*

4 Laicus verò in causa ciuili est castigandus pœna falsi, quæ est deportatio *in* insulam, & bonorum publicatione, si fuerit liber. At seruus est, vltimo supplicio afficiendus. *l. 1. §. vltim. & l. eos. ff. ad leg. Cornel. de fals. Couar. & Clar.* vbi supra. *Menoch. de arbit. cas.* 307. Verùm vbi deportatio in desuetudinẽ abijt, eius loco alia subroganda est pœna. In iudicio Ecclesiastico laici falsi testes solent fustibus cæsi in exilium mitti, & hæc in periurio simplici, & in causa ciuili. In causa autem criminali non itá agendum cum mansueta lenitate; sed grauiori pœna plectendi sunt, qui falso testimonio innocentem perdere non verentur; Nam si prout, dicit *S. Thom. quod l. 1. ar.* 18. periurium est homicidio grauius, de quo etiam agit *Menoch. de arbitr. cas.* 318. id maximè tendum est, quando periurus suum interficere proximum attentat.

5 Propterea, qui dedita opera in iudicio contra innocentem tulit falsum testimonium, ex quo ad mortem iniustè damnatus fuerit, tenetur cum vitæ propriæ periculo se retractare, vt innocens á morte veniat liberandus; Tùm quia licet ordo charitatis postulet, vt vnusquisquè teneatur magis prospicere vitæ propriæ, quàm alienæ, id tamen intelligendum habere locum in pari casu innocentiæ; In dispari enim, vt est in casu proposito, recta ratio dictat ius potius esse penès innocentem patientem iniuriam, quàm penès nocentem inferentem iniuriam; Tùm quia innocens inuaditur sine culpa, nocens verò inuadit eum iniustè, nocens igitur, & falsus testis cum vitæ propriæ periculo lege iustitiæ tenetur innocentem à morte eripere, sibiq. imputet falsus testis, quód semetipsum in hascé angustias redegerit, sic testantur omnes auctores, quos hucusq; legerim, fauet *Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. Sot. expressè. de Iust. & Iu. lib. 4. q. 6. ar. 3. in resp. ad quartum. dub. 3. vers. grauius autem dubium. Io. Med. C. de restit. q. 3. ca. 4. ad 4. Nauar. in Man. cap. 15. nu. 17. Pet. Nau. de rest. lib. 2. cap. 3. par. 2. dub. 11. nu. 252. Ludou.*

Lopez

Lopez instruct conſc. par. 1. cap. 69. in fin. Anton. de Cord. in ſumm. caſ. conſc. q. 17. verſic. tertio. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. art. 2. controu. 16. concluſ. 3. Tol. in ſumm. lib. 5. cap. 59. Sayr. in clau. reg. lib. 12. cap. 19. n. 8. Reginal. in prax. fo pœnit. tom. 2. lib. 24. nu 167. Azor Inſt. Moral. par. 3. lib. 13. cap. 28. verſ. Notandum eſt teſtem falſum.

6 Quod aliqui limitant, ſi retractatio ſit profutura, & alio modo innocens nequeat liberari, aliter fruſtra ſe exponeret vitæ diſcrimini falſus teſtis. Sed *Io. Azor. Inſt. Moral. d cap. 28. verſ. ſi verò commodè* addit, quòd licet talis retractatio non proficeret ad liberandum innocẽtem à morte, eò quòd multi falſi teſtes protulerint teſtimonium contra ipſum, & ſi vnus reuocaret dictum ſuum, nil proficeret; cum remanerent dicta aliorum contra ipſum innocentem, ex quibus nihilominùs occidetur, adhuc ille vnus tenetur reuocare dictum ſuum, & quamuis occidetur, non tamen occidetur ex ſuo dicto, & teſtimonio falsò, quilibet enim tenetur in ſolidum ad ſe retractandum etiam cum periculo vitæ, & ſubiungit idẽ *Azor. eod. c. in fine*. quòd cum pœna talionis deſierit noſtro tempore eſſe in vſu, puniuntur falſi teſtes pœna arbitraria.

7 Quinimò ſæpè impuniti relinquuntur cum graui aliorum detrimento. Vt habemus in *cap. 26. Matth.* vbi falſi teſtes adducti ad falsò teſtificandum contra Dominũ Noſtrũ Ieſũ Chriſtũ, nõ ſolùm impuniti remanſerunt, verùm etiam eorum ſacrilego, impiò, & deteſtabili teſtimonio ſceleſtiſsimi Iudæi vſi fuerunt, vt ipſum Agnum innocentiſsimum morti traderet; ſicut etiam ſtatuerunt falſos teſtes contra S. Stephanum Protomartyrem *Act. 6. & Grammat. vot. 14 nu. 11. & 12.* habet, quòd in partibus Regni Neapolit. viget praua admodum conſuetudo falſorum teſtium, & vſus ſubornandi ſubdens *De quo vtinam mentiremur*. Propterea Domini de Rota pro maiori parte fuerunt in opinione, quòd illinc ad Vrbem auocandi forent ad minùs duodecim teſtes, ex quibus poſſet haberi aliqua notitia veritatis, vt refert *Farinac.* citans ipſum *Grammat. lib. 2. reſponſ. crim. deciſ. 239. inter deciſ. 372.* Vterquè tàm clericus, quàm laicus falſi teſtes ad ſatisfactionem damni illati ex ſuo falsò teſtimonio tenentur. *Diaz. in pract. crim. ean. cap. 96. in princ.*

8 Vt autem falſus teſtis prædictis afficiatur pœnis eum eſſe oportet, qui ſciẽs, & prudens data opera mendacium dixerit in iudicio adhibito iuramento in ſubſtantialibus; nam in cæteris, quæ ſunt rerum accidentia, & quorum falſitas nullo modo reo delato nocet, & ſi falſitas comprobetur, non ità ſeuerè punitur. *Felin. in cap. fraternitatis nu. 23. de hæret. Farin. d. q. 67. §. 4. n. 168. Clar. §. falſu. verſ. Sed quid ſi teſtis. Soccin. conſ. 103. vol. 1.* & alij ſuprà citati, niſi ratione periurij, quod quidem non committitur, quando quis deceptus affirmauit, quòd verum credebat: licet poſteà falſum appareat, non enim mentitur formaliter; ſed materialiter tantùm, quia eſt falſitas præter teſtificantis voluntatem. Vbi verò teſtis abſquè iuramento falſum dixiſſe compertus fuerit, pro commiſsi grauitate, teſtificantis intentione maligna, ac etiam damno dato, ſi id fuerit, plectendus erit. *Clar. dicto §. falſum. verſ. tu ſcis.*

9 Veruntamen quando quis de falsò teſtimonio fuerit conuictus, nõ facilè pœnas euader, niſi conſtiterit eum fuiſſe deceptum, difficilè enim credi poteſt, in re vbi ex alijs teſtibus veritas eliciatur, illũ ità fuiſſe ſupinum, vt falli poſſet, niſi magna temeritas, vel teſtificandi libido exiſteret vtraquè graui pœna digna.

10 Eadẽ pœna falſi afficiuntur, qui teſtem ad falsò teſtificandum induxerint, & qui pecunia, aut donis corruperint. *d. l. 1 ff. ad leg. Cornel. de falſ. Couar. in d. c. quãuis pactum. §. 7. n. 6. verſ. pœna. Clar. dicto §. falſum. verſ. ſed quæro. Farinac. d. q. 67. §. 7. à num. 236.* Nil enim refert proprio, an alieno periurio quis lædere nitatur; Imò plus delinquere videtur, quia prius habet nocendi animum, vt benè aduertit *Lopez ad Diaz. addit. ad cap. 96. verſ. & quod de teſtibus.*

11 Clericus autem deprehenſus, atquè legitimè conuictus de periurio eſt à Diuinis ſuſpendendus, & beneficio priuandus; cum non ſit ipſo iure priuatus. *c. preſbyter. 81. diſt. cap. atſi clerici. vbi Abb. nu. 39. & c. cum non ab homine.* vbi idem *Abb. nu. 9. de iudic. c. querelam.* vbi *gloſſ. Abb. 2. not. & Hoſt. de iureiur. Abb. in cap. 2. n. 2. & Felin. nu. 2. & 3.* qui fatetur hanc eſſe communem opinionem. *& Dec. de reſcript. Couar. in c. quamuis. par. 1. §. 7. nu. 3. de pact. in 6. Diaz. in pract.*

crim. can. cap. 95. nu. 3. vbi etiam *Lopez.*

12 Non tamen potest clericus puniri à iudice seculari neque principaliter neque Incidenter, licet coram ipso falsum testimonium se deposuisse fuerit conuictus, sed debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum. *Butr. & Innoc. in cap. verũ, de fo. com. Io. Andr. in cap. at si clerici, de iudic.* Canonista *in c. dilectus filius. de pœn. & in c. 2. de crim. fals. Mat. de Afflic. decis. 230. nu. 2. Archid. in c. presbyter. 26. q. 6. Pet. de Anchar. in l. quoties, C. de iudic. & Bar. in l. Diuus. ff. de fals.* contra *gloss. in l. nullum. C. de test.* quam sequitur *Bal. cum Cyn. & Salyc. ibid. At Fride. de Sen. in cons. 93.* incip. *factum tale est.* dicit clericum deponentem falsum coram Iudice seculari posse ab eodem puniri in pecunia ex officio, & extraordinariè, non autem ad instantiam partis. Verùm prima opinio est vera, & tenenda secundùm conscientiam.

13 Si autem Laicus falsum testimoniũ coram Iudice Ecclesiastico protulerit, poterit ab ipso, & à Iudice seculari puniri, inter quos locus est præuentioni. ità *Math. de Afflict. decis. 219.* vbi testatur in facti contingentia ita decisum fuisse in sacro Neapolit. Consilio, & idem secuti sunt *Couar. Clar.* in locis suprà citatis. *Lopez ad Diaz. addit. ad cap. 96. vers. si autem.*

14 Apostolicarum literarum Clerici falsarij deprehensi, & conuicti per Iudicem Ecclesiasticũ degradãdi sunt, & potestati seculari tradẽdi, vt secundũ legitimas Cõstitutiones puniãtur, quòd si vsi fuerint falsis literis, omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis erunt spoliandi. *cap. ad falsariorum. de crim. fals.* Eadem pœna punitur clericus falsans easdẽ literas Apostolicas per alios, quia parum refert, quòd per alium, vel per se ipsum. alleg. *Soc. in d. c. ad falsariorum. nu. 19. de crim. fals.*

15 Iurans verò pertinaciter per creaturas vel per capillum, vel caput Dei est excommunicandus, aut saltem à Diuinis suspendendus. *cap. clericum. & cap. si quis per capillum. 22. q. 1.*

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *Homicidium committens Clericus post collationem beneficij non punitur pœna sãguinis, sed beneficijs est priuandus, & in arctum Monasterium, vel carcerem ad agendam pœnitentiã est detrudendus.*

Homicidiũ est inter grauiora crimina.

2 *Propter simplex homicidium clericus non degradatur actualiter.*

3 *Homicidium simplex committens clericus est beneficijs priuandus per sententiam, cum ipso iure illis non sit priuatus.*

4 *Homicidium committens clericus qualificatum putà per assassinium, vel proditorie, aut occidens Rectorem Ecclesiæ, parentem, &c. præter pœnã depositionis à dignitate, honore, ordine, & ab officio, quàm ipso facto incurrit, amittit quoquè ipso iure beneficia.*

Quod extenditur ad mandantem, præstantem auxilium, fauorem, vel cõsilium, & ad interficientem patrem spiritualem.

5 *Parricidium, seù homicidium qualificatum committens clericus an sit degradandus, & tradendus Curiæ seculari, vt puniatur; non expectata incorrigibilitate, referũtur duæ sententiæ, & conciliantur.*

6 *Assassinij declaratio contra personas Ecclesiasticas pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.*

7 *Post patratum homicidium à clerico beneficij collatio ipsi facta est nulla, quia fuit facta indigno, & inhabili.*

8 *Clericus se ipsum feriens, vel occidere tentans est puniendus Iudicis arbitrio, qua etiam pœna est afficiendus clericus percussor.*

9 *Clericus occidens aduersarium prohibentem, ne sedeat in loco solito, est puniendus pœna extraordinaria.*

10 *Venenum propinans alicui non minori pœna erit feriendus, quàm homicida ipse licet homicidium non fuerit secutum; si verò fuerit secutum ex veneno homicidium inter atrocissima est annumerandum, cum proditoriè fiat, & plus sit occidere veneno, quàm gladio.*

§. XX III.

1 HOmicidij grauissimum crimen est, quod committens clericus post collationem beneficij non punitur pœna sanguinis; sed bene-

ficijs est priuandus,& ab officij honore depositus in arctum Monasteriũ, vel carcerẽ detrudendus. *c. minor. c. si Episcopus.* & *c. si quis viduã. 50. dist. c. presb. 81. dist. c. cũ non ab homine* vbi *Abb. n. 26. de iudic. glos. in c. sicut dignũ. §. clericos. vir. consilium. de homic. Abb. in c. at si Clerici. n. 39. de iudic. Diaz. in pract. crim. can. cap. 97.* vbi etiam *Lopez.* Adeò quòd vita sibi tormẽtur, mors verò solatium. *cap. nouimus. de verb. sign.* quia inter horribilia,& grauiora connumeratur crimina; vt ex *Abb. in cap. cum contingat. de for. comp.*

2 Itaquè clericus propter simplex homicidium non degradatur actualiter; vt tradunt. *Abb.* & *Diaz.* vbi supra. *Rolan. cons. 4. nu. 23. lib. 1.* cum alijs apud *Farin. tom. 1. quaest. 8. nu. 80.* & communiter Doctores; ita vt in hoc nulla sit controuersia.

3 Beneficijsquè venit priuandus clericus per sententiam, cum non sit illis ipso iure priuatus. *cap. presbyter. 81. dist. cap. clericis. ne cler. vel mona. cap. ex litteris. de excess. prælat. Abb. in cap. fin. nu. 2. eod. in cap. querelam. nu. 3. vers. sed in illis dubito. de iureiur.* & *in cap. cum in nostris. nu. 22. de concess. preben. Felinus cap. 2. numer. 3. de rescript.* & *in cap. inquisitionis. num. 3.* & *4.* vbi etiam *Anan* dicens de communi. *cum alijs. de accus. st. Corset. singul. 17. §. Clericus homicida. ver. sententia. Couar. in clem. si furiosus. par. 2. §. 3. nu. 6. de homicid. Azor. Inst. Mor. par. 2. lib. 7. c. 18. in princ.* & *p. 3. lib. 2. cap. 16. quaest. 1.* Etiamsi fuisset homicidium voluntarium. *Capel. Tholos. decis. 208. num. 1.* & de cõi. fatetur *Tolet. in sum. lib. 1. cap. 88. nu. 6.* vbi confutat *gloss.* & *Archid. in c. studeat. 50. dist.*

4 Si verò homicidium esset qualificatum putà quòd clericus interfecisset aliquem per assassinium, siuè occidisset Rectorem alicuius Ecclesiæ proditoriè, parentem, fratrem, Cardinalem, Episcopum, aut ipsos mutilasset, vel vulnerasset, & huiusmodi, tunc præter pœnam depositionis à dignitate, honore, ordine, & officio, quàm ipso facto incurrit, amittit quoquè ipso iure beneficia. *cap. in quibusdam: de pœn. cap. 1. de homicid. in 6. Abb. in d. cap. at si clerici. nu. 39. Fel. in d. cap. inquisitionis. nu. 5. de accusat. Anchar. cons. 158. Gab. cons. 196. nu. 5. vol. 1. Diaz. in pract. crim. can. cap. 98. 99.* & *100.* vbi etiam *Lopez.* Quod extenditur etiam ad interfici facientem, & mandantem. *d. cap. in quibusdam. de pœn.* & *d. cap. 1. de hom. in 6. Diaz. d. cap. 100.* Et ad præstantem auxilium, fauorem, vel consilium. *Abb. in cap. sicut dignum. nu. 1.* & *in cap. Petrus. nu. 1. de homicid. Bombin. cons. 24. num. 11.* Nec minùs puniendus erit, qui interficeret Patrem spiritualem, quàm qui carnalem. *glo. in cap. aut facta vers. parentemuè. de pœnit. dist. 1. Dec. cons. 462. vol. 1. Alex. in addit. ad Bar. in l. Diuus. de parricid.*

5 Et quamuis aliqui teneant Parricidium, siuè homicidium qualificatum committentem clericum fore actualiter exauctorãdum, siuè degradandum, & Curiæ seculari tradendum non expectata incorrigibilitate. sic *Abb. in c. cũ nõ ab homine,* & *in c. at si clerici. n. 39. de iud.* & *in c. 1. de homic. Anch. cõs. 58. Fel. in c. 1. n. 49. de cõst.* & *in d. cap. at si clerici. n. 50. in fin. Guid. Pap. quaest. 221.* dicit commun. & sæpissimè seruari. *Alciat. in d. cap. cum non ab homine. nu. 22. Dec. in d. cap. at si clerici. Diaz. in pract. crim. can. cap. 99.* plures cumulat, contrariam tamen tuetur sententiam. *Mart. Delrio. magic. disquisit. lib. 5. sect. 16.* qui supradicti auctores *cap. cum non ab homine.* intelligendum censent in criminibus leuioribus, non autem in grauissimis. Nihilominùs alij negãt clericum ob crimen quantumcunquè graue, etiam quòd sit parricidium, aut aliud delictum qualificatum fore actualiter degradãdum, & Curiæ seculari tradendum, vt puniatur, nisi simul sit incorrigibilis. *tex. in cap. cum non ab homine.* & *ibi Aret.* qui dicit communem, & respondet ad fundamenta *Abb.* & *Dec.* veriorem dicens *in d. cap. at si clerici. à nu. 255. de iudic. Diaz. in pract. crim. can. cap. 99. nu. 2. vers. contrariam tamen opinionem.* vbi etiam *Lopez. versic. non expectata. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. nu. 7. Farinac. in prax. to. 1. quaest. 81.* quia cum huiusmodi crimina non reperiantur excepta *in d. cap. cum non ab homine.* nullo modo clerici talia committentes tradi posse videtur potestati seculari puniendi. Propterea *Diaz. d. vers. Cõtrariam opinionem.* nititur conciliare has opiniones hoc modo, quòd prima opinio procedat in clericis prima tantùm tonsura initiatis; secunda verò opinio locum habeat in clericis ad sacros ordines promotis.

6 Declaratio autem criminis assassinij contra personas Ecclesiasticas spectat ad Iudicem Ecclesiasticũ. *Lopez ad Diaz. in*

cap. 100.

*cap.*100. *verſ. notabis tamen.* Et ità ſancivit Clemens VIII. in ſua Conſtit. 37. incip. *Acqua*.

7 Atſi homicidium præceſſiſſet collationem beneficij; tunc antè diſpenſationem non teneret collatio; quia facta fuiſſet indigno, & inhabili ad executionem officij. *Abb. in cap. cum noſtris. nu.* 22. vbi etiam *Innoc. nu.* 3. *de conceſſ. praben. idem Abb. in cap. fin. nu.* 2. *de exceſſ. Prælat. Corſet. d. ſing. verb. ſententia* 17. *§. Clericus homicid. Aufrer. ad Capell. Thol. d. dec.* 208. *nu.* 1. *Tolet. in ſum. lib.* 1. *cap.* 88. *nu.* 8. qui teſtatur de communi, veriori, & practicata opinione reijciendo *Felin. in d. cap. inquiſitionis. de accuſat.* contrarium ſententem.

8 Clericus verò qui ſe ipſum ferit, vel occidere tentat, aut ferire, eſt grauiter puniendus Iudicis arbitrio. *cap. ſi non licet.* 23. *quæſt.* 5. *Felin. in cap. contingit. nu.* 2. *de ſent. excom.* vt dictum fuit *in p.* 1. *tit. de fau. cleric. cano. §.* 1. *nu.* 16. & 17. Eadem quoquè pœna arbitraria afficiendus erit clericus percuſſor pro grauitate percuſſionis. *cap.* 2. *in fin.* 1. *quæſt.* 7. vbi ſtatuitur deponendos eſſe Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percuſſores, quod intelligunt Doctores de percuſſore, qui correctus emendari non vult.

9 Cum & pœna extraordinaria plectendus etiã ſit clericus, qui occiderit aduerſarium prohibentem, ne ſedeat in loco ſolito. *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 20. *Ricc. in prax. reſol. p.* 1. *reſol.* 559.

10 Cum longè atrocius ſit hominẽ necare veneno, quàm gladio, vt habetur in *l.* 1. *C. de maleſ. & mathe.* Clericus propterea qui venenum alicui propinauerit non minori pœna, quàm homicida feriendus erit, quamuis homicidium ſecutum non fuerit. *l. in fin. ff. ad l. Pomp. de parricid. Diaz. in pract. crim. can. cap.* 98. *Couar. in clem. ſi furioſus. par.* 2. *nu.* 11. *Decian. lib.* 9. *cap.* 23. *Gomez. tom.* 3. *cap.* 3. *nu.* 7. *in fin.* In Conſtit. Patrum Prædicatorum ſtatuitur. *diſt.* 1. *c.* 18. *nu.* 9. quòd propinans venenum etiam effectu non ſecuto, vt homicida perpetuo carcere puniatur. Quinimò *Diaz. d. cap.* 99. eſt in opinione, quòd clericus, qui venenum emit, vt daret alicui, & id parauit, ac per eum non ſtetit, quominùs exhiberet, eo etiam non propinato eadem pœna puniatur, ac ſi dediſſet, quod *Lopez ibid. in addit. verſ. ſecundus caſus.* intelligendum aſſerit, cum clericus ad actũ proximũ acceſſerit; ſed verba ipſius *Diaz.* videntur innuere, quòd ſit clericus eadem pœna puniendus, licèt non deuenerit ad actum proximum iuxtà ſententiã *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. ad leg. Pomp. de parric.* cuius mentionem facit *Anan. in Rubr. de patr. qui fil. occid. & Felin. in tractat. Quando conatus puniatur. col.* 2. *n.* 2. *verſ. fallit.* 5. Si autem ſecutum fuerit homicidium, ex veneno propinato, cum occiſor grauiùs deliquerit, quàm ſimplex homicida, grauiori ſupplicio erit caſtigãdus, nequè enim vllam pœnam quamuis acerbiſſimã ſubire poſſe videtur, quæ tanto ſceleri deberetur. Nec hoc videatur crudele, cum tanta ſit huius facinoris nequitia. Vndè vt tantum ſcelus ex mentibus hominum euellatur, nulla pœna iniuſtè poteſt ſtatui. In vna præterea huius delicti ſpecie debent Iudices ſeueriùs animaduertere, ſi quando forſan compertum habuerint clericum occidiſſe, vel occidere tentaſſe alterum veneno in calice propinato; Nequè arbitretur quiſpiam nuſquam accidiſſe tàm nefandum ſcelus: audiuimus noſtris temporibus clericum ſacerdoti in calice, dum ſacra myſteria perageret, miſcuiſſe venenum; Quis enim in tantum nefas committentes non inhæreretur, qui cum ipſo Redemptoris ſanguine precioſiſſimo, quo cunctorum animæ ſunt redemptæ, necem corporum non horrent immiſcere? Sanctiſſimè igitur Sixtus V. in ſua Conſtit. 87. incip. *Effrenatam.* ſanciuit clericos, qui veneuis, medicamentis, potionibus, vel alijs modis abortus maturi, ſiuè immaturi animati, ſiuè inanimati fœtus eiectionem procurauerint, vel venena, aut potiones, ne mulieres concipiant, propinauerint, vel conſilium præſtiterint; deponendos, & degradandos eſſe à Iudicibus Eccleſiaſticis, & ſeculari Curiæ tradendos ad mortis pœnam ſubeundam. Quam Conſtitutionem poſteà moderauit, ac ad terminos iuris communis, ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini reduxit Greg. XIV. in ſua Bulla IX. incip. *Sedes Apoſtolicas.* hoc modo videlicèt, vt à peccato, & excommunicatione contra perſonas ibi expreſſas lata tàm quoad eos, qui hactenùs deliquerunt, quàm quoad illos, qui poſt ſuam Conſtitutionem in eiſdem caſibus deliquerint quilibet presbyter tàm Secularis, quàm cuiuſuis ordinis Regularis

ad Christi fidelium cōfessiones audiendas per loci Ordinarium approbatus plenam, & liberam in foro conscientiæ tantùm absoluendi habeat facultatem eandem prorsùs, quam Sixtus sibi, & Successoribus reseruauit. Quò verò ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimati, aut exhibentiū mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunquè modo auxiliū, vel consiliū eis dantiū in prædicta Cōstitutione contentas Constitutionē præfatā in ea parte vbi de his agit adterminos iuris cōmunis, ac sacrorū Canonū, & Concilij Tridentini dispositionem auctoritate Apostolica tenore præsentiū, tàm quo ad præterita, quàm quo ad futura reducit perindè, ac si eadem Constitutio huiusmodi in parte non emanasset, non obstante eadem Constitutione, quam quoad reliqua omnia præter contenta in hac sua Constitutione in suo omninò robore permanere voluit, cæterisq; quibuscúque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia quia sit, & quotuplex explicatur.*
2 *Clerici Apostatæ qui sint, & quibus pœnis subijciantur per Canones, & Concilia.*
3 *Clerici benificiati babitum clericalem non deferentes per Constitutionem Sixti V. quas pœnas incurrant. Item de habentibus pensionem excedentem sexaginta ducatos, & non deferentibus habitum clericalem, & tonsuram. ibid.*
4 *Vestes clericorum quales esse debeant.*
5 *Apostata à Religione, siuè Regularis quis propriè dicatur.*
6 *Apostata propriè non est dicendus Regularis, qui habitum dimittit, vt liberiùs vagetur, & incedat turpi, vel alia causa cum animo redeundi, erit tamen excommunicatus, sicut etiam qui habitum occultat, ne agnoscatur, sed dicitur Apostata largo modo.*
7 *Religiosus in aliquibus casibus potest incedere sine habitu, & tonsura absquè nota Apostasiæ, & absquè incursu in excommunicationem.*
8 *Nequè Apostatarum pœnis affici debet Religiosus, qui ad laxiorem ordinem se contulerit, & illius habitum assumpserit priori habitu dimisso.*
9 *Petita licentia, & non obtenta licet Religioso transire ad arctiorem religionem, non tamen de mendicante ad non mendicantem sub pœna excommunicationis sine licentia Summi Pontificis.*
10 *Religiones aliquæ habent priuilegia, quibus prohibetur earum religiosis transire ad alias religiones etiam strictiores.*
11 *Apostatæ subijciuntur alijs pœnis præter excommunicationem.*
12 *Apostatis pœna statuta in Constitutionibus Patrum Prædicatorum referuntur, non tamen omnes Apostatæ pari pœna sunt afficiendi, cum delicta possint esse diuersa.*
13 *Qui in Apostasia ordines suscepit, non potest in illis ministrare sine dispensatione Summi Pontificis quoad sacros, secùs quoad minores. ibid.*
14 *Fugitiui Religiosi qui sint, & quomodo differant ab Apostatis.*
15 *Fugitiui Religiosi possunt puniri tanquàm Apostatæ, si recesserint sine mandato sui Superioris etiamsi prætextu adeundi alium maiorem Superiorem.*
16 *Religiosus ob sæuitiam manifestam sui Superioris potest sine ipsius mandato adire alium Maiorem Superiorem, si verò sine causa, sed solo prætextu adeūdi maiorem Superiorem, capiendus erit vel propria Superioris auctoritate, vel Ordinarij Ecclesiastici inuocato auxilio, vel etiam brachijs secularis.*
17 *Romam accedere nequeunt Religiosi sine licētia suorum Superiorum, vel Protectoris sub pœna priuationis vocis actiua, & passiua, ac aliarum pœnarum arbitrio Superiorum.*
18 *Reuocantur priuilegia concessa Religiosis exeundi à Monasterijs sine licentia Prælatorum.*
19 *Excommunicati sunt ipso facto Religiosi euntes vltrà mare sine licentia suorum Superiorum.*
20 *Ad fugam, aut Apostasiam Religiosorum cooperantes præter peccatum mortale sunt puniendi, & tenentur ad restitutionem damni illati ex tali cooperatione.*
21 *Apostata, & fugitiui possunt capi à suis Superioribus vbicūq; reperti fuerint.*

22 *Apostatas, & fugitiuos reducendi onus incumbit Superioribus.*

23 *Apostata, & fugitiui redeuntes ad Religionem benignè sunt recipiendi, non tamen sine debita correctione.*

24 *An Religio teneatur soluere debita contracta ab Apostata, vel Fugitiuo.*

25 *Religiosus delinquens extra claustra quomodò puniendus.*

§. XXIV.

1 APostasia est temerarius à statu fidei, & obedientiæ, vel Religionis recessus. *Alex. de Ales p. 2. quæst.* 183. *& S. Tho.* 2. 2. *quæst* 12. *à* 1. Et huius farinæ homines desertores, transfugæ, & præuaricatores vocitantur. Triplex autem est Apostasia. Prima omnium grauissima, qua quis à Cathòlica fide deficit, hæcquè antonomaticè Apostasia dicitur, vndè perfido Iuliano Apostatæ nomen. Secunda, qua quis à Diuina obedientia deficit, & ex contemptu eius, & Ecclesiæ præceptis parere renuit. Tertia, qua quis ab ordîne suscepto, vel à Religione, quam professus est, discedit, & ad seculum, cui renunciauerat, reuertitur. De quibus. *S. Tho.* 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *Eymer. in Direct.* 3. *par. quæst.* 49. *com.* 74. *Host. in sum. de Apostasia. Sylu. eod. verb. Diaz. in pract. crim. can. cap* 114. *Decian. lib.* 5. *cap.* 73. *Nauar. tom.* 2. *cons. lib.* 5. *de Apostat. cons.* 1. *& alij*. De tertia Apostasia erit nobis institutus sermo.

2 Clerici igitur in sacris constituti, aut beneficia Ecclesiastica obtinẽtes, qui habitum clericalem abiecerũt, & Apostatarunt, sunt excõmunicandi, nisi se emendauerint. *cap. tua fraternitati. de Apostat. cap. si quis. vbi glos. pen. & fin. de vit. & bon. cler. cap.* 1. *vbi glos. ver. Apostatæ. de temp. ordin. in* 6. *glo. in c.* 2. *ver. ipso facto. cle. vel ne mona. in* 6. Et si postquàm ab Episcopo per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalẽ iuxtà ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, nec non si semel correpti denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem ipsorum beneficiorum, & officiorum coercendi sunt. *Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 6. *de reformat.* vbi innouatur Constitutio Clementis V. in Concilio Viennensi edita, de qua *in clem. quoniam. de vita & bon. cleric. Diaz. in pract. crim. can. c.* 78. vbi etiam *Lopez*. Si autem clericus aliqua ex vestibus sibi prohibitis vtatur secretò, & sub alijs vestibus, dummodò in publico, non appareat, siuè illis vtatur in studio, vel in aliquo simili loco, siuè propter paupertatem, aut in itinere, vel causa timoris, non incurrit pœnam *d. clem. quoniam. Diaz. in d. cap.* 78.

3 Prætereà clericos beneficiatos tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares non deferentes præter alias pœnas contra eos inflictas etiam quibuscunquè dignitatibus, administrationibus officijs, Canonicatibus, præbendis, ac beneficijs etiam simplicibus, & præstimonijs, sine vlla monitione, citatione, *Iudicis* Decreto, aut ministerio, ipso facto priuatos declarat Sixtus V. in sua Constit. 91. quæ incipit. *Cum Sacrosancta*. Idem de habentibus pensionẽ excedẽtẽ ducatos sexaginta, & non deferentibus tonsuram, & habitum clericalẽ supradictum disposuit ipsemet Sixtus V. in Constit. sequenti, quæ incipit. *Pastoralis*. Atquè ea, quæ à Sũm. Pontif. & à sacris Concilijs de clericorum cultu, & habitu sancita fuerunt eadem ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis obseruari præcipit *Concil. Trident. sess.* 22. *cap.* 1. *§. cum igitur. de reform.* Vestitu verò decenti clericos non tantùm in Ecclesia, sed etiam extrà vti assiduè debere statuit idem *Concilium Trid. sess.* 24. *cap.* 12. *versic. vestitu insuper. de reformat.*

4 Vestes autem clericorum debent esse clausæ desuper nimia breuitate, vel longitudine non notandæ. *cap. clerici officia. de vit. & bon. cleric.* Nam quemadmodum in statu mentis, ità & in habitu corporis clerici Deo, & hominibus: vt placeant, studere debent, & nec in vestibus, nec in tonsura intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendere aspectum; sed potiùs quod eorum deceat sanctitatem præferre. *cap. præcipimus.* 21. *quæst.* 4. *clem.* 2. *de vit. & bon. cleric.* prout latiùs diximus *in p.* 1. *de Discipl. Cleric. §.* 16. *nu.* 17. *& seq.*

5 Regularis verò, qui habitu dimisso Religionem quam professus est, deserit, & ad seculum, cui renunciauerat, reuertitur ad Religionem ampliùs non reditutus, Apostata à Religione propriè dicitur, cuius criminis grauitatem explicat *tex. in cap.*

Ananias.17.quaest.5.& in cap.puella.in fin. 20.quaest.1.& S.Bern.epist.2.Turrecrem. ad Regul. S.Bened. tract. 127.& Menoch. de arbitr.cas.421. S.Thom.2.2.quaest.12. art.1.& ibi Caiet. S.Anton. 2.p. tit.12.c.6. Sylu.ver.Apostasia.num.9. Achil.de Graff. decis.346.Nauar.to. 2.consil.lib.5.de Apost. cons.1. Roderic.Quaest.Regul. to.1. quaest.3. art.1. Graff.decis.aur.2.par.lib.3. cap.26. nu.24. Apostata etiam ille dicendus est, qui habitum & tõsuram retinet, fugitiuus tamen extrà Religionem incedit sine animo redeundi ad ipsam. *Innoc.in cap.intelleximus.de atat. & qualit. Abb. in cap.1. n.2.de Apost.Sylu.d.n.9. S. Anton.d.cap 6.* Quòd si solùm vagandi causa, non tamen cum animo dimittendi Religionem recederet, Apostata propriè dici non potest.

6 Verùm vbi quis dimitteret habitum: vt liberiùs vagaretur, vel vt per ciuitatem occultè incederet, vel ex turpi causa, licet non esset propriè Apostata, esset tamen ipso facto excommunicatus. *cap.2. ne Cler.vel mona.vbi gloss & Doctor.Nauar. in Man.cap.27.nu.131.Sayr.in thes.lib.3. cap.35.nu.7.Graff.p.1. lib.3. cap.5.nu.17. & p.2.lib.3.cap.25.nu.29.* Eadem excommunicationis pœna afficitur ipso facto Religiosus, qui occultè defert habitum suæ Religionis ità coopertum, vt minimè appareat, par enim est ratio non deferentis, ac ità deferẽtis, quòd Religiosus agnosci nequeat. *glos.in clem. quoniam.ver.extrinseci.de vita, & hon.cle. Decian.lib.5. cap.73.nu.3.* vndè *Conc.Trid.sess.25.c.19. de Regul.* prohibuit, ne detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitũ suæ Religionis, talemquè largè dici Apostatam tradit *Achil.de Graff. decis.316. num.13. Clar.§.fin. quaest.76.ver. Monachus.*

7 Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus Religiosus incedẽs sine habitu, aut illum dimitiens non potest dici Apostata, nequè incurrit prædictam excommunicationem. Primus est quando dimittit ex iusta, vel honesta causa *glos. in c. si quis ex clericis. ver. relaxauerit. de vit. & hon.cleric Nauar. in Man.cap.27.n.131.* Secundus. Quia licèt qualibet dimissio habitus facta à Religioso sine rationabili, & honesta causa dici possit temeraria, non proptereà erit dicendus Apostata, vel incurret excommunicationem Religiosus, qui dimitteret habitum ad iaculandum lapidem, vel ad currendum, aut ad ludendum pila, vel ad aliud honestum exercitium. *S. Anton. 3.par. tit. 24. cap. 53.* Tertius. Non incurrit excommunicationem ob quãlibet dimissionem habitus, vt peccet mortaliter, putà vt expeditiùs formicetur. *Nauar.d.nu. 131. Sylu.ver.excom. 9. numer.52.* contrarium tenet *Palud. in 4. dist.19.quaest.3. col.10. S. Antonin.d.c.53.* quos tamen intelligendos esse censet. *Nauar.* quando Religiosus dimittit habitum, & transformat se, vt dissimulatus ad fornicandum vadat, vt videtur innuere *S. Ant.* Sunt, & alij casus, in quibus Religiosus dimittens habitum non incurrit notam Apostasiæ, nequè excommunicationem, qui breuitatis causa omittuntur, cum apud Doctores videri possint. *Sanch. in precept. Decalog. tom. 2. lib.6. cap. 8. num. 41.*

8 Quemadmodum Apostatarum pœnis affici non debet Religiosus, qui ad laxiorem ordinem se contulerit, & illius habitum assumpserit priori dimisso. *Innoc. in cap.intelleximus. nu.2.in fin. de atat. & qualit. Abb. in cap.Ioannes.nu.8.de Regul. Capell.Tholos.decis.16. Menoch.de arbitr. cas.421.num.33.Sanchez.in precep.Decal. tom.2.lib.6.cap.8.nu.7.* contra *Suar.to.5. in 3. par.disp.31.sect.6. nu.4.* dicentem esse verè Apostatam, quia relinquens statum suum religiosum, & alium assumens inualidè, perindè est, ac si religiosum statum omninò deponeret. Verùm licet iste talis assumat alium statum inualidè, tamen non habuit animum omninò recedẽdi à Religioso instituto, sed ad aliam Religionem transeundi; ideò verè Apostata dici non debet; sed largè, & impropriè, peccat tamen mortaliter. ità *Sanchez. dicto cap.8. num.* 8. qui eodem *cap. num.68.* cum alijs ibidem allegatis addit nequè hunc incurrere excommunicationem hac ratione ductus, quia textus *in cap.2. ne Cler.vel Mon. in 6.* eam habitus dimissionem excommunicationi subijcit, quæ attentis circunstantijs apta est ad periculosè vagandum, at hæc dimissio non est talis, cum transeundo ad aliam Religionem, eiusquè habitum assumendo non detur ansa vagandi, nec vt euagetur, assumat habitum; nec sufficit, si dicatur eum transire ad laxiorem, vt licentiùs viuat, quia satis est, vt in Religione sit absquè vagationis periculo.

9 Nam ad strictioris disciplinæ Religionem de iure licet transire petita licentia etiam non obtenta. *cap. licet. de Regul.* Mēdicantes tamen sine licentia Papæ migrantes ad nō Mendicantium Ordinē sunt ipso iure excommunicati tàm ipsi, quàm recipientes. *Extrau. 1. de Regul. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 71. Sylu. ver. excommunicatio. 7. num. 82. Caiet. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Nauar. in Man. cap. 27. num. 106. Suar. tom. 5. in 3. par. disp. 22. sect. 5. numer. 16. Sayr. in thesaur. lib. 3. c. 30. Roderic. tom. 1. quæst. 30.*

10 Sicut & aliquæ Religiones obtinent priuilegia à Summis Pontificibus, quibus cauetur; ne religiosi transire possint ad aliam Religionem etiam strictiorem etiā Carthusianorum sub pœna excommunicationis tàm à recipiente, quàm à recepto ipso facto incurrendæ sine licentia à Generali obtenta, à qua non possint absolui, nisi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo. Innoc. VIII. Ordini Sancti Hieronymi Hispaniæ. Martinus V. & alij eidem Ordini, quibus priuilegijs per participationem fruuntur aliæ Religiones. vt refert *Peregrinus in compen. priuileg. Cler. Reg. tit. transire. §. 1.*

11 Quoad aliàs verò pœnas Apostatis infligendas, eos graui carceris custodia macerari posse, ità quòd solummodò vita sibi misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant. habetur in *cap. à nobis, de Apost. & in cap. mandamus. 19. quæst. 3.* iubentur habitum diuersum deferre in opprobrium, & in memoriam suæ præuaricationis, ac nouissimū locum tenere. Vocis etiam actiuæ, & passiuæ priuationis pœna, & cuiuscunis alterius prærogatiuæ, alijsq; afflictiuis pœnis pro Superioris arbitrio plectuntur. *Confet. in compend. priuileg. Mend. tit. 13. c. 19. fol. mihi 329. qui eod. tit. cap. 21.* ex literis Cardinalis Alexandrini super declaratione Motus proprij Pauli IV. contrà Apostatas promulgati refert huiusmodi Religionis desertores, actiua, & passiua voce, iureque suæ primogenituræ, nec non publica prædicatione ad populum, & confessionis secularium audientia priuatos esse, donec ad minùs per quadriennīū benè, & laudabiliter sub correctionis, & disciplinæ ferula patienter, & humiliter vixerint, quo quidem quadriennio expleto poterunt restitui ex Generalis, & Prouincialis Capitulorum Decreto, duarum ex tribus partibus accedente consensu.

12 In Prædicatorum autem Constitutionibus *dist. 1. c. 20.* Apostatis hæc pœna imponitur. Apostata ipso facto est excōmunicatus, vt nos supradiximus, si redierit, depositis vestibus cum virgis in Capitulo veniam petet, & quandiū Superiori placuerit, grauiori pœna subiacebit, semel in Capitulo singulis septimanis se præsentabit; hoc tempore nouissimum locum tenebit, bis in pane, & aqua singulis septimanis per annū ieiunabit; pœna duplicabitur, vel triplicabitur; si vel secundò, aut tertiò Religionem deseruerit. Insuper additur præter dictas pœnas, etiam illorum criminum pœnas daturos Apostatas, quæ in apostasia commiserunt, ac si eadem in Religione commisissent, Verumtamen non omnes Religionis desertores sunt pari pœna afficiendi, cum eorum delicta possint esse diuersa; semper enim circunstantiæ pensandæ sunt, putà si soli apostatarunt, an verò etiam alios à Religione secum in perniciem traxerunt, si apostasiæ alia delicta addiderunt, quanto tēpore vagabundi extiterunt, an spontè, vel coactè redierunt, vt de militibus expéditur in *l. non omnes. de re milit.* Etenim pro mensura delicti plagarum modus esse debet.

13 Si quis autem in apostasia ordinem receperit, non poterit in eo ministrare absquè Romani Pontificis dispensatione. *cap. fin. de Apost. S. Anton. 3. par. tit. 27. c. 4. vers. apostata, Suar. tom. 5. in 3. par. disp. 31. sect. 6. Sayr. in thesau. cap. 13. nu. 6. Decian. lib. 5. cap. 73. nu. 18. tract. crim. Sanch. in precept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 8. nu. 21. & seqq.* vbi infert prohibitum esse Apostatę ministrare in ordine suscepto in apostasia, & ad superiores ascendere sine eadem Papæ dispensatione, & eandem suspēsionem incurrere Apostatam recipientem ordines minores, in quorum tamen vsu poterit Episcopus dispensare. *Sanch. dicto cap. 8. num. 25.*

14 Quoniam aliqui Doctores, vt *S. Anton. 2. p. tit. 12. cap. 6. & 3. par. tit. 16. cap. 5. §. 3. Tabien. ver. Apostata, & Armil. eod. nu. 6.* videntur sentire idem esse fugitiuū, seù vagabundum Religiosum, ac Apostatam. Ideò post sermonem de Apostatis, aliqua de fugitiuis, seù vagabūdis subijciemus. Sunt igitur fugitiui, & vagabundi,

Reli-

Religiosi, qui extrà Religionis domum manent: vt regularem disciplinam euitent ad tempus liberioris vitę dulcedine allecti animo reuertendi. Apostatæ verò sunt, qui à Monasterio recedunt animo, & voluntate excutiendi obedientiæ iugi in perpetuū, deserendiquè Religiosi instituti; Quare si hic animus desit, sed fugiant animo aliquandiù extrà Religionē vagandi, posteàq; ad religionem redeundi, erunt quidem fugitiui, seù vagabundi, non autem Apostatæ, ex quo deducitur nomen fugitiuum esse commune fugitiuis, qui non sunt Apostatæ, & qui verè Apostatæ sunt; omnis enim apostata est fugitiuus, quamuis non omnis fugitiuus sit apostata; nec ad rationem apostasiæ refert, an habitus dimittatur nec ne; quia sicut habitus non facit Monachum, sed regulæ Monasticæ professio, sic apostatam reddit recessus à monastica professione, etiam si habitus non deponatur, & è contra non est apostata, sed fugitiuus, qui dimisso habitu fugit ad tempus, si animum ad Religionem redeundi retineat, vt docet *Sanchez.* cum alijs ab ipso allegatis *d. cap.8. num.1. 3. & 4. Suar. tom.4. de Relig. tract.8. lib.3. cap 1.*

15 Fugitiui si habitum Religionis temerè deposuerint incurrūt excommunicationem latam in *cap.2. ne cler. vel Mona. in 6. Sanch. in præcept. Decalog lib.6. c.8. num.37. cum seqq.* si verò habitu retento fugerint animo reuertendi ad religionem, non videntur excommunicatione irretiti, vt aduertit *Confes. in compend. priuil. tit. 13. cap. 19. & Sanch. d. cap.8. nu.46.* Possunt tamen puniri tanquàm Apostatæ ex *Concil. Trid. sess.25. c.4. de Regul.* vbi prohibentur regulares à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad suos Superiores accedendi; nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint; Qui verò sine prędicto mādato in scripis obtento repertus fuerit ab Ordinarijs locorum tanquam desertor sui ordinis, & instituti puniatur; Non erit igitur excommunicatus, si non dimiserit habitum, sed tantùm per Ordinarium puniri poterit. *Suar. de relig. tom.4. tract.8. lib.1. c.6. Nauar com.2. de regul. Miran. in Manual. Prælat. tom.1. q.51. ar.1.*

16 Quod si Regularis Superior plus iusto sæuiret in subditum, certòquè, & euidenter cōstaret de sæuitia Superioris, tunc subditum posse tutò recedere à conuentu sine prędictoæ mandato in scriptis: aut aliū Superiorem maiorem adeat ad conquerēdū de iniustitia grauaminis, resoluit *Azor. Inst. Moral. par. 1. lib. 12. c.11. q.7. & 8.* talemquè recursum habere vim appellationis, ac minimè prohiberi à Concilio Tridentino docet *Nauar. de Regul. com.3. n.51. Roder. Quæst. Regul. to. 1. q.30 art.3.* idem *Azor.* loco citato. *& Suar. dictoc.1.* quoniā ius defensionis est naturale, & quia in hoc casu præsumitur. Qui verò licentia Superioris, ad quem recurrit. Qui verò sine causa; sed tantummodò prætextu ad suos Superiores accedendi recesserit à Monasterio sine facultate Superioris; hic omninò vbiquè requirendus erit, & capiēdus vbicunque repertus fuerit, vel propria Superioris auctoritate, vel Ordinarij Ecclesiastici inuocato auxilio, vel etiam brachij secularis, si opus fuerit. *Nauar. dicto nu.51. & Roderic. d.q.30. ar.6.*

17 Nequè ad Vrbem accedere possunt Religiosi sine licentia in scriptis suorum Superiorum, vel Protectoris; si quis autem sine huiusmodi facultate Romam adire præsumpserit, voce actiua, & passiua biennio priuatus existat subiturus alias arbitrio Superiorum infligendas pœnas; Quæ item omnia locum habeant sine vlla exceptione aduersus eos, qui supradictos admiserint, & receperint. refert *Quaran. in sum. Bullar. ex Decreto Clem. Octau. de reformat. verb. Monast. & Conuen. n.22. & 23. Suar. d. cap.6.*

18 Nouissimè etiam Sanctis. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla 57. edita ad instantiam Catholici Regis Hispaniarum Philippi IV. reuocanit omnia, & singula priuilegia, siuè exemptiones non solùm à Superioribus, sed etiam à Sede Apostolica concessa quibuscunquè Religiosis in Regnis Hispaniarum commorantibus, per quæ ab eorum Prælatorū obedientia eximuntur, & ex eorum Monasterijs, & Regularibus domibus ad eorum libitum, & cum socijs sibi benè visis, & iam delti natis etiam Superiorum suorum non petita licentia egrediuntur.

19 Sunt pariter excommunicati excommunicatione reseruata Sedi Apostolicæ religiosi transferentes se sine licentia Superiorum ad partes trāsmarinas, in quibus pauci fideles reperiuntur. *Extrauag. ad nostrum. de Regul. Bonac. de clausura. quæst.2. punct.4. §.4.*

20 Graui item pœna coercendi sunt præter peccatum mortale, quod committunt, cooperantes ad fugã, vel apostasiam Religiosorum, quoniam cooperantur ad rem intrinsecè malam, & tenentur ad restitutionem temporalis lucri, quod Religio amisit propter fugam talis Religiosi, præsertim si fraus, vel vis interuenerit, cũ fiat graue nocumẽtũ Religioni. *Caiet. in Sum. verb. restitutio. cap. 7. Suar. to. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. nu. 8.* Non tamen tenentur ingredi Religionem pro illis, ad quorum fugam, vel apostasiam cooperati fuerint, minùs alios pro illis Religioni subrogare. *Sot. de Iust. & Iur lib. 4. q. 6. art. 3. conclus. 4.*

21 Fugitiui autem, & Apostatæ vbicunquè reperti fuerint possunt deprehendi à suis Superioribus, & vincti ad Monasteria reduci, & in carceres detrudi inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Tum quia cuilibet à iure concessum est posse rem suã propria auctoritate capere, & retinere vbicunquè illã repererit. iuxta, *l. si quis. §. differenti. ff. de aquir. poss.* Tum etiam quia Dominus potest capere seruum fugitiuum vbicunquè illum inuenerit. *l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. eod. Nauar. tom. 3. nu. 50. de Regular. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 6.* quod etiam procedit quamuis fugitiui, & apostatæ detinerẽtur ab Episcopis Pius V. in sua Constit. incip. *Et si mendicantium.*

22 Onus igitur reducendi Apostatas, & fugitiuos ad Religionẽ incumbit superioribus ipsorum. *cap. fin. de regul. Nauar. d. nu. 50.* & nouissimè ex Decreto Sacræ Congreg. iussu Sanctiss. D. N. Vrbani Papæ VIII. edito. Vndè quando Concil. Trident. *sess. 25. cap. 4.* hanc curam videtur remittere Ordinarijs, intelligendum est, quando Superiores Regulares pigri, & negligentes fuerint, aut non forent in illis Diœcesibus, in quibus reperti fuerint Apostatæ, & fugitiui. *Miranda in Man. Præl. tom. 1. quæst. 51. art. 3.*

23 Redeuntes autem fugitiui, vel Apostatæ ad Religionem, & humiliter veniam precantes benignè sunt recipiendi, non tamen sine debita correctione id enim, & ratio naturalis, & clementia Ecclesiæ expostulat, cui inhærens Sacra Congregat. in prædicto Decreto monet his verbis. *Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, vt memores paternæ charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant: vt lucrentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas; Idquè eò magis quòd subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officij immemorum Prælatorum regimine peribũt, Dominus noster Iesus Christus in supremo Dei iudicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.* vide *Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 10.* Hinc à quodam Patre Generali ex ijs qui arctioris disciplinæ instituta profitentur nimis durè actum audiui contra suæ religionis Apostatã, quem vltrò redeuntem nedũ seueritatis viscera indutus reiecit, verùm etiã paternæ pietatis oblitus multorum precibus exoratus nunquam induci potuit: vt eum ad Religionẽ admitteret, donec Sacræ Congregationis iussu ei fuerit demandatum.

24 Conuentus tamen non tenetur soluere debita contracta à Religioso Apostata, vel fugitiuo, nisi illa apparerent conuersa in vtilitatem monasterij, vel eo casu, quo rediens ad monasterium asportauerit aliqua bona licitè acquisita, ex quibus illa debita solui possent; Ratio est, quia qui sentit commodum debet etiam sentire incommodum, & è contra qui non sentit commodum, nequè ratio dictat, vt sentiat incommodum. *de regul. iur. in 6. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 11.*

25 Delinquens autem religiosus extrà claustra puniendus est iuxta modum præscriptum à *Concil. Trid. sess. 25. cap. 14.* quod latè explicat *Quaranta in Sum. Bullarij verb. exemptio.*

SVMMARIVM.

1 *Incorrigibilis religiosi eiectio à religione principem locum videtur tenere inter grauissimas pœnas.*
2 *Incorrigibilis eiectionis remedium est necessarium nedùm in religione, verùm, etiam in Republica benè constituta.*
3 *Incorrigibilis quis propriè dicatur, & quomodò cognoscatur inemendabilis.*
4 *Quæ remedia sint adhibenda secundùm diuersa statuta Patrum, & in-*

ris interpretum sententiam.

5 *Qua item iure nouo Pontificio iuxtà Decretum Sacræ Congregationis inſ. ſu Vrbani VIII. editum.*

6 *Eiecti à religione, quandiù non redierint, ſubduntur iuriſdictioni Ordinarij in habitu clericali, & ſunt perpetuò ſuſpenſi ab exercitio ordinum indiſpenſabiles ab ordinarijs.*

7 *Cap. fin. de Regul. intelligendum eſt etiam de eiectis iuſtè, ac definitiuè, ſeruato iuris Ordine, dummodò ſit ſpes emendationis ſaltem ex literis teſtimonialibus Epiſcopi loci.*

8 *Decretum Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. editum bis in anno in publica menſa legi debet à Regularibus vnà cum decretis Clem. VIII.*

9 *Apoſtata fugitiui etiam deferentes habitum regularem poſſunt, ac debent ab Epiſcopo loci, vbi morantur in carceres conijci, & ſuis ſuperioribus conſignari, à quibus inquirēdi ſunt, & efficiēdi vt apprehendantur ſalua iuriſdictione Ordinarijs attributa per Concilium Tridentinum.*

10 *Nullus Religioſus debet permitti trãſire ad arctiorem Religionem, niſi priùs conſtiterit ſuo ſuperiori eam Religionem eſſe paratam illum recipere.*

11 *Pœna præſumentium aliquid facere vel moliri contra prædicta Decreta.*

12 *Incorrigibilis non eſt eijciendus à Religione, niſi ob grauiora delicta, quæ propriè crimina dicuntur, de quibus fuerit conuictus, & caſtigatus iuxtà ſuperius Decretum, nec ſperari poſſit eum fore emendandum, ſed potiùs alios ex eius praua conſuetudine inficiendos, & deprauandos timeri.*

13 *Qui è carceribus aufugerit, dum in ieiunio, & pœnitētia probatur iuxtà formam Decreti Vrbani VIII. incorrigibilis eſt præſumendus, nec ipsū reducere oportebit, ſed eiectus à Religione declarari poterit.*

14 *Vt quis incorrigibilis declarari poſſit, & eijci à Religione, non eſt neceſſe, quòd idem ſpecie delictum pluries commiſerit, ſed ſatis eſt, quòd in diuerſa delicta prolapſus ſit, & in eis perſiſtat.*

15 *Sicuti non ſufficit: vt quis dicatur incorrigibilis, quòd plura delicta occulta perpetrauerit, quæ à ſuperiore minimè cognita impunita pertranſierint, cum nullus ſit iudicandus incorrigibilis, niſi ſeruata forma præſcripta in Decreto ſupradicto Vrbani VIII.*

16 *Eiecti debent exui habitu Religionis, & induti incedere in habitu clericali.*

17 *Clerici Regulares eiecti non poſſunt prohiberi, quin incedant in habitu clericali; poteſt tamen interdici illa peculiaris veſtitus forma, quæ diſtinguuntur à clericis ſecularibus.*

18 *Eiecti à Religione monendi ſunt ſe minimè ſolutos eſſe à Votis.*

19 *Eiecti debent vitam emendare: vt ad priſtinam Religionem denuò admittantur.*

20 *Confutatur opinio Soti dicentis eiectos eſſe ſolutos à votis paupertatis, & obedientiæ.*

21 *Eiecti, ſi poſt correctionem non admittantur ad priſtinam Religionem, debent aliam quærere, in quam recipiantur; ſi autem nullam inuenerint poterunt tutò manere in ſeculo.*

22 *Reijcitur opinio Nauarri dicentis eiectos eſſe exemptos à ſua Religione, & poſſe, in quam maluerint, intrare.*

23 *Sicut vir poteſt compellere Vxorem dimiſſam propter adulterium ad ſecum cohabitandum, ità Religio eiectum ad Religionem.*

24 *Religio de iure cogi non poteſt ad recipiendos eiectos, neque ad præſtanda eis alimenta.*

25 *Clericus ſecularis quis cenſendus ſit incorrigibilis.*

§. XXIV.

1 INter meritas pœnas, quas Regularis ſubire poteſt, ea grauiſſima cenſetur, & quaſi Principem locum tenere videtur, quà ob delictorum atrocitatem fraterna conuerſatione indignus indicatus, nè alios ſuo contagio inficiat, à religione expellitur contumax, & incorrigibilis.

2 Hoc remedium non ſolùm in Religionibus eſt neceſſarium, verùm etiam in Republica benè cōſtituta, vt malis hominibus purgata Ciues in pace vitam quietam, & tranquillam tranſigan, iuxtà *tex.*

in

in l.3. & in l.congruit. ff.de offic.Præsid. Hùc pertinent vltima supplicia, relegationes, exilia, deportationes, & his similes pœnæ.

3 Vt autem dignoscatur, quis sit inemendabilis, & cuius insanabilis morbus: vt curari valeat, colligi potest ex varijs Patrum testimonijs. *Sanctus Bonau. de sex alis Seraphim.cap* 7.eum existimat esse incorrigibilem, in quo hæc quatuor conuenire appareat. *Primum grauiter peccare. Secundum non esse spem correctionis propter obstinationem, & inueteratam consuetudinem peccandi. Tertium, periculum inficiendi alios propter eius exemplum. Quartum, scandalum si talia tolerentur.* Alij asserūt triplici modo aliquem dici incorrigibilem, & de eius emenda desperari posse, Primo quando in criminibus grauibus perpetrandis perseuerat. Secundo quando ter monitus, non desistit. Tertio si assignatum pœnitentiæ locum deserat fugiendo, vel ipsam pœnitentiam recusando. ita docent *Butr.in cap.cum non ab homine.num.22. & Abb.nu.30.de iudic. Maiol.de irregul.lib.5.cap.26.nu.4. Sayr. de censur. lib.5.cap.21.nu.37 Graff. par.1. decis.lib.2. cap.24. nu.19. Saneb.in precep Decalogi.lib.6.cap.9. num.4.*

4 Ijdem Sancti Patres, vt peritissimi animarum spirituales medici diuersa, & saluberrima remedia adhibenda proponunt, antequàm quis vt incorrigibilis à Religione, quam professus est eijciatur. *S.Basilius in lib.Regul.cap.*28. ait. *Ipse priuatis admonitionibus Antistes operam dabit: vt morbum ab eo depellat; permanentem autem in obstinatione, neque ipsū se ipsum emendantem acriùs coram cūctis fratribus redarguere, eique medicinā cū leuitate, & verborum exhortatione adhibere poterit: Qui sæpiùs punitus, & correptus emendare non vult, hunc periudè, vt, timet corruptorem non sine multis lacbrymis, lamentationibusquè, vt membrum tamen vitiatum, & inutile medicorum more à reliquo corpore præcidere conuenit.* S. Benedictus hæc sequentia tanquàm testamento relicta scripsit in Regula. cap.28. applicanda incorrigibili priùs quàm graui eiectionis pœna afficiatur. *Primum occulta monitio. Secundum publica correctio. Tertium minor excōmunicatio. Quartum ieiuniorum indictio. Quintū flagellatio. Sextum oratio totius Communitatis pro huiusmodi emendatione. Septimum qui hisce transactis remedijs non corrigitur tanquàm incurabilis contumax erit expellendus.* refert *Ioan. Andr.in cap fin num.7.& Butr.nu.13. de Regul.* facit quod dicit *Archid.in c.Abbates.18.q.2 nu.7. S.Bernard. Epist.102. Cum igitur Superior animaduerterit Religiosi inflexibilem peruicaciam, neque secretas admonitiones proficere, in aliquorum Patrum præsentia seueriùs admonebit, iniunget pœnitentias delicto conuenientes, quibus illum fateri cogat ipsum delictum, vel testibus conuincat, & ipso audiente memoriæ hæc, ne excidant, commendet, vel in charta scribat. Patresquè commonefaciat: vt rei transactæ non obliuiscantur: vt si quando opus sit, fideliter deponere possint, & contumacia, ac obstinatione crescente, ter id erit præstandum; vt sæpiùs fuisse correptum dubitare nequeat.* Hæc iuris interpretes consulunt qui: vt de incorrigibili sententiam explicent, niti videntur fundamento. *cap. cum non ab homine*, in quo cum trina monitio in iudicio facta requiratur, & vnicuiquè pœna præscribatur, nimirùm *primæ* depositionis, secundæ excommunicationis, & tertiæ anathematis, constat eam formam in Religionibus seruandam: vt ea dispositio, & constitutio locum habeat, si non quoad pœnas, saltem quoad ordinem: vt monitiones in iudicio fiant. In Constitutionibus Patrum Prædicatorum ità cauetur. *d.cap.19. Grauissima culpa est incorrigibilitas illius, qui nec culpas timet admittere, & pœnas recusat ferre, vel ex earum sæpè repetita inflictione cognoscitur iudicium Discretorum non proficere; Talis de consilio Discretorum carcerali custodiæ mancipetur, & ibidem secundum exigentiam culparum iuxtà discretionem Prælati ieiunijs, & abstinentijs puniatur, vel secundùm Regulam Patris nostri Augustini, si magis expediens iudicatur, per Magistrum Ordinis, vel Capitulum Prouinciale exutus habitu ordinis de ordine nostro expellatur. Quod tamen maturè fiat, ità vt appareant gesta cum toto processu in scriptis, & debitis sigillis, atquè subscriptionibus.*

5 Prædictis congruit Decretum Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. editū 21. Decembris 1624. In quo statuitur sublatis in hac parte statutis, & constitu-

tionibus

tionibus cuiuscunque Religionis, & Ordinis etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: vt antequàm Regularis quispiam declaretur incorrigibilis, & à Religione expellatur; vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus præter ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur. Elapso autem anno, si adhuc in sua peruicacia permanserit, eijci tandem poterit ab ipsomet Generali tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis in singulis Capitulis, & Congregationibus generalibus eligendorum; instructo tamen secundùm eorum stylum, & Constitutiones processu, plenèque probatis expulsionis causis ad sacrorum Canonum præscriptum. *Admonentur autem Superiores regulares, ne faciles sint ad deueniendum ad huiusmodi grauissimum expulsionis remedium. Prohibentur præterea ijdem Superiores concedere literas testimoniales Religiosis eiectis, eos ad Sedem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliã ingredi Religionem.*

6 *Sic verò eiecti quandiù non redijerint ad Religionem, in habitu clericali incedere teneantur, atquè Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsint.* Propterea Generalis expulsionis sententiam eidem Ordinario illicò notificare teneatur. *Similiter Sacra Congregatio statuit: vt sic eiecti extrà Religionẽ degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio ordinum sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.*

7 Innouat etiam Constitutionem Gregorij IX. relatam in *cap. fin. de Regular. declarans eam procedere etiam in expulsis iustè, ac definitiuè, iurisque ordine seruato; si tamen subsit spes euidens emendationis in huiusmodi eiectis ex literis saltem testimonialibus Ordinarij.*

8 *Ne qua verò difficultas suboriatur in supradictis Decretis exequendis, eadẽ Sacra Congregatio iniungit, ac seriò mãdat omnibus Superioribus: vt bis saltem in anno, prima scilicet die post festum Sanctissimi Corporis Christi, & post primam Dominicam Aduentus tàm Decreta Clementis VIII. quàm præsentes ordinationes in publica mensa perlegi faciant.*

9 In eisdem etiam Decretis innouatis Constitutionibus Clem. VIII. ad reformationem Regularium editis, excepto illo capite, *quòd Nouitij non recipiantur, nisi præhabita facultate ab eadem Sacra Congregatione, vel à proprijs locorũ Ordinarijs expressè, & nominatim approbati fuerint, à cuius quidẽ Decreti obseruatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absoluendos, prout auctoritate S.D.N. absoluit, atquè exemit. Præcipitur, vt fugitiui, & Apostata etiam habitum regularem deferentes possunt, ac debeant ab Episcopo loci vbi morantur in carceres conijci, ac eorum Superioribus consignari, atquè ipsi Superiores teneantur eos perquirere, & efficere: vt apprehendantur salua tamen facultate Ordinarijs locorum à Concilio Tridentino attributa. sess. 6. cap. 3. de Reform. iuxtà tex. in c. ne Religiosi. de Regular. Roderic. Quæst. Regul. tom. 1. q. 30. ar. 5.*

10 Vlteriùs, vt apostandi opportunitas Regularibus præcipiatur, eadem Sacra Congregatio statuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorẽ Religionem trãsire, nisi priùs Superiori constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumquè Regularis rectà se transferat ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

11 Postremò *si quis aduersus præscripta superiùs, aliquid facere, vel moliri quoquo modo præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, pœnaq; huiusmodi sit Sanctitati Suæ, ac Sedi Apostolicæ reseruata, ijsdem Superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seù relaxandi potestate penitùs interdicta, & nihilominùs sit irritum, & inane quidquid secùs à quoquam actum extiterit. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c. Dat. Romæ 21. Sept. 1624.*

12 Ex quibus hucusquè ennarratis de præsenti materia tria inferri posse arbitror. Primũ, hic nõ agi de minutis peccatis; in multis enim offẽdimus omnes, & de quibus dicitur *septies in die cadit iustus*; sed de grauioribus delictis, quæ propriè crimina dicuntur, & declarantur, quæ in Religionis detrimentum, & perniciem vergunt. Secundum, quòd de ijs non solùm fuerit seriò admonitus Religiosus &

in

cap. 100. *verſ. notabis tamen.* Et ita ſancit Clemens VIII. in ſua Conſtit. 37. incip. *Aequa*.

7 Acſi homicidium præceſſiſſet collationem beneficij; tunc antè diſpenſationem non teneret collatio; quia facta fuiſſet indigno, & inhabili ad executionem officij. *Abb. in cap. cum noſtris. nu.* 22. vbi etiam *Innoc. nu.* 3. *de conceſſ. praben. idem Abb. in cap. fin. nu.* 2. *de exceſſ. Prælat. Corſet. d. ſing. verb. ſententia* 17. *§. Clericus homicid. Aufrer. ad Capell. Tbol. d. dec.* 208. *nu.* 2. *Tolet. in ſum. lib.* 1. *cap.* 88. *nu.* 8. qui teſtatur de communi, veriori, & practicata opinione reijciendo *Felin. in d. cap. inquiſitionis. de accuſat.* contrarium ſentientem.

8 Clericus verò qui ſe ipſum ferit, vel occidere tentat, aut ferire, eſt grauiter puniendus Iudicis arbitrio. *cap. ſi non licet.* 23. *quaſt.* 5. *Felin. in cap. contingit. nu.* 2. *de ſent. excom.* vt dictum fuit *in p.* 1. *tit. de fau. cleric. cano. §.* 1. *nu.* 16. & 17. Eadem quoquè pœna arbitraria afficiendus erit clericus percuſſor pro grauitate percuſſionis. *cap.* 2. *in fin.* 1. *quaſt.* 7. vbi ſtatuitur deponendos eſſe Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percuſſores, quod intelligunt Doctores de percuſſore, qui correctus emendari non vult.

9 Cum & pœna extraordinaria plectendus etiā ſit clericus, qui occiderit aduerſarium prohibentem, ne ſedeat in loco ſolito. *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 20. *Ricc. in prax. reſol. p.* 1. *reſol.* 559.

10 Cum longè atrocius ſit hominē necare veneno, quàm gladio, vt habetur in *l.* 1. *C. de malef. & mathe.* Clericus propterea qui venenum alicui propinauerit non minori pœna, quàm homicida feriendus erit, quamuis homicidium ſecutum non fuerit. *l. in fin. ff. ad. l. Pomp. de parricid. Diaz. in practi. crim. can. cap.* 98. *Couar. in clem. ſi furioſus. par.* 2. *nu.* 11. *Decian. lib.* 9. *cap.* 23. *Gomez. tom.* 3. *cap.* 3. *nu.* 7. *in fin.* In Conſtit. Patrum Prædicatorum ſtatuitur. *diſt.* 1. *c.* 18. *nu.* 9. quòd propinans venenum etiam effectu non ſecuto, vt homicida perpetuo carcere puniatur. Quinimò. *Diaz. d. cap.* 99. eſt in opinione, quòd clericus, qui venenum emit, vt daret alicui, & id parauit, ac per eum non ſtetit, quominus exhiberet, eo etiam non propinato eadem pœna puniatur, ac ſi dediſſet, quod *Lopez* ibid. *in addit. verſ. ſecundus caſus.* intelligendum aſſerit, cum clericus ad actum proximū acceſſerit; ſed verba ipſius *Diaz.* videntur innuere, quòd ſit clericus eadem pœna puniendus, licèt non deuenerit ad actum proximum iuxta ſententiā *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. ad leg. Pomp. de parric.* cuius mentionem facit *Anan. in Rubr. de patr. qui fil. occid.* & *Felin. in tractat. Quando conatus puniatur. col.* 2. *n.* 2. *verſ. fallit.* 5. Si autem ſecutum fuerit homicidium, ex veneno propinato, cum occiſor grauius delinquerit, quàm ſimpelx homicida, grauiori ſupplicio erit caſtigādus, nequè enim vllam pœnam quamuis acerbiſſimā ſubire poſſe videtur, quæ tanto ſceleri deberetur. Nec hoc videatur crudele, cum tanta ſit huius facinoris nequitia. Vndè vt tantum ſcelus ex mentibus hominum euellatur, nulla pœna iniuſtè poteſt ſtatui. In vna præterea huius delicti ſpecie debent Iudices ſeueriùs animaduertere, ſi quando forſan compertum habuerint clericum occidiſſe, vel occidere tentaſſe alterum veneno in calice propinato; Nequè arbitretur quiſpiam nuſquam accidiſſe tàm nefandum ſcelus: audiuimus noſtris temporibus clericum ſacerdoti in calice, dum ſacra myſteria perageret, miſcuiſſe venenum; Quis enim in tantum nefas committentes non inueheretur, qui cum ipſo Redemptoris ſanguine precioſiſſimo, quo cunctorum animæ ſunt redemptæ, necem corporum non horrent immiſcere? Sanctiſſimè igitur Sixtus V. in ſua Conſtit. 87. incip. *Effrenatam.* ſanciuit clericos, qui venenis, medicamentis, potionibus, vel alijs modis abortus maturi, ſiuè immaturi animati, ſinè inanimati fœtus eiectionem procurauerint, vel venena, aut potiones, ne mulieres concipiant, propinauerint, vel conſilium præſtiterint; deponendos, & degradandos eſſe à Iudicibus Eccleſiaſticis, & ſeculari Curiæ tradendos ad mortis pœnam ſubeundam. Quam Conſtitutionem poſteà moderauit, ac ad terminos iuris communis, ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini reduxit Greg. XIV. in ſua Bulla IX. incip. *Sedes Apoſtolica.* hoc modo videlicèt, vt à peccato, & excommunicatione contra perſonas ibi expreſſas lata tàm quoad eos, qui hactenùs deliquerunt, quàm quoad illos, qui poſt ſuam Conſtitutionem in eiſdem caſibus deliquerint quilibet presbyter tàm Secularis, quàm cuiuſuis ordinis Regularis

ad Christi fidelium cōfessiones audiendas per loci Ordinarium approbatus plenam, & liberam in foro conscientiæ tantùm absoluendi habeat facultatem eandem prorsùs, quam Sixtus sibi, & Successoribus reseruauit. Quò verò ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimati, aut exhibentiū mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunquè modo auxiliū, vel consiliū eis dantiū in prædicta Cōstitutione contentas Constitutionē præfatā in ea parte vbi de his agit adterminos iuris cōmunis, ac sacrorū Canonū, & Concilij Tridentini dispositionem auctoritate Apostolica tenore præsentiū, tàm quo ad præterita, quàm quo ad futura reducit perindè, ac si eadem Constitutio huiusmodi in parte non emanasset, non obstante eadem Constitutione, quam quoad reliqua omnia præter contenta in hac sua Constitutione in suo omninò robore permanere voluit, cæterisq; quibuscūque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia quia fit, & quotuplex explicatur.*
2 *Clerici Apostata qui sint, & quibus pœnis subijciantur per Canones, & Concilia.*
3 *Clerici benificiati habitum clericalem non deferentes per Constitutionem Sixti V. quas pœnas incurrant. Item de habentibus pensionem excedentem sexaginta ducatos, & non deferentibus habitum clericalem, & tonsuram. ibid.*
4 *Vestes clericorum quales esse debeant.*
5 *Apostata à Religione, siuè Regularis quis propriè dicatur.*
6 *Apostata propriè non est dicendus Regularis, qui habitum dimittit, vt liberiùs vagetur, & incedat turpi, vel alia causa cum animo redeundi, erit tamen excommunicatus, sicut etiam qui habitum occultat, ne agnoscatur, sed dicitur Apostata largo modo.*
7 *Religiosus in aliquibus casibus potest incedere sine habitu, & tonsura absquè nota Apostasiæ, & absquè incursu in excommunicationem.*
8 *Nequè Apostatarum pœnis affici debet Religiosus, qui ad laxiorem ordinem se contulerit, & illius habitum assumpserit priori habitu dimisso.*
9 *Petita licentia, & non obtenta licet Religioso transire ad arctiorem religionem, non tamen de mendicante ad non mendicantem sub pœna excommunicationis sine licentia Summi Pontificis.*
10 *Religiones aliquæ habent priuilegia, quibus prohibetur earum religiosis transire ad alias religiones etiam strictiores.*
11 *Apostata subijciuntur alijs pœnis præter excommunicationem.*
12 *Apostatis pœna statuta in Constitutionibus Patrum Prædicatorum referuntur, non tamen omnes Apostata pari pœna sunt afficiendi, cum delicta possint esse diuersa.*
13 *Qui in Apostasia ordines susceperit, non potest in illis ministrare sine dispensatione Summi Pontificis quoad sacros, secùs quoad minores. ibid.*
14 *Fugitiui Religiosi qui sint, & quomodo differant ab Apostatis.*
15 *Fugitiui Religiosi possunt puniri tanquàm Apostatæ, si recesserint sine mandato sui Superioris etiamsi prætextu adeundi alium maiorem Superiorem.*
16 *Religiosus ob sæuitiam manifestam sui Superioris potest sine ipsius mandato adire alium Maiorem Superiorem, si verò sine causa, sed solo prætextu adeūdi maiorem Superiorem, capiendus erit vel propria Superioris auctoritate, vel Ordinarij Ecclesiastici inuocato auxilio, vel etiam brachijs sæcularis.*
17 *Romam accedere nequeunt Religiosi sine licentia suorum Superiorum, vel Protectoris sub pœna priuationis vocis actiua, & passiua, ac aliarum pœnarum arbitrio Superiorum.*
18 *Reuocantur priuilegia concessa Religiosis exeundi à Monasterijs sine licentia Prælatorum.*
19 *Excommunicati sunt ipso facto Religiosi euntes vltrà mare sine licentia suorum Superiorum.*
20 *Ad fugam, aut Apostasiam Religiosorum cooperantes præter peccatum mortale sunt puniendi, & tenentur ad restitutionem damni illati ex tali cooperatione.*
21 *Apostata, & fugitiui possunt capi à suis Superioribus vbicūq; reperti fuerint.*

22 Apo-

22 *Apostatas, & fugitiuos reducendi onus incumbit Superioribus.*
23 *Apostata, & fugitiui redeuntes ad Religionem benignè sunt recipiendi, non tamen sine debita correctione.*
24 *An Religio teneatur soluere debita contracta ab Apostata, vel Fugitiuo.*
25 *Religiosus delinquens extra claustra quomodò puniendus.*

§. XXIV.

1 Apostasia est temerarius à statu fidei, & obedientiæ, vel Religionis recessus. *Alex. de Ales p. 2. quæst. 183. & S. Tho. 2. 2. quæst. 12. à 1.* Et huius farinæ homines desertores, transfugæ, & præuaricatores vocitantur. Triplex autem est Apostasia. Prima omnium grauissima, qua quis à Catholica fide deficit, hæcquè antonomaticè Apostasia dicitur, vndè perfido Iuliano Apostatæ nomen. Secunda, qua quis à Diuina obedientia deficit, & ex contemptu eius, & Ecclesiæ præceptis parere renuit. Tertia, qua quis ab ordine suscepto, vel à Religione, quam professus est, discedit, & ad seculum, cui renunciauerat, reuertitur. De quibus, *S. Tho. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Eymer. in Direct. 3. par. quæst. 49. com. 74. Host. in sum. de Apostasia. Sylu. eod. verb. Diaz. in pract. crim. can. cap. 114. Decian. lib. 5. cap. 73. Nauar. tom. 2. consil. lib. 5. de Apostat. consil. 1. & alij.* De tertia Apostasia erit nobis institutus sermo.

2 Clerici igitur in sacris constituti, aut beneficia Ecclesiastica obtinentes, qui habitum clericalem abiecerūt, & Apostatarunt, sunt excōmunicandi, nisi se emendauerint. *cap. tuæ fraternitati. de Apost. cap. si quis. vbi glos. pen. & fin. de vit. & bon. cler. cap. 1. vbi glos. ver. Apostatæ. de temp. ordin. in 6. glo. in c. 2. ver. ipso facto. cle. vel ne mona. in 6.* Et si postquām ab Episcopo per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalē iuxtà ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, nec non si semel correpti denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem ipsorum beneficiorum, & officiorum coercendi sunt. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. de reformat.* vbi innouatur Constitutio Clementis V. in Concilio Viennensi edita, de qua *in clem. quoniam. de vita & hon. cleric. Diaz. in pract. crim. can. c. 78.* vbi etiam *Lopez.* Si autem clericus aliqua ex vestibus sibi prohibitis vtatur secretò, & sub alijs vestibus, dummodò in publico, non appareat, siuè illis vtatur in studio, vel in aliquo simili loco, siuè propter paupertatem, aut in itinere, vel causa timoris, non incurrit pœnam *d. clem. quoniam. Diaz. in d. cap. 78.*

3 Præterea clericos beneficiatos tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares non deferentes præter alias pœnas contra eos inflictas etiam quibuscunquè dignitatibus, administrationibus officijs, Canonicatibus, præbendis, ac beneficijs etiam simplicibus, & præstimonijs, sine vlla monitione, citatione, Iudicis Decreto, aut ministerio, ipso factò priuatos declarat Sixtus V. in sua Constit. 91. quæ incipit. *Cum Sacrosancta.* Idem de habentibus pensionē excedētē ducatos sexaginta, & non deferentibus tonsuram, & habitum clericalē supradictum dispofuit ipsemet Sixtus V. in Constit. sequenti, quæ incipit. *Pastoralis.* Atquè ea, quæ à Sūm. Pontif. & à sacris Concilijs de clericorum cultu, & habitu sancita fuerunt eadem ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis obseruari præcipit *Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. §. cum igitur. de reform.* Vestitu verò decenti clericos non tantùm in Ecclesia, sed etiam extrà vti assiduè debere statuit idem *Concilium Trid. sess. 24. cap. 12. versic. vestitu insuper. de reformat.*

4 Vestes autem clericorum debent esse clausæ desuper nimia breuitate, vel longitudine non notandæ. *cap. clerici officia. de vit. & bon. cleric.* Nam quemadmodum in statu mentis, ità & in habitu corporis clerici Deo, & hominibus: vt placeant, studere debent, & nec in vestibus, nec in tonsura intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendere aspectum; sed potiùs quod eorum deceat sanctitatem præseferre. *cap. præcipimus. 21. quæst. 4. clem. 2. de vit. & bon. cleric.* prout latiùs diximus *in p. 1. de Discipl. Cleric. §. 16. nu. 17. & seq.*

5 Regularis verò, qui habitu dimisso Religionem quam professus est, deserit, & ad seculum, cui renunciauerat, reuertitur ad Religionem ampliùs non rediturus, Apostata à Religione propriè dicitur, cuius criminis grauitatem explicat *tex. in cap.*

Ani-

Ananias. 17.*quaest.*5.*& in cap.puellæ.in fin.* 20.*quaest.*1.*& S.Bern.epist.*2.*Turrecrem. ad Regul. S.Bened. tract.* 127.*& Menoch. de arbitr.cas.*421. *S.Thom.*2.2. *quaest.* 12. *art.*1.*& ibi Caiet. S.Anton.* 2.*p. tit.*12.*c.*6. *Sylu.ver. Apostasia. num.*9. *Achil.de Graff. decis.*346. *Nauar.to.* 2.*consf.lib.*5.*de Apost. cons.*1. *Roderic. Quaest.Regul.to.*1. *quaest.*3. *art.*1. *Graff.decis.aur.* 2.*par.lib.*3. *cap.*26. *nu.*24. Apostata etiam ille dicendus est, qui habitum & tõsuram retinet, fugitiuus tamen extrà Religionem incedit sine animo redeundi ad ipsam. *Innoc.in cap. intelleximus.de atat. & qualit. Abb. in cap.*1. *n.*2.*de Apost. Sylu.d.n.*9. *S.Anton.d.cap* 6. Quòd si solùm vagandi causa, non tamen cum animo dimittendi Religionem recederet, Apostata propriè dici non potest.

6 Verùm vbi quis dimitteret habitum: vt liberiùs vagaretur, vel vt per ciuitatem occultè incederet, vel ex turpi causa, licet non esset propriè Apostara, esset tamen ipso facto excommunicatus. *cap.*2.*ne Cler.vel mona.vbi gloss. & Doctor. Nauar. in Man.cap.*27.*nu.*131. *Sayr.in thes.lib.*3. *cap.*35.*nu.*7.*Graff.p.*1.*lib.*3. *cap.*5.*nu.*17. *& p.*2.*lib.*3.*cap.*25.*nu.*29. Eadem excommunicationis pœna afficitur ipso facto Religiosus, qui occultè defert habitum suæ Religionis ità coopertum, vt minimè appareat, par enim est ratio non deferentis, ac ità deferẽtis, quòd Religiosus agnosci nequeat. *glos.in clem.quoniam.ver.extrinseci.de vita, & hon.cle. Decian.lib.*5. *cap.*73.*nu.*3. *vndè Conc.Trid.sess.*25.*c.*19. *de Regul.* prohibuit, ne detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitũ suæ Religionis, talemquè largè dici Apostatam tradit *Achil.de Graff. decis.*316. *num.* 13. *Clar.S.fin. quaest.*76.*ver. Monachus.*

7 Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus Religiosus incedẽs sine habitu, aut illum dimittens non potest dici Apostata, nequè incurrit prædictam excommunicationem. Primus est quando dimittit ex iusta, vel honesta causa *glos. in c.si quis ex clericis. ver. relaxauerit. de vit. & hon.cleric Nauar.in Man.cap.*27.*n.*131. Secundus. Quia licèt quælibet dimissio habitus facta à Religioso sine rationabili, & honesta causa dici possit temeraria, non proptereà erit dicendus Apostata, vel incurret excommunicationem Religiosus, qui dimitteret habitum ad iaculandum lapidem, vel ad currendum, aut ad ludendum pila, vel ad aliud honestum exercitium. *S.Anton.*3.*par. tit.*24. *cap.*53. Tertius. Non incurrit excommunicationem ob quãlibet dimissionem habitus, vt peccet mortaliter, putà vt expeditiùs formicetur. *Nauar.d.nu.*131. *Sylu.ver.excom.*9. *numer.*52. contrarium tenet *Palud. in* 4. *dist.*19.*quaest.*3. *col.*10. *S. Antonin.d.c.*53. quos tamen intelligendos esse censet. *Nauar.* quando Religiosus dimittit habitum, & transformat se, vt dissimulatus ad fornicandum vadat, vt videtur innuere *S.Ant.* Sunt, & alij casus, in quibus Religiosus dimittens habirum non incurrit notam Apostasiæ, nequè excommunicationem, qui breuitatis causa omittuntur, cum apud Doctores videri possint. *Sanch. in precept. Decalog. tom.*2. *lib.*6. *cap.* 8. *num.* 41.

8 Quemadmodum Apostatarum pœnis affici non debet Religiosus, qui ad laxiorem ordinem se contulerit, & illius habitum assumpserit priori dimisso. *Innoc. in cap.intelleximus. nu.*2.*in fin. de etat. & qualit. Abb.in cap.Ioannes.nu.*8.*de Regul. Capell.Tholos.decis.*16.*Menoch.de arbitr. cas.*421.*num.*33.*Sanchez.in precep.Decal. tom.*2.*lib.*6.*cap.*8.*nu.*7. contra *Suar.to.*5. *in* 3. *par.disp.*31.*sect.*6. *nu.*4. dicentem esse verè Apostatam, quia relinquens statum suum religiosum, & alium assumens inualidè, perindè est, ac si religiosum statum omninò deponeret. Verùm licet iste talis assumat alium statum inualidè, tamen non habuit animum omninò recedẽdi à Religioso instituto, sed ad aliam Religionem transeundi; ideò verè Apostata dici non debet; sed largè, & impropriè, peccat tamen mortaliter. ità *Sanchez.dicto cap.*8. *num.* 8. qui eodem *cap. num.*68. cum alijs ibidem allegatis addit nequè hunc incurrere excommunicationem hac ratione ductus, quia textus *in cap.*2. *ne Cler.vel Mon. in* 6. eam habitus dimissionem excommunicationi subijcit, quæ attentis circunstantijs apta est ad periculosè vagandum, at hæc dimissio non est talis, cum transeundo ad aliam Religionem, eiusquè habitum assumendo non detur ansa vagandi, nec vt euagetur, assumat habitum; nec sufficit, si dicatur eum transire ad laxiorem, vt licentiùs viuat, quia satis est, vt in Religione sit absquè vagationis periculo.

9 Nam ad strictioris disciplinæ Religionem de iure licet transire petita licentia etiam non obtenta. *cap. licet. de Regul.* Mendicantes tamen sine licentia Papæ migrantes ad nō Mendicantium Ordinē sunt ipso iure excommunicati tàm ipsi, quàm recipientes. *Extrau. c. de Regul. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 7 1. Sylu. ver. excommunicatio. 7. num. 82. Caiet. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Nauar. in Man. cap. 27. num. 106. Suar. tom. 5. in 3. par. disp. 22. sect. 5. numer. 16. Sayr. in thesaur. lib. 3. c. 30. Roderic. tom. 1, quæst. 30.*

10 Sicut & aliquæ Religiones obtinent priuilegia à Summis Pontificibus, quibus cauetur; ne religiosi transire possint ad aliam Religionem etiam strictiorem etiā Carthusianorum sub pœna excommunicationis tàm à recipiente, quàm à recepto ipso facto incurrendæ sine licentia à Generali obtenta, à qua non possint absolui, nisi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo. Innoc. VIII. Ordini Sancti Hieronymi Hispaniæ. Martinus V. & alij eidem Ordini, quibus priuilegijs per participationem fruuntur aliæ Religiones. vt refert *Peregrinus in compen. priuileg. Cler. Reg. tit. transire. §. 1.*

11 Quoad aliàs verò pœnas Apostatis infligendas, eos graui carceris custodia macerari posse, ità quòd solummodò vita sibi misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant. habetur in *cap. à nobis, de Apost. & in cap. mandamus. 19. quæst. 3.* iubentur habitum diuersum deferre in opprobrium, & in memoriam suæ præuaricationis, ac nouissimū locum tenere. Vocis etiam actiuæ, & passiuæ priuationis pœna, & cuinsuis alterius prærogatiuæ, alijsq; afflictiuis pœnis pro Superioris arbitrio plectuntur. *Confet. in compend. priuileg. Mend. tit. 13. c. 19. fol. mihi 329. qui eod. tit. cap. 21.* ex literis Cardinalis Alexandrini super declaratione Motus proprij Pauli IV. contrà Apostatas promulgati refert huiusmodi Religionis desertores, actiua, & passiua voce, iurequè suæ primogenituræ, nec non publica prædicatione ad populum, & confessionis secularium audientia priuatos esse, donec ad minùs per quadrienniū benè, & laudabiliter sub correctionis, & disciplinæ ferula patienter, & humiliter vixerint, quo quidem quadriennio expleto poterunt restitui ex Generalis, & Prouincialis Capitulorum Decreto, duarum ex tribus partibus accedente consensu.

12 In Prædicatorum autem Constitutionibus *dist. 1. c. 20.* Apostatis hæc pœna imponitur. Apostata ipso facto est excōmunicatus, vt nos supradiximus, si redijerit, depositis vestibus cum virgis in Capitulo veniam petet, & quandiū Superiori placuerit, grauiori pœna subiacebit, semel in Capitulo singulis septimanis se præsentabit; hoc tempore nouissimum locum tenebit, bis in pane, & aqua singulis septimanis per annū ieiunabit; pœna duplicabitur, vel triplicabitur; si vel secundò, aut tertiò Religionem deseruerit. Insuper additur præter dictas pœnas, etiam illorum criminum pœnas daturos Apostatas, quæ in apostasia commiserunt, ac si eadem in Religione commisissent, Veruntamen non omnes Religionis desertores sunt pari pœna afficiendi, cum eorum delicta possint esse diuersa; semper enim circunstantiæ pensandæ sunt, putà si soli apostatarunt, an verò etiam aliosà Religione secum in perniciem traxerunt, si apostasiæ alia delicta addiderunt, quanto tēpore vagabundi extiterunt, an spontè, vel coactè redijerunt, vt de militibus expēditur in *l. non omnes. de re milit.* Etenim pro mensura delicti plagarum modus esse debet.

13 Si quis autem in apostasia ordinem receperit, non poterit in eo ministrare, absquè Romani Pontificis dispensatione. *cap. fin. de Apost. S. Anton. 3. par. tit. 27. c. 4. vers. apostata. Suar. tom. 5. in 3. par. disp. 31. sect. 6. Sayr. in thesau. c. ap. 13. nu. 6. Deciam. lib. 5. cap. 73. nu. 18 tract. crim. Sanch. in precept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 8. nu. 21. & seqq.* vbi infert prohibitum esse Apostatę ministrare in ordine suscepto in apostasia, & ad superiores ascendere sine eadem Papæ dispensatione, & eandem suspēsionem incurrere Apostatam recipientem ordines minores, in quorum tamen vsu poterit Episcopus dispensare. *Sanch. dicto cap. 8. num. 25.*

14 Quoniam aliqui Doctores, vt *S. Anton. 2. p. tit. 12. cap. 6. & 3. par. tit. 16. cap. 5. §. 3. Tabien. ver. Apostata, & Armil. eod. nu. 6.* videntur sentire idem esse fugitiuū, seù vagabundum Religiosum, ac Apostatam. Ideò post sermonem de Apostatis, aliqua de fugitiuis, seù vagabūdis subijciemus. Sunt igitur fugitiui, & vagabundi,

Reli-

Religiosi, qui extrà Religionis domum manent: vt regularem disciplinam euitent ad tempus liberioris vitę dulcedine allecti animo reuertendi. Apostatæ verò sunt, qui à Monasterio recedunt animo, & voluntare excutiendi obedientiæ iugi in perpetuũ, deserendique Religiosi instituti; Quare si hic animus desit, sed fugiant animo aliquandiù extrà Religionẽ vagandi, posteaq; ad religionem redeundi, erunt quidem fugitiui, seu vagabundi, non autem Apostatæ, ex quo deducitur nomen fugitiuum esse commune fugitiuis, qui non sunt Apostatæ, & qui verè Apostatæ sunt; omnis enim apostata est fugitiuus, quamuis non omnis fugitiuus sit apostata; nec ad rationem apostasiæ refert, an habitus dimittatur nec ne; quia sicut habitus non facit Monachum, sed regulæ Monasticæ professio, sic apostatam reddit recessus à monastica professione, etiam si habitus non deponatur, & è contra non est apostata, sed fugitiuus, qui dimisso habitu fugit ad tempus, si animum ad Religionem redeundi retineat, vt docet *Sanchez.* cum alijs ab ipso allegatis *d. cap.*8. *num.*1. 3. & 4. *Suar. tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*3. *cap* 1.

15 Fugitiui si habitum Religionis temerè deposuerint incurrũt excommunicationem latam in *cap.*2. *ne cler. vel Mona. in* 6. *Sanch. in præcept. Decalog lib.*6. *c.*8. *num.*37. *cum seqq.* si verò habitu retento fugerint animo reuertendi ad religionem, non videntur excommunicatione irretiri, vt aduertit *Confes. in compend. priuil. tit.* 13. *cap.* 19. & *Sanch. d. cap.*8. *nu.*46. Possunt tamen puniri tanquàm Apostatæ ex *Concil. Trid. sess.*25. *c.*4. *de Regul.* vbi prohibentur regulares à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad suos Superiores accedendi; nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint; Qui verò sine prędicto mãdato in scriptis obtento repertus fuerit ab Ordinarijs locorum tanquam desertor sui ordinis, & instituti puniatur; Non erit igitur excommunicatus, si non dimiserit habitum, sed tantùm per Ordinarium puniri poterit. *Suar. de relig. tom.*4. *tract.*8. *lib.* 1. *c.*6. *Nauar com.* 2. *de regul. Miran. in Manual. Prælat. tom.* 1. *q.*51. *ar.* 1.

16 Quod si Regularis Superior plus iusto fæuiret in subditum, certòque, & euidenter cõstaret de fæuitia Superioris, tunc subditum posse tutò recedere à conuentu sine prędicto mandato in scriptis: aut aliũ Superiorem maiorem adeat ad conquerẽdũ de iniustitia grauaminis, resoluit *Azor. Inst. Moral. par.* 1. *lib.* 12. *c.*11. *q.*7. & 8. talemquè recursum habere vim appellationis, ac minimè prohiberi à Concilio Tridentino docet *Nauar. de Regul. com.*3. *n.*51. *Roder. Quæst. Regul. to.* 1. *q.*30 *art.*3. idem *Azor.* loco citato, & *Suar. dicto c.* 1. quoniã modefensionis est naturale, & quia in hoc casu præsumitur. Qui verò licen tia Superioris, ad quem recurrit. Qui verò sine causa; sed tantummodò prætextu ad suos Superiores accedendi recesserit à Monasterio sine facultate Superioris; hic omninò vbique requirendus erit, & capiẽdus vbicunque repertus fuerit, vel propria Superioris auctoritate, vel Ordinarij Ecclesiastici inuocato auxilio, vel etiam brachij secularis, si opus fuerit. *Nauar. dicto nu.*51. & *Roderic. d. q.*30. *ar.*6.

17 Nequè ad Vrbem accedere possunt Religiosi sine licentia in scriptis suorum Superiorum, vel Protectoris; si quis autem sine huiusmodi facultate Romam adire præsumpserit, voce actiua, & passiua biennio priuatus existat subiturus alias arbitrio Superiorum infligendas pœnas; Quæ item omnia locum habeant sine vlla exceptione aduersus eos, qui supradictos admiserint, & receperint. refert *Quaran. in sum. Bullar. ex Decreto Clem. Octau. de reformat. verb. Monast. & Conuen. n.*22. & 23. *Suar. d. cap.*6.

18 Nouissimè etiam Sanctis. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla 57. edita ad instantiam Catholici Regis Hispaniarum Philippi IV. reuocauit omnia, & singula priuilegia, siuè exemptiones non solùm à Superioribus, sed etiam à Sede Apostolica concessa quibuscunquè Religiosis in Regnis Hispaniarum commorantibus, per quæ ab eorum Prælatorũ obedientia eximuntur, & ex eorum Monasterijs, & Regularibus domibus ad eorum libitum, & cum socijs sibi benè visis, & iam destinatis etiam Superiorum suorum non petita licentia egrediuntur.

19 Sunt pariter excommunicati excommunicatione reseruata Sedi Apostolicæ religiosi transferentes se sine licentia Superiorum ad partes trãsmarinas, in quibus pauci fideles reperiuntur. *Extrauag. ad nostrum. de Regul. Bonac. de clausura. quæst.* 2. *punct.* 4. *§.* 4.

20 Graui item pœna coercendi sunt prꝫter peccatum mortale, quod committunt, cooperantes ad fugã, vel apostasiam Religiosorum, quoniam cooperantur ad rem intrinsecè malam, & tenentur ad restitutionem temporalis lucri, quod Religio amisit propter fugam talis Religiosi, præsertim si fraus, vel vis interuenerit, cũ fiat graue nocumẽtũ Religioni. *Caiet. in. Sum. verb. restitutio. cap. 7. Suar. to. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. nu. 8.* Non tamen tenentur ingredi Religionem pro illis, ad quorum fugam, vel apostasiam cooperati fuerint, minùs alios pro illis Religioni subrogare. *Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. q. 6. art. 3. conclus. 4.*

21 Fugitiui autem, & Apostatæ vbicunquè reperti fuerint possunt deprehendi à suis Superioribus, & vincti ad Monasteria reduci, & in carceres detrudi inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Tum quia cuilibet à iure concessum est posse rem suã propria auctoritate capere, & retinere vbicunquè illã repererit. iuxta, *l. si quis. §. differenti. ff. de aquir. possess.* Tum etiam quia Dominus potest capere seruum fugitiuum vbicunquè illum inuenerit. *l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. eod. Nauar. com. 3. nu. 50. de Regular. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 6.* quod etiam procedit quamuis fugitiui, & apostatæ detinerẽtur ab Episcopis Pius V. in sua Constit. incip. *Et si mendicantium.*

22 Onus igitur reducendi Apostatas, & fugitiuos ad Religionẽ incumbit superioribus ipsorum. *cap. fin. de regul. Nauar. à nu. 50.* & nouissimè ex Decreto Sacræ Congreg. iussu Sanctiss. D. N. Vrbani Papæ VIII. edito. Vndè quando Concil. Trident. *sess. 25. cap. 4.* hanc curam videtur remittere Ordinarijs, intelligendum est, quando Superiores Regulares pigri, & negligentes fuerint, aut non forent in illis Diœcesibus, in quibus reperti fuerint Apostatæ, & fugitiui. *Miranda in Man. Prel. tom. 1. quæst. 51. art. 3.*

23 Redeuntes autem fugitiui, vel Apostatæ ad Religionem, & humiliter veniam precantes benignè sunt recipiendi, non tamen sine debita correctione, id enim, & ratio naturalis, & clementia Ecclesiæ expostulat, cui inhærens Sacra Congregat. in prædicto Decreto monet his verbis. *Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, vt memores paternæ charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant: vt lucrentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas; Idquè eò magis quòd subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officij immemorum Prælatorum regimine peribũt, Dominus noster Iesus Christus in supremo Dei iudicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.* vide *Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 10.* Hinc à quodam Patre Generali ex ijs qui arctioris disciplinæ instituta profitentur nimis durè actum audiui contra suæ religionis Apostatã, quem vltrò redeuntem nedũ seueritatis viscera indutus reiecit, verùm etiã paternæ pietatis oblitus multorum precibus exoratus nunquam induci potuit: vt eum ad Religionẽ admitteret, donec Sacræ Congregationis iussu ei fuerit demandatum.

24. Conuentus tamen non tenetur soluere debita contracta à Religioso Apostata, vel fugitiuo, nisi illa apparerent conuersa in vtilitatem monasterij, vel eo casu, quo rediens ad monasterium asportauerit aliqua bona licitè acquisita, ex quibus illa debita solui possent; Ratio est, quia qui sentit commodum debet etiam sentire incommodum, & è contra qui non sentit commodum, nequè ratio dictat, vt sentiat incommodum. *de regul. iur. in 6. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 11.*

25 Delinquens autem religiosus extrà claustra puniendus est iuxta modum præscriptum à *Concil. Trid. sess. 25. cap. 14.* quod latè explicat *Quaranta in Sum. Bullarij verb. exemptio.*

SVMMARIVM.

1 *Incorrigibilis religiosi eiectio à religione principem locum videtur tenere inter grauissimas pœnas.*

2 *Incorrigibilis eiectionis remedium est necessarium nedùm in religione, verùm, etiam in Republica benè constituta.*

3 *Incorrigibilis quis propriè dicatur, & quomodò cognoscatur inemendabilis.*

4 *Quæ remedia sint adhibenda secundùm diuersa statuta Patrum, & iu-*

ris interpretum sententiam.

5 *Quæ item iure nouo Pontificio iuxtà Decretum Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. editum.*

6 *Eiecti à religione, quandiu non redierint, subduntur iurisdictioni Ordinarij in habitu clericali, & sunt perpetuò suspensi ab exercitio ordinum indispensabiles ab ordinarijs.*

7 *Cap. fin. de Regul. intelligendum est etiam de eiectis iustè, ac definitiuè, seruato iuris Ordine, dummodò sit spes emendationis saltem ex literis testimonialibus Episcopi loci.*

8 *Decretum Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. editum bis in anno in publica mensa legi debet à Regularibus vnà cum decretis Clem. VIII.*

9 *Apostatæ fugitiui etiam deferentes habitum regularem possunt, ac debent ab Episcopo loci, vbi morantur in carceris conijci, & suis superioribus consignari, à quibus inquirendi sunt, & effici: vt apprehendantur salua iurisdictione Ordinarijs attributa per Concilium Tridentinum.*

10 *Nullus Religiosus debet permitti trãsire ad arctiorem Religionem, nisi priùs constiterit suo superiori eam Religionem esse paratam illum recipere.*

11 *Pœna præsumentium aliquid facere vel moliri contra prædicta Decreta.*

12 *Incorrigibilis non est eijciendus à Religione, nisi ob grauiora delicta, quæ propriè crimina dicuntur, de quibus fuerit conuictus, & castigatus iuxtà superius Decretum, nec sperari possit eum fore emendandum, sed potius alios ex eius praua consuetudine inficiendos, & deprauandos timeri.*

13 *Qui è carceribus aufugerit, dum in ieiunio, & pœnitētia probatur iuxtà formam Decreti Vrbani VIII. incorrigibilis est præsumendus, nec ipsū reducere oportebit, sed eiectus à Religione declarari poterit.*

14 *Vt quis incorrigibilis declarari possit, & eijci à Religione, non est necesse, quòd idem specie delictum pluries commiserit, sed satis est, quòd in diuersa delicta prolapsus sit, & in eis persistat.*

15 *Sicuti non sufficit: vt quis dicatur incorrigibilis, quòd plura delicta occulta perpetrauerit, quæ à superiore minimè cognita impunita pertransierint, cum nullus sit iudicandus incorrigibilis, nisi seruata forma præscripta in Decreto supradicto Vrbani VIII.*

16 *Eiecti debent exui habitu Religionis, & iuberi incedere in habitu clericali.*

17 *Clerici Regulares eiecti non possunt prohiberi, quin incedant in habitu clericali; potest tamen interdici illa peculiaris vestitus forma, quà distinguuntur à clericis secularibus.*

18 *Eiecti à Religione monendi sunt se minimè solutos esse à Votis.*

19 *Eiecti debent vitam emendare: vt ad pristinam Religionem denuò admittantur.*

20 *Confutatur opinio Soti dicentis eiectos esse solutos à votis paupertatis, & obedientiæ.*

21 *Eiecti, si post correctionem non admittantur ad pristinam Religionem, debent aliam quærere, in quam recipiantur; si autem nullam inuenerint poterunt tutò manere in seculo.*

22 *Reijcitur opinio Nauarri dicentis eiectos esse exemptos à sua Religione, & posse, in quam maluerint, intrare.*

23 *Sicut vir potest compellere Vxorem dimissam propter adulterium ad secum cohabitandum, ità Religio eiectum ad Religionem.*

24 *Religio de iure cogi non potest ad recipiendos eiectos, neque ad præstanda eis alimenta.*

25 *Clericus secularis quis censendus sit incorrigibilis.*

§. XXIV.

1 INter meritas pœnas, quas Regularis subire potest, ea grauissima censetur, & quasi Principem locum tenere videtur, quà ob delictorum atrocitatem fraterna conuersatione indignus iudicatus, nè alios suo contagio inficiat, à religione expellitur contumax, & incorrigibilis.

2 Hoc remedium non solùm in Religionibus est necessarium, verùm etiam in Republica benè cõstituta, vt malis hominibus purgata Ciues in pace vitam quietam, & tranquillam transigan, iuxtà *tex.*

in

in l.3. & in l.congruis. ff. de offic. Præsid. Huc pertinent vltima supplicia, relegationes, exilia, deportationes, & his similes pœnæ.

3 Vt autem dignoscatur, quis sit inemendabilis, & cuius insanabilis morbus: vt curari valeat, colligi potest ex varijs Patrum testimonijs. *Sanctus Bonau. de sex alis Seraphim.cap 7.* eum existimat esse incorrigibilem, in quo hæc quatuor conuenire apparent. *Primum grauiter peccare. Secundum non esse spem correctionis propter obstinationem, & inueteratam consuetudinem peccandi. Tertium, periculum inficiendi alios propter eius exemplum. Quartum, scandalum si talia tolerentur.* Alij asserũt triplici modo aliquem dici incorrigibilem, & de eius emenda desperari posse, Primo quando in criminibus grauibus perpetrandis perseuerat. Secundo quando ter monitus, non desistit. Tertio si assignatum pœnitentiæ locum deserat fugiendo, vel ipsam pœnitentiam recusando. ità docent *Butr. in cap. cum non ab homine. num. 22. & Abb. nu. 30. de iudic. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 26. nu. 4. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 21. nu. 37 Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 24. nu. 19. Sanch. in præcep Decalogi. lib. 6. cap. 9. num. 4.*

4 Iidem Sancti Patres, vt peritissimi animarum spirituales medici diuersa, & saluberrima remedia adhibenda proponunt, antequàm quis vt incorrigibilis à Religione, quam professus est eijciatur. *S. Basilius in lib. Regul. cap. 28.* ait. *Ipse priuatis admonitionibus Antistes operam dabit: vt morbum ab eo depellat; permanentem autem in obstinatione, neque ipsũ se ipsum emendantem acriùs coram cũctis fratribus redarguere, eique medicinã cũ lenitate, & verborum exhortatione adhibere poterit: Qui sæpiùs punitus, & correptus emendare non vult, hunc perindè, vt, timet corruptorem non sine multis lachrymis, lamentationibusquè, vt membrum tamen vitiatum, & inutile medicorum more à reliquo corpore præcidere conuenit.* S. Benedictus hæc sequentia tanquàm testamento relicta scripsit in Regula. cap. 28. applicanda incorrigibili priùs quàm graui eiectionis pœna afficiatur. *Primum occulta monitio. Secundum publica correctio. Tertium minor excõmunicatio. Quartum ieiuniorum indictio. Quintũ flagellatio. Sextum oratio totius Communitatis pro huiusmodi emendatione. Septimum qui hisce transactis remedijs non corrigitur tanquàm incurabilis contumax erit expellendus.* refert *Ioan. Andr. in cap. fin num. 7. & Butr. nu. 13. de Regul.* facit quod dicit *Archid. in c. Abbates. 18. q 2 nu. 7. S Bernard. Epist. 102. Cum igitur Superior animaduerterit Religiosi inflexibilem pertinaciam, nequè secretas admonitiones proficere, in aliquorum Patrum præsentia seueriùs admonebit, iniunget pœnitentias delicto conuenientes, quibus illum fateri cogat ipsum delictum, vel testibus conuincat, & ipso audiente memoriæ hæc, ne excidant, commendet, vel in charta scribat. Patresquè commonefaciat: vt rei transactæ non obliuiscantur: vt siquando opus sit, fideliter deponere possint, & contumacia, ac obstinatione crescente, ter id erit præstandum; vt sæpiùs fuisse correptum dubitare nequeat.* Hæc iuris interpretes consulunt qui vt de incorrigibili sententiam explicent, niti videntur fundamento *cap. cum non ab homine,* de iudiciis in quo cum trina monitio in iudicio facta requiratur, & vnicuiquè pœna præscribatur, nimirùm *primæ* depositionis, secundæ excommunicationis, & tertiæ anathematis, constat eam formam in Religionibus seruandam: vt ea dispositio, & constitutio locum habeat, si non quoad pœnas, saltem quoad ordinem: vt monitiones in iudicio fiant. In Constitutionibus Patrum Prædicatorum ità cauetur. *d. cap. 19. Grauissima culpa est incorrigibilitas illius, qui nec culpas timet admittere, & pœnas recusat ferre, vel ex earum sæpè repetita inflictione cognoscitur iudicium Discretorum non proficere; Talis de consilio Discretorum carcerali custodia mancipetur, & ibidem secundum exigentiam culparum iuxtà discretionem Prælati ieiunijs, & abstinentijs puniatur, vel secundùm Regulam Patris nostri Augustini, si magis expediens iudicatur, per Magistrum Ordinis, vel Capitulum Prouinciale exutus habitu ordinis de ordine nostro expellatur. Quod tamen maturè fiat, ità vt appareant gesta cum toto processu in scriptis, & debitis sigillis, atquè subscriptionibus.*

5 Prædictis congruit Decretum Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. editũ 21. Decembris 1624. In quo statuitur sublatis in hac parte statutis, & constitu-

tionibus

tionibus cuiuscunque Religionis, & Ordinis etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: vt antequàm Regularis quispiam declaretur incorrigibilis, & à Religione expellatur; vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus præter ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur. Elapso autem anno, si adhuc in sua peruicacia permanserit, eijci tandem poterit ab ipsomet Generali tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis in singulis Capitulis, & Congregationibus generalibus eligendorum; instructo tamen processu, plenèque probatis expulsionis causis ad sacrorum Canonum præscriptum. *Admonentur autem Superiores regulares, nè faciles sint ad deueniendum ad huiusmodi grauissimum expulsionis remedium. Prohibentur præterea ijdem Superiores concedere literas testimoniales Religiosis eiectis, eos ad Sedem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliã ingredi Religionem.*

6 *Sic verò eiecti quandiù non redijerint ad Religionem, in habitu clericali incedere teneantur, atquè Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsint.* Propterea Generalis expulsionis sententiam eidem Ordinario illicò notificare teneatur. *Similiter Sacra Congregatio statuit: vt sic eiecti extrà Religionẽ degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio ordinum sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.*

7 Innouat etiam Constitutionem Gregorij IX. relatam in *cap. fin. de Regular.* *declarans eam procedere etiam in expulsis iustè, ac definitiuè, iurisquè ordine seruato; si tamen subsit spes euidens emendationis in huiusmodi eiectis ex literis saltem testimonialibus Ordinarij.*

8 *Ne qua verò difficultas suboriatur in supradictis Decretis exequendis, eadẽ Sacra Congregatio iniungit, ac seriò mãdat omnibus Superioribus: vt bis saltem in anno, primò scilicet die post festum Sanctissimi Corporis Christi, & post primam Dominicam Aduentus tàm Decreta Clementis VIII. quàm præsentes ordinationes in publica mensa perlegi faciant.*

9 In eisdem etiam Decretis innouatis Constitutionibus Clem. VIII. ad reformationem Regularium editis, excepto illo capite, *quòd Nouitij non recipiantur, nisi prababita facultate ab eadem Sacra Congregatione, vel à proprijs locorũ Ordinarijs expressè, & nominatim approbati fuerint, à cuius quidẽ Decreti obseruatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absoluendos, prout auctoritate S.D.N. absoluit, atquè exemit. Præcipitur, vt fugitiui, & Apostatæ etiam habitum regularem deferentes possunt, ac debeant ab Episcopo loci vbi morantur in carceres conijci, ac eorum Superioribus consignari, atquè ipsi Superiores teneantur eos perquirere, & efficere: vt apprehendantur salua tamen facultate Ordinarijs locorum à Concilio Tridentino attributa. sess. 6. cap. 3. de Reform. iuxtà tex. in c. ne Religiosi. de Regular. Roderic. Quæst. Regul. tom. 1. q. 30. ar. 5.*

10 Vlteriùs, vt apostandi opportunitas Regularibus præcipiatur, eadem Sacra Congregatio statuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorẽ Religionem trãsire, nisi priùs Superiori constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumquè Regularis rectà se transferat ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

11 Postremò *si quis aduersus præscripta superiùs, aliquid facere, vel moliri quoquo modo præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisquè actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, pœnaq; huiusmodi sit Sanctitati Suæ ac Sedi Apostolicæ reseruata, ijsdem Superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seù relaxandi potestate penitùs interdicta, & nihilominùs sit irritum, & inane quidquid secùs à quoquam actum extiterit. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c. Dat. Romæ 21. Sept. 1624.*

12 Ex quibus hucusquè ennarratis de præsenti materia tria inferri posse arbitror. Primũ, hic nõ agi de minutis peccatis; in multis enim offẽdimus omnes, & de quibus dicitur *septies in die cadit iustus*; sed de grauioribus delictis, quæ propriè crimina dicuntur, & declarantur, quæ in Religionis detrimentum, & perniciem vergunt. Secundum, quòd de ijs non solùm fuerit seriò admonitus Religiosus &

in

priuatim, & publicè; sed etiam punitus, quæ omnia postulant per legitimas probationes de delictis fuisse conuictum, vel confessum; si enim hæc non intercedant, & si fuerit monitus, & castigatus, & ipse omninò deneget, neque probationibus conuinci possit, potiùs Superior foret reprehendendus cum illo iniustè egisse, quàm ipsum esse incorrigibilem, quem non constat commisisse, quæ emendare, & corrigere iubetur. Tertium, quòd ad eum deuenerit statum: vt & incurabilis, & insanabilis morbus reputetur, sperarique non possit illum fore emendandum, cui & illud consequens est alios eius praua consuetudine inficiendos, & deprauandos fore. Non comprehenduntur tamen Moniales, quæ à Religione minimè expelli possunt etiam propter incorrigibilitatem, tum quia Iura, & Decreta Pontificia solùm de viris loquuntur; Tum etiam quia extat declaratio Sacræ Congregationis sub die 27. Maij 1603. his verbis. *Moniales incorrigibiles eijci non possunt, neque transferri inconsulta Sede Apost.* vide *Sanch. in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 9. n. 6.* Cui etenim tot fuere applicata remedia, & minimè profuere, credere par est, nec alia profutura, sed inemendabilem esse, & tanquàm equum indomitum, & infrenem ad flagitia cõmittenda cœcum vehi, atquè oportere, ne maiora committat, acriora adhibere remedia, & ferro abscindenda esse vulnera, quæ fomenta non sentiunt, & illos extorres fieri ab Ecclesia, qui Sacerdotali admonitione non corriguntur, *cap. in canonibus circà fin. 16. quæst. 1.*

13 Præterea qui è custodia, vbi instè detinetur inclusus ad eum probandum per annum in ieiunio, & pœnitentia iuxtà decretum superiùs relatum, aufugerit, incorrigibilem præsumendum esse nõ dubitarem; & per consequens à Religione eijciendum, quia emendatoriam recusat subire vindictam, sicut etiam qui aliam pœnitentiàm à Superiore iniunctam facere renuit, vt docet *S. Aug. in Regul. c. 23.* & de fuga testantur *Abb. in d. c. cum non ab homine. nu. 30. Felin. num. 13. de iudic. Castr. de iust. heret. punit. cap. 2. vers. med. Decian. lib. 4. cap. 9. nu. 130. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 36. nu. 4. & Thessau. c. 21. nu. 36. & 37.* qui etiam addunt posse in confessione delinquentem talia verba proferre, quæ facilè indicent illum perui cacem, & inflexibilem esse; sed non facilè admitti debent, nisi alia adsint argumenta. Prædictum autem Regularem, qui è carceribus fugerit, reducere ad Religionem non oporrere existimo, sed tanquàm factum suæ pœnæ executorem, incorrigibilem, & eiectum declarari posse; cum, vt ait *S. Aug. in Regula. cap. 23. Si ipse non abscesserit de vestra societate, proijciendus sit. S. Bened. in c. 28. Si ipse discedit, discedat. & S. Bonau. in 4. sent. d. 35. ar. 1. q. 14.* ait *Quòd si Deo permittente talis se ipsum eijceret, gratiæ sunt Deo referendæ, non quia ille peccauit; sed quòd oues suas à pestifera contagione liberauit; vtinam, & abscindantur, qui vos conturbant scilicet puritatem vestram, pacem, & famam; & si dicatur quòd misero est miseratio adhibenda, vt iterum recipiatur in ordinem; respondi potest crudelis miseratio, vndè plures, & meliores offenduntur, sicut qui fures liberaret, vnde pauperes spoliarentur, maximè cùm tales longo vsu tepefacti, rarissimè, verè, & perseueranter emendentur, & facilis remissio alijs audaciam præbeat.* expendi poterit *cap. 1. de apostat.*

14 Incorrigibilis pariter præsumẽdus, & reputandus est, qui ad priora delicta reuertitur, & in illis obstinatus perseuerat vel alia similia, aut dissimilia cõmittit, nõ enim est necessariũ, vt quis inemendabilis iudicetur, quòd idem specie delictum plures committat; sed satis est, quòd in alia diuersa prolabatur, vt si furtum fecerit, punitus posteà in aliquod carnis crimen incidat, cuius cum pœnas dederit, inobedientiam manifestam ostendat, atque ità varia perpetrare delicta non vereatur. contra *Sanch. in præcept. decal. to. 2. lib. 6. c. 9. n. 4.* vbi tenet non posse quemquã præsumi incorrigibilem, nisi cõmiserit multa delicta similia, idest æquè grauia, vel grauiora. Sed cum in delictis persistere non erubescat, incorrigibilis reputatur, quod verum est iure antiquo, sed iure nouissimo erit obseruanda formula præscripta in dicto Decreto Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. edito.

15 Quemadmodum etiam non sufficit: vt quis dicatur incorrigibilis, quòd plura perpetrauerit delicta occulta, quæ à Superiore minimè cognita impunita pertransierunt; non enim est iudicandus incorri-

corrigibilis, nisi prius admoneatur, & corrigatur, ac pœnis afficiatur, iuxtà præscriptum Ordinem in præcitato Decreto sacræ Congregationis. *Farinac. in prax. tom. 1. quæst. 24. n. 9.* Ratioquè ipsa docet, quæ admonitiones postulat, & correctiones, antequã quis habeatur incorrigibilis, & grauissima eiectionis pœna afficiatur.

16 His itaquè eiectis seruato præscripto ordine habitus Religionis detrahitur, & præcipitur, ne illo induti incedant, ne alios sub ouina pelle decipiant, neuè aliquam notam viris Religiosis inurant, idquè in sententia erit exprimendum; At si quis super habitus delatione ijsdem fauere voluerit, per censuras ecclesiasticas erit compescendus; vt *Alex. VI. Ordini Minorum concessit, relatus à Sorbo. in compend. priuileg. verb. Eijcere. nu. 4.* Et *Nauar. com. 2. de Regular. nu. 2.* illos teneri obedire testatur.

17 Porrò Clerici Regulares, cum in Clericali habitu incedant, & à Religione eiecti remaneant etiam clerici, non possunt prohiberi eodem habitu vti; interdici tamen eis poterit illa peculiaris vestitus forma, qua huiusmodi eiecti à reliquis clericis secularibus distinguerentur, si proprio habitu suæ Religionis induti incederent, & ipsis iniungi: vt tanquàm clerici seculares habitum gerant.

18 Tandem monendi sunt eiecti se nequaquàm solutos esse à votis, quæ cum solemniter emissa fuerint, non possunt dissolui, nequè in illis dispensari, vt in *Const. Prædicat. notatur. distinct. 1. c. 19.* Ac proindè nisi resipiscant in damnationem ruere, quia in seculo tuta conscientia manere non possunt.

19 Si autem suæ conscientiæ, & saluti consulere cupiunt eiecti, studeant vitam emendare, & ità se gerere; vt digni haberi possint, qui propter suam correctionem, & instantem postulationem in pristinam Religionem denuò admittãtur, paratiquè sint suo Prælato obedire, & quoties facultas detur, statim reuertantur; Hoc eos agere oportet, vt tuta conscientia extrà propriam, quam professi sunt, Religionem degere valeant, vt notanit *Sanch. cum alijs allegatis in praecept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 9. nu. 25. Sot. de iust. & iur. lib. 7. q. 2. art. 1. vers. superest hic demùm.* vbi addit, quòd si correcta vita ad claustra rediens incorrigibilis non admittatur, tutum in seculo manere, & absolutum esse à votis obedientiæ, & paupertatis, & ab alijs annexis Religioni, non tamen eximi à voto Castitatis, eò quòd expressè illud emisit, nec Prælatus potuit ab eo illum liberare. Hæc *Sot. d. versic.*

20 Sed pace tanti viri, cum in sententia ipsius non sit absolutus à voto Castitatis, eò quòd illud expressè emiserit, quomodo potest solui ab alijs duobus, quæ etiam expressè, & solemniter emisit vna cum voto Castitatis? Cæterùm existimarem votum Obedientiæ commutari ad tempus in obedientiam Ordinarij, cui per sententiam eiectionis subijcitur eiectus, donec extrà Religionem reperitur; Paupertatem verò tenetur seruare secundùm illum statum; Vndè hæc duo vota dicuntur suspensa ad tempus; non autem extincta. *Nauar. comm. 2. de Regul. nu. 34. cum seqq. & comm. 3. nu. 46. Cordub. in reg. 5. Fran. cap. 2. quæst. 21 punct. 3. Azor. Instit. Moral. tom. 1. lib. 12. c. 16. quæst. 4. 7. & 11. & cap. 17. quæst. 2.* & alij apud *Sanchez. in praecept. Decal. tom. 2. lib. 6. capit. 9. num. 27. in fin.*

21 Quòd si eiecti post debitam correctionem in suam pristinam Religionem non admittantur, de Superiorum facultate aliam Religiosorũ familiam petant, in quam transire possint, & in qua quod superest vitæ transigant, vt optimè S. Bonauent. dicit ad Reg. S. Francisci. quæst. 14. his verbis. *Et si demeretur in Ordine, qui vouit, non retineri, cum ex peccato suo non sit conditio eius melior facta: vt iam possit esse liber, sed potiùs deterior, oportet eum alium Ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari, & ad hoc illum cogit statutum vniuersalis Ecclesiæ, non ordo iste, & eius gratia permittitur ei ad inferiorem Ordinẽ transire, cum Superiorem non inueniat, ne aditus ei ad salutem præcludatur.* vide *Cordub ad. Regul. S. Fräc. cap. 2. quæst. 21. punct. 3. S. Antonin. par. 3. tit. 2. cap. 4. in fin. & tit. 16. c. 5. §. 3. in fin. Angel. verb. Religiosus. n. 41. Sylu. verb. Religio. 6. quæst. 12. Armil. verb. Religio. nu. 15. & Tabien. quæst. 15. nu. 26.* contrà *Sanch. d. cap. 9. nu. 34.* Si verò in suam pristinam Religionẽ non admittantur eiecti post debitam correctionem, nequè aliam inueniant, in quam de Superiorum licentia recipiantur, eos in seculo tutò posse manere asserunt præallegati Doctores,

dummodò per ipsos non steterit, quominùs recipiantur.

22 Nec audiendus est *Nauar.* qui *to.1. consil.lib.3.de Regular.cons.*78. ait expulsum à Religione posse transire ad quamcunquè regulam siuè strictiorē, siuè æqualem, siuè laxiorem, quam potuisset intrare, si nunquàm intrasset illam, à qua iustè, ac dessinitiue fuit eiectus; non enim est extincta obligatio; sed tantùm cessat ad tēpus, quod patet ex eo, quòd si emendatus denuò admitteretur ad pristinam Religionem, professionem non ampliùs emittere deberet; At in sententia *Nauarri* professio esset iterùm facienda, quia obligatio secundùm ipsum fuit semel extincta, & nisi noua fiat, non reuiuiscit. *vt not.glo.& DD.in l. qui res. §. aream. de solut. & l. inter stipulatorem. §.sacram. de verb. oblig.* Igitur dicendum est, quòd obligatio non fuit extincta.

23 Confirmatur hæc opinio illa crebriori calculo comprobata, quæ habet, quòd sentētia diuortij lata propter adulterium ab vxore commissum non impedit, quin integrum sit marito compellere vxorem etiam inuitam ad secum cohabitandum, vt tenet *S.Thom. in 4.sentent. dist.35. quæst.1. art.6. ad 3. S.Bonauent. ibid.art.1.quæst.14.Sylu.verb.diuortium. quæst.10.num.13. glos. in cap. ex literis. verb.redire.de diuort.* vbi *Io.Andr.& Abb.* cū alijs. *Felin.in c.lator.n.9.de.sent.& re iud.Sanch.de matr.to.3.lib.10.disput.10. num.3.* Sicut enim illa sententia liberauit virum à cohabitatione vxoris, non verò vxorem à potestate viri, ità hæc liberauit Religionem, quæ ipsum eiectum non tenetur recipere, non autem Religiosum, qui tenetur vitam emendare: vt dignus haberi possit, qui recipiatur. Ad id etiam facit *tex.in cap.fin.de Regul.* vbi Pontifex statuit huiusmodi eiectos à Superioribus suis ad Monasteria esse reducendos; constat; igitur eiectos etiam iustè, & per sententiam deffinitiuam aliquo modo adhuc subesse suis Prælatis Regularibus, cum ab ipsis possint ad Monasteria reduci. Idem probatur ex *Sancto Bonauentur. dicta q.14. ad Regul.S.Francisci.Frider. de Sen.cons.38.* vbi *Lap.& cons.134. Constit.Præd.d.1.cap.19.S.Benedictus in Reg. cap.19.* Huiusmodi eiectos à sua Religione ter recipi debere decreuit, si cum omni animi submissione peccatorum emendationem spondeant, nouissimum tamen locū inter alios tenere iussit *not. Io. Andr. Butr. & Abb.in. d.c.fin.de Regul.*

24 Ex quibus infertur non posse Religionem compelli ad recipiendos eiectos ab ipsamet Religione; nam vt ait *S.Bonau.d.quæst.14.ad Regul.S.Franc.* Sedes Apostolica, quæ ius suum vnicuiquè seruat, & vult Ordinem in sua puritate persistere, non cogit Ordinem tenere illos, quorum conuersatio nociua esset in Ordine, quia tunc puniret innocentes, & reos foueret, atquè occasionem daret Ordinis corruptioni per tales pestiferos, si eos recipi oporteret. Et quamuis *tex. in d. c. fin.de Regular.* disponat hos eiectos esse requirendos, & recipiendos; subiungit tamen id præstandum esse, *salua Ordinis disciplina.* rectè *Sylu. verb.Apostasia.num.10.* Veruntamen si constiterit huiusmodi eiectos pleuè correctos esse, posse eos cogere Religionem, ex qua eiecti fuerant: vt ipsos recipiat, aliqui inferunt *ex d.c.fin.* adiuncta declaratione Sacræ Congregationis; ibi enim præcipitur Prælatis: vt eos quærant, multò magis debent obligari eos recipere, si iam correcti redeāt; Sed cōtrariū videtur probabilius iuxta dicta superiùs.*n.*23. Nec minùs his eiectis alimenta præstari debēr à Religione, quoniam cum à Monasterij habitatione excludantur, Religionisquè habitu priuentur, cibaria quoquè iisdem negari ipsa ratio suadet; alimentorum enim nomine habitatio, vestitus, & cibaria comprehenduntur. *l.legatis. de alim.& cibar.leg.* si igitur iustè habitatio, vestitusquè denegatur, cibaria item denegabuntur.

25 Clericus verò incorrigibilis ille censendus erit, qui ter, aut sæpiùs seuerè monitus, & castigatus nullo modo corrigitur, nec delinquere desistit, ità vt facilè colligi possit nullam præbere emendationis spem, sed incurabilem fore. Hæc est communis iuris interpretum sententia diuersis quidem explicata verbis; sed sensu, & mente concors: vt constat ex *Butr. in cap. cum non ab homine. num.22. Abb. num.28. Dec.num.78. de iudic. Diaz.in pract.crim.can cap.114.num.2. Iul.Clar. lib.5.§. fin. quæst.36.vers.sed quæritur. Menoch.cons.82.nu.97.& 127.lib.1.Sayr. lib.5.de censur.cap.21.à num.36. Decian. tract.crim. tom.1.lib.4. cap.9.nu.150.Farinac. tom.1.quæst.24. Maiol.de irregul.*

lib.5. cap.26. in fin. vbi addit. Sic itaquè declaratus incorrigibilis per Iudicem Ecclesiasticum potest comprimi per Iudicem Secularem absquè alia degradatione, & citat *Aret.* attestantem de communi *in d.cap. cum non ab homine*.

SVMMARIVM.

1 *Hæretica est opinio asserentium omnes Christianos esse sacerdotes noui Testamenti.*

2 *Clericus solemniter, & extrà casum necessitatis ministrare præsumens in ordine, quem non habet, est deponendus, & fit irregularis vlteriùs non ordinandus, & insuper pœna arbitraria mulctandus.*

3 *Laicus seriò se ingerere audens in exercitio ordinum incurrit prædictam irregularitatem.*

4 *Clericus non Sacerdos, qui repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel sacramentalem fidelium confessionem audiuisse, qua pœna afficiendus.*

Item Laicus si tale officium aggredi auderet.

5 *Ozias, qui officium Sacerdotis vsurpauit, fuit lepra percussus in fronte.*

6 *Leuitis etiam erat indicta pœna mortis, qui præsumerent ad altare, vel ad vasa Sanctuarij accedere.*

7 *Pœna falsi punitur, qui fingit se Doctorem, Notarium, aut Comitem se insimulans, cum talis non sit.*

§. XXVI.

1 Cvm à Sacro Concilio Tridentino *sess.23. can.4.* hæreticorum opinio sit damnata, qui asserũt omnes Christianos promiscuè noui Testamenti Sacerdotes, & omnes inter se pari potestate præditos esse, ità vt in Ecclesia Catholica Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ ex Episcopis, Presbyteris, & alijs ministris Ecclesiasticis constat, confundant, & subuertant; Manifestum est proximè his accedere illos, qui licèt id non affirment verbis, re tamen nefariam eandem videntur profiteri opinionem, cum non initiati clerici, aut à media plebe laici Sacrosanctum Missæ sacrificium offerre non vereantur, ac si essent ritè ordinati Sacerdotes. Graue scelus non leuiori pœna vindicandum.

2 Ministrare igitur præsumens in ordine, siuè in spectantibus ad ordinẽ, quem non habet, est deponendus, & vlteriùs non ordinandus, ac insuper pœna arbitraria puniendus. *cap.1.* vbi *Abb. & Doctores. & cap.2. de cler. non ord. minist. Abb. in c. vt quisquè. nu.2. de vit. & hon. cler. Felin in præm. Decretal. nu.48. Menoch. de arbitr. cas.318. nu.21. Graff. decis. aur. par.2. lib.3. cap.12. num.24. Cabal. resol. crim. cas.176. Bald. in l. qui sub prætextu. in fin. C. de sacros. Eccles. Diaz. in pract. crim. can. c.12. nu.3.* Nisi cum eo dispensaretur per Summum Pontificem, qui solus dispensat super hac irregularitate. *c. priuilegium. 11. q.3. cap. si decet. 25. quæst.2. Graff. d. num.24. Diaz. d. cap.12. num.4.* Quod tamen primo procedit, quando quis ministraret in apparatu solemni, secùs si non solemniter. *d. c. vt quisquè,* vbi *glo. fin. Abb. in d. cap.1. n.1. de cler. non ord. min.* Secundò procedit quando extrà casum necessitatis non Sacerdos baptizaret, aliter autem in casu necessitatis. *cap. ad limina. 30. quæst.1. glo.3. in d. cap.1. de cler. non ord. min.* Aut qui in priuato recitaret Euangelium, cum & Moniales illud recitent in Matutino. *cap. Diaconissam.* vbi *glo. fin. 27. q.1.* vel qui ignoranter. *cap.1. de cler. per sal. prom. cap.1.* ponderando ibi verbum, *Temeritatem. de cler. non ord. min.* Ille enim dicitur temerè agere, qui scienter rem prohibitam facit. *cap. ex literis. de diuort.*

3 Duplici igitur afficitur pœna & depositionis, & irregularitatis clericus exercens ordinem, quem non habet, quam irregularitatem extendunt etiam ad laicum, qui seriò in exercitio ordinum se ingerere audet. *Sylu. verb. Irregularitas. nu.14. Nauar. in Man. cap.27. nu.242. Suar. tom.3. in 3. par. S. Tho. disp.31. sect.4. Greg. de Valent. tom.4. quæst.2. punct.1. Tol. in Sum. lib.1. cap.72. Maiol. de irregul. lib.4. cap.13. num.4.* contra *Sayr. in thesaur. lib.7. c.10. n.6.* existimantes laicũ intromittentem se in exercitio ordinum non fieri irregularem, quorum rationes confutat *Suar.* suprà allegatus.

4 Quicunquè autem non promotus ad sacrum Presbyteratus ordinem repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel sacramentalem fidelium confessionem excepisse, à Iudicibus S. Inquisitionis, vel

locorũ Ordinarijs tanquàm Ecclesiæ misericordia indignus à foro ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus statim Curiæ seculari tradatur per Iudices seculares debitis pœnis plectendus. Ità sanciuit Paulus IV. die 20. Maij 1557. Decreto 5. & die 17. Febr. Decreto. 7. vt refert, *Maiol.* vbi supra. Gregor. XIII. in sua Constit. 21. quæ incipit. *Officij nostri*. Et Clem. VIII. Constit. 81. incip. *Et si alias. Roder. Quæst. regular. tom. 2. q. 28. art. 2. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 13. Fagundez de præcept. Eccles. 2. p. lib. 6. cap. 7. num. 7.* & nouissimè Sanctissimus D. N. Vrbanus Octauus. in sua Bulla ĩcip. *Apostolatus officium* statuit, & decreuit: vt qui in posterùm ad sacrum Presbyteratus ordinem non promotus Missam celebrare, aut sacramentalem Confessionẽ audire præsumpserit, ætate minoris annis vigintiquinquè non excusetur; quominùs eidem Clementis Constitutioni subijciatur, dummodò vigesimum suæ ætatis annum compleuerit. Laicus verò temerario ausu Missam celebrare præsumens punitur pœna falsi, *Abb. in cap. 1. de cler. non ord. minist. Felin. in cap. tertio loco. nu. 1. de probat. Bald. in l. qui sub prætextu. in fin. C. de Sacros. Eccles. Menoch. de arbitr. iud. cas. 320. n. 13. Farinac. de fals. & simul. quæst. 150. n. 85. Diaz. in pract. crim. can. cap. 12. nu. 2.* vbi etiam *Lopez*, qui dicit talem puniri posse à S. Inquisitionis Censoribus condignis pœnis tanquàm malè sentientem de Sacramento ordinis.

5 Nàm Ozias rex Iuda, qui vsurpans sibi officium Sacerdotis adolere præsumpsit incensum super altare thymiamatis resistentibus ipsi Sacerdotibus Domini, & dicentibus non fuisse Oziæ officium adolendi incensum Domino; sed Sacerdotum, hoc est filiorũ Aaron, qui cõsecrati erant ad huiusmodi ministerium, statim fuit lepra percussus in fronte coram Sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis. *Paralip. 2. cap. 26.*

6 Quinimmò & pœna mortis indicta erat Leuitis, qui præsumpsissent accedere ad altare, & ad vasa Sanctuarij, *Num. 18.* Quare Ozam ex eo quòd extenderat manum ad Arcam Dei, & tenuerat eam, iratus indignatione Dominus percussit, & statim mortuus est. *2. Reg. 6.*

7 Eadem pœna falsi puniendus est, qui fingit se Doctorem, cum non sit, si actum aliquem doctori conuenientem fecerit. *l. reddatur.* vbi *Bart. nu. 1. C. de professo. & medic. lib. 10. l. eos. 6. qui se pro milite.* vbi *Bart. & Alex. ff. de fals. Abb. in cap. 1. num. 4. de magist. & in cap. 1.* vbi *Barbat. de cler. non ord. minist. Felinus in proem. Decretal. num. 37. & seqq. Boss. tit de fals. nu. 131. addit. ad Clar. in §. falsum. lit. E. vers. item se fingens. Menoch. de arbitr. cas. 318. nu. 21. Farin. d. quæst. 150. nu. 87. Aufrer. ad Capel. Tholos. quæst. 402. nu. 1.* Prædictam quoquè pœnam incurrit se faciens Notarium, qui non est, & conficiens instrumentum. *Bald. in proem. Cod. nu. 3. Boss. d. nu. 131. Menoch. d. cas. 318. nu. 25. Aufrer. ad Capell. Tholos. d. quæst. 402. n. 1.* Item qui Comitem, vel alium huiusmodi se insimulans, cum non sit, si fraude id fecerit ad alterius detrimentum. *Bald. in d. l. data opera. n. 50. C. de ijs qui accus. poss. Felin. in proem. Decretal. num. 37. & seq. Tiraquel. de nobil. cap. 13. num. 2. Guid. Pap. decis. 423. num. 2. Capic. decis. 130. num. 21. addit. ad Clar. d. lit. E. Menoch. d. cas. 318. num. 21. & seqq. Caball. resol. crimin. cas. 176.*

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur ordines furtiuè suscipere, & quibus modis.*

2 *Clericus ordines furtiuè suscipiens qua pœna puniatur.*

3 *Si quis promotus fuerit ad ordines non suscepto Confirmationis sacramento nullam censuram, aut pœnam in iure statutam incurrit, licet à culpa mortali non sit immunis.*

4 *Suscipiens ordines in aliena Diœcesi, quã pœnam subeat. Item & ordinãs.*

5 *Excommunicatus scienter suscipiens ordines qua pœna afficiendus.*

6 *Item qui suscipit ordines extrà tempora, & antè ætatẽ requisitam, quibus pœnis subiaceat.*

7 *Promouendus ad ordinem Presbyteratus debet attigisse 25. annum.*

8 *Conferens ordines sacros extrà tempora à iure statuta est suspendendus à collatione ordinum; sicut etiam promouens ad eosdem sacros ordines sine titulo beneficij, aut patrimonij cogendus, est: vt ordinato prouideat de sufficienti victu.*

9 *Promotus ad ordines sacros sinè titulo patrimonij, vel beneficij, aut cum patrimonio ficto non incurrit aliquā censuram, aut pœnam in iure explicitam, debet tamen dare aliquam pœnam ratione fraudis, & doli, si quem commisit.*

10 *Clerici Regulares, siuè seculares more Religiosorum in communi viuentes nondum professi promoti ad ordines sacros sine titulo sufficientis patrimonij, aut beneficij sunt ipso iure suspēsi, ac promotio est nulla.*

Quod non militat in Clericis Societatis Iesu post vota biennij, & antè solemnem professionem.

11 *Sunt pariter suspensi ordinati ab excōmunicato, deposito, suspenso, interdicto, siue schismatico, vel heretico; Item ordinati sede Episcopali vacante cum dimissorijs Capituli, aut Vicarij Generalis Capitularis extrà casum necessitatis.*

12 *Clericus post susceptos sacros ordines renuntians ius sui patrimonij sine alio praecedenti pacto tanquàm legis violator pro modo culpa est arbitraria pœna puniendus.*

13 *Simoniacè promoti quas pœnas incurrant.*

§. XXVII.

1 Ille ordines furtiuè suscipere dicitur, qui ordinibus minoribus non contentus vna, & eadem die Subdiaconatum recipit. *cap. cum H. & cap. sequenti, de eo qui furti. ord. suscep. Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap. 25. vers. vna eademq.* Item qui contrà conscientiam sui Superioris, & sine examine se ingerit cū multitudine ordinandorum in sero Episcopo ordinante, & ordines recipit. *gloss. in c. 1. verb. furtiuè, de eo qui furt. ord. suscep.* Qui pariter eadem die duos sacros ordines recipit. *cap. fin. de eo. qui furt. ord. suscep. cap. literas. de temp. ordin. Concil. Trid. sess. 23. cap. 13. de refor.* siuè etiam minores, nisi aliud Episcopo magis expedire videatur. *Concil. Triden. sess. 23. c. 1°.* Similiter qui promouetur per saltum. *c. 1. de cler. per salt. pro. c. solicitudo. 57. dist. Host. in sum. eod. tit. §. fin. Nau. in Man. cap. 27. n. 242. Diaz. in pract. crim can. cap. 25.* Cum quo si non ministrauerit, aut priùs non erat lata excommunicatio Episcopus ex legitima causa poterit dispensare. *Diaz. cap. 25. Concil. Trid. d. sess. 23. cap. 14. in fin. de reform.* Et qui citrà auctoritatem Episcopi, eiusquè approbationem promouetur. *c. quando. 24. distinct. c. extrà conscientiam. 64. dist. gloss. in cap. 1. verb. furtiuè. de eo qui furt. ord. suscep. Concil. Trid. d. sess. 23. cap. 7. & 8. de refor.*

2 Clericus igitur ordines furtiuè suscipiens non solùm est suspensus à receptis, & excommunicatus, cum soleāt Episcopi in actu ordinationis juxtà formam in Pontificali traditam excommunicationem edicto promulgare contrà furtiuè ordines suscipientes; verùm etiam debet arbitraria pœna mulctari. *tot. tit. de eo qui furt. ord. suscep. cap. literas. de temp. ordin. cap. 1 de cler. per salt. prom. cap fin. 9. q. 2. Graff. decis. aur. 2. p. lib. 3. cap. 12. num. 25. & 26. Menoch. de arbit. cas. 564. nu. 2.* Veruntamen *Suar. tom. 5. disp. 42. sect. 3. nu. 2.* obseruat cum alijs clericum ordines furtiuè suscipientem iure ātiquo quidem contrahere excōmunicationem antè ordinationem latam ab Episcopo, sed hoc tempore nequaquàm; cum ex nouo Pontificali non videatur ipso iure lata, sed ferenda: Imò *Henriq. in sum. lib. 10. cap. 20. nu. 1.* cum Maiolo, & alijs in *comm. lit. D.* admonet talem excommunicationem non debere ab Episcopis ipso facto ferri, ne sit occasio injiciendi nouos laqueos; Verùm non comprehēdo qua ratione iusta de causa nō possit ipso facto infligi, sicut potest comminatoriè ferri. Prætereà Clericum ordinem furtiuè suscipientem incurrere irregularitatem tenet *Tol. in sum. lib. 1. c. 71. num. 5. Sà. verb. suspensio. nu. 19. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. nu. 39.* vbi plures allegat *Nauar. in Man. cap. 27. n. 242.* Contrarium defendit *Bonac.* cum alijs ab ipso adductis. *de cens. disp. 7. q. 3. punct. 4. prop. 4 n. 5.* vbi solūmodò cōcedit fieri irregularē ordinatum per saltum, si post ordinationē ministret in ordine per saltum suscepto.

3 Promotus ad ordines non suscepto Confirmationis sacramento nullam censuram, nequè pœnam incurrit; quia nullibi in iure exprimitur, & *Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. de reformat.* solùm disponit, quòd antè confirmationem nullus admittatur ad primam tonsuram; licet is à culpa mortali non sit immunis, nisi legitima ignorantia ductus id præstiterit; vt post

alios

20 Graui item pœna coercendi sunt præter peccatum mortale, quod committunt, cooperantes ad fugã, vel apostasiam Religiosorum, quoniam cooperantur ad rem intrinsecè malam, & tenentur ad restitutionem temporalis lucri, quod Religio amisit propter fugam talis Religiosi, præsertim si fraus, vel vis interuenerit, cũ fiat graue nocumẽtũ Religioni. *Caiet. in. Sum. verb. restitutio. cap. 7. Suar. to. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. nu. 8.* Non tamen tenentur ingredi Religionem pro illis, ad quorum fugam, vel apostasiam coopetati fuerint, minùs alios pro illis Religioni subrogare. *Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. q. 6. art. 3. conclus. 4.*

21 Fugitiui autem, & Apostatæ vbicunquè reperti fuerint possunt deprehendi à suis Superioribus, & vincti ad Monasteria reduci, & in carceres detrudi inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Tum quia cuilibet à iure concessum est posse tem suã propria auctoritate capere, & retinere vbicunquè illã repererit. iuxta, *l. si quis. §. differenti. ff. de aquir. poss.* Tum etiam quia Dominus potest capere seruum fugitiuum vbicunquè illum inuenerit. *l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. eod. Nauar. com. 3. nu. 50. de Regular. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 6.* quod etiam procedit quamuis fugitiui, & apostatæ detinerẽtur ab Episcopis Pius V. in sua Constit. incip. *Et si mendicantium.*

22 Onus igitur reducendi Apostatas, & fugitiuos ad Religionẽ incumbit superioribus ipsorum. *cap. fin. de regul. Nauar. à nu. 50.* & nouissimè ex Decreto Sacræ Congreg. iussu Sanctiss. D. N. Vrbani Papæ VIII. edito. Vndè quando Concil. Trident. *sess. 25. cap. 4.* hanc curam videtur remittere Ordinarijs, intelligendum est, quando Superiores Regulares pigri, & negligentes fuerint, aut non forent in illis Diœcesibus, in quibus reperti fuerint Apostatæ, & fugitiui. *Miranda in Man. Prel. tom. 1. quæst. 51. art. 3.*

23 Redeuntes autem fugitiui, vel Apostatæ ad Religionem, & humiliter veniam precantes benignè sunt recipiendi, non tamen sine debita correctione id enim, & ratio naturalis, & clementia Ecclesiæ expostulat, cui inhærens Sacra Congregat. in prædicto Decreto monet his verbis. *Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, vt memores paternæ charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant: vt lucrentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas; Idquè eò magis quòd subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officij immemorum Prælatorum regimine pereũt, Dominus noster Iesus Christus in supremo Dei iudicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.* vide *Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 10.* Hinc à quodam Patre Generali ex ijs qui arctioris disciplinæ instituta profitentur nimis durè actum audiui contra suæ religionis Apostatã, quem vltrò redeuntem nedũ seueritatis viscera indutus reiecit, verùm etiã paternæ pietatis oblitus multorum precibus exoratus nunquam induci potuit: vt eum ad Religionẽ admitteret, donec Sacræ Congregationis iussu ei fuerit demandatum.

24 Conuentus tamen non tenetur soluere debita contracta à Religioso Apostata, vel fugitiuo, nisi illa apparerent conuersa in vtilitatem monasterij, vel eo casu, quo rediens ad monasterium asportauerit aliqua bona licitè acquisita, ex quibus illa debita solui possent; Ratio est, quia qui sentit commodum debet etiam sentire incommodum, & è contra qui non sentit commodum, nequè ratio dictat, vt sentiat incommodum. *de regul. iur. in 6. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 30. art. 11.*

25 Delinquens autem religiosus extrà claustra puniendus est iuxta modum præscriptum à *Concil. Trid. sess. 25. cap. 14.* quod latè explicat *Quaranta in Sum. Bullarij verb. exemptio.*

SVMMARIVM.

1 *Incorrigibilis religiosi eiectio à religione principem locum videtur tenere inter grauissimas pœnas.*

2 *Incorrigibilis eiectionis remedium est necessarium nedùm in religione. verùm, etiam in Republica benè constituta.*

3 *Incorrigibilis quis propriè dicatur, & quomodò cognoscatur inemendabilis.*

4 *Quæ remedia sint adhibenda secundùm diuersa statuta Patrum, & iu-*

rii

ris interpretum sententiam.

5 *Quæ item iure nouo Pontificio iuxtà Decretum Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. editum.*

6 *Eiecti à religione, quandiù non redierint, subduntur iurisdictioni Ordinarij in habitu clericali, & sunt perpetuò suspensi ab exercitio ordinum indispensabiles ab ordinarijs.*

7 *Cap. fin. de Regul. intelligendum est etiam de eiectis iustè, ac definitiuè, seruato iuris Ordine, dummodò sit spes emendationis saltem ex literis testimonialibus Episcopi loci.*

8 *Decretum Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. editum bis in anno in publica mensa legi debet à Regularibus vnà cum decretis Clem. VIII.*

9 *Apostatæ fugitiui etiam deferentes habitum regularem possunt, ac debent ab Episcopo loci, vbi morantur in carceris conijci, & suis superioribus consignari, à quibus inquirẽdi sunt, & effici: vt aprehendantur salua iurisdictione Ordinarijs attributa per Concilium Tridentinum.*

10 *Nullus Religiosus debet permitti trãsire ad arctiorem Religionem, nisi priùs constiterit suo superiori eam Religionem esse paratam illum recipere.*

11 *Pœna præsumentium aliquid facere vel moliri contra prædicta Decreta.*

12 *Incorrigibilis non est eijciendus à Religione, nisi ob grauiora delicta, quæ propriè crimina dicuntur, de quibus fuerit conuictus, & castigatus iuxtà superius Decretum, nec sperari possit eum fore emendandum, sed potiùs alios ex eius praua consuetudine inficiendos, & deprauandos timeri.*

13 *Qui è carceribus aufugerit, dum in ieiunio, & pœnitẽtia probatur iuxtà formam Decreti Vrbani VIII. incorrigibilis est præsumendus, nec ipsũ reducere oportebit, sed eiectus à Religione declarari poterit.*

14 *Vt quis incorrigibilis declarari possit, & eijci à Religione, non est necesse, quòd idem specie delictum pluries commiserit, sed satis est, quòd in diuersa delicta prolapsus sit, & in eis persistat.*

15 *Sicuti non sufficit: vt quis dicatur incorrigibilis, quòd plura delicta occulta perpetrauerit, quæ à superiore minimè cognita impunita pertransierint, cum nullus sit iudicandus incorrigibilis, nisi seruata forma præscripta in Decreto supradicto Vrbani VIII.*

16 *Eiecti debent exui habitu Religionis, & iuberi incedere in habitu clericali.*

17 *Clerici Regulares eiecti non possunt prohiberi, quin incedant in habitu clericali; potest tamen interdici illa peculiaris vestitus forma, qua distinguuntur à clericis secularibus.*

18 *Eiecti à Religione monendi sunt se minimè solutos esse à Votis.*

19 *Eiecti debent vitam emendare: vt ad pristinam Religionem denuò admittantur.*

20 *Confutatur opinio Soti dicentis eiectos esse solutos à votis paupertatis, & obedientia.*

21 *Eiecti, si post correctionem non admittantur ad pristinam Religionem, debent aliam quærere, in quam recipiantur; si autem nullam inuenerint poterunt tutò manere in seculo.*

22 *Reijcitur opinio Nauarri dicentis eiectos esse exemptos à sua Religione, & posse, in quam maluerint, intrare.*

23 *Sicut vir potest compellere Vxorem dimissam propter adulterium ad secum cohabitandum, ità Religio eiectum ad Religionem.*

24 *Religio de iure cogi non potest ad recipiendos eiectos, neque ad præstanda eis alimenta.*

25 *Clericus secularis quis censendus sit incorrigibilis.*

§. XXIV.

1 INter meritas pœnas, quas Regularis subire potest, ea grauissima censetur, & quasi Principem locum tenere videtur, qua ob delictorum atrocitatem fraterna conuersatione indignus iudicatus, nè alios suo contagio inficiat, à religione expellitur contumax, & incorrigibilis.

2 Hoc remedium non solùm in Religionibus est necessarium, verùm etiam in Republica benè cõstituta, vt malis hominibus purgata Ciues in pace vitam quietam, & tranquillam transigan, iuxtà. *tex.*

tionibus cuiuscunque Religionis, & Ordinis etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: vt antequàm Regularis quispiam declaretur incorrigibilis, & à Religione expellatur; vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus præter ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur. Elapso autem anno, si adhuc in sua peruicacia permanserit, eijci tandem poterit ab ipsomet Generali tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis in singulis Capitulis, & Congregationibus generalibus eligendorum; instructo tamen secundùm eorum stylum, & Constitutiones processu, plenèque probatis expulsionis causis ad sacrorum Canonum præscriptum. *Admonentur autem Superiores regulares, nè faciles sint ad deueniendum ad huiusmodi grauissimum expulsionis remedium. Prohibentur præterea ijdem Superiores concedere literas testimoniales Religiosis eiectis, eos ad Sedem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliã ingredi Religionem.*

6 *Sic verò eiecti quandiù non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedere teneantur, atquè Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsint*. Propterea Generalis expulsionis sententiam eidem Ordinario illicò notificare teneatur. *Similiter Sacra Congregatio statuit: vt sic eiecti extrà Religionẽ degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio ordinum sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.*

7 Innouat etiam Constitutionem Gregorij IX. relatam in *cap. fin. de Regular. declarans eam procedere etiam in expulsis iustè, ac definitiuè, iurisque ordine seruato; si tamen subsit spes euidens emendationis in huiusmodi eiectis ex literis saltem testimonialibus Ordinarij.*

8 *Ne qua verò difficultas suboriatur in supradictis Decretis exequendis, eadẽ Sacra Congregatio iniungit, ac seriò mãdat omnibus Superioribus: vt bis saltem in anno, prima scilicet die post festum Sanctissimi Corporis Christi, & post primam Dominicam Aduentus tàm Decreta Clementis VIII. quàm præsentes ordinationes in publica mensa perlegi faciant.*

9 In eisdem etiam Decretis innouatis Constitutionibus Clem. VIII. ad reformationem Regularium editis, excepto illo capite, *quòd Nouitij non recipiantur, nisi prababita facultate ab eadem Sacra Congregatione, vel à proprijs locorũ Ordinarijs expressè, & nominatim approbati fuerint, à cuius quidẽ Decreti obseruatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absoluendos, prout auctoritate S.D.N. absoluit, atquè exemit. Præcipitur, vt fugitiui, & Apostatæ etiam habitum regularem deferentes possunt, ac debeant ab Episcopo loci vbi morantur in carceres conijci, ac eorum Superioribus consignari, atquè ipsi Superiores teneantur eos perquirere, & efficere: vt apprehendantur salua tamen facultate Ordinarijs locorum à Concilio Tridentino attributa. sess. 6. cap. 3. de Reform. iuxtà tex. in c. ne Religiosi. de Regular. Roderic. Quæst. Regul. tom. 1. q. 30. ar. 5.*

10 Vlteriùs, vt apostandi opportunitas Regularibus præcipiatur, eadem Sacra Congregatio statuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorẽ Religionem trãsire, nisi priùs Superiori constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumquè Regularis rectà se transferat ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

11 Postremò *si quis aduersus præscripta superiùs, aliquid facere, vel moliri quoquo modo præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, voeisquè actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, pœnaq; huiusmodi sit Sanctitati Suæ, ac Sedi Apostolicæ reseruata, ijsdem Superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seù relaxandi potestate penitùs interdicta, & nihilominùs sit irritum, & inane quidquid secùs à quoquam actum extiterit. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c. Dat. Romæ 21. Sept. 1624.*

12 Ex quibus hucusquè ennarratis de præsenti materia tria inferri posse arbitror. Primũ, hic nõ agi de minutis peccatis; in multis enim offẽdimus omnes, & de quibus dicitur *septies in die cadit iustus*; sed de grauioribus delictis, quæ propriè crimina dicuntur, & declarantur, quæ in Religionis detrimentum, & perniciem vergunt. Secundum, quòd de ijs non solùm fuerit seriò admonitus Religiosus &

in

priuatim, & publicè; sed etiam punitus, quæ omnia postulant per legitimas probationes de delictis fuisse conuictum, vel confessum; si enim hæc non intercedant, & si fuerit monitus, & castigatus, & ipse omninò deneget, neque probationibus conuinci possit, potiùs Superior foret reprehendendus cum illo iniustè egisse, quàm ipsum esse incorrigibilem, quem non constat commisisse, quæ emendare, & corrigere iubetur. Tertium, quòd ad eum deuenerit statum: vt & incurabilis, & insanabilis morbus reputetur, sperariquè non possit illum fore emendandum, cui & illud consequens est alios eius praua consuetudine inficiendos, & deprauandos fore. Non comprehenduntur tamen Moniales, quæ à Religione minimè expelli possunt etiam propter incorrigibilitatem, tum quia Iura, & Decreta Pontificia solùm de viris loquuntur; Tum etiam quia extat declaratio Sacræ Congregationis sub die 27. Maij 1603. his verbis. *Moniales incorrigibiles eijci non possunt, neque transferri inconsulta Sede Apost.* vide *Sanch. in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 9. n. 6.* Cui etenim tot fuere applicata remedia, & minimè profuere, credere par est, nec alia profutura, sed inemendabilem esse, & tanquàm equum indomitum, & infrenem ad flagitia cõmittenda cœcum vehi, atquè oportere, ne maiora committat, acriora adhibere remedia, & ferro abscindenda esse vulnera, quæ fomenta non sentiunt, & illos extorres fieri ab Ecclesia, qui Sacerdotali admonitione non corriguntur, *cap. in canonibus circà fin. 16. quæst. 1.*

13 Prætereà qui è custodia, vbi iustè detinetur inclusus ad eum probandum per annum in ieiunio, & pœnitentia iuxtà decretum superiùs relatum, aufugerit, incorrigibilem præsumendum esse nõ dubitarem; & per consequens à Religione eijciendum, quia emendatoriam recusat subire vindictam, sicut etiam qui aliam pœnitentiàm à Superiore iniunctam facere renuit, vt docet *S. Aug. in Regul. c. 23.* & de fuga testantur *Abb. in d. c. cum non ab homine. nu. 30. Felin. num. 13. de iudic. Castr. de iust. haret. punit. cap. 2. vers. med. Decian. lib. 4. cap. 9. nu. 130. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 26. nu. 4. & Thesau. c. 21. nu. 36. & 37.* qui etiam addunt posse in confessione delinquentem talia verba proferre, quæ facilè indicent illum perui cacem, & inflexibilem esse; sed non facilè admitti debent, nisi alia adsint argumenta. Prædictum autem Regularem, qui è carceribus fugerit, reducere ad Religionem non oportere existimo, sed tanquàm factum suæ pœnæ executorem, incorrigibilem, & eiectum declarari posse; cum, vt ait *S. Aug. in Regula. cap. 23. Si ipse non abscesserit de vestra societate, proijciendus sit. S. Bened. in c. 28. Si ipse discedit, discedat. & S. Bonau. in 4. sent. d. 35. ar. 1. q. 14.* ait *Quòd si Deo permittente talis se ipsum eijceret, gratiæ sunt Deo referendæ, non quia ille peccauit; sed quòd oues suas à pestifera contagione liberauit; vtinam, & abscindantur, qui vos conturbant scilicet puritatem vestram, pacem, & famam; & si dicatur quòd misero est miseratio adhibenda, vt iterum recipiatur in ordinem; respondi potest crudelis miseratio, vndè plures, & meliores offenduntur, sicut qui fures liberaret, vnde pauperes spoliarentur, maximè cùm tales longo vsu tepefacti, rarissimè, verè, & perseueranter emendentur, & facilis remissio alijs audaciam prabeat.* expendi poterit *cap. 1. de apostat.*

14 Incorrigibilis pariter præsumẽdus, & reputandus est, qui ad priora delicta reuertitur, & in illis obstinatus perseuerat vel alia similia, aut dissimilia cõmittit, nõ enim est necessariũ, vt quis inemendabilis iudicetur, quòd idem specie delictum plures committat; sed satis est, quòd in alia diuersa prolabatur, vt si furtum fecerit, punitus posteà in aliquod carnis crimen incidat, cuius cum pœnas dederit, inobedientiam manifestam ostendat, atquè ità varia perpetrare delicta non vereatur. contra *Sanch. in præcept. decal. to. 2. lib. 6. c. 9. n. 4.* vbi tenet non posse quemquã præsumi incorrigibilem, nisi cõmiserit multa delicta similia, idest æquè grauia, vel grauiora. Sed cum in delictis persistere non erubescat, incorrigibilis reputatur, quod verum est iure antiquo, sed iure nouissimo erit obseruanda formula præscripta in dicto Decreto Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. edito.

15 Quemadmodum etiam non sufficit: vt quis dicatur incorrigibilis, quòd plura perpetrauerit delicta occulta, quæ à Superiore minimè cognita impunita pertransierunt; non enim est iudicandus in-

corrigibilis, nisi priùs admoneatur, & corrigatur, ac pœnis afficiatur, iuxtà præscriptum Ordinem in præcitato Decreto sacræ Congregationis. *Farinac. in prax. tom. 1. quæst. 24. n. 9.* Ratioque ipsa docet, quæ admonitiones postulat, & correctiones, antequã quis habeatur incorrigibilis, & grauissima eiectionis pœna afficiatur.

16 His itaquè eiectis seruato præscripto ordine habitus Religionis detrahitur, & præcipitur, ne illo induti incedant, ne alios sub ouina pelle decipiant, neuè aliquam notam viris Religiosis inurant, idquè in sententia erit exprimendum; At si quis super habitus delatione iisdem fauere voluerit, per censuras ecclesiasticas erit compescendus; vt *Alex. VI. Ordini Minorum concessit, relatus à Sorbo. in compend. priuileg. verb. Eijcere. nu. 4.* Et *Nauar. tom. 2. de Regular. nu. 2.* illos teneri obedire testatur.

17 Porrò Clerici Regulares, cum in Clericali habitu incedant, & à Religione eiecti remaneant etiam clerici, non possunt prohiberi eodem habitu vti; interdiei tamen eis poterit illa peculiaris vestitus forma, qua huiusmodi eiecti à reliquis clericis secularibus distinguerentur, si proprio habitu suæ Religionis indui incederent, & ipsis iniungi: vt tanquàm clerici seculares habitum gerant.

18 Tandem monendi sunt eiecti se nequaquàm solutos esse à votis, quæ cum solemniter emissa fuerint, non possunt dissolui, nequè in illis dispensari, vt in *Constit. Prædicat. notatur. distinct. 1. c. 19.* Ac proindè nisi resipiscant in damnationem ruere, quia in seculo tuta conscientia manere non possunt.

19 Si autem suæ conscientiæ, & saluti consulere cupiunt eiecti, studeant vitam emendare, & ità se gerere, vt digni haberi possint, qui propter suam correctionem, & instantem postulationem in pristinam Religionem denuò admittãtur, paratiquè sint suo Prælato obedire, & quoties facultas detur, statim reuertantur; Hoc eos agere oportet, vt tuta conscientia extrà propriam, quam professi sunt, Religionem degere valeant, vt notauit *Sancb. cum alijs allegatis in praecept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 9. nu. 25. Sot. de iust. & iur. lib. 7. q. 2. art. 1. vers. superest hic demum.* vbi addit, quòd si correcta vita ad claustra rediens incorrigibilis non admittatur, tutum in seculo monere, & absolutum esse à votis obedientiæ, & paupertatis, & ab alijs annexis Religioni, non tamen eximi à voto Castitatis, eò quòd expressè illud emisit, nec Prælatus potuit ab eo illum liberare. Hæc *Sot. d. versic.*

20 Sed pace tanti viri, cum in sententia ipsius non sit absolutus à voto Castitatis, eò quòd illud expressè emiserit, quomodo potest solui ab alijs duobus, quæ etiam expressè, & solemniter emisit vna cum voto Castitatis? Cæterùm existimarem votum Obedientiæ commutari ad tempus in obedientiam Ordinarij, cui per sententiam eiectionis subijcitur eiectus, donec extrà Religionem reperitur; Paupertatem verò tenetur seruare secundùm illum statum; Vndè hæc duo vota dicuntur suspensa ad tempus; non autem extincta. *Nauar. comm. 2. de Regul. nu. 34. cum seqq. & comm. 3. nu. 46. Cordub. in reg. S. Fran. cap. 2. quæst. 21 punct. 3. Azor. Instit. Moral. tom. 1. lib. 12. c. 16. quæst. 4. 7. & 11. & cap. 17. quæst. 2.* & alij apud *Sanchez. in præcept. Decal. tom. 2. lib. 6. capit. 9. num. 27. in fin.*

21 Quòd si eiecti post debitam correctionem in suam pristinam Religionem non admittantur, de Superiorum facultate aliam Religiosorũ familiam petant, in quam transire possint, & in qua quod superest vitæ transigant, vt optimè S. Bonauent. dicit ad Reg. S. Francisci. quæst. 14. his verbis. *Et si demeretur in Ordine, qui vouit, non retineri, cum ex peccato suo non sit conditio eius melior facta: vt iam possit esse liber, sed potiùs deterior, oportet eum alium Ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari, & ad hoc illum cogit statutum vniuersalis Ecclesiæ, non ordo iste, & eius gratia permittitur ei ad inferiorem Ordinẽ transire, cum Superiorem non inueniat, ne aditus ei ad salutem præcludatur.* vide *Cordub. ad. Regul. S. Frãc. cap. 2. quæst. 21. punct. 3. S. Antonin. par. 3. tit. 1. cap. 4. in fin. & tit. 26. c. 5. §. 3. in fin. Angel. verb. Religiosus. n. 41. Sylu. verb. Religio. 6. quæst. 12. Armil. verb. Religio. nu. 15. & Tabien. quæst. 15. nu. 26.* contrà *Sanch. d. cap. 9. nu. 34.* Si verò in suam pristinam Religionẽ non admittantur eiecti post debitam correctionem, nequè aliam inueniant, in quam de Superiorum licentia recipiantur, eos in seculo tutò posse manere asserunt præallegati Doctores,

dummodò per ipsos non steterit, quominùs recipiantur,

22 Nec audiendus est *Nauar.* qui *to.1. consil.lib.3.de Regular.cons.78.* ait expulsum à Religione posse transire ad quamcunquè regulam siuè strictiorē, siuè æqualem, siuè laxiorem, quam potuisset intrare, si nunquàm intrasset illam, à qua iustè, ac deffinitiuè fuit eiectus; non enim est extincta obligatio; sed tantùm cessat ad tēpus, quod patet ex eo, quòd si emendatus denuò admitteretur ad pristinam Religionem, professionem non ampliùs emittere deberet; At in sententia *Nauarri* professio esset iterùm facienda, quia obligatio secundùm ipsum fuit semel extincta, & nisi noua fiat, non reuiuiscit. *vt not.glo.& DD.in l. qui res. §. aream. de solut. & l. inter stipulatorem. §.sacram. de verb. oblig.* Igitur dicendum est, quòd obligatio non fuit extincta.

23 Confirmatur hæc opinio illa crebriori calculo comprobata, quæ habet, quòd sentētia diuortij lata propter adulterium ab vxore commissum non impedit, quin integrum sit marito compellere vxorem etiam inuitam ad secum cohabitandum, vt tenet *S.Thom. in 4.sentent. dist.35. quæst.1.art.6. ad 3. S.Bonauent. ibid.art.1.quæst.14. Sylu.verb.diuortium. quæst.10.num.13. glos. in cap. ex literis. verb.redire.de diuort.* vbi *Io.Andr.& Abb.* cū alijs. *Felin.in c.lator.n.9.de sent.& re iud.Sanch.de matr.to.3.lib.10.disput.10. num.3.* Sicut enim illa sententia liberauit virum à cohabitatione vxoris, non verò vxorem à potestate viri, ità hæc liberauit Religionem, quæ ipsum eiectum non tenetur recipere, non autem Religiosum, qui tenetur vitam emendare: vt dignus haberi possit, qui recipiatur. Ad id etiam facit *tex.in cap.fin.de Regul.* vbi Pontifex statuit huiusmodi eiectos à Superioribus suis ad Monasteria esse reducendos; constat; igitur eiectos etiam iustè, & per sententiam definitiuam aliquo modo adhuc subesse suis Prælatis Regularibus, cum ab ipsis possint ad Monasteria reduci. Idem probatur ex *Sancto Bonauentur. dicta q.14. ad Regul.S.Francisc. Frider. de Sen.cons.38.* vbi *Lap.& cons.134. Consit.Præd.d.1.cap.19.S.Benedictus in Reg. cap 19.* Huiusmodi eiectos à sua Religione rer recipi debere decreuit, si cum omni animi submissione peccatorum emendationem spondeant, nouissimum tamen locū inter alios tenere iussit *not. Io. Andr. Butr. & Abb.in. d.c.fin.de Regul.*

24 Ex quibus infertur non posse Religionem compelli ad recipiendos eiectos ab ipsamet Religione; nam vt ait *S.Bonau.d.quæst.14.ad Regul.S.Franc.* Sedes Apostolica, quæ ius suum vnicuiquè seruat, & vult Ordinem in sua puritate persistere, non cogit Ordinem tenere illos, quorum conuersatio nociua esset in Ordine, quia tunc puniret innocentes, & reos foueret, atquè occasionem daret Ordinis corruptioni per tales pestiferos, si eos recipi oporteret. Et quamuis *tex. in d. c. fin. de Regular.* disponat hos eiectos esse requirendos, & recipiendos; subiungit tamen id præstandum esse, *salua Ordinis disciplina.* rectè *Sylu. verb. Apostasia.num.10.* Veruntamen si constiterit huiusmodi eiectos plenè correctos esse, posse eos cogere Religionem, ex qua eiecti fuerant: vt ipsos recipiat, aliqui inferunt *ex d.c.fin.* adiuncta declaratione Sacræ Congregationis; ibi enim præcipitur Prælatis: vt eos quærant, multò magis debent obligari eos recipere, si iam correcti redeāt; Sed cōtrariū videtur probabilius iuxta dicta superiùs. *n.23.* Nec minùs his eiectis alimenta præstari debēt à Religione, quoniam eum à Monasterij habitatione excludantur, Religionisquè habitu priuentur, cibaria quoquè ijsdem negari ipsa ratio suadet; alimentorum enim nomine habitatio, vestitus, & cibaria comprehenduntur. *l.legatis. de alim.& cibar.leg.* si igitur iustè habitatio, vestitusquè denegatur, cibaria item denegabuntur.

25 Clericus verò incorrigibilis ille censendus erit, qui ter, aut sæpiùs seuerè monitus, & castigatus nullo modo corrigitur, nec delinquere desistit, ità vt facilè colligi possit nullam præbere emendationis spem, sed incurabilem fore. Hæc est communis iuris interpretum sententia diuersis quidem explicata verbis; sed sensu, & mente concors: vt constat ex *Butr. in cap. cum non ab homine. num.22. Abb. num.28. Dec.num.78. de iudic. Diaz.in pract.crim.can cap.114.num.2. Iul.Clar. lib.5.§. fin. quæst.36. vers. sed quæritur. Menoch.cons.82.nu.97.& 127.lib.1. Sayr. lib.5.de censur.cap.21.à num.36. Decian. tract.crim. tom.1.lib.4. cap.9.nu.150. Farinac. tom.1.quæst.24. Maiol.de irregul.*

lib.5.

lib.5. cap.26. in fin. vbi addit. Sic itaquè declaratus incorrigibilis per Iudicem Ecclesiasticum potest comprimi per Iudicem Secularem absquè alia degradatione, & citat *Aret.* attestantem de communi *in d.cap.eum non ab homine*.

SVMMARIVM.

1 *Hæretica est opinio asserentium omnes Christianos esse sacerdotes noui Testamenti.*

2 *Clericus solemniter, & extrà casum necessitatis ministrare præsumens in ordine, quem non habet, est deponendus, & fit irregularis vlterius non ordinandus. & insuper pœna arbitraria mulctandus.*

3 *Laicus seriò se ingerere audens in exercitio ordinum incurrit prædictam irregularitatem.*

4 *Clericus non Sacerdos, qui repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel sacramentalem fidelium confessionem audiuisse, qua pœna afficiendus.*

Item Laicus si tale officium aggredi auderet.

5 *Ozias, qui officium Sacerdotis vsurpauit, fuit lepra percussus in fronte.*

6 *Leuitis etiam erat indicta pœna mortis, qui præsumerent ad altare, vel ad vasa Sanctuarij accedere.*

7 *Pœna falsi punitur, qui fingit se Doctorem, Notarium, aùt Comitem se insimulans, cum talis non sit.*

§. XXVI.

1 CVm à Sacro Concilio Tridentino *sess.*23. *can.*4. hæreticorum opinio sit damnata, qui asserũt omnes Christianos promiscuè noui Testamenti Sacerdotes, & omnes inter se pari potestate præditos esse, ità vt in Ecclesia Catholica Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ ex Episcopis, Presbyteris, & alijs ministris Ecclesiasticis constat, confundant, & subuertant; Manifestum est proximè his accedere illos, qui licèt id non affirment verbis, re tamen nefariam eandem videntur profiteri opinionem, cum non initiati clerici, aut è media plebe laici Sacrosanctum Missæ sacrificium offerre non vereantur, ac si essent ritè ordinati Sacerdotes. Graue scelus non leuiori pœna vindicandum.

2 Ministrare igitur præsumens in ordine, siuè in spectantibus ad ordinẽ, quem non habet, est deponendus, & vlteriùs non ordinandus, ac insuper pœna arbitraria puniendus. *cap.*1. vbi *Abb. & Doctores. & cap.*2. *de cler. non ord. minist. Abb. in c. vt quisquè. nu.*2. *de vit. & hon. cler. Felin. in proœm. Decretal. nu.*48. *Menoch. de arbitr. cas.*318. *nu.*21. *Graff. decis. aur. par.*2. *lib.*3. *cap.*12. *num.*24. *Cabal. resol. crim. cas.*176. *Bald. in l. qui sub prætextu. in fin. C. de sacros. Eccles. Diaz. in pract. crim. can. c.*12. *nu.*3. Nisi cum eo dispensaretur per Summum Pontificem, qui solus dispensat super hac irregularitate. *c. priuilegium.* 11. *q.*3. *cap. si decet.* 25. *quæst.*2. *Graff. d. num.*24. *Diaz. d. cap.*12. *num.*4. Quod tamen primo procedit, quando quis ministraret in apparatu solemni, secùs si non solemniter. *d. c. vt quisquè*, vbi *glo. fin. Abb. in d. cap.*1. *n.*1. *de cler. non ord. min.* Secundò procedit quando extrà casum necessitatis non Sacerdos baptizaret, aliter autem in casu necessitatis. *cap. ad limina.* 30. *quæst.* 1. *glo.* 3. *in d. cap.*1. *de cler. non ord. min.* Aut qui in priuato recitaret Euangelium, cum & Moniales illud recitent in Matutino. *cap. Diaconissam.* vbi *glo. fin.* 27. *q.*1. vel qui ignoranter. *cap.*1. *de cler. per sal. prom. cap.*1. ponderando ibi verbum, *Temeritatem. de cler. non ord. min.* Ille enim dicitur temerè agere, qui scienter rem prohibitam facit. *cap. ex literis. de diuort.*

3 Duplici igitur afficitur pœna & depositionis, & irregularitatis clericus exercens ordinem, quem non habet, quam irregularitatem extendunt etiam ad laicum, qui seriò in exercitio ordinum se ingerere audet. *Sylu. verb. Irregularitas. nu.*14. *Nauar. in Man. cap.*27. *nu.*242. *Suar. tom.*3. *in* 3. *par. S. Tho. disp.*31. *sect.*4. *Greg. de Valent. tom.*4. *quæst.*2. *punct.*1. *Tol. in Sum. lib.*1. *cap.*72. *Maiol. de irregul. lib.*4. *cap.*13. *num.*4. contra *Sayr. in thesaur. lib.*7. *c.*10. *n.*6. existimantes laicũ intromittentem se in exercitio ordinum non fieri irregularem, quorum rationes confutat *Suar.* suprà allegatus.

4 Quicunquè autem non promotus ad sacrum Presbyteratus ordinem repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel sacramentalem fidelium confessionem excepisse, à Iudicibus S. Inquisitionis, vel loco-

locorũ Ordinarijs tanquàm Ecclesiæ misericordia indignus à foro ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus statim Curiæ seculari tradatur per Iudices seculares debitis pœnis plectendus. Ità sanciuit Paulus IV. die 20. Maij 1557. Decreto 5. & die 17. Febr. Decreto 7. vt refert. *Maiol.* vbi supra. Gregor. XIII. in sua Constit. 21. quæ incipit. *Officij nostri*. Et Clem. VIII. Constit. 81. incip. *Et si alias*. *Roder. Quæst. regular. tom. 2. q. 28. art. 2. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 13. Fagundez de præcept. Eccles. 2. p. lib. 6. cap. 7. num. 7.* & nouissimè Sanctissimus D. N. Vrbanus Octauus. in sua Bulla icip. *Apostolatus officium* statuit, & decreuit: vt qui in posterùm ad sacrum Presbyteratus ordinem non promotus Missam celebrare, aut sacramentalem Confessionẽ audire præsumpserit, ætate minoris annis vigintiquinquè non excusetur; quominùs eidem Clementis Constitutioni subijciatur, dummodò vigesimum suæ ætatis annum compleuerit. Laicus verò temerario ausu Missam celebrare præsumens punitur pœna falsi, *Abb. in cap. 1. de cler. non ord. minist. Felin. in cap. tertio loco. nu. 1. de probat. Bald. in l. qui subprætextu. in fin. C. de Sacros. Eccles. Menoch. de arbitr. iud. cas. 320. n. 13. Farinac. de fals. & simul. quæst. 150. n. 85. Diaz. in pract. crim. can. cap. 12. nu. 2.* vbi etiam *Lopez*, qui dicit talem puniri posse à S. Inquisitionis Censoribus condignis pœnis tanquàm malè sentientem de Sacramento ordinis.

5 Nàm Ozias rex Iuda, qui vsurpans sibi officium Sacerdotis adolere præsumpsit incensum super altare thymiamatis resistentibus ipsi Sacerdotibus Domini, & dicentibus non fuisse Oziæ officium adolendi incensum Domino; sed Sacerdotum, hoc est filiorũ Aaron, qui cõsecrati erant ad huiusmodi ministerium, statim fuit lepra percussus in fronte coram Sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis. *Paralip. 2. cap. 26.*

6 Quinimmò & pœna mortis indicta erat Leuitis, qui præsumpsissent accedere ad altare, & ad vasa Sanctuarij. *Num.* 18. Quare Ozam ex eo quòd extenderat manum ad Arcam Dei, & tenuerat eam, iratus indignatione Dominus percussit, & statim mortuus est. *2. Reg. 6.*

7 Eadem pœna falsi puniendus est, qui fingit se Doctorem, cum non sit, si actum aliquem doctori conuenientem fecerit. *l. reddatur.* vbi *Bart. nu. 1. C. de professo. & medic. lib. 10. l. eos. §. qui se pro milite.* vbi *Bart. & Alex. ff. de fals. Abb. in cap. 1. num. 4. de magist. & in cap. 1.* vbi *Barbat. de cler. non ord. minist. Felinus in proem. Decretal. num. 37. & seqq. Boss. tit de fals. nu. 131. addit. ad Clar. in §. falsum. lit. E. vers. item se fingens. Menoch. de arbitr. cas. 318. nu. 21. Farin. d. quæst. 150. nu. 87. Aufrer. ad Capel. Tholos. quæst. 402. nu. 1.* Prædictam quoquè pœnam incurrit se faciens Notarium, qui non est, & conficiens instrumentum. *Bald. in proem.* Cod. *nu. 3. Boss. d. nu. 131. Menoch. d. cas. 318. nu. 25. Aufrer. ad Capell. Tholos. d. quæst. 402. n. 1.* Item qui Comitem, vel alium huiusmodi se insimulans, cum non sit, si fraude *id* fecerit ad alterius detrimentum. *Bald. in d. l. data opera. n. 50. C. de ijs qui accus. poss. Felin. in proem. Decretal. num. 37. & seq. Tiraquel. de nobil. cap. 13. num. 2.* Guid. *Pap. decis. 423. num. 2.* Capic. *decis. 130. num. 21. addit. ad Clar. d. lit. E. Menoch. d. cas. 318. num. 21. & seqq. Caball. resol. crimin. cas. 176.*

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur ordines furtiuè suscipere, & quibus modis.*
2 *Clericus ordines furtiuè suscipiens qua pœna puniatur.*
3 *Si quis promotus fuerit ad ordines non suscepto Confirmationis sacramento nullam censuram, aut pœnam in iure statutam incurrit, licet à culpa mortali non sit immunis.*
4 *Suscipiens ordines in aliena Diœcesi, quã pœnam subeat. Item & ordinãs.*
5 *Excommunicatus scienter suscipiens ordines qua pœna afficiendus.*
6 *Item qui suscipit ordines extrà tempora, & antè ætatẽ requisitam, quibus pœnis subiaceat.*
7 *Promouendus ad ordinem Presbyteratus debet attigisse 25. annum.*
8 *Conferens ordines sacros extrà tempora à iure statuta est suspendendus à collatione ordinum: sicut etiam promouens ad eosdem sacros ordines sine titulo beneficij, aut patrimonij cogendus est: vt ordinato prouideat de sufficienti victu.*

9 *Promotus ad ordines sacros sinè titulo patrimonij, vel beneficij, aut cum patrimonio ficto non incurrit aliquã censuram, aut pœnam in iure explicitam, debet tamen dare aliquam pœnam ratione fraudis, & doli, si quem commisit.*

10 *Clerici Regulares, siuè seculares more Religiosorum in communi viuentes nondum professi promoti ad ordines sacros sine titulo sufficientis patrimonij, aut beneficij sunt ipso iure suspẽsi, ac promotio est nulla.*

Quod non militat in Clericis Societatis Iesu post vota biennij, & antè solemnem professionem.

11 *Sunt pariter suspensi ordinati ab excõmunicato, deposito, suspenso, interdicto, siue schismatico, vel haeretico; Item ordinati sede Episcopali vacante cum dimissorijs Capituli, aut Vicarij Generalis Capitularis extrà casum necessitatis.*

12 *Clericus post susceptos sacros ordines renuntians ius sui patrimonij sine alio praecedenti pacto tanquàm legis violator pro modo culpa est arbitraria pœna puniendus.*

13 *Simoniacè promoti quas pœnas incurrant.*

§. XXVII.

1 Ille ordines furtiuè suscipere dicitur, qui ordinibus minoribus non contentus vna, & eadem die Subdiaconatum recipit. *cap. cum H. & cap. sequenti, de eo qui furti. ord. suscep. Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap. 25. vers. vna eademq.* Item qui contrà conscientiam sui Superioris, & sine examine se ingerit cũ multitudine ordinandorum in sero Episcopo ordinanre, & ordines recipit. *glos. in c. 1. verb. furtiuè, de eo qui furt. ord. suscep.* Qui pariter eadem die duos sacros ordines recipit. *cap. fin. de eo. qui furt. ord. suscep. cap. literas. de temp. ordin. Concil. Trid. sess. 23. cap. 13. de refor.* siuè etiam minores, nisi aliud Episcopo magis expedire videatur. *Concil. Triden. sess. 23. c. 1.* Similiter qui promouetur per saltum. *c. 1. de cler. per salt. pro. c. solicitudo. 57. dist. Host. in sum. eod. tit. §. fin. Nau. in Man. cap. 27. n. 242. Diaz. in pract. crim can. cap. 25.* Cum quo si non ministrauerit, aut priùs non erat lata excommunicatio Episcopus ex legitima causa poterit dispensare. *Diaz. cap. 25. Concil. Trid. d. sess. 23. cap. 14. in fin. de reform.* Et qui citrà auctoritatem Episcopi, eiusquè approbationem promouetur. *c. quando. 24. distinct. c. extrà conscientiam. 64. dist. gloss. in cap. 1. verb. furtiuè. de eo qui furt. ord. suscep. Concil. Trid. d. sess. 23. cap. 7. & 8. de refor.*

2 Clericus igitur ordines furtiuè suscipiens non solùm est suspensus à receptis, & excommunicatus, cum soleãt Episcopi in actu ordinationis juxtà formam in Pontificali traditam excommunicationem edicto promulgare contrà furtiuè ordines suscipientes; verùm etiam debet arbitraria pœna mulctari. *tot. tit. de eo qui furt. ord. suscep. cap. literas. de temp. ordin. cap. 1 de cler. per salt. prom. cap. fin. 9. q. 2. Graff. decis. aur. 2. p. lib. 3. cap. 12. num. 25. & 26. Menoch. de arbit. cas. 364. nu. 2.* Veruntamen *Suar. tom. 5. disp. 42. sect. 3. nu. 2.* obseruat cum alijs clericum ordines furtiuè suscipientem iure ãtiquo quidem contrahere excõmunicationem antè ordinationem latam ab Episcopo, sed hoc tempore nequaquàm; cum ex nouo Pontificali non videatur ipso iure lata, sed ferenda: Imò *Henriq. in sum. lib. 10. cap. 20. nu. 3.* cum Maiolo, & alijs in *comm. lit. D.* admonet talem excommunicationem non debere ab Episcopis ipso facto ferri, ne sit occasio injiciendi nouos laqueos; Verùm non comprehẽdo qua ratione iusta de causa nõ possit ipso facto infligi, sicut potest comminatoriè ferri. Praetereà Clericum ordinem furtiuè suscipientem incurrere irregularitatem tenet *Tol. in sum. lib. 1. c. 71. num. 5. Sà. verb. suspensio. nu. 19. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. nu. 39.* vbi plures allegat *Nauar. in Man. cap. 27. n. 242.* Contrarium defendit *Bonac.* cum alijs ab ipso adductis. *de cens. disp. 7. q. 3. punct. 4. prop. 4 n. 5.* vbi solùmodò cõcedit fieri irregularẽ ordinatum per saltum, si post ordinationẽ ministret in ordine per saltum suscepto,

3 Promotus ad ordines non suscepto Confirmationis sacramento nullam censuram, nequè pœnam incurrit; quia nullibi in iure exprimitur, & *Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. de reformat.* solùm disponit, quòd antè confirmationem nullus admittatur ad primam tonsuram; licet is à culpa mortali non sit immunis, nisi legitima ignorantia ductus id praestiterit: vt post

alios

alios tenet *Ignat. Lopez ad Diaz. in c.24. in princ.*

4 In aliena item Diœcesi ordines suscipiens sine literis dimissorialibus proprij Ordinarij, licet characterem recipiat, est tamen suspensus ipso iure; donec proprio Episcopo videbitur, & ordinans ab exercitio Pontificalium est pariter suspensus per annum. *cap.1.c.nullum.cap. Episcopi. cap.non inuitati. cap fin.9.q.2.cap.cos.* vbi Doctores.*de tempo.ordin.in 6.cap.Episcopus. 7.q.1.Cõcil.Trid.sess.6.c.5.& sess.14. cap.2.& sess.23.c.8.de reform. Rot.diuers. par.1. decis.731. num.1.* quamuis confere ns esset Cardinalis. *Rot. diuers. dicta decis.731.num.10.* Estquè alijs pœnis puniendus. *c. Lugdunensis.9.q.2. & d.c.eos.* Quinimò beneficijs Ecclesiasticis potest iure priuari præter alias pœnas à iure inflictas: vt sanciuit Pius Secundus in sua Const.7.incip.*Cum ex sacrorum.* quam refert etiã *P. Nal. in sua sum.v.Ordo.n.27.*

5 Sciens autem se excommunicatum esse, & ordines Ecclesiasticos accipere non formidans à susceptis ordinibus est in perpetuum suspendendus à solo Papa dispensandus. *cap.cum illorum.* vbi *Abb. in prin.de sent.excom. Ang.v. Irregularitas. §.22.Diaz.in pract. crim.can.c.13.* Quod etiam procedit,quamuis ab excommunicatione, qua erat ligatus,potuisset absolui ab inferiori citrà Papam: vt concludit, *Abb.post Ioan.And.*vbi supra, *& Ignat. Lopez ad Diaz.d.c.13.in princ.* vbi addit, quòd si probabili fuit affectus ignorantia talis excommunicationis, poterit à proprio Episcopo,qui in eo actu minimè deliquerit, dispensationem obtinere.

6 Item qui extrà tempora à iure statuta, seu antè ætatem legitimam se facit ad sacros ordines promoueri est pariter ipso iure suspensus ab exercitio suorum ordinum, & vltrà alias pœnas à iure generaliter inflictas beneficijs Ecclesiasticis iure priuari potest. Pius Secundus dicta *Const. 7. Cum ex sacrorum.* Cuius Constitutionis obseruantia præcipitur *à Regula 23. Cancellaria. Nauar. in Man. cap.25.nu.70.Tolet. in sum.lib.1.cap.49. num.4.Quarant.in sum. Bullar. v.Ordo.* Neque obstat Sixti V. Bulla 95. quæ incip. *Sanctum*, qua supradicti malè promoti priuantur quoquè ipso facto omnibus, & quibuscunquè per eos in titulum, Commendam, aut aliàs obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, quia huiusmodi Bulla ad terminos sacrorum Canonum, & prædictæ Constitutionis Pij Secundi, & Concilij Tridentini præterquã quoad simoniacè promotos, & promouentes fuit reducta à Clemente VIII. Const. 40. quæ incipit. *Romanum.*

7 Et cũ Concilium Tridentinũ. *sess.23. cap.12. de reform.* verbis prohibitiuis disponat neminem ad sacrum Presbyteratus ordinem promouẽdum esse antè vigesimum quintum annum, cupiens ad eundem ordinem promoueri attigisse debet vigesimum quintũ annum, cum non dicatur attingere prædictam ætatem, quipatitur defectum aliquot horarum, præsertim cum sacra Congregatio Concilij super eodẽ Capite 12.censuerit sufficere annum 25. fuisse cœptum, vt quis ad presbyteratus ordinem cæteris requisitis concurrentibus promoueri possit; non dicitur autem cœptus idem annus, quando deficiunt aliquot horæ. Proptereà prouisio facta non habenti ætatem in beneficio requisitam est nulla, quamuis ad ætatem requisitam paruum, vel modicum tempus desit, vt vna dies,vel hora. *Garc. de benef.par.7.cap.4.nu.84.* Vbi infert idẽ etiam procedere circà ætatem ordinum, quidquid alij per ipsum allegati asserant, qui non benè perpenderunt verba Cõcilij.

8 Conferens autem ordines sacros extrà tempora est suspendendus à collatione ordinum. *c.sanè.c.literas.& c.dilectus. in fin.de temp.ord.Graff. decis.aur. par.1. lib.3.cap.12.nu.15.* Et ordinans ad eosdẽ sacros ordines clericum sine titulo beneficij, aut patrimonij cogendus est: vt illi prouideat de victu sufficienti, prout declarauit sacra Cõgregatio Concilij super *cap.2.sess.21.de reform.§.Concilium renouauit.&§.ordinatus.Gonz.super Regul.8. Cancel.gloss.5.§.10.nu.23.cum seqq.Diaz. in pract.crim.can.c.18.* vbi *Ignat.Lopez. vers.sed tamen viri. Nauar. tom.1.consil. lib.1.de temp.ord.cons.14.nu. 4.Tolet. in sum.lib.1.c.48. n. 16. Nal.v.Ordo.n.18.*

9 Promotus verò ad ordines sacros sine titulò beneficij, aut patrimonij non est per hoc suspensus, neque aliquam pœnam incurrit;prout declarauit sacra Congregatio Concil. super *cap.2.sess.21. de reform. §.Concilium renouauit.& §.ordinatus. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss.5.§.10.nu.23.cum seqq. Ignat.Lopez*

ad Diaz.cap.18.verſ.ſed tamen viri. Auil. de cēſur.par.3.diſp.5.dub.9.V ectorel.add. ad Tol.lib.1.cap.48.nu.16. Idem dici poteſt de ordinato cum patrimonio ficto. *Tol.d.cap.48.num.16.*latè *Gonzal.d.§.10. num.27.cum ſeqq.* licet huiuſmodi ordinatus aliquam pœnam euadere nequeat ratione fraudis, & doli commiſsi. *l.* 1. *§.quibus nulla.ff.de effractor. l.*1.*ff. de extraor.crim.Gonzal.d.§.10.nu.31.&32.* Nec difficultatem faciat prædicta Sixti V. Bulla 91.in qua impoſita eſt pœna ſuſpenſionis, & priuationis beneficij promotis ſine titulo ſufficientis beneficii, vel patrimonij; quia huiuſmodi Bulla eſt ſublata, vt ſuperiùs dictum fuit, & ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini, ac præfatæ Conſtitutionis Pij Secundi per Clementem VIII. d. Conſt.40. reducta.

10 Clerici tamen Regulares, vel ſeculares Religioſorum more in communi viuentes nondum profeſſi, qui ſine titulo ſufficientis patrimonij, aut beneficij ad ordines ſacros promouentur contra formam Concilij Tridentini.*d.cap.* 2.*ſeſſ.* 14. ipſo iure ſuſpenſionem, & alias pœnas incurrunt, prout in Conſtitutione Pij V.quæ incipit.*Romanus Pontifex*; & ità cenſuit Sacra Congregatio Concilij ſuper eodem *cap.2.§.clerici tamen*. Quæ tamen Pij V. Conſtitutio non comprehendit Religioſos Societatis Ieſu, qui poſt tria vota emiſſa antè ſolemnem profeſsionem abſq; titulo poſſunt ad omnes ſacros ordines etiam presbyteratus promoueri de licentia ſuorum Prælatorum, de quo extant Apoſtolicæ literæ eidem Societati conceſſæ à Greg. XIII. vltima Februari 1573. incip. *Pium*.

11 Sunt pariter ſuſpenſi, qui ab excõmunicato, depoſito, ſuſpenſo,interdicto, ſiuè hæretico ad ordines promouentur. *Abb.in cap.* 2.*n.*1.*&* 2.*de ord.ab Epiſc.qui ren. Epiſc.Innoc.in cap.fraternitatis.n.3. de haret.Hoſt.in ſum.tit.de temp.ord.§.& à quo. nu.6.* & 11, qui ſunt ordinati ab Epiſcopo ſchiſmatico. *cap.*1. vbi *gloſſ. verb.irritas. & cap.fin.de ſchiſ.& ordin. ab eis*. Atquè ordinati ſede Epiſcopali vacante cum literis dimiſſorijs Capituli, ſiue Vicarij Generalis Capitularis extrà caſum neceſsitatis ſunt itidem ſuſpenſi ipſo iure. *Concil.Trid.ſeſſ.7.cap.*10. *& ſeſſ.23.cap.10.de reformat.*

12 Clericus autem poſt ſuſceptos ordines ſacros ius patrimonij ſibi conſtituti remittens nullo antè ordinationem conuento pacto tanquàm legis violator pro modo culpæ pœna arbitraria eſt puniendus. *Nauar.tom.*1. *conſil. lib.*1. *de tempor.ordin.conſ.*21.*Diaz.in pract.crim. can.cap.18.nu.*1.*d. verſ.ſed tamen viri.*

13 Simoniacè verò promoti non ſolùm ſunt ſuſpenſi. *Hoſt in ſum.tit.de temp.ord. §.& à quo.nu.6.&7.c.ſi qui à ſimoniacis.* vbi *gloſſ.verb.ſi qui.1.q.1.Nauar.in Man. c.23.nu.*111.Sed etiam incidunt in pœnas. in *dicta Bulla* 91. Sixti V. quam quoad ſimoniacè ordinatos in ſuo robore remanere voluit Clem. VIII. dicta Conſt. 40.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos plures miſſas celebrans eadem die punitur pœna extraordinaria etiã triremium, & grauiori, præſertim ſi id facere præſumeret pro pecunia, & oblationibus.*

2 *In die Natiuitatis D.N.I.Chriſti quilibet Sacerdos poteſt tres Miſſas celebrare;non tamen tenetur ex obligatione, ſicut nullus fidelis tenetur eodem die tres audire, ſed vnam tantùm.*

Ordo celebrandi tres dictas Miſſas,quẽ tranſgrediens mortaliter peccat.ibid.

3 *Sacerdoti, qui præeſt duabus Eccleſijs duobus ſacrificijs indigentibus, licet bis ſacrum facere eadem die,non plu ries.*

4 *Referuntur alij caſus,in quibus ſecundùm diuerſas opiniones licet Sacerdoti bis ſacrum facere eadem die.*

5 *Sed nunc raro contingit propter multitudinem Sacerdotum: vt quis licitè bis poſſit ſacrificare eodem die.*

6 *Laicis nõ licebit bis eadem die Euchariſtiam ſumere neque Sacerdoti nõ ieiuno duplex ſacrum facere, vndè ſi in priori ſumpſerit purificationem, non poterit iterùm ſacrificare.*

7 *Excipiuntur aliqui caſus,in quibus Sacerdos non ieiunus poteſt ſacrum facere, ſicuti laicus non ieiunus poteſt Euchariſtiam ſumere in articulo mortis per modum Viatici.*

8 *Pœna Sacerdotis celebrantis non ieiuni præterquàm in caſibus exceptis.*

9 *Miſſa non poteſt celebrari niſi in altari conſecrato, & in locis Deo conſe-*

cratis

cratis, nec iu Oratorijs priuatis sine auctoritate Summi Pontificis.

10 Calix quo vtitur Sacerdos in sacrificio Missæ, debet esse consecratus, & sacro chrismate perunctus cum patena, quorum materia esse debet aurū, vel argentum, aut stannum; sed communior materia hodiè Calicis, & Patena solet esse argentea.

11 Qui testamento legaret Calicem alicui Ecclesiæ, intelligeretur de argento.

12 Corporale quo vtitur Sacerdos in sacrificio Missæ debet esse lineum, poterit tamen in extremitatibus ornari auro, vel serico.

13 Sacerdos non potest celebrare cum baculo, aut capite cooperto.

14 Neque cum solo vino sine aqua, quæ miscetur necessitate præcepti, non sacramenti.

15 Neque in pane fermentato, aut alio pane præter triticeum.

16 Neque sine lumine, quod ex communi vsu debet esse ex cera, de necessitate tamen poterit esse ex oleo, & duplex ad minùs adhiberi debet.

17 Nec potest sacerdos sacrum facere sine ministro, qui masculus debet esse non fœmina, & si necessitas vrgeat celebrandi, debet potius solus celebrare, & sibi respondere, quàm fœminam adhibere: vt ministret.

18 Nec sine Vestibus sacris, quæ sunt Amictus, Alba, Cingulum, Manipulum, Stola, & Planeta.

19 Qui contra prædicta celebrare ausus fuerit, & sine debitis solemnitatibus, ritibus, & orationibus ab ecclesia introductis est suspendendus, & alia grauiori pœna pro qualitate delicti arbitrio Iudicis erit puniendus.

20 Sacerdos celebrans post ebrietatem non præmissa digestione est beneficijs priuandus, & alijs pœnis pro qualitate excessus, & persona arbitrio Iudicis mulctandus.

21 Sacerdos non debitis horis celebrans est puniendus arbitrio Iudicis.

22 Episcopus potest iusta causa celebrare, vel ante se celebrare facere ante diē, & post meridiem, sicut etiam sacerdos paulò ante lucem, & paulò post meridiem.

23 Missam incompletam relinquens Sacerdos sine prauentu patentis molestiæ est ipso iure suspensus.

24 Pœna arbitraria Ordinarij est puniendus sacerdos cuius negligentia de Christi sanguine aliquid stillauerit in terram, vel super Altare, aut linteum, vel qui per ebrietatem, aut voracitatem Christi corpus euomuerit.

25 Sacerdos celebrans, & non sumens corpus, & sanguinem Christi, aut corpus sine sanguine per annum est suspensus.

26 Sacerdos conscius peccati mortalis; cum debeat abstinere à celebratione Missæ, si fingat se celebrare, & non consecret, sed sumat tantùmmodò panem, & vinum, Iudicis arbitrio grauiter erit castigandus.

27 Potest tamen sacerdos conscius peccati mortalis sacrum facere in aliquibus casibus etiam non ieiunus; ad communicandum tamen infirmum nunquàm licebit non ieiuno celebrare.

28 Sacerdos excommunicatus, interdictus, aut suspensus celebrare præsumens non solùm efficitur irregularis, sed etiam est deponendus, & beneficijs priuandus, sicut etiam qui celebrat in locis interdicto suppositis; Religiosi verò sunt recludendi in arctioribus Monasterijs ad agendam ibi pœnitentiam.

29 Celebrans diuina, vel sepeliens cadauera in Ecclesia polluta, vel interdicta est suspensus ab ingressu Ecclesiæ præter alias pœnas à iure statutas.

30 Celebrans vel celebrare faciens vespertino tempore indignationis Apostolicæ, & perpetuæ suspensionis à Diuinis, ac alijs arbitrarijs pœnis est plectendus.

31 Pœna indignationis Principis incurritur per eos, qui Principis mandato, & præcepto non parent, & est arbitraria vsquè ad mortem.

32 Sacerdos latinus ritu Græco, & Græcus ritu latino celebrans est suspensus.

33 Sacerdos Missas celebrans super rebus profanis aptis ad sortilegia peragenda, vel abutitur vasis, aut vestibus sacris in sortilegijs, vel in celebratione sacrorū porrigit Deo nefandas pre-

ces, est deponendus. beneficijs priuandus, & perpetuò carceri mancipandus.

34 *Sacerdotes quamuis pauperes non possunt accipere plura stipendia pro vnica Missa.*

35 *Missarum reductiones pertinent ad Sedem Apostolicam.*

36 *Sacerdos non potest acceptare Missam celebrandam cum certa eleemosyna, & eandem Missam alteri Sacerdoti committere retenta sibi parte eleemosyna.*

37 *Licitum tamen est locis pijs retinere aliquam portionem pro expensis, quas subeunt, si aliundè non habeant, vndè dictas expensas suppleant.*

§. XXVIII.

1 CVm semel passus sit Dominus Noster Iesus Christus, semel tantùm vna die celebrare licet; Valdè etenim felix est, qui vnam dignè Missam celebrare potest. *cap. sufficit.* vbi *Archid. & Turrecr. de consecrat. d. 1. cap. consuluisti. & cap. te referente. de celebrat. Mis.* Quarè plures Missas celebrans eodem die vltrà peccatum mortale, quòd committit, pœna mulctandus est extraordinaria. *Diaz. in pract. crim. can. cap. 35. nu. 2. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 15.* quos sequitur *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 417. Prax. Archiep. Neapol. cap. 79. num. 2. Nauar. in Man. cap. 25. num. 83. Azor. par. 1. Instit. Moral. lib. 10. cap. 24. quæst. 8. Sylu. verb. Missa. 1. quæst. 7. Ricc. in prax. resol. par. 1. resol. 301.* Etiam triremium ad triennium, & grauiori pœna feriendus esset, qui pro pecunia, aut oblationibus secularium vna die præsumeret plures Missas facere. *d. cap. sufficit. Prax. Archiep. Neapol. in addit. ad d. c. 79.* Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus ab eodem Sacerdote vna die plures Missæ licitè celebrari possunt.

2 Primus casus est; In die Natalitij Domini Nostri Iesu Christi, in quo de consuetudine totius Orbis Christiani receptissima ab eodem Sacerdote tres Missæ celebrari possunt in memoriam trium Natiuitatum æternæ scilicet, temporalis, & per gratiã in nobis. *c. in nocte. de consecr. d. 1. d. c. consuluisti. & d. c. te referente.* vbi *gloss. prima & Io. Andr. de celeb. Miss.* Nullus tamen Sacerdos de iure communi tres Missas celebrare tenetur; sicuti nec vllus audire de præcepto, sed vnicam tantùm. *Nauar. in Man. cap. 21. num. 2. & cap. 25. n. 87. & cons. par. 1. lib. 3. de celebr. Missa. cons. 1. Sylu. verb. Missa. 1. quæst. 7. S. Tho. 3. par. quæst. 8. art. 2. ad 4.* contrà *Henriq. in sum. lib. 9. de Missa. cap. 30. num. 6.* vbi affirmat Parochos teneri tres Missas facere eo die; sed qua ratione id asserat non capio; quia sicut Parochiani non tenentur nisi vnam audire, nec Parochi plures facere secluso scandalo, & contemptu; Deindè Ecclesia concedit ex priuilegio tria offerre sacrificia in die Natiuitatis Domini, nemo igitur tenebitur de iure ex obligatione tres Missas celebrare. Ordo autẽ illas celebrandi est: vt prima dicatur post mediam noctem, Secunda diluculo, quum dies aduentat. Tertia tempore habili sequenti; possunt verò dici omnes tres media aliqua temporis intercapedine, die tamen non nocte; nam post mediam noctem, & ante auroræ lucem non nisi vna dici potest sub mortali, cum consuetudo non habeat, nisi vt vna tantùm dicatur ante diem post mediam noctem. Et quòd mortale peccatum sit omnes tres celebrare ante auroræ lucẽ expressè docet *Sylu. verb. Missa. 1. quæst. 6. Angel. eod. verb. §. 40. Nauar. in c. nocte. de celebr. Miss. & in Man. cap. 25. num. 85.* quos sequitur *Fagundez in tract. in quinq. præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 3. cap. 16. n. 3. & Victorel. in addit. ad Tol. lib. 2. cap. 1. vers. Episcopi qui. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 4.* cum alijs apud *Fagun. loco citato. & cap. 17. num. 2.* vbi plures cumulat Doctores, qui vniformiter & communiter damnant peccati mortalis Sacerdotẽ, qui reliquas duas Missas Natalitij Domini ante lucem celebraret. Excipitur Episcopus, qui ob eius prærogatiuas celebrare potest, vel facere ante se celebrare ante lucem, & post meridiem. *Victorel.* cum alijs ab ipso citatis *d. vers. Episcopi.*

3 Secundus casus est quum Sacerdos præest duabus Parochijs, aut Ecclesijs duobus sacrificijs indigendibus, & nõ est alius sacerdos, qui aliud possit celebrare, & in locis, vbi rari sũt Sacerdotes, vt in Anglia, Hibernia, & in nõnullis partibus Germaniæ, & in Indijs tàm Oriẽtalibus, quã Occidẽtalibus, & in aliquibus Sabandiæ partibus cõtingere vidi, & in alijs Prouincijs, in quibus

quilibet Sacerdos bis poterit eodem die exigente necessitate celebrare, non pluries, quia in *c. consuluisti. de celebrat. Missar.* solùm bis in die conceditur in necessitate celebrare, & sacra Congregatio die 13. Maij 1528. censuit diebus festis duas Missas celebrari posse in Austria superiore ob penuriam Sacerdotum, à qua ab hæreticis expulsi fuerant. Hæc autem necessitas non est desumenda ex parte inopiæ, & paupertatis Sacerdotis, sed ex parte indigentiæ spiritualis populi, & penuriæ, ac raritatis Sacerdotum. *Azor. par. 1. Inst. Moral. lib. 10. cap. 24. §. quærens an. Henriq. lib. 9. de Miss. cap. 30. num. 7. Tabien. verb. Missa. §. 42. Sum. eod. num. 25. Sylu. eod. 1. quæst. 7. Angel. eod. num. 46. Nauar. in Man. cap. 25. num. 87.*

4 Tertius casus est, quum peracto sacrificio superuenit Cardinalis, Episcopus, Princeps, aut huiusmodi persona, & nullus alius adest Sacerdos, qui alteram Missam celebrare possit. *Abb. in d. cap. consuluisti. num. 3. Ioan. And. num. 5.* Nam Episcopum non decet sine Missa transire vllam diem sine rationabili causa. *cap. fin.* vbi *Franc. Io. Andr. Monac.* & alij. *de priuileg. in 6. Nauar. cap. 25. num. 87. vers. secundus casus. Vectorel. addit. ad Tolet. lib. 2. cap. 1. vers. Episcopi.* Non tamen hoc iniungitur Episcopo sub reatu peccati mortalis, sed de congruentia. *Ricc. in prax. resol p. 2. resol 203. nu. 6.* ità procedit *d. c. fin. de priuileg. in 6.* sicut dicimus, quòd Episcopus quolibet die Dominico debet esse præsens in Cathedrali Diuinis officijs, nisi legitimo detineatur impedimento. *cap. Episcopus.* vbi *gloss. de consecrat. d. 3. Ioan. Andre. in d. cap. te referente. de celebrat. Miss. num. 3.* vbi subdit, quòd tunc celebrare debeat, quasi debitum reddens suæ sponsæ. Nec solùm quum peracto sacrificio Episcopus, aut magnus Princeps superuenit, sed etiam quum mane iter sunt aggressuri, poterit Parochus duas Missas dicere alteram mane; alteram verò suis Parochianis in defectu aliorum Sacerdotum; Item quum superueniunt multi Peregrini, vel ad aliquem locum celebrem Religione iter facientes confluunt, tunc enim licitum est in defectu alterius Sacerdotis, alteram Missam facere; vt ij præcepto Ecclesiæ, ac deuotioni suæ satisfaciant. *Nauar. in Man. d. cap. 25. num. 87. vers. secundus casus. & par. 1. consl. lib. 3. de celebrat. Missar. consil. 2. & tract. de orat. capitulo 16. numero 56. & in Miscel. 43 numero 219.* vbi censet id etiam licere, si multi superuenerint operarij, solicitatores, & causarum actores, ad ipsorum preces, quod tamen licere existimo, vbi verisimile est aliam non posse audiri Missam. In prædictis autem casibus, & alijs similibus, si peracta sit consecratio, vel cœpta, debet Sacerdos Missam finire, & postea poterit aliam incipere; si verò Euangelium dictũ sit, vel Canon inceptus, vel finitus, poterit ea iterùm repetere, & Missam ab introitu incipere, vt aduertit *Henriq. in Sum. lib. 9. cap. 30. num. 7.* At si tantùm epistola sit finita, necesse non erit Missam reassumere, cum eadem sufficiat ad impletionem præcepti, nequè enim epistola videtur pars notabilis sacrificij, vt putat *Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 7. cap. 3. quæst. 2. Suarez. tom. 3. de sacram. disp. 88. sect. 2. vers. Secũdo quæritur.* Alij tamen existimant esse partem notabilem à principio vsquè ad Epistolam inclusiuè. vt *Nauar. in Man. cap. 21. nu. 2. Tol. lib. 6. cap. 7. num. 2.* ac propterea erit repetenda à principio in opinione illorum. Quartus casus est, quando superuenit mortuus parœcianus sepeliendus in loco, vbi consuetudo, vel Synodalis constitutio est, ne quis absquè Missa sepeliatur, secùs si talis mos, vel constitutio non detur. *Nauar. in. Man. cap. 25. num. 87. vers. tertius casus. Henriq. d. c. 30. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 10. cap. 24. vers. excipiunt tamen Doctores. Tabien. verb. Missa §. 42. Sylu. verb. Missa. 1. quæst. 7.* Quintus casus est, quãdo ægroto sacrum Viaticum deferendum est, & non extat Eucharistia consecrata, & Sacerdos postquàm communicauit ante perfusionis vinum sumptum admonetur de necessitate infirmi; tunc enim licitè poterit Parochus iterùm sacrum facere ad communicandum infirmum per modum Vatici. ità *Nauar. Sylu. Tabien. Angel & Azor.* locis supra allegatis cum *S. Thom. 3. par. quæst. 31. art. 2. ad. 5.* Si tamen Sacerdos admoneretur, antequàm sacrã Hostiam sumpserit, de necessitate infirmi, tunc particulam suæ Hostiæ seruare debebit pro dicto ægroto communicando per modum Viatici. ità docet *S. Tho. in. 4. dist. 12. quæst. 3. Sylu. verb. Eucharistia. 2. nu. 15. vers. septimum si celebrante. Sà. verb. Eucharistia.*

stia.nu.15. Henriq.in sum.lib.9.de Missa.cap.30. num.7. Nec solùm in casu necessitatis; sed etiam in casu deuotionis id fieri potest, vt docet Suar.tom.3.in 3.par. disp.85.sect.2. vers. secundo in sumptione. Sylu.l.c. Palud. in 4.d.12. quæst.1.art.5. conclus.2. Sextus casus est ob nuptiarum benedictionem, quum consuetudo est, aut constitutio Synodalis, vt præeunte Missa nuptiarum benedictio fiat, ità docet Nauar.d.cap.25. num.87. Henriq. d.num.7. qui addit, si tempus maximè nuptialium benedictionum expiret, de quo agit Concil.Trident.sess.24.cap.10.de Matrim. Septimus casus est, quando eodem die concurrunt duo Missæ sacrificia, iuxtà statutum, & morem ipsius Ecclesiæ, & solùm est vnicus Sacerdos, qui sacrificare possit, vt si in Quadragesima, aut Vigilia occurrat festum, vel in Ecclesia Collegiali, in qua semper vna Missa de proprio officio diei, & altera pro Defunctis dici debeat. Henriq. l.cit. argum.cap.creatura.de celebrat. Miss. Verùm illud cap. loquitur de Anniuersarijs, & Missis solemnibus, non de quotidianis, & priuatis. In Pascha tamen non licet fieri specialem Missam de Requie. Alij plures casus excipiunt, alij pauciores; generaliter tamen loquendo, quando occurrit causa, quæ arbitrio boni viri iusta videatur, cuilibet Sacerdos bis poterit licitè sacrificare eodem die, vt docet Nauar. cap.25.nu.87. Azor.Instit. Moral. p.1. lib.10. c.24. vers. excipiunt. Henriq.d.lib.9.de Miss.cap.30.n.7.& alij. Quod etiam colligi potest ex d. cap. consuluisti. de celeb. Missa. vbi excipitur causa necessitatis, & ibid. gloss. addit Causa honestatis, vel vtilitatis; quando autem ius aliquid absolutè & nõ certo modo statuit, definitio arbitrio, & iudicio prudentis viri committitur. l.1. ff. de iur. delib. & cap.de causis.de offic.Iud.deleg.

5 Verumtamen nostris temporibus rarò continget; vt idem Sacerdos eodem die bis licitè sacrificare possit propter multitudinem Sacerdotum vbiquè locorum. Vndè vt notat Azor. d. vers. excipiunt. Ob prædictam multitudinem Sacerdotum omnes ferè prædicti casus excepto primo, & secundo in desuetudinem abierunt; vbi verò illorum necessitas occurrerit, adhuc eodem die bis sacrificare licebit: quamuis enim in omnibus ferè Orbis partibus multi iam sint Sacerdotes; non rarò tamẽ inter Catholicos aliquis ex prænnumeratis casibus poterit euenire, aut plures, in quibus prudentis iudicio necesse sit tũc bis sacrificare præsertì in pagis, ac oppidis rusticanis, in quibus nõ tã facilè est adinuenire Sacerdotes, quicõmodè possint spiritualibus necessitatibus proximorũ subuenire; nã in populosis vrbibus, aut oppidis cultioribus rarò id cõtingere poterit propter multitudinẽ Sacerdotũ, qui in illis tot iã sũt, vt alij alijs impedimẽto sint, nec tamen ideò proh dolor videmus fideles pietate, ac deuotione feruentiores.

6 Aduertendum tamen est in prædictis casibus nunquàm licere Sacerdotibus non ieiunis sacrificare; nam si in priori Missæ sacrificio vinum purificatorium sumpserint, posterius sacrificium offerre minimè poterunt: cap.ex parte.de celeb.Miss.Azor. Instit. Moral. par.1.lib.10.cap.24. Henriq. in Sum.lib.9.de Miss. cap.30. Nauar. in Man. cap.25. num.88. Neque laicis licebit bis eadem die Eucharistiam sumere, ratio diuersitatis est, quia sacrificium Missæ est de se publicum, & prodest alijs, sumptio autem Eucharistiæ non est sacrificium publicum, & solùm prodest suscipienti, quæ ratio videtur concludere, cur liceat Sacerdotibus pluries eodẽ die sacrum facere, non autem laicis pluries communicare. vide Sylu.verb. Missa. 1.quæst.7. Palud in 4. d.12.quæst.1.art.4. Azor.Instit. Moral.part.1.lib.10.cap.24. vers. quæres an.

7 Et quemadmodum aliquando est licitum laicis non ieiunis sanctissimam Eucharistiam sumere, vt in articulo mortis per modum Viatici, sic etiam licebit sacerdotibus non ieiunis sacrum facere in aliquibus casibus. Primus est propter integritatem sacrificij, quando loco vini aquam Calici sacerdos infundit, nec aduertit, nisi cum assumpta hostia, aquam etiam assumit, tunc enim, vel denuò debet consecrare Hostiam, & Calicem, vel saltem Sanguinem; quia præceptum diuinum integrandi sacrificiũ est fortius præcepto humano cõmunicãdi ieiunè. S.Tho. 3.par.quæst.83. art.6. ad 2.Tolet.in Sum. lib. 2.cap.1.num.2. Suar.tom.3. in 3.part. disp.68.sect.6.in princip. Henriq.lib.8. de Euchar.cap.50.nu.3.Sot.in 4.distinct.13. quæst.2.Nauar.in Man.cap.25.num.91. & idem si post consecrationem Sacerdos recordetur se non esse ieiunum, tenetur

integrare sacrificium; si verò ante consecrationem reminiscatur se non esse ieiunum. *S.Thom.* & cum eo *Suar. & Tolet.* existimāt teneri Sacerdotem ab inchoata Missa desistere quādo sine infamia,& scandalo fieri potest,quod raró eueniet. Idem etiam asserendum,si quando sacerdos post consecrationem repentino morbo corripiatur, & non possit sacrificium perficere, tunc enim si non adsit sacerdos ieiunus; qui possit perficere illud sacrificium, debet illud perficere alius sacerdos non ieiunus ob eandem rationem integrandi sacrificium. *cap.nihil.7.quæst.1.Nauar.dicto cap.25.num.86. Angel.verb. Eucharistia. 3.§.1.Sylu.verb. Eucharistia.2.q.9.n.12. Suarez.tom.3. in 3.part. disp.68.sect.6.in princip.Fagund.3.præcept.lib.3.c.5.n.25. & seqq.* Secundus casus est, quando post ablutionē sacerdos inuenit particulas in Corporali,vel in Patena, tunc enim debet illas sumere, nisi notabile tempus transierit. *Tolet. d.num.2. Caiet. verb. Missa.in Sum.& tom.2.Opusc.tractat.33. de celebr. Missæ.quæst.1. Nauar. d.cap.25.num.89.* quia illa sumptio reliquiarum est per modum complementi vnius integri sacrificij. Tertius casus est si occurrat incursus hostium infidelium, à quibus verisimile sit sanctissimum Sacramētum iniuriosè tractandum fore,tunc quidem non tantùm à sacerdote non ieiuno poterit sumi, verùm etiam à quolibet laico proprijs manibus non existente sacerdote,hic enim casus est extremæ necessitatis, & ideò cessat omnis obligatio cuiuscunquè præcepti Ecclesiastici, ità *Fagund.in præcept.Eccles.3.præcept.lib.3.c.5.in fin.* Quartum casum addit *Henriq.in Sum.lib.8. de Euchar. cap.46. in princ.* quem sequitur *Fagund. in præcept.Eccles.3.præcept.lib.3.cap.9.n.2.* Si sacerdos potato veneno sentiat se morti propinquare, poterit non ieiunus Missam celebrare: vt se ipsum communicet,si non adsit particula consecrata; quoniam tunc se communicat per modum Viatici. Non tamen sacerdoti non ieiuno licebit celebrare,& consecrare: vt alios communicet etiam in articulo mortis per modū Viatici. ità docent *S.Thom.3.par. quæst.80. art.8. & q.83. art.6. ad.4. Henriq. dicto cap.46.nu.1.in fin.Nauar.in Man.cap.21. num.53.Sylu.verb.Eucharistia 3.quæst.6. Fagund.dicto cap.9.nu.3.*

8 Quare si sacerdos celebraret nō ieiunus præterquàm in casibus supradictis poterit priuari officio,&beneficio; ità *Fagundez dicto cap.9.num.3.* allegans *Card. in cap.nihil.7.quæst.1.& in cap.ex parte. de celebr.Miss.& Bernar. Diaz. in pract. crim.can cap.34.& Boer.decis.4.* & poterit excommunicari. *Fagund.d.n.3.* Ratio diuersitatis est, quia aliud est dare, & accipere Viaticum in articulo mortis; aliud celebrare,seù consecrare: vt ipsum Viaticum infirmis detur in eodem articulo; Illud permittunt iura non ieiunis, hoc minimè, tantùm enim infirmo non ieiuno in eo mortis articulo concedunt iura communicare. *Nauar.dict.cap.21. num.53.in fin.Fagund. dict.num.3.in fin.*

9 Missa verò non nisi super Altari consecrato, ac in locis Deo consecratis, non autem in priuatis locis celebrari potest. *Deuteron.12.cap.sicuti.c.Missarum.c.hic ergo. & cap. nullus. de consecrat. dist.1. Card. in cap. fin. de celebr.Miss. Barbat. cons.52.num.2.vol.1.Concil.Trident.Decreto de obseruand. & euitand. in celebr. Miss.§.neminem præterea. Diaz.in pract. crim. can. cap.39.* vbi etiam *Ignat.Lopez.* Nequè in Oratorijs priuatis. *cap. vnicuiquè, & cap.clericos.de consecrat. d.1.auth. vt in priu. dom.sacr.mist. non si. Barbat. dict.cons.52.num.2. Concil.Trid.d.§.neminem.* vbi sæpè fuit resolutū per sacram Congregationem non posse Episcopum vigore Concilij Tridentini tribuere facultatem Missas celebrādi in Oratiorijs priuatis, talemquè concessionem Sedi Apostolicæ reseruatam esse. ità etiam docet *Nauar.in Man.cap.25.num.82. & to 1. consil.lib.1.de consist. cons.1.nu.7. Azor. Instit.Moral.par.1.lib.10.cap.26.quæst.3.* & apud *P.Nal. in Sum. verb. Missa.post nu.31.* extat Epistola huius resolutionis ad Archiepiscopum Bonon.

10 Nec in Calice non consecrato,& sacro Chrismate peruncto eum Patena,quæ non debēt esse de ære,vel aurichalco,quia hæc facilè æruginem contrahunt,& ad vomitum prouocant. Nec de vitro, aut de cristallo propter fragilitatem, ne Christi sanguis effundatur, nequè ligneus propter poros, ne sanguis eos subintret, & foras effluat, nec lapideus propter ineptitudinē materiæ. *cap.vasa. & cap.vt calix.de consecrat.d.1.* vbi dicitur,quòd materia Calicis debeat esse ex auro, vel argento, aut stanno, & consequēter quia de his tantùm

fit mentio, excluditur omnis alia materia, vt docet *Sylu. verb Calix. num. 1. Fagund. tract. in præcept. Eccl. 1. præcept. lib. 3. c. 21. nu. 10.* vbi testatur se vidisse Fratres è Prouincia S. Antonij Familiæ Franciscanæ vti Calicibus ex puro ære, metalloquè confectis, sed inauratis ad euitandam æruginis contractionem, & periculum vomitus, qui ità limpidi erant; vt non ex ære inaurati, sed merè aurei putarentur; solùm enim pondere, & pretio ab auro distinguebantur. Communis itaquè materia Calicis, & Patenæ est aurum, argentum, & stannum. vt docet *S. Tho. 3. par. quæst. 83. ar. 3. ad 6. Couar. var. resol. lib. 4. c. 12. d. c. vasa. & d. c. vt calix.* licet olim sacerdotes nō aureis, sed ligneis Calicibus vterentur; quapropter in *d. cap. vasa.* dicitur *olim aurei sacerdotes lignei Calicibus vtebantur, modò sacerdotes lignei aureis vtuntur;* Postea tamen statutum est, ne ex alia materia fierent, quàm auri, argenti, vel stanni propter periculum fragilitatis, æruginis, aut effusionis.

11 Communior tamen & vsitatior materia Calicis, & Patenæ hodie est argētum. Vndè qui testamento alicui Ecclesiæ legaret Calicem, esset intelligendus de argento, vtpotè de vsitatiori materia, nisi aliter testamēto exprimeretur; ità *Bart. in l. Titius. ff. de aur. & arg. leg. Abb. in c. ex parte. de censi. nu. 4. Roman. sing. 521.*

12 Neque in Corporali serico, sed puro lineo contexto. *cap. consulto. de consecr. distin. 1.* sicut Corpus Domini Nostri Iesu Christi fuit sepultum in syndone munda, & linea. Non prohibetur tamen in extremitatibus auro, & serico ornari, vt notat *Suar. tom. 3. in 3. par. disput. 81. sect. 6. vers. secundo præter.*

13 Minùs Sacerdos potest celebrare cum baculo, aut capite velato, & cooperto. *cap. nullus Episcopus. de consecrat. d. 1. Nau. tom. 1. cons. lib. 3. de celeb. Miss. cons. 7. Castald. in Prax. cærem. lib. 2. sect. 1. c. 7. n. 10.* Ex iusta tamen, & rationabili causa ad resistēdū scilicet frigori, aut dolori, vel debilitati capitis cessante scandalo vsquè ad cōsecrationē Sacerdos celebrare poterit aliquo honesto velamento, vel pileolo tecto capite etiam sine dispensatione ex sententia *Nauar. d. cons. 7. num. 6.* At si causa esset dubia, tunc non nisi cum dispensatione Episcopi. *Nau. d. nu. 6. Sylu. v. Missa. 1. q. 2. Fum §. 7. Tabien. §. 17.* Sed nunc cōcessio vsus pileoli in celebratione Missæ est reseruata Sedi Apostolicæ, à qua per Breue solent expediri huiusmodi concessiones.

14 Nequè cum vino sine aqua, vel è cōuerso. *cap. 1. 2. 3. c. cum omne. c. qui passus. & cap. in calicem. de consecrat. d. 2. c. literas. de celebr. Miss.* Non tamen est necessarium necessitate sacramenti, sed tantùm necessitate præcepti aquam vino immiscere in sacrificio Missæ, & ideò aqua vino miscenda potest dici materia necessaria necessitate præcepti non sacramenti. *cap. cum Martæ. § quæsiuisti. de celebrat. Miss. Concil. Trid. sess. 22. cap. 7. & can. 9. de sacrif. Miss.* vbi dicitur præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus: vt aquam vino in Calice offerendo misceant.

15 Nec in pane fermētato, aut alio præter triticeum. sic communiter Theologi, & Canonistæ. *S. Tho. 3 par. q. 74. ar. 2. 3. & 4. Cōcil. Florent. in Decreto Eug. IV.* vbi habetur materiam huius Sacramenti esse panem triticeum, & vinum de vite. *dicto cap. literas. de celeb. Miss.* & quia D. N. I. Christus consecrauit in azymo; ecit enim Cœnam prima die azymorum, vt concorditer testantur *Matth. 26. Marc. 14. & Lucas 22.* In diebus autem azymorum non inueniebatur panis fermentatus in domibus Iudæorum, id enim Lex vetabat, & Christus obseruauit Legem veterem, eamquè adimpleuit, nec in minimo soluit iuxta illud: *Non veni soluere legē: sed adimplere*, & Ecclesia canit: *Obseruata lege plenè cibis in legalibus.* Videri poteris *Abulen. initio sui defensorij. cap. 3. Gabr.* super *can. Miss. lect. 34. Castro. aduers. hæres. lib. 6. tit. Eucharistia.*

16 Nec sine igne, & aqua. *Leuitic. 6. d. c. literas. de celeb. Miss. Sylu. v. Missa. 1. q. 2. vers. secundum. Azor. Inst. Moral. par. 1. lib. 10. c. 28. q. 15. Nauar. in Man. c. 25. nu. 85. Henriq. in sum. lib. 9. de Missæ sacrif. c. 26. n. 4.* Huiusmodi autē lumen ex communi vsu debet esse ex cera, & ad minùs duplex adhiberi ad sacrificium Missæ; quamuis in necessitate vnicum fortè posset sufficere. *Azor. d. cap. 28. q. 16 & Suar. tom. 3. in 3. par. disp. 81. sect. 6.* non tamen ex alia materia, quàm ex cera, vel hac deficiente, ex oleo; non autem ex sebaceo, vt admittere videtur, *Azor. d. q. 16* Quoniam esset valdè indecens, & ab Ecclesiæ vsu alienum, quæ præter ceræ, &

olei

olei nunquàm in vſu habuit aliud lumen; ſicut in Sanctuario Legis antiquæ in venerationem Dei ardebat ignis eum multiplici lampade ex oleo; vt conſtat ex *cap.25. 26.& 30. Exod.* Et hodiè etiã in Eccleſijs, in quibus Sãctiſsimum Euchariſtiæ Sacramẽtum aſſeruatur lampades cum oleo ardere ſolent in cultum Dei. Non eſt igitur à Diuino cultu alienus vſus olei; In Sacris tamen faciendis non decet vti oleo, niſi in maxima neceſsitate, nequè tunc erit conſulendum, vt fiat, ſed factum non condemnandum; multa enim antequàm fiant, non ſunt conſulenda, quę facta non improbanda.

17 Nec ſine Miniſtro. *cap. vt illud. de conſecrat. d.1. cap. illud. 7. q.1. arg c. propoſuit. de fil. presbyt. & cap. vt quiſquè. de vit. & bon. cler.* & licet *in c. hoc quoquè. de conſecr. diſt.1.* diſponatur, quòd nullus Sacerdos Miſſam celebrare poſsit, niſi duobus præſentibus miniſtris: antiqua tamen conſuetudine id decretum abrogatum eſt, nec ideò aliquid falſum profert Sacerdos, quum adſtante vnico tantùm Miniſtro dicit. *Dominus vobiſcum*, vel *Orate fratres*, vel *Ite miſſa eſt*; Nam ille Miniſter populum repræſentat, & nomine totius populi reſpondet. *Et cum ſpiritu tuo.* itá *Azor. par.1. lib.10. capitulo 29. quæſt.1.* Miniſter autem, qui Sacerdoti reſpondet non poteſt eſſe fœmina. *cap. inhibendum. de cohabit. cler. & mulier. & cap. ſacratas. 13. diſt.* Vbi etiam ſacratas Deo fœminas Sacerdotibus in Miſsis immediatè miniſtrare prohibetur. Quinimmò *Sot. in 4. diſt.13. q.2. ar.3. Azor. d. c.29. quæſt.2. & Henriq. in ſum. lib.9. de Miſſ. cap.30. in princ.* dicunt decentius eſſe Sacerdotem ſe ſolo Miſſam celebrare nemine reſpondente, quàm fœminam ad id muneris adhibere; Poteſt enim Sacerdos ex graui, & iuſta cauſa neceſsitate cogente ſolus Miſſam dicere, ſibiquè ipſi miniſtrare. *gloſſ.* communiter recepta in *cap. quæſiuit. de verb. ſignif. & in c. hoc quoquè. de conſecr. d.1.* vbi *Turrecrem. & Butr. in c.2. nu.11. de vit. & bon. cler. Azor. d. c.29. q.3. Nau. tom.1. conſ. lib.1. de corp. vitiat. conſ.6.* ſufficiens cauſa celebrandi ſine Miniſtro poſſet eſſe, vt ſi nulla particula eſſet conſecrata, & vrgeret neceſsitas miniſtrandi Viaticum morti proximo, vel eſſet dies magnus feſtus.

18 Nec ſine veſtibus ſacris, quæ ſunt Amictus, Alba, Cingulum, Manipulum, Stola, ſeù Orarium, Planeta, ſeù Caſula. *cap. Eccleſiaſtica* vbi *Archid. 23. diſt. Diaz. in pract. crim. can. cap.38. in fin.*

19 Sacerdos igitur celebrare præſumẽs ſuper Altari non conſecrato, ſiuè in locis Deo non conſecratis non ſolùm ſuſpendẽdus eſt à Diuinis *cap. nullus. de conſecrat. d.1. Diaz. in pract. crim. can. cap.37. nu.1. & cap.39. nu.2.* ſiuè in Oratorijs priuatis *cap. ſi quis. & cap. clericos. de conſecrat. ead. d.1.* aut ſine aqua, & igne, vel in pane fermentato, ſeù vaſe ad id inepto. *c. literas. de celebr. Miſſ.* vel ſine veſtibus ſacris. *d. c. Eccleſiaſtica.* vbi *Archid. d. diſt.23 Diaz. cap.36.37. & 38.* Verùm etiam quicunquè ſine debitis circũſtantijs, ſolemnitatibus, ritibus, cæremonijs, & precibus, quæ ab Eccleſia probatæ, & frequẽti, ac laudabili vſu receptæ ſunt, Iudicis arbitrio puniendus eſt. *Concil. Trid. ſeſſ.22. Decreto de obſer. & euit. in celebr. Miſſ. in fin. Dec. in c. at ſi clerici. n.224. de iud. Diaz. in pract. crim. can. c.34. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ.406. & 408.*

20 Celebrans autem poſt ebrietatem non præmiſſa digeſtione eſt beneficio priuandus. *cap. ſi conſtiterit. de accuſat. vbi Abb.* alijſquè pœnis Iudicis arbitrio mulctandus attenta perſonæ, & exceſsus qualitate. *Diaz. in pract. crim. can. c.34. nu.2.* vbi etiam *Ignat. Lopez.* Dormitio tamen non eſt de ſubſtantia digeſtionis: vt quis dicatur ieiunus, vt poſt *Abb. & Card. in d. cap. ſi conſtiterit* dicit *Diaz. d. c.34. num.3.* Vndè Sacerdos, qui antè mediam noctem cœnauit in Dominica, in qua incidit Vigilia Natiuitatis Domini, poteſt licitè celebrare poſt mediam noctem etiã antè ſomnum captum. itá *Henriq. in ſum. lib.8. de Euchariſtia. cap.49. nu.2. S. Thom. 3. par. q.80. ar.8. ad 5. Sot. in 4. diſt.12. q.1. art.8. col.5.* quia verè eſt ieiunus. Quibus autem caſibus poſſit Sacerdos non ieiunus celebrare, dictum eſt ſuprà poſt *num.7.* Et de pœna extrà dictos caſus celebrantis *num.8.*

21 Pœna ſimiliter Epiſcopi arbitrio conſtituta puniendus eſt Sacerdos, qui alijs quàm debitis horis celebraret. *Cõcil. Trid. ſeſſ.22. Decreto. de obſer. & euitã. in celebr. Miſſ. §. poſtremò. & §. hæc igitur.* Cùm noctu ante diem, & poſt meridiem celebrare ſit prohibitũ. *S. Tho. 3. par. q.83. art.2. Nauar. in Man. cap.25. nu.85.* qui

testatur de communi opinione.

22 Episcopo tamen nō est prohibitum celebrare, vel ante se celebrare facere ante diem, vel post meridiem, neque Sacerdoti ex iusta causa; Iusta autem causa erit Primo, quando sacros ordines confert. *S.Thom.d. art.3. ad 2. Sylu.v.Miss.1.q.6. Henriq. lib.9. de Missa. cap.24. numer.6.* Secundo. Iusta causa erit necessitas communicandi infirmum iam moriturum. *Azor.Inst.Moral.par.1. lib.10. cap.25. quæst.7. Henriq. d.cap.24.nu.5. Sylu. dicta q.6.Nauar.d.nu.85.* Tertio. Consuetudo alicuius Regionis, aut Vrbis scita, & tolerata, quam consuetudinem se vidisse testatur *Nauar. d.n.85.* in Gallia Aquitania, Et ego ipse vidi in quibusdam locis Sabaudiæ, & Pedemontij hanc cōsuetudinē vigere vt multò ante lucē Missæ sacrificiū fieret, etiā pro festis diebus, quò operarij antequàm ad suos labores proficiscerētur, Missæ interessent. Quod videtur confirmare *Nauar.d.nu.85.& Henriq.d. nu.5.* qui excusat Sacerdotes celebrantes ex rationabili causa parùm post meridiem hora circiter elapsa, & hora ante lucem; cum vtrobique videatur par ratio; & affirmat concessum esse quibusdam Regularibus ex priuilegio post Concilium Tridentinum celebrare posse per horam ante lucem, & post meridiem. Gregor. XIII. Societati Iesu, quo priuilegio gaudent etiam Clerici Regulares Theatini, vt refert *Peregr. in comp.priuil. tit. Missa.§.3.* Miratur tamen *Nauar.* quomodo illa consuetudo relicta sit, vbi Concilium Tridentinum receptum est d. Decreto. quod præcipit Episcopis, vt pœnis, & edictis conuenientibus obseruari procurent in suis Diœcesibus, vt horis tantùm debitis Missæ celebrentur.

23 Missam verò incompletam sine præuentu patentis molestiæ relinquens Sacerdos est ipso facto suspensus. *cap. nihil.7. q.1. cap.nullus Episcopus.de consecrat.d.1. Rot. diuers. par.1. decis.436.nu.6. Diaz. cap.46.* vbi cum alijs *num.3.* dicit, quòd si legitima interuenerit causa, poterit Sacerdos sacrum cœptum relinquere, & ponit quadruplicem causam, quam apud ipsum inuenies.

24 Pœna item Ordinarii arbitrio est puniendus Sacerdos, cuius negligentia, dum celebrat, aliquid de Christi sanguine in terram stillauerit, vel super Altare, aut linteum. *Concil.Trid.sess.22. Decret. de obseruan.& euitan. in celeb.Miss.Diaz. in pract.crim.can.c.42.Menoch.de arbit. cas.409.* vltrà pœnitentiam salutarem, de qua in *cap.si per negligentiam.de consecr. distinct.2.*

25 Eadem etiam pœna arbitraria puniri potest Sacerdos, qui per ebrietatem, aut voracitatem Christi corpus euomuerit. *Conc.Trid. d.Decreto.Diaz. in pract. crim.can.cap.41. Menoch. cas.405. nu.3.* præter pœnitentiam salutarem impositam in *cap.si per ebrietatem. de consecrat. d.2.* sed *Vectorel.addit.ad sum.Tolet.lib.2.c.9. num.4.* dicit prædictas pœnitentias salutares præscriptas in *d. cap. si per ebrietatē* non esse in vsu.

26 Celebrans autem, & non sumens Corpus, & Sanguinem D. N. siue sumens corpus sine sanguine, est à communione per annum suspensus. *c.relatum. §. nonnē. & cap. comperimus. de consecrat. d. 2.* nisi adueniat aliquod impedimentum, quo impediatur, ne sacrum cœptum finiat, putà si inuaderetur ad mortē absq; contēptu fidei, vel adesset vna ex causis relatis *à Diaz.in dicto c.46.n.3.* nā si quis comminaretur velle Sacerdotē occidere, si à facto perficiendo non desisteret, & hoc in contemptum fidei, tunc teneretur continuare sacrificium, & potiùs subire mortē quàm desistere ab incœpto.

27 Et licet qui peccati mortalis est cōscius à celebratione abstinere debeat *c.testamentū.6. dist. c.Sacerdotes. c.sacrosancta. 1.q.1.& c.quotidiè. de consecrat. d. 2. Concil. Trid.sess.13.c.7.de sanct. Euchar.* alioqùin grauiter peccat, & sacrilegium committit. *Abb.in cap.nostra. nu.4. de cohabit.cler.& mul.* Nihilominùs si propter commissi facinoris conscientiam Missam celebrare fingat Sacerdos, & suppressis verbis, quibus Christi corpus conficitur, panem tātùmmodò, & vinum purè sumat, Iudicis arbitrio grauiter puniendus erit; cum Deū offendat, & proximū. *c. de homine*, vbi *gloss.v.Grauiora. de celebr.Miss.*

28 Erit tamen aliquando licitum Sacerdoti, qui peccatum mortale habet, sacrum facere sine præuia confessione, & Eucharistiam sumere præhabita contritione, Primo, si sacerdos hausto veneno deficiente copia confessoris sentiat sibi vires deficere, & mortem propinquare, poterit cum conscientia peccati mortalis præmis-

sa

sa contritione Missam celebrare absque confessione; vt se ipsum communicare possit etiam non ieiunus; vt superiùs dictum est, ità docet *Henriq. in sum. lib. 8. de Euchar. cap. 46. in princ.* quem sequitur *Fagundez. in praecept. Eccles. 3. praec. lib. 3 cap. 9. num. 2.* quia tunc communicat per modum Viatici. Secundo, si necessitas proximi vrgeat: ità vt necessarium sit sacrum facere, & hostiam consecrare ad illum communicandum, & non detur copia confessoris, poterit tunc Sacerdos conscius peccati mortalis praehabita contritione celebrare, quia illa necessitas proximi in eo casu, vt propria reputanda est. iuxtà illud *Diliges proximum tuum, sicut teipsum*, ideil non tantùm, quantùm te ipsum, sed in eodem ordine ad salutem, dummodò celebrans sit ieiunus; quoniam ad communicandum infirmum etiam in articulo mortis non ieiuno non licet celebrare: vt dictum est superiùs. *num. 7. in fin. Suar. tom. 3. in 3. par. disput. 67. sect. 4.* Tertio, si Parochus necessitate pressus celebrandi in die festo: vt Parochiani satisfaciant praecepto de audienda Missa, sentiens se peccato mortali infectum, & non habens copiam Confessoris poterit celebrare praehabita contritione. *Henriquez. lib. 8. de Sanct. Euchar. cap. 46. nu. 8. Suar. d. sect. 4. vers. vltima ratio.* Postremò quoties concurrunt duae circunstantiae à Concilio Tridentino requisitae. *sess. 13. c. 7. de Sanct. Euchar.* nempè defectus copiae Confessoris, & necessitas vrgens, licitum erit existenti in peccato mortali celebrare absquè confessione, praehabita tamen contritione. *Can. relect. de poenit. par. 5. Henriq. in sum. lib. 8. de Eucharist. cap. 46. n. 6. Suar. tom. 3. in 3. par. disp. 67. sect. 4. in princ. Sylu. verb. Eucharistia. 2. quaest. 7.*

28 Missam verò celebrans Sacerdos excommunicatus, vel suspensus, siue interdictus non solùm efficitur irregularis, sed etiam depositionis poena est puniendus. *cap. si quis Episcopus 1. & cap. pen. 11. q. 3. cap. clerici. & cap. latores.* vbi *gloss. verb. deponas. Abb. num. 1. & Host. in sum. de cler. excom. vel depo. c. vt clericorum.* vbi *Abb. nu. 1. de vit. & hon. cleric. Diaz. in pract. crim. can. cap. 33.* vbi etiam *Ignat. Lopez.* Quinimò excommunicatus celebrare praesumens potest etiam beneficijs priuari Ecclesiasticis. *cap. fraternitati. de cler. excom. deposit.* Et qui in locis interdicto suppositis post latam interdicti sententiam Diuina officia celebrare praesumpserit, non solum propter hoc est vinculo excommunicationis innodatus, verùm etiam si clericus secularis sit, ecclesiasticis beneficijs erit priuandus; Regulares verò in arctioribus Monasterijs ad peragendā poenitentiā detrudēdi. *c. postulasti. §. quaesuistis. de cler. excom. minist.*

29 Diuina pariter celebrans, vel cadauer sepeliens in Ecclesia polluta, antequā reconcilietur, siue in Ecclesia interdicta, est suspensus ab ingressu Ecclesiae praeter alias poenas à iure statutas. *cap. Episcoporum. de priuil. in 6.*

30 Et cum Vespertino tempore Missas celebrandi priuilegia quibuscunquè concessa reuocata sint; propterea qui eodem Vespertino tempore Missas celebrare, vel celebrare facere praesumpserit, indignationis Apostolicae, & perpetuae suspensionis à Diuinis, seu alijs arbitrarijs poenis est plectendus, prout sancinit Pius V. in sua Constitutione 4. incip. *Sanctissimus in Christo Pater.*

31 Indignationis autem Principis poena incurritur per eos, qui Principis mandato, & praecepto obtemperare non curant, & est arbitraria etiam vsquè ad mortem inclusiuè considerata qualitate delicti. *Menoch. de arbitr. cas. 365. per tot. Farinac. de delict. & poen. quaest. 19. numero 32.*

32 Sacerdotibus item Graecis latino ritu, & Latinis Graeco more celebrare Missas, ac Diuina officia districtiùs inhibetur in virtute sanctae obedientiae, & sub poena indignationis Apostolicae, ac perpetuae suspēsionis à Diuinis ab eodem Pio V. in sua Constitutione 12. quae incipit. *Prouidentia.*

33 Missas verò celebrans super rebus profanis aptis ad sortilegia peragēda, putà super magnete, super cuti pueri, quam vnlgò pellem virginem appellant, super simplicibus, aut mistis, & his similibus est deponendus, beneficijs priuandus, & carceri perpetuò mancipandus. *cap. qui cunquè. 26. q. 5. gloss. in c. dictum. 2. v. Prodesse. 1. q. 1. Abb. in cap. quidam. num. 2. de celebr. Miss. Sylu. v. Superstitio. q. 11. Grillan. de Sortil. quaest. 14. Diaz. in pract. crim. can. c. 44. Menoch. de arbit. cas. 388. num. 12. & seqq Farinac. in pract. crimin*

tom. 1.

tom.1.par.1.quæst.20.n. 106. *verſ.decima quarta*. Idem iudicandum de Sacerdote, qui vaſis ſacris, veſtibus, & his ſimilibus rebus ſacris abutitur in Sortilegijs. *Grill. d.tract. q* 16 *num.*3. *Menoch. d.caſ.*388. *num.* 14. *Farin.d.q.*20.*nu.*108. Nec non iiſdem pœnis afficiendus erit Sacerdos, qui in celebratione ſacrorum nefandas,& turpes preces Deo porrigit, vt refertur de quodam Sacerdote Hiſpano, qui amore captus cuiuſdam Monialis, quæ vocabatur Clara in ſuis precibus eam ſceleſtus inuocabat ſub nomine B. Claræ. *Grillan. d.tract.q.*12.*Menoch.d.num.*14.*Farinac. d.q.*20.*num.*109. Cum & ſuperſtitioſum clericum, aut Sacerdotem puniendum præcipiat *Concil. Trid. ſeſſ.*22. *Decret.de obſeruan. & euitan. in celeb. Miſſ.* §. *poſtremò*.

34 Licet aliqui Doctores, vt *Lodou. Vel.in reſp. caſ.conſ. Cong.*4. *caſ.*3. *petrus Nauar.de reſtit.lib.*2.*cap.*2.*nu.*433. & alij tenuerint Sacerdotes pauperes potuiſſe accipere tot ſtipendia pro vna Miſſa dicēda, quot fuerint ad ſtrictam, & congruam ſuſtentationem neceſſaria ea die; hanc tamen aſſertionem ſuſtulit ſacra Congregatio Concilij *Decreto de celebr. Miſſar.* Sanctiſsimi D.N. Vrbani VIII. iuſſu edito Anno 1625. hiſce verbis. *Vbi pro pluribus Miſsis etiam eiuſdem qualitatis celebrandis plura ſtipend a quantumcunquè incongrua, & exigua ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferūtur in futurū Sacerdotibus Eccleſijs, Capitulis Collegijs, Hoſpitalibus Sotietatibus, Monaſterijs Conuentibus, Cōgregationibus, domibus, ac locis pijs quibuſcunq; tam ſecularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione Diuini iudicij mandat, ac præcipit: vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; ità vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur. Et eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccleſijs, ac locis pijs tàm ſecularibus, quàm Regularibus cuiuſcunquè Ordinis, Congregationis, & Inſtituti quæmcumquè ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel Anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, ſeu orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.*

35 *Eademq; Sacra Congregatio eodem Decreto interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Miſſarum celebrandarū, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis; ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atquè inanes decernit.*

36 *Prohibetur etiam eodem Decreto, ne aliquis Sacerdos accepta Miſſam celebrādam cum certa eleemoſyna, & poſteà alteri Sacerdoti eandem Miſſam celebrandā committat retenta ſibi parte dictæ eleemoſynæ, ſed eum onere Miſſæ celebrandæ debet integram eleemoſynam tradere.*

37 Verum autem licitum ſit Eccleſijs, ac locis pijs, ſeu eorum Adminiſtratoribus ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum aliquam portionem retinere ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione; Reſpondit Sacra Congregatio non licere, niſi quum Eccleſia, & loca pia non habent alios redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare poſſent, & tunc quam portionem retinent, non debere excedere valorem expēſarum, quas ſubeunt in celebratione Miſſarum, vt paramentorum, ceræ, vini, hoſtiæ, & ſimilium.

SVMMARIVM.

1 *Nullus ſine legitima facultate Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij prædicare poteſt, & qui contrafecerit erit excommunicandus, & alia pœna arbitraria puniendus.*

2 *Regulares niſi approbati fuerint à ſuis Superioribus, & ab Ordinarijs licētiam cum benedictione obtinuerint, prædicare nequeunt.*

3 *Regularibus præcipitur; ne in concionibus detrahāt Prælatis ne retrahant laicos à ſuarum Eccleſiarum frequētia, & acceſſu, ac indulgentias in-*

discretas pronuncient sub pœna contrauenientibus statuta.

4 *In Regulares item prædicatores excommunicatio lata sententia fertur, qui fideles à solutione decimarum Ecclesijs debitarum retrahunt.*

5 *Regulares prædicatores quādo à Rectoribus Ecclesiarum requisiti fuerint diebus statutis audientes expressè informare studeant super solutione decimarum sub pœna suspensionis ab officio prædicationis.*

6 *Notabilia obseruanda in munere prædicationis.*

7 *Prædicator, aut alius contra prædicta aliquid committere audens, qua pœna puniendus.*

8 *Prædicta pœna, vt placet Nauarro, & alijs, licet fortè non sit in vsu; cum tamen agatur de re graui, non debent hæc impunita relinqui.*

9 *Prohibitio facta per Summos Pontifices prædicatoribus, ne audeant enunciare populis, neque alias priuatim asserere, quòd B. Virgo concepta sit in peccato originali.*

10 *Conceditur tamen Ordini Prædicatorū: vt de cætero in priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs inter se duntaxat, non autem inter alios, aut cum alijs de materia conceptionis B. Virginis disserere; & tractare absque pœnarum incursu.*

11 *Monita Pij V. de informandis Prædicatoribus.*

§. XXIX.

1 NVllus Diuini verbi prædicationem vsurpare potest sine legitima facultate, quam concedere est Sedis Apostolicæ, vel Episcopi Ordinarij. *cap. excommunicamus. §. quia verò. de hæret. vbi subditur. Qui publicè, vel priuatim prædicationis officiū vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur, & nisi quàmcitiùs resipuerint, alia competenti pœna plectantur;* Canon non est latæ sententiæ, sed ferendæ, pœna autem erit arbitraria. *gloss. & Doctores ibid. Zerol. in prax. verb. Prædicat. nu. 2. par. 1.*

2 Regulares verò nisi à Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum approbatione Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs fidè legitimè faciant Superiores, cum qua personaliter coram Episcopo se præsentare, & ab eo benedictionem petere tenentur, antequā prædicare incipiant, alioquin prædicare non possunt etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo. *Miran. in Man. tom. 1. q. 50. ar. 2.* At in alijs Ecclesijs præter suorum Superiorum licentiam, etiam facultatem Episcopi habere debent, aliter prædicare nequeunt. *Cōcil. Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. cap. 4. de reform.* & diximus *in. 1. par. De Discipl. Cleric. §. 1. nu. 8. & 9. Nauar. in Man. c. 25. n. 141. & 143.* Greg. XV. in Constit. incip. *De exemptorum priuileg.* anno. 1622. edita declarauit, quòd Episcopus tanquàm sedis Apostolicæ delegatus habet auctoritatem coercendi, *& puniendi* quoscunque exemptos tàm seculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint; Aliqui tamen putant posse prædicatorem, siue Regularem, siue secularem doctum, & idoneum prædicare pro duabus, vel tribus vicibus solùm de licentia Parochi in sua Parochia. *Henriq. in sum. lib. 7. de indulg. cap. 16. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 75. n. 26.* Quod fortè admitti posset in oppidis, & præsumeretur licentia tacita, vel interpretatiua Episcopi, cautè enim procedendum est maximè post allegatam Constitutionē Gregorij XV.

3 Eisdem Regularibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipitur, & sub interminatione maledictionis æternæ districtiùs inhibetur, ne in sermonibus Prælatis detrahant, neuè retrahant laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu, seù Indulgentias pronuncient indiscretas; Qui verò contrarium attentare præsumpserit, per duos menses subiaceat pœnis illis, quæ secundùm eorum Regulas, vel statuta pro grauioribus criminibus, seù culpis consueuerunt imponi, super quibus absquè manifesta necessitate cum eis non possit dispensari. *Clement. 1. de priuileg. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 69. num. 4. Farinac. tom. 3. q. 105. inspect. 10. nu. 420.* Quoad detractionem intelligendum est, quando Episcopus, aut alius

Præ-

Prælatus in concione exprimitur, vel itá declaratur: vt verisimile sit de ipso loqui; licet enim vitia reprehendi debeant, non tamen cum scandalo, sed prudenter, vt rectè innuit *gloss.d.clem.verb.detrahant*.quã sequitur *Card.n.35. Imol.n.22.Nauar. in Man.cap.25.num.142.*

4 Item excommunicatio latæ sententiæ fertur in Religiosos, qui aliqua proferre præsumunt in sermonibus, seu alibi, quibus audientes à decimarum Ecclesijs debitarum solutione retrahant. *Clem. cupientes. de pœn.* Quæ censura omnes Religiosos complectitur, qui quouis modo in hunc finem verba faciunt: vt audientes, qui Ecclesijs decimas soluere tenentur, retrahant. *Nauar.in Man.cap.27.n.145. Suar.tom.5.disp.23.sect.5. num.36. Sayr. de censur.lib.3.cap.33.nu.39.* nulli tamen hæc censura reseruatur.

5 In eadem *Clem.* omnibus Religiosis iniungitur sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ: vt quoties populo prædicabunt in prima, quarta, & vltima Dominica Quadragesimæ, & in festis Ascensionis, Pentecostes, Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, Assumptionis, & Natiuitatis B.M.V. audientes expresè studeant informare super solutione decimarum, si ab Ecclesiarum Rectoribus, aut Vicarijs, vel Locatenentibus requisiti fuerint, nec non & his, quorum confessiones audient, conscientiam facere, quòd decimas soluere non omittãt. Quòd si id pręstare neglexerint, ab officio prædicationis tandiù maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis, si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatem habuerint, conscientiam fecerint. Exindè excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare præsumpserint prædicta negligentia non purgata. De suspensione à prædicatione agit *S. Anton.3.par. tit.28.cap.4. Sylu.verb. Suspensio.quæst.6. vers.32. Suarez.tom.5.disp.31.sect.6.n.12. Sayr. de censur.lib.4.cap.13.nu.17.* omissio autem, ex qua prouenit suspensio, debet esse culpabilis: itá vt extiterit post requisitionem. Qui igitur data opera sciens, & volẽs prætermittit exhortari pœnitentes, vbi fuerit requisitus, ad decimarum solutionem, ab officio prædicationis est suspensus, donec habita commoditate negligentiam, & omissionem suppleat; Quòd si itá suspensus negligentia, & omissione non purgata prædicare præsumpserit ipso facto est excommunicatus. *S. Anton. 3.par.tit.27. cap.4. circà med. Sylu. verb. excommunicatio 9. numer.89.9.46. Sayr. de censur.lib.3.cap.33.num.42. Suar.to.5. disput.23.sect.5.num.36. Nauar. in Man. cap.27.num.145.*

6 Quædam in prædicationis munere obseruanda notatu digna statuit Leo X. in Concilio Lateranen. Primum Quòd Prædicatores Euangelicam veritatem, & Sacram Scripturam iuxtà Doctorum declarationem, quos sancta Ecclesia, vel diuturnus vsus approbauit, explicent, nec quidquàm proprio sensui contrarium, aut dissonum addant; sed illis semper insistant, quæ ab ipsius verbis Scripturæ, & Doctorum interpretationibus non discordant. Secundum. Nè tempus præfixum futurorum malorum, vel Antichristi adnentum, aut certum Iudicij diem prædicare præsumant. Tertium. Ne aliqua ex literis Sacris constanter prædicare, neque illa Diuina reuelatione se habuisse affirmare, neque alienas, & inanes diuinationes asseuerare, aut alio quocunquè modo tractanda assumere audeant. Quartum. Vt ab Episcoporum, & aliorum Prælatorum, atquè Superiorum, eorumquè status detractione abstineant, quos coram Vulgo, & laicis incautè, intemperanter, & imprudenter quandoquè reprehendunt; & mordent; caueat igitur ne de eorum malè gestis expressis nominibus ipsos redarguant. In quo innouat *Clem.1. de priuileg.*

7 Si quis autem contrà prædicta quidquam committere ausus fuerit vltra pœnas statutas à iure excommunicationis sententiam ipso facto incurret Romano Pontifici reseruatam, & prædicationis officio perpetuò priuatur; Cuius constitutionis mentionem facit *Nauar. in Man. cap.25.num.143. & cap.27.nu.110. Suar. tom.5.disp.22.sect.6.num.8. Confes.in collect.priuil.tit.16. à cap.7.*

8 Et quamuis *Nauar.dict.c.27.n.110.* secutus Caietanum, & Carranzam dicat huius Concilij Lateranen. sub Leone X. censuras non esse vsu receptas; Attamen res ipsa grauis per se, & seuera indictio satis demonstrat Prædicatores ab eis abstinere oportere, & Superiores ipsos prudenter, & sanctè facturos, si huiusmodi commissa impunita minimè relinquant. Et ideò non ab re fore putaui hic inserere:

vt prædicatores cauti fiant, & Superiores quid facto opus sit, perpendant.

9 Prædicatoribus similiter prohibetur sub pœna excõmunicationis ipso facto incurrenda, cuius absolutio Summo Pontifici reseruatur, ne audeant enunciare populo, quòd mortaliter peccet, qui crediderit B. Virginem fuisse cõceptam in peccato originali, vel è contra qui crediderit eam non fuisse conceptam. Sixtus IV. *Extrauag. Graue.de reliqu. & venerat. Sanctor.* Quam Constitutionem innouat *Concil. Trident. sess. 5. in fin.* & Pius V. grauibus adiunctis pœnis suspensionis, priuationis cuiuscunque gradus, dignitatis, administrationis, & inhabilitatis ad illa corroborauit sua Constitutione 119. quæ incipit. *Super specula*. Deindè in generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis coram Sanctissimo D. Papa Paulo V. statutum fuit: vt in posterum nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, aut alijs actibus publicis asserere, quòd B. Virgo fuerit concepta in peccato originali, donec articulus iste à Sede Apostolica fuerit definitus. Postremò nouissimè in generali S. Inquisitionis Cõgregatione habita corã Papa Gregorio XV. sub die 24. Maij 1622. Decretum editum à Paulo V. incip. *Sanctissimus Dominus Noster* fuit extensum etiam ad priuata colloquia, disputationes, & scripta: ità vt nullus audeat asserere etiam priuatim, quòd eadem B. Virgo fuerit concepta in peccato originali, neque de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare. Vide *Confet. in collect. priuil. tit. 16. cap. 9. Nald. in Sum. verb. conceptio, & verb. prædicare*. In eodem Decreto Gregorij XV. statutum fuit: vt festum Conceptionis eiusdem Beatissimæ Virginis ab omnibus celebraretur.

10 Veruntamen die 22. Iulij eiusdem anni 1622. idem Pontifex indulsit vniuerso Ordini Prædicatorum: vt de cætero non obstante prædicto Decreto in quibuscunque eorum priuatis colloquijs, seu conferentijs inter se duntaxat, non verò inter alios, aut cũ alijs de materia Cõceptionis Beatæ Virginis Mariæ disserere, & tractare absque vllo pœnarum in dictis Decretis contentarum incursu liberè, & licitè possint, & valeant.

11 Pro complemento huius materiæ de informandis prædicatoribus libet referre verba Pij V. in sua Constitutione 129. notatu dignissima, quibus Prædicatoribus vehementer commendat, ne ad cisternas dissipatas recurrant, stultas scilicet, inquit & sine disciplina quæstiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri sapientes, qui capiunt, percipere valẽt, præsertim, vt experimento didicimus, ipsorum Prædicatorum, qui ad quæstiones huiusmodi proponendas faciliùs irrumpere solent, maior numerus materiæ difficultatem prorsus ignorantes, neque intelligentes, quæ loquuntur, aut de quibus affirmant, simplicium animos indiscretæ deuotionis obtentu, vel potiùs loquacitatis, & ostentationis affectu ad tumultus, & simultates concitant, quos tumultuãtes, atque dissidentes comprimere, sedareque oportebat; Cumque paruulis lac infundere, prouectis solidum cibum apponere deberent, dum in huiusmodi controuersijs interminatis versantur, omnibus vbera proferunt arentia. Quod non absque maledictionis nota legimus in Propheta. Ideò non solùm hæc de conceptione; sed & omnis inutilis disputatio fugienda in concione, & à rerum subtilium tractatione curiosa maximè abstinendum; eaque auditorum animis instillare cnixè curent, quæ Christianam pietatem augeant, & quibus virtutes radices agant, & propagentur, vitia euellantur, & radicitùs extirpentur. Tenentur etiam Concionatores Regulares in concionibus ad populum vti Euangelijs, & Epistolis, quæ leguntur à Clero Seculari eius Ecclesiæ, vbi degunt; sic decreuit Sacra Congregatio *Concil. apud Quarant. verb. Priuil. Regular.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos audiens confessiones sine actuali iurisdictionis potestate non incurrit crimen hæretica prauitatis, erit tamen suspendendus ab audiendis confessionibus, & insuper arbitraria pœna puniendus.*

2 *Regularis Sacerdos audiens confessiones secularium cum licentia Ordinarij, sed sine licentia sui Superioris Regularis inobedientiæ pœnas dabit; si verò etiam sine licentia Ordinarij, tunc præter inobedientia pœnas erit à confessionibus audiendis suspendendus,*

dus, & alia pœna arbitraria mulctandus.

3 *Confessor cum teneatur seruare sigillum Confessionis iure Diuino, Naturali, & Pontificio, illud violans qua pœna teneatur.*

4 *In nullo vnquàm casu licet violari sigillum Confessionis. Vndè reprobatur opinio Soti dicentis licere Confessori etiam cum periculo deueniendi in cognitionem sui pœnitentis confiteri circumstantiam peccati sibi confessi, si aliter non possit integrè confiteri.*

5 *Minus probabilis ostenditur opinio Ludouici Romani, Iasonis, & Cassan. docentium licitè posse violari sigillum confessionis ad probandum in iudicio forensi matrimonium fuisse contractum, aut ad impediendum, si inualidè contraheretur.*

6 *Sigilli sacramentalis praeceptum non est dispensabile per Summum Pontificem quacunquè ex causa, etiamsi esset peccati venialis tantùm.*

7 *Sigillum Confessionis potest aperiri de licentia confitentis.*

8 *Confessarius, cui à confitente data sit facultas aperiendi sigillum confessionis, quam cautelam adhibere debeat.*

9 *Pœnitenti asserenti Confessarium reuelasse suam confessionem creditur.*

10 *Pœna reuelanti confessionem sacramentalem imposita non extenditur ad Confessarium, qui reuelauerit sibi dicta tanquàm secreta in confessione,*

§. XXX.

1 Clericus ordine presbyteratus insignitus, qui sine potestate iurisdictionis actualis fidelium confessiones audiens eos à mortalibus absoluit, non incurrit crimen hæreticæ prauitatis, nequè à Sancto Inquisitionis officio est puniendus; sed à Superioribus est suspendendus ab audiendis cõfessionibus, atquè alia etiam pœna arbitraria afficiendus. *cap. placuit. de pœnit. dist. 6. Roderic. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 28. art. 1. & 2. in fin.* Quinimò contrà talia præsumentes solent Ordinarij decretis Synodalibus imponere excommunicationem latæ sententiæ.

2 Regularis verò Sacerdos, qui sine sui Superioris licentia confessiones secularium audiuerit cum licentia tamen Ordinarij inobediens habendus erit, & inobedientiæ pœnas dabit arbitrio Superioris. *Nauar. in cap. 1. de pœnit. dis. 6. num. 73.* validè tamen absoluit, cum habeat potestatem ordinis, & iurisdictionis licèt aliqui negent, eò quòd auctoritas huiusmodi Cõfessarijs Regularibus concessa intelligenda sit quoad vsum pendere à voluntate suorum Superiorum ratione Voti obediẽtiæ. *Sotus. & Graff.* infrà citandi. Quòd si id aggredi ausus fuerit etiam sine licentia Ordinarij; tunc præter inobedientiæ pœnas, quibus arbitrio suorum Superiorum Regularium castigandus erit, ab audiendis confessionibus veniet suspendendus, & insuper alijs pœnis arbitrarijs pro excessus qualitate mulctandus. iuxta *cap. placuit. de pœnit. d. 6. Sot. in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 3. Roderic. quæst. Regular. to. 2. quæst. 28. art. 1. Graff. tom. 1. consil. lib. 5. de pœnit. & remiss. cons. 4. num. 18.* vbi ait posse Prælatum Regularem suum subditum approbatũ ab Ordinario reprobare.

3 Sacramentalis confessionis secretum Confessarius seruare, & occultare tenetur iure Diuino, Naturali, & Pontificio; ideò huius iuris violator seuerè puniendus est. Antiqua quidem cõstitutione qui peccata in confessione excepta aperire compertus fuisset, perpetuò depositus omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari cogebatur. *cap. Sacerdos. de pœnit. dist. 6.* Hodiè tamen ne in ordinis sacerdotalis ignominiam Sacerdos peregrinus vagetur, Confessarius reuelans confessiones perpetuò deponendus est, & pœna perpetui carceris plectendus, vel ad peragendam pœnitentiam vsquè ad mortem in arctum Monasterium detrudendus in hanc subrogata peregrinationis pœna; quoniam ex reuelatione redditur confessio sacramentalis odiosa, & onerosa. *cap. Sacerdos. de pœnit. d. 6. cap. omnis vtriusquè sexus.* vbi *Abbas. num. 8. Nauar. nu. 120. & Doctores. de pœnit. & remis. Menoch. de arbitr. cas. 414. num. 3. Gab. lib. 1. com. opin. §. de testibus. concl. 1. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. nu. 9. cum seqq. Roderic. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 36. art. 1. Diaz. in pract. crim. can. cap. 112.* vbi *Ignat. Lopez.*

4 Cum autem ob nullum vitæ casum, qui mente fingi possit, vt pro conseruando toto Orbe terrarum, vel pro tuenda fide totius Mundi licitum sit reuelare si-

gillum

gillum sacramentalis confessionis, si Sacerdos suum peccatum confiteri non valeat, quin aperiat circunstantiam aliqnam, per quam sui pœnitentis personam apud confessarium illam agnoscentem reuelet, tenetur illam circunstantiam, aut peccatum tacere, & reliqua confiteri cum proposito illa confitendi, cum inuenerit alium confessorem, qui eam personam non cognoscat. ità docent *Nauar. in Manual. cap.8. num.6. & in cap. Sacerdos. de pœnit. d.6. nu.166. Suar. de pœnit. disp.33. sect.1. num.18. Tolet. in Sum. lib.3. cap.16. nu.3. & 4.* vbi etiam *Andr. Victorel. Henriq. in Sum. lib.6. cap.19. num.5. & cap.20. nu.5. Couar. in 4. Decretal. par.2. cap.8. §.12. num.10.* vbi testatur de communi, & frequentissima Theologorum sententia. *Menoch. de arbitr. cas.414. num.1. & seqq. Ignat. Lopez. ad Diaz. cap.112. vers. Erit tamen Clericus*, vbi pariter testatur de communi Theologorum sententia, & plures Auctores congerit. Hinc nō benè opinatur *Sot. in 4. sent. dist.18. quæst.4. art.5. vers. occurrit.* vbi existimat licitum esse Confessori, vt integrè confiteatur peccata sua, si aliter se explicare non valeat, reuelare circunstantiam peccati sibi confessi, quamuis ex tali reuelatione deueniatur in cognitionem pœnitentis, præsertim si præfatus Confessarius esset scrupulosus, & constitutus in articulo mortis, nec aliter conscientiam suam sedare posset, nisi omnia manifestando; Quoniam maius, & fortius est præceptum sigilli, quàm præceptum integritatis confessionis; cum in multis casibus confessio materialiter dimidiari possit; In nullo autem casu liceat violari sigillum confessionis. Et dato, & non concesso, quòd de sigillo esset minus præceptum, est tamen magis necessarium in Republica Christiana, ne sacramentum pœnitentiæ reddatur hominibus formidabile, & odiosum; Qui igitur in articulo mortis non posset integrè confiteri sine periculo fractionis sigilli, alia peccata tutè confiteri posset, & tacere circunstantiam, ob quam pœnitens agnosci posset à Confessario, cui confiteretur. ità docet *Nauar. in Man. d. cap.8. num.6. Tol. in Sum. lib.3. cap.16.* & ibi *Victorel. Graff. decis. aur. lib.1. par.1. cap.23. nu.32. Henriq. in Sum. lib.6. de pœnit. c.20. n.5.* & alij.

5 Minùs probabilis est opinio *Ludouici Rom. in l. si non speciali. C. de testam.* innixi *gloss. in cap. tua nos. verb. confstiterit. de sponsal. Ias. in l.1. §. huius studij. de iust. & iur. col.2. & in l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt su. iur. Cassan. cons.1. num.17. vers. ad secundum*, qui docent licitè violari posse sigillum Confessionis ad probandum in iudicio forensi coniugium, aut matrimonium fuisse contractum, aut ad impediendum, si inualidè contraheretur. Constat enim notitiam illam, quam Confessarius habet ex confessione omninò occultam esse, ac Diuinā, nullumquè habere commerciū cum iudicio forensi, vt optimè docet. *Couar. 2. p. Epit. c.8. n.9. &* 10. cum alijs ibidem allegatis. Adde quòd etiamsi Confessarius apud Iudicem sigillum frangeret confessionis ad probandum matrimonium contractum esse nullum, aut ad impediendum contrahendum, non esset ei fides adhibenda; vt docet *Bald. in l. Archigerontes. C. de Episc. audien.* quem ibid. sequitur *Paul. de Castro, & Felin. in cap.1. de except. col.1. & Rip. in tract. de peste. §. vlt. num.104. Lopez ad Diaz super cap.112. vers. Quòd si Sacerdos.* Nec *gloss. in d. cap. tua nos. verb. confstiterit. de sponsal.* cui nititur *Ludouic. Rom.* quidquàm dicit de reuelando sigillo confessionis, sed tantùm confitenti matrimonij dissensum in foro pœnitentiæ credendum esse, non autem in forensi iudicio; Vndè hæc *Gloss.* videtur potiùs aduersari, quàm patrocinari eam alleganti, & eò magis, quòd eadem *glo.* in fine habet, quòd *In iudicio pro tribunali non crederetur ei in præiudicium alterius.*

6 Quinimò præceptum sigilli sacramentalis est ità indispensabile: vt nec etiā Papa circà venialia in confessione audita possit in illo dispensare quacūquè ex causa quantumuis grauissima. Ideò si Pontifex præciperet sub excommunicationis sententia reuelationem alicuius rei cadentis sub sigillo, non erit parendum, nec excommunicatio ligabit. *Abbas. in cap. dilectus. num.2. & 4. de excess. Prælat. Nauar. in Man. cap.8. num.2. & in d. cap. Sacerdos. num.166. de pœnit. d.6. Henriq. in Sum. lib.6. cap.19. nu.2.3. & 6.* & alij apud *Fagundez in præcept. Eccles. 2. præcept. lib.6. cap.6. num.30. & 31.*

7 Veruntamen est recepta sententia posse Confessarium de pœnitentis licentia confessionis secretum aperire. sic docet *S. Thom. in 4. sent. dist.21. quæst.4. art.2.*

Couar. in Epit. par. 2. cap. 8. §. 12. num. 11. Nauar. in d. cap. Sacerdos. num. 151. cum seqq. de pœnit. d. 6. vbi plures allegat, *& in Man. cap. 8. num. 15. Sà. verb. Confessor. nu. 30. Bonacin. de sacram. disp. 5. quæst. 6. sect. 5. punct. 4. proposit. 2. num. 8. in fin.* contrà *Alens. 4. par. quæst. 78. mem. 3. Scot. in 4. sent. d. 21. quæst. 2. ad. 1. Aimayn. ibid. quæst. 1. Aureol. & Duran. q. 4. Maior. quæst. 31 arg. 3. Gabriel. quæst. vn. art. 3. dub. 4. Ang. verb. Confessio. 8. §. 5.* qui dicunt nec etiam de licentia pœnitentis expressa posse confessarios sigillum confessionis aperire. vide *Steph. Fagundez tract. in quinq. præcept. Eccles. 2. præcept. lib. 6. cap. 1. num. 16.*

8 Confessarius autem, cui à pœnitente datur facultas aperiendi sigillum confessionis, eam cautelam adhibere debet: vt in re tanti momenti, & periculi non solùm nitatur manifestare se tali facultate prudēter vtī velle in vtilitatē pœnitentis, & in aliorum ædificationem, verùm etiam sibi cauendū erit, vt eam licentiam in scriptis habeat; nam si confessarius, accusatus, quòd reuelauerit secretū confessionis, & pœnitēs negauerit se impēdisse ei facultatem detegendi, sciat confessarius sibi imminere onus probandi: ità vt detectione comprobata, & licentia legitimè habita minimè purgata, is pœnas violanti confessionis sigillū impositas incurrat. Quamobrem: vt has pœnas, & suspicionis periculum euitet, licentiam se habuisse debet probare. ità docent *S. Thom. in 4. sent. dist. 21. quæst. 3. art. 2. ad. 3. Abb. & alij. in cap. omnis vtriusquè. de pœnit. & remiss. Diaz. in pract. crim. can. cap. 110. num. 4. Nauar. in dict. cap. Sacerdos. num. 163. de pœnit. dist. 6. Suar. tom. 4. disp 33. sect. 8. Mascard. de probat. concl. 377. num. 2. Farinac. tom. 2. quæst. 51. num. 95. cum seqq. Albertin. de agnosc. cathol. quæst. 25. nu. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. q. 89. num. 26.* Itaquè accusanti onus probādi incumbit, quòd Sacerdos confessionem reuelauerit, Confessarius verò exceptionē habet, quòd ex pœnitentis licentia id fecerit: consultissimum igitur erit, eam facultatem in scriptis accepisse.

9 Creditur tamē pœnitenti contra Confessarium, si idem pœnitens asserat Confessarium reuelasse suam confessionem absquè facultate præstita, & è contra Confessarius se defendat se id fecisse ex scientia aliundè habita, vel de licentia pœnitentis, idquè minimè possit probare: Veruntamen tunc non puniretur pœna ordinaria, sed arbitraria; quia apertè non conuincitur de delicto. *Fagund. & alij apud ipsum dict. cap. 1. num. 24.*

10 Pœna autem reuelanti confessionem imposita non extenditur ad confessarium, qui reuelaret, quæ aliquis dixit tanquàm secreta in Confessione. *Innoc. in cap. omnis vtriusquè sexus. num. 7. de pœnit. & remiss. S. Antonin. 3. par. tit. 17. cap. 22. §. 2. Nauar. in Man. cap. 8. num. 18. & in cap. Sacerdos. num. 39. dist. 6.* & alij apud *Fagund. in præcept. Eccles. 2. præcept. lib. 6. cap. 5. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Baptizandi munus est proprij Sacerdotis.*

2 *Clericus non Sacerdos solemniter baptizans incurrit irregularitatem.*

3 *Non fit tamen irregularis sacerdos baptizans solemniter alienum parochianum sine licentia proprij Parochi; sed peccat mortaliter.*

4 *Parochus excommunicatus maiori excommunicatione solemniter baptizans peccat mortaliter, & incurrit irregularitatem.*

5 *In ministrando baptismo ex necessitate laicus non excommunicatus est præferendus Parocho excommunicato.*

6 *Baptismus in necessitate solemniter conferri non potest ab interdicto personaliter.*

7 *Parochus est deponendus, si quis ex sua negligentia moriatur sine baptismo.*

8 *Baptismus seclusa necessitate non licet ministrari in Cameris, aut in priuatis domibus exceptis filijs Regum, & Principum.*

9 *Baptismū aut alia Sacramenta Sacerdos ministrans pro pretio est à Diuinis suspendendus, & alia pœna arbitraria plectendus; Potest tamen aliquid accipi ex laudabili consuetudine erga Sanctam Ecclesiam pia fidelium deuotione introducta, quæ debet conseruari etiam iuris remedijs.*

10 *Sacerdos iterans baptismum qua pœna afficiendus.*

11 *Item qui patitur se rebaptizari.*

12 *Rebaptizatio est casus Inquisitionis.*

§. XXXI.

1 CVm officium pascendi oues Christi per se primò conueniat Romano Pontifici respectu totius Orbis, Episcopis verò respectu suarum Dioecesum, inferioribus Sacerdotibus, seu Presbyteris per communicationem Episcoporum; Propterea munus baptizandi est proprij Sacerdotis, qui est Parochus extra necessitatem. *Bonacin. de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 5. prop. 1. n. 2. Laym. Theol. Moral lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 2.* Nec Religiosis licet baptizare sine licentia Parochi. *c. placuit. 2. 16. q. 1.* nequè leuare aliquem de fonte. *c. non liceat. de consecrat. d. 4.*

2 Hinc clericus non sacerdos solemniter baptizare præsumens, cum exerceat ordinem, quem non habet, deponendus est, & irregularitatem incurrit, vt diximus superiùs *§. 26. n. 2. & 3.* vbi plures allegauimus, *Bonacina* tamẽ cũ alijs ab ipso adductis *de cẽsur. disp. 7. q. 3. punct. 6. prop. 1. num. 5.* excipit Diaconum ministrantem solemniter baptismum cum licentia proprij Parochi, vel Episcopi, quem dicit minimè fieri irregularem; eò quòd ad ipsius munus pertineat solemniter baptizare de licentia Episcopi, vel Parochi, saltem vbi id consuetudine receptum est.

3 Sacerdos verò infantem alterius Parochiæ solemniter baptizans sine licentia proprij Parochi nullam incurrit irregularitatem, aut censuram, cum hæc nullibi reperiatur expressa; peccat tamen mortaliter, & ab Episcopo potest puniri pœna arbitraria; cum mittat falcem in messem alienam vsurpans sibi iurisdictionem, & munus alterius. Si verò baptizaret in necessitate, non peccaret; quia quilibet Sacerdos est per se institutus minister huius Sacramenti, & habet potestatem illud administrandi. *ità Eman. Sà. in aphor. v. Baptismus. num. 7. Valen. tom. 4. disp. 4. q. 2. punct. 1. Bonac. de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 5. propos. 2. numero* 10. & alij apud ipsum.

4 Parochus item excommunicatus maiori excommunicatione solemniter baptizans peccat mortaliter, & fit irregularis, etiamsi in necessitate baptizaret; quia eo casu debet sine solemnitate baptizare, *ità S. Tho. in 4. dist. 5. q. 2. ar. 2. quæstiunc. 5 Sot. in 4. d. 1. quæst. 5. ar. 6. Tolet. in sum. lib. 2. cap. 20. nu. 2.*

5 Quod intelligendum est si non esset alius, qui baptizaret in casu necessitatis; nam si adesset laicus non excommunicatus, esset præferendus Sacerdoti excommunicato; tunc enim non esset necessitas, cum posset tale Sacramentum conferri à Laico. *ità Sylu. v. Baptismus. 3. num. 1. in fin. Nauar. in Man. c. 22. nu. 7.*

6 Minùs potest baptismus conferri solemniter ab interdicto personaliter etiam in casu necessitatis. *Sayr. de censur. lib. 5 cap. 7. nu. 5.* cum ad satisfaciendum necessitati sufficiat illud ministrare sine solemnitate.

7 Sacerdos autem vocatus ad baptizãdum infirmum sibi commendatum, *vbicunquè* inuentus fuerit, pro intentione itineris, vel de alia excusatione id præstare recusauerit, si sine baptismo moriatur infirmus, deponendus est *cap. quicunquè. de consecr. d. 4. Diaz in pract. crim. can. cap. 48. Vgol. de offic. Episc. cap. 15. §. 12. numer.* 14.

8 Baptizare non licet *in* Aulis, vel Cameris, aut in priuatis domibus, sed duntaxat in Ecclesijs, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, nisi baptizandi extiterint filij Regum, vel Principum, aut talis necessitas emerserit, propter quam ad Ecclesiam sine periculo accessus haberi nequeat. *clem. vn. de baptis. auth. vt in priuat. dom. sacr. min. non fi.* Clericus verò qui secùs facere præsumpserit, aut suam in hoc præsentiam exhibuerit, pœna arbitraria erit puniẽdus. *dict. clem. vn. & ibi gloss. pen.* sacra etenim ministeria in Ecclesijs fieri debent. *cap. quæ fronte.* vbi etiam *gloss. verb. Canonicum. de appell.*

9 Quòd si pro pretio Baptismum, siue alia Sacramenta quispiam administrauerit, est suspendendus à Diuinis, & alia pœna arbitraria plectendus. *c. baptizandis. cap. nullus Episcopus. cap. quidquid. c. placuit. cap. emendari. cap. dictum. & cap. statuimus. 1. q. 1. c. fin. ead. q. 3. cap. 1. cap. non satis. cap. cum in Ecclesia c. suam. & cap. ad Apostolicã. de simon. Vgol. de simon. tab. 1 cap. 6. numer* 8. Dicente Domino *Quod gratis accepistis gratis date, Matth. 10. dicto cap. baptizandis. d. c. quidquid. & dicto cap. dictum.* Si tamen sacramenta administranti spontè fuerit aliquid oblatum,

non erit imputandum in pœnam *d. c. quidquid. & cap. & si quaestionis. de simon. extrau. 1. de simon. Vgol. cap. 9. §. 2. n. 1.* Vel si datur aliquid ex laudabili consuetudine erga sanctã Ecclesiam pia deuotione fideliũ introducta. *d. c. ad Apostolicã. Nauar. to. 2. cõs. lib. 5. cõs. 85. & 88. de simon. Vgol. dicto c. 9. §. 10. nu. 1. cum seqq.* Huiusmodi etenim consuetudo laudabilis est conseruanda etiam iuris remedijs. vt dictum fuit in *1 p. tit. De Bon. Cleric. §. 3. n. 19. cũ seqq.* Aut Baptismo, siuè alijs Sacramentis administratis aliquid offertur. *Vgol. dicto §. 2. nu. 2. cum seqq.*

10 Cum autem Baptismus ritè collatus in forma Ecclesiæ non sit iterandus. *cap. quamuis. cap. ostenditur. & cap. bi de quibus. de consec. d. 4. c. de quibus. de baptis. & ei. effect. l. 1. C. ne sanct. bapt. iter.* Cũ iteratio Baptismi sit grauissimũ scelus. *Clem. lib. 6. constit. Apostol. c. 15. Pen. ad Direct. Inquisit. 1. par. com. 10.* Et si quis dixerit verum, & ritè collatum baptismum iterandum esse, anathema sit; *Concil. Trid. sess. 7. de baptis. can. 11.* Propterea Sacerdos baptismum iterans est sacerdotio indignus. *l. 1. C. ne sanct. baptism. iter.* & est excommunicandus, & ab officio, & beneficio deponendus. *cap. fin. de baptis. & ei. effect.* & alijs pœnis afficiendus, de quibus *in cap. qui bis. & in c. eos quos. de consecr. d. 4. Pen. ad Direct. Inquisit. 1. par. com. 13.* Iure autem ciuili secularis huiusmodi scelus committens vltimo supplicio puniatur. *l. 2. C. ne sanct. bapt. iter.*

11 Qui verò patitur se rebaptizari, si clericus sit, & minor, & delictũ sit publicum, ad vlteriores ordines ascendere non poterit, nisi ad Religionem trãsire voluerit, si verò occultum, promoueri poterit; sed pœna arbitraria puniendus erit. *c. 2. de aposta. & reit. baptis. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 70. nu. 1. & 3.*

12 Et quia rebaptizatio est error in fide. *Abb. in d. cap. 2. de apostat. num. 3.* Et reiterantes baptismum apostatare videntur, dum recedunt à priori baptismate. *Abb. in Rubr. de apostat.* Quapropter huiusmodi casus spectat ad Sãctum Inquisitionis Officium. *Pen. ad Director. Inquis. par. 1. com. 13. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de haret. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Parochus benedicens secundas nuptias, si in primis vir, vel mulier esset benedicta, est ab officio suspendendus, & pœna arbitraria puniendus, nisi adesset consuetudo benedicendi secundas nuptias.*
2 *Parochus, qui non impedit clandestina matrimonia, vel Sacerdos Regularis, qui clandestino matrimonio præsumit interesse, est ab officio per triennium suspendendus, & alia pœna arbitrio Iudicis mulctandus.*
3 *Parochus quoquè eadem pœna puniendus, qui aliquos desponsauerit omissis denunciationibus, licet matrimonium fuerit validum, & nullum detectum impedimentum.*
4 *Parochus coniungens non subditos, vel eos benedicens sine licentia proprij Parochi est ipso iure suspensus ab officio, donec ab Ordinario proprij Parochi absolutionem obtinuerit.*
5 *Parochus potest coniungere suos subditos extra propriam Parochiam, & dare alteri Sacerdoti licentiam eosdẽ coniungendi.*
6 *Parochus coniungens subditos in gradu prohibito incidit in pœnam suspẽsionis, & grauiùs punitur, maximè si sciuerit eos se attinere in gradu prohibito.*
7 *Parochus nuptiarum solemnitates celebrans, vel benedictiones faciens tempore vetito pœna arbitraria est puniendus.*
8 *Tempus prohibitionis nuptiarum quãdo incipiat in Aduentu, & in Feria quarta Cinerum.*
9 *Clericus sacramenta administrans hæreticis, aut eos sepeliens, vel ab eis eleemosynas, aut oblationes percipiens qua pœna puniatur.*

§. XXXII.

1 CVm secundas nuptias benedicere Sacerdoti non liceat, si alteruter coniux fuerit benedictus. *cap. vir autem. de secund. nupt.* & ratio est, ne iteretur benedictio in persona semel benedicta, in qua benedictio semper manet, & neuter coniux absquè

altero benedici valeat; dedecere enim videtur, vt solemnes rerum, aut personarũ benedictiones iterentur, quales sunt consecratio Ecclesiæ, Altarium, Virginum, & nuptiarum, ne vilipendantur. Propterea Sacerdos secundas nuptias benedicẽs est ab officio, & beneficio suspendendus, & pœna arbitraria puniendus. *cap. 1. vbi Abb. & Host. n. 5. de secund. nupt. Diaz. in pract. crim. can. c. 77. n. 2. vbi Ignat. Lopez. Sanchez. de matrim. lib. 7. disput. 82. nu. 27. Couar. in Rub. de sponsal. par. 2. capit. 8. §. 11. Menoch. de arbitr. cas. 417. num. 8. Ricc. in prax. resol. 1. par. resol. 313.* Quia benedictio semel recepta durat, & qui transit ad secundas nuptias cõmunicat socio, vel sociæ eam benedictionem, quam semel est consecutus. *Abb. in cap. vir autem. n. 3. de secund. nupt. Diaz. in d. c. 77. in princ. Menoch. d. cas. 417. num. 7.* sicut dicimus de oleo consecrato, cui si admisceatur non consecratum, totum efficitur consecratum. *cap. quod in dubijs. de consec. Eccles. vel Alt.* Prædicta tamen pœna infligi neqnit, vbi esset consuetudo benedicendi secundas nuptias. *Ricc. dicta resol. 313. vers. limita. & par. 2. resol. 382. nu. 2. Barbos. de offic. & pot. Ep. alleg. 32. n. 184.*

2 Parochus autem, qui neglexerit clandestina matrimonia impedire, & quilibet etiam Regularis, qui matrimonio clãdestino interesse præsumpserit per trienniũ ab officio est suspendendus, & grauiùs arbitrio Iudicis puniendus, prout culpæ qualitas postulauerit. *cap. cum inhibitio. §. fin. de cland. desponsat. Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matr. Diaz. in pract. crim. can. cap. 76.* vbi etiam *Lopez. Couar. in 4. Decretal. p. 2. cap. 6. num. 13.* Suspensus autem ab officio censetur etiam suspẽsus à beneficio durante suspensione ab officio. vt post *gloss. Præposit. Abb. Anchar. & Sylu.* dicit *Couar. d. cap. 6. n. 13. & Diaz. d. cap. 76. num. 2.* licet secùs foret, vbi aliquis suspensus esset ab officio propter contumaciam, vel crimen leue; vt post eosdẽ Doctores tenet *Couar. d. num. 13.* Nequè Presbyter, qui interfuit clandestino matrimonio, est testis legitimus, nec facit semiplenam probationem. *Paris. cons. 57. num. 73. vol. 4. Couar. d. cap. 6. nu. 16.*

3 Parochus item, qui omissis denunciationibus matrimonialibus sine licentia Ordinarij aliquos desponsauerit, arbitrio Ordinarij est puniendus. ità censuit Sacra Congregatio Cõcilij super *cap. 1. sess. 24.* vt refert *Lopez ad Diaz.* super *c. 76. vers. Reuerendissimo.* Quamuis matrimonium fuerit validum. *Sacra Congregatio* ibid. & in *vna Mediolanen. 23. Februarij. 1630.* quam refert *Barbos. de offic. & potest. Parochi par. 2 cap. 21. num. 26.* & nullum fuerit detectum impedimentum.

4 Quilibet etiam Sacerdos siue secularis, siue Regularis, quamuis id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, qui non subditos matrimonio coniungere, vel post contractum matrimonium eosdem benedicere ausus fuerit sine licentia proprij Parochi, est ipso iure suspensus, donec ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seù à quo benedictio suscipienda erat absolutionis beneficium obtineat. *Concil. Trid. cap. citato. de reform. matrim.*

5 Veruntamen potest Parochus non solùm per semetipsum matrimonio coniungere proprios subditos extrà suam Parochiam absquè licentia illius Parochi, in cuius Parochia eos coniungeret; sed etiã dare licentiam alteri Sacerdoti eosdem coniungendi ità docent *Rebel. lib. 2. q. 8. nu. 5. Sanchez. de matr. lib. 3. disp. 19 n. 14 & disp. 34. num. 2. Reginal. lib. 31. nu. 177. & 80. Coninch. de matrim. d. 27. dub. 2. num. 23. & dub. 3. nu. 38. Gutier. cap. 62. num. 4. & 10.* & alij, qui rationem adducunt. Tum quia Concilium Tridentinum requirens præsentiam Parochi, vel alterius sacerdotis de Parochi, vel Ordinarij licentia non dicit in propria Parochia, & id solùm videtur exigere: vt euitetur clãdestinitas, Tum quia actus gratiosæ, & voluntariæ iurisdictionis, cuiusmodi est actus assistendi matrimonio, potest exerceri extrà locum propriæ iurisdictionis, Tum quia proprius Parochus potest administrare Sacramenta suis Parochianis vbicunquè existant. Est contra *Ignat. Lopez. ad Diaz. super. cap. 76. vers. vndecimo.* Vbi quamuis teneat esse validum matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus extrà propriam Parochiam, infert nihilominùs pœna arbitraria puniendum esse Parochum, qui sibi subditos matrimonio copulauerit extrà propriam Parochiã sine licentia Parochi illius loci, in quo matrimonium fuerit celebratum; Quæ quidem pœna maior, vel minor erit perpensa malitiæ qualitate; non enim criminis

susp-

suspicione carere videtur Parochus, qui nulla subsistente causa in aliena Parochia propria auctoritate matrimonium celebraret; sed prior opinio videtur probabilior, quam defendit *Sanchez* cum alijs apud ipsum. *d. lib. 3. disp. 19. q. 2. num. 15. cum seqq.* vbi *num.* 18. dicit prædictum matrimonium non solùm esse validum, verùm etiam Parochum minimè peccare cessante scandalo, & consequenter nullo modo esse puniendum.

6 Item Sacerdos matrimonio coniungens in gradu prohibito existentes non solùm incidit in pœnam suspensionis, de qua in *d. §. fin. de cland. desponsat.* Cum matrimonium contractum contrà generalem, vel specialem prohibitionem Ecclesiæ dicatur clandestinum. *Abb. in dicto §. fin. nu.* 18. *Maiol. de irregul. lib. 3. c. 25. n.* 17. *&* 18. *Sanchez. de matr. lib. 3. disp.* 48. *n.* 5. Verùm etiam grauiùs puniendus, cum sciuerit illos in gradu prohibito se attinere, nec literas dispensationis viderit, prout censuit sacra Congregatio super *Concil. Trid. sess. 24. cap. 5. de reform. matr. §. quòd si tales.* facit etiam *text. in §. fin. de cland. desponsat.* Cum non minùs deliquerit auctorizando talem contractum, quàm fecerint contrahentes. *cap. consanguineorum. verb. consentientes.* 3. *quæst.* 4. Immò magis deliquerit. *cap. tanta.* 86. *dist. cap. qui aliorum.* vbi *gloss.* 24. *q.* 3.

7 Neque euadet pœnam arbitrio Iudicis infligendam Parochus nuptiarum solemnitates celebrans, vel benedictiones faciens tempore ab Ecclesia vetito. vt habetur *Cõcil. Trid. sess.* 24. *c. 1. de reform. matr. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 7. nu.* 4. cum nulla in iure præscripta sit; ea autem quæ iure definita non sunt, arbitrio Iudicis demandantur. vt probat *Menoch. lib. 1. de arbit. in proem. n. 3. & seqq. Palud. in 4. d. 32. q. 1. art. 4. n. 19. S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 17. Sylu. v. Matrimonium. 7. q. 1. Lopez ad Diaz. super cap. 78. lit. F.*

8 Tempus autem, quo prohibentur solemnitates nuptiarum in Aduentu incipit à primis Vesperis Sabbati præcedẽtis primam Aduentus Dominicam; quia per se officium tunc incipit. In Feria verò quarta Cinerũ incipit à media nocte diei præcedentis; quia totum officium diei præcedentis etiam Completorium non pertinet ad diem sequentem. ità *Sanch. de matrim. lib. 7. d. 7. num.* 2.

9 Et Clerici sacramenta administrantes hæreticis, aut eos christianæ sepulturæ tradentes, seù eleemosynas, aut oblationes eorum percipiẽtes sunt officio priuandi, ad quod non nisi per Sedem Apostolicam restitui possunt. *c. excommunicamus. §. sanè clerici. de hæret.* Immò excõmunicationem incurrit sepeliens scienter hæreticum, à qua non est absoluendus, nisi eius corpus exhumauerit. *c. 2. de hæret. in* 6.

SVMMARIVM.

1 *Clericus possidens Parochialem Ecclesiam absquè examine nullum ius, aut titulum etiam coloratum acquirit, & dicitur intrusus.*

2 *Clericus pluribus modis intrusionis notam incurrit.*

3 *Inter intrusũ, & violentũ differentia.*

4 *Intrusus quas pœnas incurrat.*

5 *Ad incurrendas intrusionis pœnas requiritur; vt clericus administrauerit beneficium, & eius perceperit fructus.*

6 *Regularibus talia præsumentibus pœna statuta.*

7 *Clericus supponens se examini pro alio occasione obtinendi beneficia, vel alium se esse simulans qua pœna puniatur.*

8 *Clericus beneficium viuentis impetrãs nullum actum facit, & alias pœnas incurrit. Excusatur in multis casibus, sed non est immunis à pœna extrà prædictos casus beneficium viuentis conferens.*

9 *Clericus recipiens, vel retinens beneficium in confidentia quibus pœnis sit afficiendus.*

10 *Prælati procurantes capi ecclesiasticos: vt resignent beneficia, quas pœnas incurrant, & quas Inferiores idem facientes.*

11 *Clericus obtinens beneficium curam animarum habens potest sub pœna priuationis, censuris, ac alijs pœnis cogi ad residendum.*

12 *Clericus recusans residere, si extra residentiam moriatur, amittit facultatem, si quam habet, testandi, & eius bona tanquàm spolia pertinent ad Cameram Apostolicam.*

13 *Clericus non residens nõ facit fructus suos.*

14 Clericus in aliquibus casibus excusatur à residentia.

15 Episcopus in causa priuationis ob non residentiam debet priùs monere clericum beneficiatum per tres citationes in loco beneficij, si non potuerit personaliter citari, quæ citationes nō debent fieri festinanter, & post vltimam expectari debet lapsus sex mensium, antequàm deuentatur ad priuationem.

16 Vnica citatio videtur sufficere, quando fuit facta personaliter.

17 Episcopus, quando propter non residẽtiam procedit per subtractionem fructuum, non tenetur citare Clericum ad residendum; sed ad allegandam causam, quare nō debeat puniri iuxta formam Concilij Tridentini.

18 Sententia priuationis beneficij ob delictum lata in contumaciam non habet executionem; nisi post lapsum terminum datum ad appellandum, & sententia transierit in rem iudicatam.

19 A sententia priuationis beneficij ob non residentiam nō datur appellatio quoad effectum suspensiuum, si fuerit lata iuris ordine seruato.

20 Si absens, & contumax compareat ante sententiam, omnia euanescunt, & præcedentia acta resoluuntur in vim simplicis citationis, & auditur, & quoad bona, & quoad personam.

21 Si verò post sententiam condemnatus peruenerit ad manus Curiæ non auditur, nequè quoad bona, nequè quoad personam, sed absquè alio processu sententia executioni demandatur.

22 Et si post annum compareat, & non admittatur ad nouas defensiones, non recuperat bona, sed Fisco applicantur.

23 Comparens infrà annum, admissus ad nouas defensiones, ac suam innocentiam probans absolutus recuperat bona non obstante illorum apprehẽsione per fiscum.

24 Comparens post collationem beneficij alteri factam, purgata, & resoluta contumacia recuperat beneficium alteri collatum, Quæ omnia intelliguntur de priuatione ob contumaciam.

25 Clericus infrà annum à sententia prolata ob contumaciam non potest beneficio priuari, sed benè eius possessione,

26 Contumax quis dicatur.

27 Reus condemnatus propter delictum si compareat infrà annum, non recuperat bona, vel beneficia, quibus fuit per sententiam priuatus.

28 Quando clericus est priuatus beneficio ipso iure etiam in pœnam, statim nulla expectata sententia declaratoria, potest conferri alteri, & impetrari præsentatio, vel electio fieri; remanet tamen in possessione, vndè citari debet antequàm amoueatur.

29 Beneficia resignata etiam iuxtà formam Pij V. conferentes consanguineis, vel affinibus, aut familiaribus collatorum, aut resignantium quas pœnas incurrant.

30 Iudices causarum beneficialium priuationem beneficiorum concernentiũ, eorumquè affines, & familiares beneficia illa impetrare non possunt.

31 Clericus possidens beneficium curatum, & obtinens secundum, tenetur primum, quod ipso iure vacat, coram Ordinario dimittere, cum secundi possessionem obtinuerit; alioquin eo ipso priuatus est secundo.

32 Clericus habens duo beneficia sine dispensatione, quorum alterum sufficit ad eius vitæ sustentationem, potest altero priuari.

33 Clericus prouisus de Parochiali, & cessante impedimento non faciens se promoueri intrà annum ad sacerdotium, anno elapso remanet eo ipso priuatus dicta Parochiali.

34 Clericus per Sedem Apostolicam prouisus de Parochiali, si habeat liberum Curæ exercitiũ, & possessionem omnium fructuum, & prouentuum, licet illi sit mota lis in limine adeptæ possessionis; tenetur tamen se promoueri facere intrà annum etiam lite pendente.

35 Clericus obtinens dignitatem seù Canonicatum habentem præbendam presbyteralem, aut alia beneficia ordinem sacrum requirentia tenetur infrà annum ordines suscipere requisitos, non tamen incurrit pœnã ipso iure, sed cessante impedimento, si infrà annum eosdem ordines suscipere neglexerit, amissione distributionum, alijsquè pœnis erit puniendus.

36 Quòd si post monitionem ordines re-

quisitos

quisitos suscipere recusauerit, beneficijs priuandus erit, nisi fuerit in minori ætate, aut ob defectum scientiæ, aut aliud impedimentum Ordinarius noluerit eum ordinare.

37 *Clericus suscipiens beneficium de manu laica persona est excommunicandus, factusquè ineligibilis beneficium dimittere debet sub pœna excommunicationis, ac depositionis ab Ecclesiastico ministerio, & ordine.*

38 *Clericus, qui non ostenderit Ordinario titulum beneficij, siue dispẽsationis; postquàm fuerit monitus eo ipso amittit beneficium.*

39 *Episcopi, & eorum Superiores, & Inferiores vsurpantes ex redditibus Ecclesiarum vacantium quas pœnas incurrant.*

§. XXXIII.

1 Clericus Parochialem possidens absquè examine per concursum nullum ius, aut titulum etiam coloratum acquirit. *Concil. Trid. sess.7.cap.13. sess.24.cap.18. & sess.25.c.9. de reformat. Pius V. Const.33.* quæ incipit. *In conferendis.* & propterea appellatur intrusus; cum ille dicatur intrusus, qui nullum titulum habet. *cap. quia diuersitatem. de concess. præben. cap. auaritiæ. de elect. in 6. cap. relatum. de iurepatr. gloss. in cap. nisi cum pridem. §. propter conscientiam. verb. sed duntaxat. de renunciat. Felin. in cap. in nostra. num.13. de rescript. & in cap. veniens. num.2. de accusat. Rot. diuers. par.2. decis.21. num.2.*

2 Clericus intrusionis notam incurrit pluribus modis. Primo, quando sine auctoritate illius, ad quem collatio spectat, beneficium arripit propria auctoritate. *cap. ad aures. de excess. Prælat. dict. cap. quia diuersitatem.* vbi *Abb. in 2. notab. de concess. præben. Diaz. in pract. crim. canon. cap.51.* vbi etiam *Ignat. Lopez.* Secundo, quando post electionem ante confirmationem beneficium administrat. *cap. auaritiæ. de elect. in 6. cap. cum iamdudùm.* vbi *Abb. in num.4. de præbend. cap. nosti. & cap. qualiter.* vbi *glos. verb. administrationi. de elect. extrauag. Iniunctæ. eod.* Quia nemo debet sibi honorem assumere; nisi qui vocatur à Deo tanquàm Aaron. *Ad Hebr.5. dicto cap. qualiter.* Tertio, quando retinet beneficium, postquàm est amotus ab eo per Iudicis sententiam. Quarto, quando detinet beneficium alteri ademptum omisso iuris ordine. Quinto, qui in censura illud est adeptus. Sexto, qui sine literis Pontificijs possessionem accipit beneficij. *Ias. in cap. nihil. num.3. de elect. Rebuff. in prax. benef. Regul. de subrog. collitig. gloss.4. Filliuc. in Append. post hu. de stat. cler. tract.41. de benef. cap.6. n.101. Io. Aloys. Riccius. collect. decis. par.4. collect.1397.*

3 Intrusus autẽ differt à violento, quòd intrusus dicitur, qui scienter occupat beneficium sciens se nullum habere ius ad illud, iuxtà *cap. cum iamdudùm. de præben. & cap. cum qui. eod. in 6.* Violentus verò dicitur, qui propria auctoritate, & per vim occupat beneficium, cuius verè habet titulum; vel putat se habere. *Vasq. opuscul. de benef. Eccl. cap.4. §.4. dub.5. nu.252.*

4 Quamobrem intrusus non solùm pœnam priuationis eiusdem Ecclesiæ, seù beneficij, & omnis iuris ei quomodolibet competentis eo ipso incurrit, & inhabilitatis ad ea imposterum obtinenda. *dict. c. auaritiæ.* vbi *Archid. & Io. And. in fin. Gemin. nu.9. de elect. in 6. & cap. cum qui. de præben. in 6. Felin. in cap. veniens. num.3. de accusat. Mandos. cons.66. Lambert. de iurepatr. lib.2. par.2. q.5. art.11. Rebuff. dict. gloss.4. nu.7. Crescent. decis.6. de iure patr. Rot. diuers. par.1. decis.105. num.3. Garc. de benef. par.11. cap.10. §.3. num.224. Seraph. decis.598. nu.1. Quarant. in Summ. Bull. verb. Beneficiorum possessio cum addit.* Sed etiam alias pœnas incurrit, prout sancitum est per Iulium Secundum Constitut.4. incip. *Romani Pontificis*, & ità inhærendo eiusdem Iulij Secundi Cõstitutioni declarauit Sacra Congregatio *Concil. Trident. sess.21. cap. 6. §. Congregatio censuit prouisum Apostolicum.* prout etiam censuit eadem Sacra Congregatio anno 1593. in vna Placentina, quam refert *Garc. de benefic. par.9. cap.2. num.22.* Quæ procedunt in quibuslibet beneficijs, & in præsentatis, ac nominatis. *Seraph. dicta decis.598. num.1. Garc. dict. cap.2. num.24. & dicto §.3. num.215. & seqq.* & colligitur ex *dicta Placentina relata per Garc. sub dict. nu.22. Crescent. dict. decis.6. num.12.*

5 Intelliguntur autem prædicta, si ille percepisset fructus; quia ad incurrendas

pœnas *dict. cap. auaritiæ*, requiritur administratio, & fructuum perceptio. *Put. lib.3. decis.45. Rota. diuers.par.3. lib. 3. decis.83.n.9.Garc.de benef.par.11.cap.10. §.3.num.222. Seraph. d.num.1.* Quos fructus intrusus nō facit suos. *Cassad.decis.1. nu.2. de caus. posses.& propriet.* Sed committit furtum fructuum beneficij, si sit in dolo. *Bald. in dict.cap.nihil.num.8.*& tenetur de crimine falsi. *l.eos qui.ff. de fals. Bald. in cap. pastoralis. num.4. de except.* Efficiturquè inhabilis ad illam Ecclesiam, seù beneficium obtinendum. *dict.cap.cum iamdudùm. de præbend. Garc. de benefic. par.11.cap.10. §.3.num.224.*

6 Regulares verò talia circà Prælaturas, & Dignitates Regulares præsumentes, iure, si quod illis ad Monasteria, vel eorum regimina, & administrationes, ac alias cōuentus dignitates, per electionem huiusmodi quæsitum fuerit, eo ipso priuatos, & deinceps sibi ineligibiles esse, ipsaquè Monasteria, & alias dignitates à Sede Apostolica impetrari posse sanciuit Pius Quartus in sua Cōstitutione 86.incip.*Sāctissimus.* Qui verò similes electiones confirmare præsumpserit, etiam eo ipso Superiores Ordinū suis dignitatibus priuatos; Ordinarijs autem locorum ingressum Ecclesiæ interdictum, eosquè ab Ecclesiarum suarum regimine, & administratione suspensos esse voluit idem Pontifex eadem Constitutione, quam innouauit, & confirmauit Gregor. XIV. sua Constitutione 6. incip. *Onus*.

7 Clericus supponens se examini pro alio occasione obtinendorum beneficiorum, seù alium se esse simulans, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seù pro se, vel pro alijs cum oblatione alicuius pensionis annuæ, aut pro alijs cum spe pensionem annuam, aut aliud quātumuis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro se ipso principaliter animo, & intentione ea postmodùm in fauorem aliorum etiam quantumuis idoneorum; & benemeritorum cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurans excommunicationis soli Papæ reseruatæ, nec non priuationis omniū, & singulorum beneficiorum quomodolibet obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnam eo ipso absquè aliqua desuper facienda declaratione incurrit, vt sanciuit Leo X. Constit.27. quæ incipit. *Inhærendo.* & Paul.IV. Constit.12.incip.*Inter cæteras. §.nos præmissis.Garc. de benefic.par.11.c.3.§.2.n.191. Barbos.de offic. & potest.Episc. alleg.50.n.124.* Cū & colludēs in causa beneficiali sit priuandus beneficio. *cap.audiuimus. de collus. deteg.*

8 Beneficium autem viuentis scienter impetrans actum nullum facit per Regulam Cancellariæ 20. & Paul. III. Constitut.28. incip. *Sanctissimus. Abb. in cap.1. num. 3.de concess.præben.* Et non solùm dicitur delinquere. *Sarmen. ad Regul. de impetrat.benefic.q.fin.Cassad. decis.21. de præben. Rot.diuers. par.2. decis.9.num.3.* sed efficitur infamis.*cap.audiuimus.3.q.2.* & contrà eum leges Diuinæ, & humanæ omnes insurgunt. *l. stipulatio hoc modo concepta.ff. de verb.oblig. l.fin. C.de pact. cap.2.de conces.præben.Gomez.super dict. Regul.Cancel.20.quæst.1.num.2.* Ab omnibusquè, & singulis beneficijs Ecclesiasticis per eum obtentis est per triennium suspensus, atquè inhabilis perpetuò ad illud obtinendum. Paulus III. dicta Constitut. 28. *cap.1.* vbi *gloss. & Abb. num.1. de conces.præben.idem Abb.in cap. post electionem.nu.5. eod.Gomez. super.dict.Regul.Cancel.quæst.3.num.2. Ignat.Lopez. ad Diaz. in pract.crim. can.cap.52.* Nam quemadmodum quis ducere non potest in vxorem eam, quæ habet virum. *cap.fin. de eo qui duxit in matr.* ita nequè confequi vxorem spiritualem, cum qua voluerit contrahere viuente sponso suo, & quodammodo illam adulterando. *cap. audiuimus. de collus.deteg.cap.sicut.7.quæst.1. Abb.in dicto cap.1.num.1.& 3.* dicit esse ab ecclesiastica communione repellendum, ac deponendum. Excusabitur tamen in multis casibus, & erit immunis à dicta pœna impetrans beneficium viuentis. Vt si beneficium vacat per non promotionem. *per tex. in cap. licet canon. de elect. in 6.* per hæresim; *vt in cap.ad abolendum. & cap. excommunicamus. §.credentes. de heret.* aut per simoniæ labem; cum beneficium ipso iure vacet. *Extrau. Cum detestabile. de simon. inter comm.* Vel si beneficium impetretur post professionem. *cap. beneficium. de Regular. in 6.* In his enim casibus videtur beneficium viuentis impetrari posse; cum is, qui illud obtinet, sit ipso iure priuatus; licet ex aliqua causa ius habeat illud retinendi; valebit ta-

men illius collatio. *cap. licet Episcopus. de praeben. in 6. c. 1. de homicid.* vbi *Abb.* Alias excusationis causas congerit *Rebuff. de rcpro. benefic. viuen. impetr. gloss. 7. & Franc. Marc. decis. 481. par. 1.* At non videtur immunis à pœna, qui extrà prędictos casus beneficium viuentis cõtulerit scienter, quia cum in collatione deliquerit, erit ipsa collatione priuandus. *cap. cum in cunctis. in fin. & cap. super eo. de elect.* facit *text. in l quidam. in fin. & lege sequenti. ff. de donat.* vbi donãs bona proximi viuentis, priuatur illis bonis tanquàm indignus.

9 In confidentiam quoquè recipiens, vel retinens beneficium Ecclesiasticum, præterquàmquòd huiusmodi beneficium à die receptionis vacat, tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & excommunicationis latæ sententiæ soli Papæ reseruatæ pœnam, & inhabilitatis ad beneficia, & alias pœnas incurrit, prout sanciuit Pius IV. in sua Constitutione 85. incip. *Romanum Pontificem.* die 16. Nouembris. 1564. *Bullar. to. 2. pag. mihi.* 121. Quam confirmauit, & pœnas maiores addidit Pius V. in sua Constitut. item 85. incip. *Intollerabilis. Paris. tract. de confid. quaest. 58. Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat. 50. num.* 138. vbi plures congerit. Prædictæ tamen Constitutiones Pij IIII. & Pij V. non militant contra transferentes pensiones per confidentiam. *Paris. quaest. 23.* & ità fuisse resolutum per Rotam testatur *Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. nu. 5.*

10 Prælati similiter procurãtes capi Ecclesiasticos: vt resignent beneficia, sunt excommunicati, & à beneficijs per trienniũ sunt suspensi, Inferiores verò ipso iure beneficijs sunt priuati. *Clem. multorum. de pœn. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 57. num.* 241.

11 Obtinens autem beneficiũ curã animarum habens, aut aliàs personalem residentiam requirens potest ad residendum compelli sub pœna priuationis. *cap. conquerente.* vbi *Innoc. nu. 1. & Abb. num. 1. cap. qualiter. cap. inter quatuor. & cap. ex sua. de cler. non resid. Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. de reformat.* vbi etiam Sacra Congregatio. *§. Parochus.* Pius IIII. Constitut. 19. quæ incipit. *Cupientes. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 54. Garc. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 139. cum seqq.* Itcm per censuras ecclesiasticas, ac per sequestrationem, & subhastationem fructuum, aliaquè iuris remedia Episcopus cõtrà nõ residentem procedere potest. *dict. cap. ex sua. §. contra eos. de cler. non resid. Concil. Trid. sess. 6. c. 2. & sess. 23. c. 1. vers. quod si per edictum de reform. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 53. n. 70. cum seqq.*

12 Et vltra dictas pœnas *in eodem c. 1. sess. 23.* contentas, si huiusmodi residere recusantem extrà residentiam decedere contigerit, bona decedentis, & si facultatem specialem de illis, aut eorum parte testandi, & aliàs liberè disponendi obtinuerit, tanquàm spolia ad Cameram Apostolicam legitimo iure pertinere voluit, & decreuit idem Pius IIII. in dicta Constitut. 91. *§. & nihilominùs. Barbos. dict. allegat. 53. num. 49.*

13 Prætereà Clericus non residens non facit fructus suos; quia non est alendus ex redditibus Ecclesiæ, cui non deseruit. *Abb. in cap. Episcopus. num. 4. de praeben. & in disp.* quæ incipit. *Titius. Ripa resp. 1. num. 8. de consuet.* & ità colligitur *ex declarat. sacra Congregationis Concilij super cap. 1. dict. sess. 23. §. hac pœna.*

14 Multos casus excusãtes clericos beneficiatos à residentia refert *Ignatius Lopez. super cap. 54. Diaz. in pract. crim. canon. cum declarat. sacra Congregat. Concilij super dict. cap. 1. sess. 23.* Primus casus est. Quum quis sacram Theologiam profitetur, vel ei, aut sacrorum Canonum prælectioni operam dat ad quinquẽnium. *text. in cap. fin. de magistr. Rebuff. in pract. benef. tit. de dispens. de non residen. nu. 23. Nauar. in Man. cap. 25. nu. 121.* quibus suffragatur *text. in cap. relatum. de cler. non residen.* Secundus casus est Episcopi obsequiũ quoad duos Canonicos, & etiam alios, si ab eo occupentur in vtilitatem Ecclesiæ Cathedralis. *cap. ad audientiam.* vbi *Abb. num. 8. de cler. non resid.* Tertius casus maiori cum ratione excusans clericum beneficiatum à residentia est obsequium Summi Põtificis. *cap. cum dilectus. de cler. non resid.* modò id fiat principaliter ad seruiendum Papæ, non ad procurandum beneficia. *Nauar. & Lopez. locis allegatis.* Quartus casus est: quando contingit absentia Concilij gratia; nam qui intersunt Concilio Generali, vel Prouinciali, vel Synodali omnes fructus suos faciunt. *Lopez. vbi supra.* Quintus casus est

ob

ob neceſsitatem maximam perſonæ, vt ſi cõtingat abeſſe cauſa valetudinis curãdæ; nã tunc poterit per Vicariũ deſeruire. *c. ad audientiã. de cler. nõ reſid. c. 1. & tot. tit. de cler. agrot. & c. vn. eod. in 6.* facit *l. aut ſi valetudine. ff. de procurat.* Sextus propter neceſsitatem Eccleſiæ, etiamſi reſidere iurauerit. *cap. ex parte 2. de cler. non reſid.* Septimus, ſi interuenit legitima licentia. *glo. communiter recepta in cap. inter quatuor. de cler. non reſid. Nauar. dict. n.* 120. Octauus caſus eſt, quando graues ſuperueniunt inimicitiæ, quòd Parochus ſine vitæ diſcrimine non poſsit in ſuo beneficio reſidere, tunc cõſtituto idoneo Vicario cum licentia Epiſcopi poterit abeſſe per id tẽpus, quo inimicitiæ perdurauerint. *Sacra Congregatio apud Ignat. Lopez ſuper dict. cap. 54. in fin.* Alij caſus excuſantes beneficiatum à reſidentia ab alijs enumerantur; ſed ſupradicti ſunt potiores, & frequentiores.

15 In cauſa autẽ priuationis ob non reſidentiam debet Epiſcopus beneficiatum monere: vt reſideat. *cap. ex parte 1.* vbi *Abb. num. 3. cap. inter quatuor. & cap. fin. de cler. non reſid. Mantic. deciſ. 12. num. 1. Garc. de benef. par. 3. cap. 2. num. 127. & ſeqq.* Atquè monendus eſt per tres citationes in loco beneficij, ſeù Eccleſiæ ſucceſsiuè factas, ſi non poterit perſonaliter citari, nequè ſufficit vnica peremptoria. *c. ex tua*, vbi *Abb. n. 10. de cler. non reſid.* & idem *Abb. conſ. 22. par. 1. de cler. non reſid. Felin. in cap. conſuluit. n. 13. de offic. deleg. Seraph. deciſ. 27. num. 22. deciſ. 290. nu. 4. dec. 1346. n. 2. & 5. & deciſ. 1366. Mantic. d. deciſ. 12. n. 2. & deciſ. 67. n. 4. Garc. d. c. 2. num. 156. & ſeqq. Prax. Archiep. Neapol. cap. 112.* Nec huiuſmodi citationes debent fieri nimis feſtinanter. *Seraph. d. deciſ. 290. num. 14. dict. deciſ. 1346. num. 3. & dict. deciſ. 1366. num. 3.* Poſt vltimam verò citationem debent expectari ſex menſes antequam deueniatur ad priuationem. *Abb. in dict. cap. ex tua. num. 10. & 13. Seraph. dict. deciſ. 1346. n. 3. & 5. Mant. d. deciſ. 12. n. 2. & d. deciſ. 67. n. 4. Garc. d cap. 2. n. 154.*

16 Vnica tamẽ citatio ſufficere videtur quando perſonaliter fuerit executa. *Mantic. dict. deciſ. 67. num. 5.* & eo caſu poterit Ordinarius procedere ad priuationem etiam non expectatis ſex menſibus. *Seraphin. dict. deciſ. 1346. n. 5. Garc. dict. cap. 2. num. 155.* Adde ex *Lopez. ad Diaz. addit. ſuper cap. 54. in fin.* ad procedendum contra clericum beneficiatum ratione abſentiæ à beneficio non eſſe neceſſariam ſolemnem citationem, nequè ſolemnem priuationem; ſed ſufficere requiſitionem, & ſpoliationem de facto *iuxta text. in cap. ex parte. 1.* vbi *Abb. de cler. non reſid.*

17 Verùmenimuerò quando Epiſcopus procedit per ſubtractationem fructuum aduerſus non reſidentem, non tenetur eum citare, vel monere ad reſidentiam, nec eſt opus præuia intimatione: vt deſeruiat; ſed ſi abſuerit vltrà tres menſes, citandus erit ad allegandam cauſam; quare non debeat puniri ſecundùm formam Concilij Tridentini *dict. cap. 1. Garc. dict. cap. 2. num. 145.* vbi refert ità declaratum fuiſſe per Sacram Congregationem.

18 Sciendũ tamen eſt ſententiam priuationis beneficij ob delictum latam in contumaciam non habere executionem, niſi poſt lapſum terminum ad appellandum datum, & eadem ſententia tranſierit in rem iudicatam. *Mohed. deciſ. 11. de praben. Put. lib. 1. deciſ. 30. Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 834. num. 1. & 2. & deciſ. 1149. Garc. de benef. par. 11. cap. 3. num. 125.* Et ità reſolutum fuiſſe 4. Iulij 1607. in vna Beneficiorum Pampilonen. coram Caualerio. & 22. Iunij 1609. in vna Brixien. Canonicatus corã Manzanedo teſtatur *idem. Garc. in addit. ad cap. 3. nu. 92.* Quod procedit, quamuis non fuerit appellatum; nam collatio facta infrà dictum tempus non valet, nequè conualidatur. *Mohed. dict. deciſ. 11. Rot. dict. deciſ. 834.* & dictum fuit in dicta Pampilonen. Beneficiorum.

19 A ſententia autẽ priuationis beneficij ob non reſidentiam non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, ſi fuerit lata iuris ordine ſeruato. *cap. conquerente. de cler. non. reſiden. Seraph. dict. deciſ. 1346. num. 1. & 6. Garc. de benef. par. 3. cap. 2. num. 191. cum. ſeqq. Concid. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. verſ. Quod ſi per edictũ de reformat.* vbi ſancitum eſt executionem ſententiæ latæ ob non reſidentiam contrà non reſidentem quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione etiam ratione cuiuſcunquè ſiuè appellatione, aut inhibitione ſuſpendi non poſſe etiam quòd per edictum citati etiam non perſonaliter contumaces fuerint. Nequè obſtare videtur, quòd ad executionem ſententiæ latæ in contumaciam contrà aliquem deueniri nõ

poſ-

posſit niſi elapſo anno. *Seraph. decif.254. num.4.* & ita etiam ſeruauerit *Rota in vna Romana Secretariatus. 20. Septembris 1591. coram Pamphilio*; Quia hoc intelligitur quando proceditur in contumaciam. *Seraphin. dict. decif.254. nu.4. & 5.* Præterea non procedit in priuatione ob non reſidentiam; eo etenim caſu habemus claram deciſionem Concilij Trident. *dicta ſeſſ.23. cap.1.*

20 Quòd ſi abſens, & contumax compareat ante ſententiam, omnia euaneſcunt, & præcedentia acta reſoluuntur in vim ſimplicis citationis, auditurquè, & quoad bona, & quoad perſonam. *Boſſ. de requirend. re. num.3. in fin. Farinac. de inquiſit. quæſt.11. n.3. verſ. præmitto quarto.* vbi teſtatur de generali, & communi conſuetudine totius Italiæ, *& num.99.*

21 Si verò poſt ſententiam condemnatus ad manus Curiæ peruenerit, nec quoad bona, nequè quoad perſonam auditur, ſed abſquè alio proceſſu ſententia contra eum lata executioni demandatur. *Boer. decif.63. nu 8. & 9. Clar. in. §. fin. quæſt.96. num.3. verſ. Quæro nunquid. & num.4. verſ. ſed nunquid. Farinac. dict. verſ. præmitto quarto.* Exceptis caſibus, de quibus per *Farinac. quæſt.11. num.6. cum ſeqq.*

22 Quòd ſi compareat poſt annū, & non admittatur ad nouas defenſiones, eo caſu ſiue abſoluatur, ſiue non, bona nunquam recuperat; ſed illa Fiſco applicantur, & remanent in pœnam contumaciæ. *l. fin. ff. de requir. re. Boer. decif.65. & ſeqq. Capic. decif.131. n.3. Clar.* atteſtans de communi. *in dict. §. fin. quæſt.44. num.1. in fin. & num.2. verſ. facta autem. & num.4. in fin.* & de generali conſuetudine affirmat *Farinac. dict. quæſt.11. numer. 83. & 86. cum ſeqq.*

23 Comparens autem infra annū, & admiſſus ad nouas defenſiones, ſi ſuam innocentiam demonſtrauerit, ac fuerit abſolutus, recuperat bona non obſtante illorum apprehenſione per Fiſcum. *dict. l. fin.* vbi *gloſ. verb. purgauerit. ff. de requir. re. Boer dict. decif.65. num.6. & ſeqq. Clar. dict. quæſt.44. num.1. in fin. num.2. dict. verſ. facta autem. & num.4. & 5. Achil. decif.2. de dol. & contum. Farin. dict. q.11 num.83. & num.89. verſ. quod ſi delictum.* Immò per ſimplicem comparitionem tollitur ſententia contra abſentem, & contumacem lata cum pœnis in ea contentis. *Seraphin. decif.354. nu.8. & 13.* Et fuit reſolutum per Rotam in vna Romana Canonicatus Sancti Angeli, vltima die Februarij 1567. *Riec. in collect. decif.2. collect.723.*

24 Comparens etiam poſt collationem alteri factam recuperat beneficia alteri collata. *Achil. dict. decif.2.* & in ſupradicta Romana Canonicatus Sancti Angeli; nam purgata, & reſoluta contumacia cenſentur quoquè reſolutæ omnes pœnæ contumaciales. *l.1. §. ſi frater. ff. de collat. bon. cap. ex literis. de conſtitut. Farinac. dict. quæſt.11. num.90.*

25 Quæ intelliguntur de priuatione bonorum facta in contumaciam; quia eo caſu non poteſt quis infrà annum priuari beneficio, licet beneficij poſſeſsione priuari poſſit. *Seraph. dec.290. n.9. & dec.254. num.4. & 5.* Cum priuatio facta in contumaciam non ſit perpetua, & irreuocabilis; ſed temporalis, & reuocabilis. *Seraph. d. dec.290. à n.10.* & dictum fuit in ſupradicta Romana Canonicatus S. Angeli.

26 Verus autem contumax ille dicendus eſt, qui non comparuit, nequè docuit de legitimo impedimento, præcedentibus tamē neceſſarijs citationibus, vel monitorio, in quo fuit appoſita comminatio. *cap. venerabilibus. §. 1. verſ. ſecus. de ſentent. excom. in 6. Card. in clem. vn. de dol. & contum. Innoc. in c. ſolet. verb. manifeſta. de ſent. excom. in 6. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 11. nu. 11. verſ. eſt autem manifeſta. Seraphin. d. decif.290. num.8. Sylu. verb. Contumacia.*

27 Si verò ſententia fuerit lata propter delictum, quamuis Reus compareat intrà annum, non recuperat bona, nequè beneficium per comparitionem. *Seraphin. dicta decif.354. n.8. & 9.* & ità fuit deciſum in prædicta *Romana Canonicatus S. Angeli coram Cotta vltima Februarij 1567,* & in eadem coram eodem. *17. Maij eiuſdem anni 1567.* Propter delictum dicitur ſententia, non ſolùm quando proceditur verè ob delictum probatum, ſed etiam, quando profertur contrà abſentes vigore ſtatutorum volentium contumacem haberi pro confeſſo, ſeu quando proceditur contrà abſentes cum clauſula in pœnam confeſſati, ſeu conuicti criminis. *Farinac. d. q.11. nu.93.* vbi teſtatur de communi.

28 At quando quis eſt priuatus ipſo iure etiam in pœnam ſtatim nulla expectata ſententia declaratoria conferri poteſt,

ac impetrari præsentatio, vel electio fieri. *cap. licet Episcopus. de praeben. in 6. Achil. decis. on. de haeret. Rot. diuers. par. 3. lib. 3. decis. 707. & decis. 728. num. 1. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. num. 23. & seqq.* remanet tamen in possessione, vndè citari debet, antequàm indè amoueatur. *d. cap. licet Episcopus. Rot. d. decis. 707. num. 4. Garc. d. cap. 10. nu. 24. & 34.*

29 Beneficia resignata etiam iuxta formam Constitut. Pij V. 58. incip. *Quanta Ecclesia*. Conferentes consanguineis, seu affinibus, vel familiaribus collatorum, aut resignantium à beneficiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione tandiù sunt suspensi, donec remissionem à Summo Pontifice obtinuerint, quibus pœnis subiacēt, qui talia beneficia receperint. *d. Constit. 58. §. caeterum praecipimus. Vincen. Filliuc. in append. posthu. tract. 45. cap. 8. num. 28. & 29.*

30 Cum neque Iudices ciuiles, vel criminales causarum beneficialium priuationem beneficiorum concernentium, neque ipsorum Iudicum nepotes, consanguinei, vel affines, solicitatores, procuratores, domestici, & familiares eadem beneficia impetrare possint, vt sancitum fuit per Pium IV. Constitutione 14. incip. *Cupientes*.

31 Qui verò secundum beneficium Curatum, aut dignitatem, vel personatum, seu officium obtinuerit, primum, quod ipso iure vacat, vbi secundi possessionem fuerit adeptus, vel per se ipsum steterit, quominus habeat, absque mora coram Ordinario non dimiserit, ipso iure priuatus est secundo; & nedum ad sacros ordines suscipiendos, quin etiam ad habendum quodcunque Ecclesiasticum beneficium inhabilis factus. *Extrau. Io. XXII. Execrabilis §. qui verò. de praeben. Garc. de benef. p. 11. cap. 5. num. 10. 17. 24. 36. & seqq.* Et ad probandum quòd quis incurrerit pœnas eiusdem *Extrauag. Execrabilis* requiritur, quòd probetur, prouisum possedisse. *Garc. d. cap. 5. num. 42. & seqq.* vbi dicit ita resolutum fuisse per Rotam.

32 Cum de iure communi nullus possit habere plura beneficia. *cap. cum teneamur. de praeben. c. conquerente. de cler. non resid.* Propterea habens duo beneficia quamuis simplicia sine dispensatione, quorum alterum sufficit ad beneficiati vitam sustentandam, altero ipsorum priuari potest. *d. cap. conquerente.* vbi *Abb. nu. 2.*

33 Prouisus autem de Parochiali, & non faciens se promoueri intrà annum ad sacerdotium, anno elapso est ipso iure dicta Parochiali priuatus. *cap. licet canon.* vbi *gloss. verb. Parochialis. cap. statutum. cap. cum ex eo. & cap. commissa. de elect. in 6. Staphil de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. §. quartus principalis. Gemin. consil. 131. Rebuff. in prax. benef. p. 2. tit. de non promot. int. ann. num. 1. & seqq. fol. mihi 202. Ferret. cons. 53. num. 4. & 5. Rot. decis. 38. de praeben. in antiq. & decis. 6. de rer. permut. eod. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 55.* vbi etiam *Lopez. Paris. de resign. benef. lib. 3. q. 2. Garc. de benef. p. 3. cap. 4. nu. 3. & seqq.* Et ità quoquè censuit Sacra Congreg. Concilij Tridentini *sess. 22. super cap. 4. §. Congregatio Cardinalium censuit. & sess. 24. super c. 12. §. Congregatio Concilij censuit obtinentem. de reform. Filliuc. in append. posthum. tract. 4. capit. 8. nu. 11. Barbos. de offic. & pot. Ep. alleg. 57. num. 209.* Propter periculum animarum ex defectu Pastoris, qui seruire debet illis celebrando, eorum confessiones excipiēdo, & alia, quæ ad Parochi munua spectāt præstando, quibus satisfacere nequit, nisi ad sacerdotiū promoueatur. *c. ne pro defectu. de elect. & c. fin. de rescript. in 6.* & ne Parochiales Ecclesias relinquēdi, atq. matrimoniū contrahendi post receptos Parochialis fructus occasio præbeatur. *d. cap. commissa. de elect. in 6.* Quòd si iusto impedimento putà infirmitatis, aut alio legitimo non potuerit intrà annum promoueri; tunc non dicetur ipso iure priuatus. *d. cap. commissa. Rebuff. loco allegato num. 47.* Sacra Congregatio Concilij Tridentini super *cap. 3. sess. 7. §. Parochus. de reform.* Nequè si Ordinarius propter defectum scientiæ illum promouere recusauerit, vt declarauit eadem Sacra Congregatio super *d. c. 3. §. hoc decretum.* aut alia occasione, vt refert *Garc. de benef. p. 3. c. 4. num. 7. Lopez. ad Diaz.* super *d. c. 55. in princ. Ricc. in prax. par. 2. resol. 486. nu. 6.*

34 Veruntamen si obtinens Parochialem per prouisionem Sedis Apostolicæ habeat liberum Curæ exercitium, & possessionem omnium fructuum, & prouentuum, ad dictam Parochialem spectantium licèt in limine adeptæ possessionis prædictæ Parochialis lis fuerit mota per aliquem in-

peti-

petitorio; tenetur tamen intrà annum se promoueri facere etiam lite pendente, vt censuit eadem Sacra Cögregatio super *d. c. 4. §. obtinens.* & refert *Garc. de benef. p. 11. c. 5. n. 121. Sarm. in Regul. de triẽnal. q. 53. verſ. & ideò quidquid dicat. Rebuff. loco allegato. n. 48. & ſeqq. Garc. d. c. 5. n. 118.*

35 Obtinens verò Dignitatem, ſeù Canonicatum habentem Præbendam Presbyteralem, aut alia beneficia ordinem ſacrum requirentia, licet teneatur infrà annum ordines ſuſcipere requiſitos. *clem. vt ij. de atat. & qualit. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat.* vbi innouatur. *d. clem. vt ij. & ſeſſ. 24. cap. 12. ver. neminem. de reformat.* Non tamen incurrit priuationem ipſo iure. *gloſſ. in d. c. licet canon. ver. Parochialis. & v. Priuatus. & in d. c. ſtatutum. v. ſtatutū.* vbi *Gemin. & Fran. de elect. in 6. Rebuff.* loco citato. *num. 28. & ſeqq. Gemin. conſ. 131. Diaz. d. cap. 55. n. 5. Rot. decif. 3. de pœn. in antiq. Barboſ. de offi. & pot. Epiſc. alleg. 57. num. 210.* Dignitates, ſeu Canonicatus habentes Præbendam Presbyteralem de iure ſunt Decanatus, Præpoſitura, Archipresbyteratus, & Abbatia. *tex. in c. 1. de atat. & qualit. cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. Rebuff. in prax. benef. tit. requiſ. ad colla. bon. num. 31. Garc. de benefic. par. 7. cap. 1. n. 40.* etiamſi animarum cura nulla ſubſit, requiritur, vt promouendus attingat ætatis annum 25. *Garc. d. p. 7. cap. 4. num. 73.* & communiter Doctores. Prædictum autem *cap. 4. ſeſſ. 22. Concilij Tridentini* comprehendit ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt, vt cenſuit Sacra Congregatio ibid. *§. hoc decretum.* Sed iuxo impedimento ceſſante infrà annum eoſdem ordines ſuſcipere negligens diſtributionum amiſſione, alijſquè pœnis, quæ contra tales ad ordines promoueri recuſantes ſtatuuntur à iure, eſt puniendus. *d. clem. vt ij. Concil. Trid. d. cap. 4. Garc. de benef. par. 3. cap. 4. num. 17. Ricc. d. reſolut. 486. numer. 14. & 15.* Immò & amiſſione locorum, & beneficiorum priuatione appellatione ceſſante. *cap. quaris. de atat. & qualit. gloſſ. in cap. cum in cunctis. §. inferiora. verb. promoueantur. de elect. &* cenſuit Sacra Congreg. *in vna Burgen.* vt refert *Garc. d. cap. 4. num. 22.* Præuia nihilominus monitione facta ad ſuſcipiendos ſacros ordines. *gloſſ. in cap. licet canonic. verb. Priuatus. de elect. in 6.*

36 Quòd ſi poſt monitionem ſacros ordines ſuſcipere recuſaret, Dignitate, ſeù Canonicatu, aut alijs beneficijs priuari debet. *gloſſ. d. v. Priuatus.* & cẽſuit Sacra Congregatio Cardinalium ſuper *dict. cap. 4. §. Canonici.* & ſuper *d. c. 12. §. monitus.* Non eſt tamen quis priuandus Canonicatu eo quòd intrà annum non ſit promotus ad ſacros ordines, qui tantùm decem, & octo annos habet; quia non cogitur, niſi in legitima ætate ſit conſtitutus, vt cenſuit Sacra Congregatio Concilij ſuper *d. cap. 4. §. ex hoc decreto.* Minùs prædictū decretum comprehendit illum, quem Ordinarius propter defectum ſcientiæ non vult promouere, vt pariter cenſuit eadem Congregatio ibid. *§. hoc decretum.*

37 Suſcipiens autem beneficium de manu laicæ perſonæ, & ità ſine canonica inſtitutione non eſt dignus nomine Rectoris; & propterea eſt excommunicandus; non tamen eſt excommunicatus. *c. praterea. 1. de iurepatr.* vbi *gloſſ. verb. priuetur. c. ſi quis deinceps. & cap. quoniam. 16. q. 7.* Eſtquè factus ineligibilis. *c. quiſquis.* vbi *gloſſ. verb. fiat. de elect.* illudquè dimittere debet ſub pœna excommunicationis, ac depoſitionis ab eccleſiaſtico ordine, & miniſterio. *c. relatum.* vbi *Abb. n. 1. & 2. & in d. c. praterea. de iurepatr. c. 2. §. ad hac. de haret. in 6. Diaz. in pract. crimin. can. cap. 53. num. 1.* vbi etiam *Lopez.* Laicus verò, qui huiuſmodi clericum inſtituerit, pariter eſt excommunicandus. *dicto cap. prateread.*

38 Qui verò non oſtenderit Ordinario titulum beneficij, ſinè diſpenſationis; poſtquàm fuerit monitus, eo ipſo beneficium amittit. *cap. Ordinarij. §. quod ſi fortè.* vbi *gloſſ. ver. eo ipſo. de offic. Ordin. in 6. Extrauag. vt quos virtutis. §. quod ſi non fecerit. cod. inter commun. Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 5. de reformat.* vbi renouatur diſpoſitio *d. c. Ordinarij. Pauin. de offic. & pot. Capitul. pralud. 7. num. 12. verſ. decimo.* facit *Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 2. de reformat. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 57. num. 222. cum ſeq.*

39 Epiſcopi autem, & Superiores eorum ab ingreſſu Eccleſiæ, & Inferiores ab officijs, & beneficijs qui aliquid vſurpãt ex redditibus dignitatum, & Eccleſiarum vacantium, & illis ſubditarum, quos reliquerunt mortui; vel collecti fuerunt durante vacatione, tandiù eo ipſo ſunt ſu-

spensi, quousquè de dictis satisfactionem fecerint; nisi habeant in contrarium speciale priuilegium, vel consuetudinem ad hoc præscriptam, seù aliam causam rationabilem *cap. præsenti. de offic. Ordinar.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus bona sui beneficij alienare, vel aliquo modo obligare præsumens inconsulto Romano Pontifice præterquàm in casibus a iure permissis qua pœna puniendus.*

2 *Nec pignori dari possint bona Ecclesiæ; nisi in extrema, & vrgenti necessitate eiusdem Ecclesiæ.*

3 *In easdem pœnas incidit clericus alienans bona Ecclesiæ saluo assensu Apostolico si ante ipsius beneplaciti expeditionem possessionem tradiderit.*

4 *Clericus dilapidans bona Ecclesiæ à beneficio remouendus est.*

5 *Episcopus alienans bona Ecclesiæ absq. licentia Summi Pontificis suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, quæ suspensio extenditur ad Abbates.*

6 *Clericus cuiusuis secularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorumuè locorum piorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, seu quascunquè obuentiones, quæ in ministrorum, pauperumquè necessitates conuerti debent, aliquo modo per se, vel per alios vsurpare præsumens quas pœnas incurrat, & eadem pœnæ ad laicos huiusmodi vsurpationē facientes extenduntur.*

§. XXXIV.

1 Clericus sui beneficij, vel administrationis res, aut bona alienare prohibetur *c. 1. & tot. tit. de reb. eccles. non alienan. & in 6. & in clementinis, & Extrauagan.* Quòd si easdem res, aut bona alienare præsumpserit inconsulto Romano Pontifice, siue pactum facere, per quod ipsorum dominium transferatur, concessionem hypothecam, locationem vltrà triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteoticum præterquàm in casibus à iure permissis sententia excommunicationis eo ipso innodatur, estquè ipso facto beneficio, ac administratione priuatus. *extrauag. ambitiosæ. de reb. eccles. non alienan. Couar. var. resolut. cap. 16. num. 4. cū seqq.* vbi latè *de locat. vltra triennium.*

2 Sed nequè pignori dari possunt res, & bona Ecclesiæ, nisi in extrema, & vrgēti Ecclesiæ necessitate. *cap. 1.* vbi *Abb. de pignor. Couar. d. cap. 16. n. 8. vers. hactenus de locatione. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 2. cap. 6.*

3 In pœnas, & censuras contentas in *d. extrauag.* incidit quoquè clericus alienans saluo assensu Apostolico, si ante ipsius beneplaciti expeditionem possessionē tradiderit. *Nauar. tom. 1. cons. lib. 3. de reb. eccles. non. alienan. cons. 1.* & ex declaratione *Clem. VIII.* refert *Auctor Prax. Archiep. Neapol. cap. 52. Ricc. in prax. p. 1. resol. 53. num. 3. & par. 2. resol. 60.*

4 Dilapidans autem bona Ecclesiæ à beneficio remouendus est. *c. si quis presbyter. 50. dist. cap. fin. 3. q. 2. cap. 1. circà fin. de stat. mon. Abb. in cap. venerabili.* vbi etiam *Butr. Imol. & Felin. de offic. deleg. cap. licet Heli. §. nos eum. & cap per tuas. de simon. Diaz. in pract. crim. canon. c. 74. num. 1. & seqq.* & ibi *Iguat. Lopez.*

5 Episcopus verò alienans bona Ecclesiæ, vel locorum piorum absquè licentia Summi Pontificis suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, quæ suspensio extenditur ad Abbates. *d. extrauag. ambitiosæ. Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat. 111. num. 36.* & alij apud ipsum.

6 Quòd si quis clericus alicuius Ecclesiæ, seù cuiusuis secularis, vel regularis, Monasterij, Montium Pietatis, aliorumq. locorum piorum iurisdictiones, bona, census, & iura etiam feudalia, ac emphyteotica, fructus, emolumenta, seù quascunquè obuentiones, quæ in ministrorum, pauperumquè necessitates conuerti debēt per se, vel per alios vi, timore incusso, aut etiam per suppositas personas aliorum clericorum, aut laicorum, seù quacunquè arte, aut quocunquè quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosquè vsurpare præsumpserit, seù impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur, siuè huius fraudis, & vsurpationis fabricator fuerit, vel consentiens, is excōmunicationi tamdiù subiaceat, quamdiù prædicta, quæ occupauerit, Ecclesiæ, siuè beneficiato integrè restituerit, & absolutionem à Summo Pontifice obtinuerit, &

qui-

quibuſcunquè beneficijs eſt priuatus, & ad alia beneficia redditus inhabilis, atquè ab executione ordinum etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem arbitrio ſui Ordinarij ſuſpendendus. *Concil. Triden. ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat.* Vbi ſupradictæ pœnæ extenduntur etiam ad laicos huiuſmodi vſurpationem facientes. *Vide Reginal. in prax. fo. pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 154. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Simonia probibetur ſacris Canonibus, iure Diuino, & Naturali.*

2 *Simoniam committens quibus pœnis afficiatur.*

3 *Simoniæ pœnas incurrunt non ſolùm dantes, & accipientes aliquid pro ſpiritualibus; ſed etiam mediatores, & procuratores.*

4 *Nequè pro collatione ordinum, etiam clericalis tonſuræ, ſeù pro litteris dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, vel pro ſigillo aliquid accipi poteſt ſub pœna ſimoniæ.*

5 *Simonia committitur etiam per laicos, vt per præſentantem, & præſentatū.*

6 *Per ſimoniam acceptum cui ſit reſtituendum.*

7 *Simuniacos quilibet tenetur reuelare, aliter abſolui non poteſt, & ſi fuerit complex veniam conſequetur, & gratiam.*

8 *Simonia æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis, appellatur hæreſis, peſtis, delictum grauius, quàm homicidium; immò ad comparationem illius cætera crimina pro nihilo reputantur, & ſimoniaci dicuntur infames.*

9 *Simoniaci nonniſi ſpiritum mendacij accipiunt, apud eos ſacerdotium non ſubſiſtit, benedictio eorum in maledictionem conuertitur, apud eos manet anathema danti, & accipienti, alios ſanctificare non poſſunt, nec alijs valent benedicere; cum ipſi ſint maledicti, & a participatione corporis, & ſanguinis Chriſti alieni fiunt; cum accipiatur aurum, & lepra detur.*

10 *Simonia committitur manu, lingua, & obſequio: item quum remittitur debitum, & ſi quis plus penſionis promittat, quàm beneficium ferre poſſit.*

11 *Simoniam non euitat clericus qui titulum non habens quo ad ſubdiaconatū promoueri poſſit, impetrat a clerico beneficiato vt ipſum admittat ad titulum ſui beneficij promittens non petiturum poſt ordinationem.*

12 *Simonia committitur non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in annexis eiſdem ſpiritualibus.*

13 *Pœna extrauagantis,* Cum deteſtabile, *non extēditur ad penſiones, minùs ad adminiſtrationes hoſpitalium, quæ dantur in regimen, nequè ad adminiſtrationes Capellaniarū, ſeù præbendarum, quæ conſiſtunt in oneribus faciendi celebrare certum numerum Miſſarum.*

14 *Simoniam non committit; ſed bene peccat mortaliter, qui accipit beneficium animo illud permutandi, ſeù nō retinendi, aut ſuper illo penſionem imponendi.*

15 *Simoniam non committit Epiſcopus conferens beneficium alicui ad ſe liberandum ab obligatione antidorali; ſicut etiam ſine labe ſimoniæ pro bono pacis ad extinguendam litem coram ſe ipſo mota inter duos litigantes ſuper eodem beneficio poteſt diſponere, vt vnus alteri cedat reſeruata ſibi penſione ſuper eiuſdem beneficij fructibus.*

16 *Abſquè ſimonia poteſt Epiſcopus præſcribere, quòd ſeni, & debili renūcianti beneficium licitè conſtituatur ſuper eiuſdem beneficij fructibus pēſio, ex qua viuere valeat.*

17 *Epiſcopus item in permutatione Eccleſiarū poteſt decernere: vt qui opulentiorem Eccleſiam habuerit, alteri certam penſionem ſoluat ad coequandos fructus vtriuſq. beneficij permutati; & ante collationem beneficij vacātis in menſe ſuo imponere eidem beneficio aliquod onus iuſtum, & honeſtum in pios vſus expendendum, quod alij negant fieri poſſe ſine auctoritate Summi Pontificis.*

18 *Simoniacum eſt fieri tranſactionem ſuper lite beneficij, aut concurſu dato, vel retento aliquo temporali, vel ſi quis renunciat beneficium ſimplex alteri: vt diſcedat à lite ſuper altero beneficio mota.*

19 *Non reprobatur tamen amicabilis com-*

positio nulla præcedēte specialiter promissione: vt discedatur à lite, etiam quòd posteà aliquid alteri detur. Iudex etiam potest decernere aliquid alteri tribuendum propter impensas factas in lite, aut in Bullis; vt discedatur à lite pro bono pacis, vel data certa pensione, vbi Iudex aduertit alteram partem fouere bonā causam.

20 *Existens in possessione beneficij fouēsq. iustā causam potest aliquid alteri dare mouenti sibi litem super beneficio, vt desistat à lite, & sic redimendo suā vexationem non committit simoniam, ex parte tamen accipientis committitur simonia.*

21 *Simoniaca est omnis transactio, & cōuentio super beneficialibus; sed si fiat reseruato beneplacito Apostolico excusat à vitio simoniæ.*

22 *Committens simoniam fit incapax ad omnia beneficia; Episcopus tamen poterit cum eo dispensare, si fuerit euidēs Ecclesiæ vtilitas; vt in alia Ecclesia obtineat beneficium.*

23 *Tolluntur abusus, consuetudinesquè prauæ dandi aliquid pro electione, præsentatione, nominatione, collatione, vel alia prouisione, aut admissione ad possessionem alicuius beneficij Canonicatuum, & præbendarum.*

24 *Refertur summarium Bullæ Pij V. contrà prædicta facientes.*

25 *Ad detegendam simoniam in illius odiū sufficiunt leuiores probationes ad effectum repellendi aliquem ab assecutione beneficij nondùm obtenti.*

26 *Sed ad effectum priuationis tunc plenè, & concludenter simonia erit probanda.*

§. XXXV.

1 CVm pro beneficijs Ecclesiasticis, aut alijs spiritualibus obtinendis omnis pactio, omnisq. conuentio cessare debeat tanquàm simoniaca. *c. fin. de pact. c. cum super. de confess. c. tua nos. c. cum essent. & c. ex diligenti. de simon.* Quæ non solùm prohibetur sacris Canonibus, vt apertissimè colligi potest ex *tit. de simon. in Decretal. & in 6. & in Extrauagantibus. ex c. 1. cum seqq. 1. q. 1.* Atquè ex sacri Concilij Tridētini Decretis. *sess. 21. c. 1. sess. 22. de obseruan. & euitan. in celebr. Miss. & sess. 24. cap. 14. de reform.* Sed etiam iure Diuino. *Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date. Act 8. Pecunia tua tecum sit in perditionē; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Couar. in Regul. peccatum. par. 2. relect. §. 8. n. 8. vers. Et licet. Vgol. de simon. tab. 1. ca. 3. §. 1. nu. 12 & 13. Vinc. Filliuc. in append. posthu. tract. 45. c. 1. nu. 4. & seqq.* Ac denique suppolita fide, & reuelatione donorum gratiæ spiritualium iuri naturali aduersatur, vt docet *S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 2.* & colligitur ex citato *c. 8. Act. Quoniā donum Dei existimasti pecunia possideri. & Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date.* quo in loco non nouum præceptum positum est; sed quod spiritualium gratiarum naturalis conditio exigit, hoc explicatum est, & præceptum; vbi S. Hieron. commentatus est his verbis. Ego Magister, & Dominus absquè pretio vobis tribui, & vos sine pretio date, ne Euangelij gratia corrumpatur. Vilesceret enim gratia Euangelij, nequè donum Dei æstimaretur, sed humana inuentio, & possessio, si pecunia comparari posset: eas enim res vēdere solemus, quæ nostri arbitrij sunt, & potestatis. vndè 1. *Petr. cap. 4.* habetur: *Vnusquisquè prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.*

2. Propterea simoniam committentes excommunicationis, suspensionis, priuationis, & interdicti sententias, censuras, & pœnas dudùm à Romanis Pontificibus contrà simoniacos quomodolibet latas incurrere constituit *Paulus II. in Extrauag. Cum detestabile. de simon.* quam *Pius V. in sua Constitutione. 5.* quæ incipit. *Cum primum.* aliasquè Constitutiones Summorum Pontificum prædecessorū innouauit, & addidit, quòd *quicunquè detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in sacris ordinibus consequendis, & in beneficiorum assecutione eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipandus. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascunquè obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, resti-*

tutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quacunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Et si quis huiusmodi simoniæ crimen pluries commisisse, conuictus fuerit, præter prædictas pœnas etiam corporaliter erit puniendus, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eijciendus. Qui autem ordines, & beneficia simoniacè contulerint, pœnis à iure statutis puniantur cuiuscunquè gradus, conditionis, & dignitatis fuerint. Hæc Pius V. *Cassad. decis. 1. nu. 6. de simon. Caputaq. decis. 201. par. 1. & decis. 250. par. 1. Nauar. in Manual. cap. 23. num. 105. vers. porrò hæc simonia. Sylu. verb. suspensio. q. 7. Filliuc. in append. posthum. tract. 45. de simon. cap. vlt. num. 9. cum seqq.*

3 Et non solùm dantes, & accipientes, promittentes, & acceptantes aliquid pro supradictis; sed etiam mediatores, & procuratores sententiam excommunicationis incurrunt ipso facto, à qua non nisi à Summo Pontifice poterunt absolui præterquàm in mortis articulo constituti, & nisi priùs quantum dederunt, vel receperunt, integraliter restituerint. *d. Extrauag. cum detestabile. §. statuentes;* & *Extrauag. 1. de sent. excom.* quas Extrauagantes ipse Pius V. in allegata Constitutione innouat, vt dictum fuit.

4 Nequè pro collatione quorumcunquè ordinum etiam clericalis tonsuræ, seù pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, aut pro sigillo, siuè alia quacunquè de causa etiam spontè oblatum ab Episcopis, & alijs ordinum Collatoribus, aut eorum ministris quouis prætextu quidquàm recipi posse sub pœnis à iure inflictis ipso facto incurrendis tàm per dantes, quàm recipientes vltrà Diuinam vltionem decreuit *Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 1. de reform.*

5 Per laicos etiam simonia committitur, vt per præsentantem, & præsentatum, *cap. de hoc. in fin. de simon. Abb. in cap. de iure. num. 2.* vbi *adden. de iurepatr. Lambert. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 9. art. 11. num. 1. vers. & ex prædictis. & eod. lib. 2. par. 2. quæst. 9. art. 3. nu. 1. & 9. Nauar. cap. 23. num. 105. vers. porrò hæc simonia.* Et propterea dicta fuit simoniaca præsentatio patronorũ *in vna Bononien.* in qua Patroni præsentauerant quendam ad Ecclesiam Parochialem cum conditione, quòd teneretur in ea duos Cappellanos habere, quorum alter erat filius vnius ex Patronis, & quòd teneretur sternere porticum. *Achil. decis. 4. per totam. de simon.* Quemadmodum etiam simonia committitur, si possessio principaliter ematur ad consequendum iuspatronatus ei annexum, aut si cum illa exprimatur in venditione; verbi gratia, vendo tibi Villam, & Iuspatronatus, quod habeo in ea. *Sylu. verb. Iuspatronatus. quæst. 5. dicto. 4. Reginal. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. cap. 16. num. 115.* Nam & simoniaca conuentio dicitur de non petenda congrua portione post institutionem, vel collationem, aut de petenda in modico. *Rebuff. de congr. port. quæst. 4. num. 31.*

6 Restitutio autem rei per simoniam acceptæ facienda est Ecclesiæ, cui iniuria simoniaca irrogata est; quia cum in ignominiam illius Ecclesiæ pecunia, siuè alia res data fuerit; Propterea in compensationem iniuriæ eidem Ecclesiæ restituenda est. *c. audiuimus. & c. de hoc.* vbi *gloss. fin. Abb. num. 6.* & alij *de simon. gloss. fin. in c. quia clerici.* vbi *Card. in fin. de iurepatr. Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 2. q. 5. ar. 5. per totum. Vgol. de simon. tab. 4. cap. 1. §. 1. n. 3. Azor. Instit. Mor. p. 3. lib. 12. c. 20. q. 11.* vbi testatur de communi Theologorum, Summistarum, & Canonici Iuris Interpretum opinione, additquè restitutionem esse faciendam antè Iudicis sententiam, & criminis condemnationem; Nam si aliquis ordinatus est, vel promotus ad Ecclesiam aliquo pretio, acquiritur pretium illi Ecclesiæ, cui facta est iniuria. *§. & hanc non pecunijs.* vbi *Bart. num. 1. & §. si quis autem extraneorum. auth. quem opert. Episc. §. si quis autem citra. §. si quis autem electum. §. præ omnibus. & §. si verò laicus. auth. de sanctiss. Episc.* Quare si committitur aliquod delictũ iniuriosum alicui Ecclesiæ, pretium, quod ex illo prouenit, illi Ecclesiæ applicatur, & non danti, nequè recipienti. *cap. si quis in atrio. 17. quæst. 4. c. si quis rapuerit.* vbi *gloss. verb. in quo. 27. quæst. 1. Bart. in dict. §. & hanc non pecunijs. nu. 1. Roch. de Iurepatr. vers. ipse, vel is à quo quæst. 25. vers. tertio. in fin. Grass. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 98. nu. 7.* Vel pauperibus, si non adest Ecclesia. *Vasquez* tamen *in opuscul. de restitut. cap. 7. num. 6.* probabiliter existimat restitutionem rei acceptæ per simoniam faciendam

esse

esse non Ecclesiæ, aut pauperibus, sed danti, præsertim quando fuit venditum beneficium, vel res alia spiritualis, quam tenebatur ex iustitia, vel ex caritate dare, qui eam vendidit, tunc enim fit iniustitia illi, qui eam emit, ac proindè illi est restituenda; quæ opinio sustineri posset, iuxtà doctrinam *Sylu. verb. simonia. q.* 20. si dans pecuniam non esset culpabilis, vt si dedisset ex ignorantia, vel si esset pauper.

7 Et vt huiusmodi labis contagio frequentiùs reprimatur, omnibus, & singulis Ecclesiasticis, secularibusq. personis cuiuscunquè status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in Virtute sanctæ obedientiæ districtiùs iniungitur; vt eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores extitisse sciuerint, Summo Pontifici, vel cui idem Summus Pontifex duxerit committendum, vel per se vel per alios reuelare quantociùs nõ omittant, & pro reuelatione si complices fuerint, nõ solùm veniam, sed etiam gratiã erunt consecuturi; Quod si non fecerint, absolui non valeant, donec prædicta non reuelent, & complices huiusmodi detecti arctiùs punientur. *dict. Extrauag. cum detestabile. §. fin. & d. Extrauag.* 1. *§. illos. de sent. excom.*

8 Nequè mirùm apparere debet, quòd Summi Pontifices tam seuerè procedant contrà simoniæ peccatum; nam simonia æquiparatur crimini læsæ Maiestatis. *glos. in cap. reperiuntur.* 1. *quæst.* 1. proptereà simoniaci dicuntur infames. *c. sanè* 15. *q.* 3. *Abb. in cap. ex diligenti nu.* 6. *de simon.* Dicitur etiam pestis. *cap. sicut simoniaca.* vbi *Abb. num.* 2. *& Doctores. de simon.* appellatur quoquè hæresis. *dict. cap. sicut simoniaca.* Non quòd simonia natura sua sit hæresis, aut quòd sit semper coniuncta cũ hæresi, sed quòd in suo primo auctore Simone Mago coniuncta fuerit cum hæresi quandoquidem ipse existimauit *donum Dei pecunia possideri. Act.* 8. Vel dicitur hæresis, quia simoniacus facto hæresim profiteri videtur, eò quod agat, ac si existimaret se dominum esse doni spiritualis, vtpotè illud vendens, alienansuè à se pro pecunia, quod sapit hæresim, licet talis de hæresi non sit dãnandus, nisi re vera intellectu credat rei spiritualis dominium pecunia acquiri, & in alium transferri posse ad instar rerum venalium. *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 1. *ad.* 1. *Valer. Reginal. in prax. fo. pœnit. lib.* 23. *c.* 11. *quæst.* 1. *n.* 109. Et tunc quando simonia est coniuncta cum hæresi erit verum, quod dicit *gloss.* 1. *in dict. cap. sicut simoniaca. de simon.* nempè simoniam esse grauius delictum, quàm homicidium; quod etiam innuit *Abb. in eod. cap. num.* 4. Secus quando non est coniuncta cum hæresi. *Abb. dict. nu.* 4. Quinimò tunc omnia crimina in comparatione simoniacæ hæresis pro nihilo reputantur. *cap. fin.* 1. *quæst.* 7. *c. per tuas.* 1. *§. nos verò & cap. tanta. de simon. Rebuf. in prax. benef. tit. de simon. in resignat. num.* 12.

9 Simoniaci etenim non nisi spiritum mendacij accipiunt, & apud simoniacos sacerdotium non subsistit, benedictio eorum in maledictionem conuertitur, apud eos manet anathema danti, & accipienti, cum sancti non sint, nec in Christi corpore constitui, cum sint maledicti, nec sanctificare alios possint, nec corpus Christi tradere, vel accipere, nec alijs valeant benedicere, anathematis opprobrio cõdemnantur, atquè à participatione corporis, & sanguinis Christi alieni fiunt, cum accipiatur aurum, & lepra detur, cum inexpiabilis sit culpa vẽditi mysterij, Simonis dãnatione inuoluuntur, ab Helisæo lepra perfunduntur, à Petro in perditionem damnantur, à Christo de templo eijciuntur. *c.* 1. *c. benedictio. cap. quos constiterit. cap. reperiuntur. cap. qui studet. cap. quicunquè. cap. liquet. & cap. citò. §. quia ergò.* 1. *quæst.* 1. Nam Giezi, qui gratiam sanitatis Naaman Syro vendiderat, eandem sanitatis gratiam Helisæo vindicante leprosus factus amisit. 4. *Reg.* 5. Iudas qui omnium Redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus eandem redemptionis gratiam non obtinuit. *Matth.* 26. *&* 27. Simon etiam Magus, cum eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à B. Petro audiuit, *Pecunia tecum sit in perditionem. Act.* 8. Dominus vt vendentes & ementes in templo huius gratiæ expertes ostenderet, eos increpans, ac flagellans de ipso templo eiecit. *Io.* 2. *cap. qui studet.* 1. *quæst.* 1.

10 Committitur autem simonia manu, lingua, & obsequio. *cap. sunt nonnulli.* 1. *quæst.* 1. *glo. in §. & nequè. verb. pecunijs. auth. quem oport. Episc.* Idem dicitur, si remittitur aliquod debitum; quia remittere

est dare. *glo. in cap. veniens. 1. verb. remittere.* vbi *Abb. nu. 6. de testib. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 9. art 3. nu. 8.* Similiter committitur simonia, si quis plus pensionis promittat, quàm ipsum beneficium ferre possit. *glo. 1. in c. cũ clerici. de pact. Gig. de pension. quæst. 41. T bol. T riuis. decis. 2. par. 2.* Quinimò etiamsi tale pactum esset iuratum, non teneret iuramentum super eo interpositum. *cap. inter nos. de iuriur & cap. grauis. de censi.*

11 Nequè simoniam euitat, qui cum titulum non haberet, quo promoueri posset ad subdiaconatum, rogauit aliquem clericum benificiatum, vt ad titulum sui beneficij, vel ecclesiæ ipsum vellet præsentare promittens, quòd nunquàm peteret huiusmodi patrimonium, nequè eiusdem fructus, & itá ad eũdem ordinem fuit promotus. *cap. per tuas. 3. & cap si quis ordinauerit. de simon.*

12 Et non solùm in merè spiritualibus, sed etiam in annexis eisdem spiritualibus simonia committitur *cap. quæsitum.* vbi *glo. verb simonia de rer permut. c. præterea. 1.* vbi *Abb. in 2. not. de transact.* idem *Abb. in cap. de iure. num. 2. de iurepatr. Roman. conf. 369 Nauar. tom. 2. conf. lib. 5. de simon. conf. 22. num. 6 Gig. de pension. quæst. 99. nu. 6. Rot. diuers par. 1. decis. 709. nu. 1. V gol. de simon. tab. 1. cap. 8. §. 2. nu. 1. & cap. 29. nu. 3. Filliuc. in append. posthu. tract. 45. cap. 1. num. 3.*

13 Pœna tamen *d. Extrauag cum detestabile* contrà committentes simoniam non extenditur ad pensiones. *Nauar. in Man. cap. 23. num. 111. & conf. 60. num. 2. conf. 62. num. 2. & 3. de simon. Gig. de pension. quæst. 99. num. 7. cum seqq.* Quoniam pensio non venit appellatione beneficij; sed est quid merè temporale. *cap. quãuis.* & ibi *Gemin. num 2. Auchar. 3. not. & DD. de praben. in 6. c. ad audientiam. 2.* vbi *Abb. n. 2. & Felin in princ. de rescrip. Gig. de pension. q. 28. nu. 10. & d. nu. 7. Nauar. conf 66. num. 3 de simon. V inc. Filline. in append. posthu. tract. 42. cap. 9. nu. 6.* Vbi ait tunc simoniam purè commissam in pensionibus non inducere pœnas, secùs quãdo esset mista, & simul interueniret vitium contra beneficium. Minùs extenditur *d. c. cum detestabile* ad administrationes, vt in hospitalibus, quæ dantur in regimen, seù administrationem, siuè in administrationibus Capellaniarum, vel Præbendarum, quæ consistunt in oneribus consistentibus principaliter in faciẽdo celebrare certum numerum Missarum ex quibusdam redditibus relictis à testatoribus. *Rot. diuers. par. 2 decis. 265. num. 2. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 5. nu. 25. & §. 1. nu. 28. & seq.*

14 Et licet peccet mortaliter, qui beneficium accipit animo illud permutandi, seù non retinendi, siuè super illud pensionem immittendi; non proindè committet simoniam. *Abb. in cap. relatum. num. 7. de cler. non resid. Nauar. in Miscell 44. de orat. & to. 1. consil. lib. 3. de cler. non resid. conf. 17. Paris de resignat. benef. lib. 9. q. 10. in fin Les. de iust. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 26.* licet *Achil. de offic. V icar. decis. 1. num. 5.* dicat illum simoniam committere; quia nequè. *cap. mutationes. 7. quæst. 1.* & ibi notata ab eodem *Achil.* allegata dicunt talem esse simoniacum simpliciter.

15 Quemadmodum nequè simoniam committere dicendus est Episcopus, qui beneficium alicui confert ad se liberandũ ab obligatione antidorali. *Nauar. in Manuali cap. 23. num. 106. vers. ad quartum. V incen. Filliuc. in appẽd. posthu tract. 45. cap. 10. quæst 6. num. 25.* Potest etiam Episcopus absquè labe simoniæ pro bono pacis ad extinguendam litem inter duos coram ipso super eodem beneficio litigantes disponere ex causa, vt vnus cedat alteri reseruata pensione super eiusdem beneficij fructibus in fauorem cedentis. *cap. nisi.* vbi *Abb. num. 8. de praben.* idem *Abb. in cap. cum pridem. num. 8. de pact. Felin. in cap. ad audientiam 2. num. 2. vers exemplifica. & vers. & adde Oldrad. de rescript. & post Host.* tenet *Gomez. in Regul. de annal. possess. quæst. 2. nu. 5.* ac post *Butr.* dicit *Gig. de pensio. quæst. 6. nu 3 & 4 & quæst. 85. nu. 11. Dec. conf. 141. nu. 3. vol. 1. Nauar. tom. 2. conf. lib. 5 de simon conf. 46. num. 1. in fin. Azor. Instit. Moral par. 2. lib. 8. cap. 6. quæst. 1. & par. 3. lib. 12. cap. 8. quæst. 8. vers. quid itidem.* Eo tamen casu debet Episcopus decernere per viã quantitatis pecuniæ, vel bladi, non autem per modum quotæ, putà vt detur tertia, vel quarta pars redditunm beneficij. *Felinus d. vers. & adde Oldrad. & vers. debet tamen. Dec. d. conf. 141 num. 3.* quia hoc esset diuidere beneficium, quod non licet. *cap. maioribus. & cap. tua. de prabend.*

16 Nam & Episcopus sua auctoritate

absquè simonia præscribere potest, quòd seni & debili renuncianti beneficium licitè constuatur pensio super fructibus beneficij, ex qua viuere valeat, vt post *Ancbar.* quem refert, & sequitur dicit *Felin. in d.cap.ad audientiam 2.num.2. vers. secunda conclusio.de rescript.* & post eundem *Ancbar.* scribit *Dec.dict.cons.141.num.3. vol.1.& cons.436.num.12.vol.2.* Gig.*de pension.quæst.6.num.3.Butr.in cap.audiuimus. de collus.detegen. Azor. d.quæst.1.* Quia eidē Parocho posset Episcopus Coadiutorem, siuè Vicarium temporaneum constituere.*cap.vlt.de cler.ægrot.* Gonzal. *super Regul.8.Cancell.glo.5.§.9.num.19. cum seqq.*Garc.*de benef.par.4. cap.5. n.5. Azor.dict.quæst.1.*

17 Sicut etiam potest Episcopus in permutatione Ecclesiarum decernere: vt is, qui opulentiorem Ecclesiam habuerit, alteri certam pensionem soluat suo tempore duraturā ad coequandos fructus vtriusquè beneficij permutati. *cap. ad quæstionem. de rer.permut.* Gamb. *de legat.lib.6. num.77.& seqq. August. Barbos. de Offic. & potest.Episc.allegat.69.num.*14.vbi refert ità decisum fuisse per *Rotam.* sed *Filliuc.*cū alijs à se allegatis *in appēd.posthu. tract.41.* negat id fieri posse sine auctoritate Summi Pontificis. Potest item Episcopus sine labe simoniæ ante collationem beneficij vacantis in suo mense imponere eidem beneficio aliquod onus iustum, & honestum in pios vsus expendēdum, quod aliàs non haberet. *cap. significatum.* vbi *DD.& cap.licet.de præben.cap.significasti. de elect.gloss.pen. in fin. in cap. quia nonnullis.de magistr.Caputaquen. decis.277. par.2.& decis.241.num 5 par.3. S.Thom. 2.2.quæst.100.ar.4.ad 3.in fin.Azor.Instit. Moral.par.3.lib.12.cap.11.quæst.5.Ricc. in prax. ... ar.1.resol.493.* qui tamen in fin. dicit *Galetum* referre in sua Margarita contrarium fuisse resolutum per Sacram Congregationem Concilij. Et dato quòd huiusmodi onus non esset iustum, & proptereà actus impositionis non teneret, non ideò erit Simoniacus, quia non fit pactum cum aliquo, & nemini quidquam datur, nec promittitur. *Achil. decis.5. de simon.*

18 Simoniacum tamen est si fiat transactio super lite beneficij ecclesiastici data, vel retento, aut promisso temporali. *cap. constitutus. & cap. super eo.* vbi *Abb. num.2.& 3.& DD.de transact. gloss.in cap.2.verb.super decimis.*vbi etiam *Innoc. num.1.& Abb.num.5.eod.* Quamobrem si plures in concursu alicuius beneficij fuerint, & inter se contendant, non poterunt inter se transigere, vt vnus renunciet, alter verò det pecunias. *Nauar. tom.2. cons. lib.5.de simon.cons.44. Vgol.de simon.c.29. §.1.nu.2.* Idem dicendum erit, si quis renunciet beneficium simplex alicui, quo à lite mota super beneficio discedat; nam simonia committitur. *Innoc. in d.c.2.n.1. de transact.Vgolin.d.§.1.num.3.*

19 Non improbatur tamen, si nulla præcedente specialiter promissione fiat amicabilis compositio etiam absquè Superioris auctoritate, etiam quòd posteà aliquid detur alteri. *d.cap.super eo.*vbi *Abb. nu.2. & 3.* idem *Abb.in d.cap.2.num.5.de transact.Nouar.quæst.forens.par.1.quæst.123. num.4.* Præterea non committitur simonia, si vbi duo de beneficio litigant, quò à lite discedatur, & sic pro bono pacis, & sic vt inter se concilientur, ob impensas factas in lite, aut in Bullis vel data certa pensione, non autem pro spirituali Iudex aliquid temporale tribuendum decernat. *glo.in cap.cum pridem.verb.non duximus.* vbi etiam *Abb.num.8.de pact.*idem *Abb.in dict.cap.2.num.5.de transact.& in cap.super eo. num.3.eod.& in cap nisi.nu.8.de præben.Felin.in rub.de treug.& pac.nu.9. Nauar.dict.cons.44. nu.3. Vgol.dict.c.29. §.3.nu.2.Ancbar.cons.279. Dec.cons.463. nu.12.Nouar.quæst.forens.p.1.quæst.123. num.2.& 3.* Idem si partes litigantes inter se conuenirent: vt Iudex deinceps conuentionem probaret. *Nauar. par.2.lib.5. cons.46. num.1. de simon. Vgol. dict.§.3. num.2.*nam pro bono pacis iudex hoc statuere potest, vt aliquid detur, cum inter partes absquè Iudicis auctoritate id fieri nequeat. *d.cap. cum pridem. Abb. in dict. cap.2. num.5. de transact.& in dict. c.cum pridem.num.8. Vgol dict.nu.2.* Aduertendum tamen est, quòd Iudex hoc facere potest, vbi videt vnam partem non fouere iustam causam. *Abb.in dict. cap.cum pridem.num.8.*

20 Et licet simoniacum sit in spiritualibus vexationem redimere pro tēporali. *cap.Matthæus, & cap.ad aures. de simon.* Nihilominùs vexatio redimi poterit, vbi bonum ius foueo, & sum in possessione legitima beneficij, neque committitur simonia, si do pecuniam ei, qui mouit

mihi litem; vt desistat ab illa vexatione; secus verò si non sum certus, nequè adhuc habeo possessionem beneficij. *c. dilectus* 1. vbi *Felin. num. 2. cum seqq. & Abb. nu. 4. de simon.* idem *Felin. in Rubr. de treug. & pac. nu. 9. Abb. in. d. cap. cum pridem. nu. 9. Ioan. Andr. in dict. cap. ad aures. de simon. S. Tho. 2. 2. quæst. 100. art. 2. ad. 2. Oldrad. cons. 280. num. 1. Rebuf. in prax. benef. p. 3. tit. de simon. in resign. nu. 18. & seqq. Sylu. verb. simonia. num. 3. vers. quarta regul. Nauar. in Manual. cap. 23. num. 101. vers. octauo. & tom. 2. cons. lib. 5. de simon. cons. 46. num. 1. & cons. 47. num. 4. Tolet. in Sum. lib. 5. cap. 90. num. 8. Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 12. cap. 11. quæst. 4. Nouar. quæst. forens. p. 1. quæst. 123. Vincent. Filliuc. in appēd. posthu. tract. 45. de simon. cap. 11. num. 1. cum seqq.* Ex parte autem accipientis committitur simonia, cum turpiter accipiat, & tenetur acceptum restituere. *Felin. in dict. cap. dilectus* 1. *nu. 6. Oldrad. dict. cons.* 280. *num.* 1.

21 Et quamuis sit simoniaca transactio, siuè cōuentio super beneficialibus; quando tamen ea sit reseruato beneplacito Apostolico, tunc excusat à vitio simoniæ. *Dec. dict. cons.* 141. *num.* 2. & 3. *Boer. decis.* 205. *num.* 3. *Rebuf. in prax. benef. tit. de noua prouis. & simpl. n.* 35. & *seq. & tit. de permut. num.* 52. & 53. *Caputaq. decis.* 205. *nu.* 3. *p.* 1. *Rot. diuers. par.* 3. *lib.* 3. *decis.* 673. *n.* 4. *Gonzal. super regul.* 8. *Cancel. glo.* 12. *num.* 80. Quia in beneficialibus Papa habet liberam potestatem. *c.* 2. *in fin. de praben. in* 6. & *clem* 1. *in fin. vt lit. pend. Dec. d. cons.* 141. *n.* 3. *Filliuc. in append. posthu. tract.* 45. *de simon. cap.* 7. *quæst.* 7. *num.* 18. Nam & permutatio beneficij est etiam simoniaca, nisi fuerit facta cum auctoritate Superioris. *cap. quæsitum.* vbi *DD. de rer. permut. Dec. dict. cons.* 141. *in princ. vol.* 1. *Rebuf. dict. tit. de permut. num.* 52. & 53. *Boer. dict. decis.* 205. *num.* 1.

22 Committens autē simoniā licet efficiatur incapax ad alia beneficia obtinenda; nihilominùs Episcopus cum eo dispensare potest; vt in alia Ecclesia beneficium obtineat, si fuerit euidens Ecclesiæ vtilitas. *Io. And. in cap. pen. num.* 1. 3. & 8. *post Butr. de elect. Rot. diuers. par.* 3. *lib.* 1. *decis.* 83. *num.* 1. præsertim si delictum fuerit occultum; *Sed August. Barbos.* cum alijs ab ipso relatis *de potest. Episc. alleg.* 39. *num.* 44. ait Episcopum dispensare quidem posse cum simoniaco occulto, non tamen illum rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit.

23 Et quia *in pluribus Cathedralibus, atquè Collegiatis Ecclesijs, & Parochialibus ex earum constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruabatur: vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, seù admissione ad possessionem alicuius Cathedralis Ecclesiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, seù distributiones quotidianas certa conditiones, seù deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesuè illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur Turnorum lucra, interponantur*; Propterea Sacrosanctum Concilium Tridentinum mandat Episcopis: *vt quæcunquè huiusmodi, quæ in pios vsus non conuertuntur, atquè ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant,* & subdit: *vt ipsi Episcopi diligenter de eorum constitutionibus, siuè consuetudinibus super prædictis cognoscāt, & illis tantum, quas vt laudabiles probauerint exceptis, reliquas vt prauas, & scādalosas reyciant, & aboleant. Eos verò, qui aduersus hæc quauis ratione commiserint, pœnis contra simoniacos editis sacris Canonibus, & Summorum Pontificum Constitutionibus, quas omnes innouat, teneri decreuit sess.* 24. *cap.* 14. *de reformat. cap. cum in Ecclesia. de simon. cap. Iacobus.* vbi *Host. & Abb. eod. Azor. Instit. Moral. par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 6. *Ric. in prax. par.* 1. *resol.* 489. *num.* 5. & *seqq. Paris. de confid. quæst.* 38.

24 Quoniam verò multorum indomita cupiditate tàm prædicta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omninò contemnebantur, aut in varios sensus traducta perperam eludebantur; Proptereà Pius V. in sua Constitutione 104. quæ incipit. *Durum nimis. reuocauit, & aboleuit omnia, & quæcunquè priuilegia, consuetudines, & statuta quarumcunquè Ecclesiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Maiorū, necnon Collegiatarum etiam iuramento confirmatione Apostolica, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longisiimo, ac quo-*

cunquè tempore etiam continuo obseruata, siuè pro soluendis Ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, siuè pro supportandis eorum oneribus, siuè alijs etiam maioribus, maximis, & vrgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, quòd vacantibus ipsarum Ecclesiarum dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & Officijs fructus, ac etiam quotidiana distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiã breuiori tempore prouenturi mensæ Episcopali, seù Capitulari, alijuè loco integrè, vel partim remaneant, seù applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios Canonicos, & personas Ecclesiæ, seù Capituli diuidantur, quòd nullus etiam Apostolica auctoritate prouisus in Canonicum recipi, aut ad dignitatem, seù portionem, beneficium, vel officium admitti, vel aliàs in possessionem induci possit, nisi priùs de obseruandis huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus, atquè Statutis iuramentum præstiterit, & obtenta illorum derogationi, ac fructuum, & distributionum perceptioni renunciauerit, seù Capitulo, & personis prædictis cesserit, seù vt appellant dulciaria, aut quid aliud præstiterit, & præcipit idem *Pius V.* in præfata Constitutione, ac interdicit *omnibus Episcopis, Capitulis, Collegijs, & personis, ad quas id pertinet, ne posthac fructus, aut distinctiones huiusmodi nec prorsus vllam eorum partem retineant, neuè ipsorum cessionem, renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunquè petant, vel exigant, aut quenquam siuè Ordinaria, siuè Apostolica auctoritate prouisum ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediant, vel remoueantur. Qui autem contra fecerint, si Ecclesiarum Antistites, tandiù à Pontificalis officij exercitio suspensi maneant, donec satisfactione præuia illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur; Capitula verò, & Collegia quæcunquè Ecclesiastico subiacent interdicto, & singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant Summo Pontifici reseruatam. Vbicunquè tamen huiusmodi fructus, & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, aut alterius pij loci vsibus vltrà semestre tempus reperiantur concessi, horum duntaxat dimidiã partem ipsi Sacristiæ, vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribui, alteram verò à beneficiatis prædictis integrè percipi* statuit idem Pius V. in eadem Constitutione 104. *§. & nihilominus.*

25 Ad detegendam autem simoniam, & in illius odium sufficiunt leuiores probationes ad effectum repellendi aliquem ab assecutione beneficij nondùm obtenti; quia simonia occultè committi solet. *c.1. de testib. in 6. Crau. cons. 122. nu. 8.* & signa, ideſt verisimiles probationes, & præsumptiones. *cap. sicut simoniaca.* vbi *Abb. n. 2.* & ibi *addit. & num. 3. de simon.* & propterea confessio extraiudicialis sufficit ad illius probationem. *Felin. in c. olim. nu. 3. de rescript. Soccin. Iun. cons. 32. n. 18. vol. 2.* Et ad hæc omnia est *Rot. diuers. parte 1. decis. 191. Seraph. decis. 516. numer. 4. & decis. 1029. num. 1. & 2.*

26 Vbi verò agendum est ad effectum priuationis, tunc simonia est plenè, & concludenter probanda, *gloss. in cap. veniens 1. verb. Illorum.* vbi etiam *Abb. n. 4. de testib. Caputaq. decis. 202. num. 5. & 6. parte 2. Clar. in §. simonia. in fin. Seraph. d. decis. 1029. nu. 1. & 2.* quia non sufficit, quòd prima facie quid sonet delictum, sed oportet, quòd aliud importare non possit. *Felin. in cap. super his. num. 17. vers. quarta conclusio de accusat.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui ex pacto, vel promissione dat, vel accipit aliquid pro iustitia, vel gratia obtinendis apud Sedem Apostolicam, qua pœna sit puniendus.*

2 *Eadem pœna extenditur ad non reuelantes, quem sciuerint esse talis criminis reum.*

3 *Eadem pœna similiter afficiuntur dãtes auxilium, consilium, vel fauorē.*

4 *In prædictas pœnas incidunt, qui promissionem faciunt grati animi, si promissio eum, cui facta sit, moueat ad petendam gratiam, vel iustitiam.*

5 *Non incurrit prædictas pœnas, qui dat, vel accipit aliquid ob aliam causam præterquàm propter gratiam, vel iustitiam impetrandam.*

6 *Minùs afficitur dictis pœnis, qui dat, vel accipit aliquid post gratiam, vel iustitiam impetratam solo animo grato, & beneuolo nullo præcedente pa-*

cto, vel promissione, neque qui dederit, vel acceperit parua munuscula, qua non mouerint animum ad petendam gratiam, vel iustitiam.

7 *Per Sedem Apostolicam quid intelligendum.*

8 *Enumerantur pœnæ, in quas incurrunt contrafacientes prædictis Constitutionibus.*

§. XXXVI.

1 Clerici siuè Religiosi vtriusquè sexus, qui aliquod pactum faciunt, seù quid paruum, vel magnum promittunt, vel promissionem recipiunt, aut ex pacto, vel promissione occulta, vel manifesta, siuè sub verbis generalibus, & plenè non expressis, siuè specialibus, & apertè expressis facta quidquam dant, aut recipiunt pro iustitia, siuè gratia, siuè pro se, siuè pro alio in causis, vel iudicijs, seù aliàs per literas Apostolicas, & quibuscunquè alijs modis apud Sedem Apostolicam obtinenda, sunt ipso facto excommunicati per Bonifaciū VIII. *in Extrauag. 1. §. 1. de sent. excom.* Quam sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes extendendam duxit ipsemet Bonifac. *§. & hanc sententiam.*

2 Illos quoquè, qui Sedi Apostolicæ intrà triduum non renunciauerint, si quem culpabilem in prædictis esse sciuerint, vel alicui, per quem ad dictam Sedem fideliter referatur, simili voluit sententiæ subiacere. *d. Extrauag. §. illos etiam.*

3 Quā Extrauagantē innouauit Gregorius XIII. in sua Constitutione 24. quæ incipit. *Ab ipso Pontificatus.* & extendit ad audentes qualcunquè horum facinorum dantesquè illis, & alijs supradictis auxilium, consilium, vel fauorem; quin etiam eos omni beneficio, & officio Ecclesiastico, & seculari, siuè temporali, siuè perpetuò ipso iure priuat, & priuatos esse declarat; illis tamen, qui rem adhuc incognitam, complicesquè, ac fautores, & socios detexerint, impunitas concedatur. Atquè easdem Constitut. Bonifacij VIII. & Gregorij XIII. cum omnibus in eis cōtentis pœnis, censuris, & extensionibus approbauit, & innouauit Clemens VIII. in sua Constitutione 10. quæ incipit. *Pro commissa. §. sed & Constitutiones.*

4 In pœnas prædictis Constitutionibus impositas incidunt, qui faciunt promissionem grati animi etiam verbis tantùmmodò generalibus, nempè si hoc vel illud mihi impetraueris, gratus tibi ero, si promissio sit talis, quæ eum, cui fit, moueat ad gratiam, vel iustitiam petendam; quia leges, & iura prohibent promissiones, quæ illorum, quibus fiunt, animum allicere, corrumpere, & iudiciū peruertere possunt. *Azor. Instit. Mor. p. 3. lib. 12. cap. 23. q. 1.* contrà *Nauar.* ab ipso allegatum.

5 Non incidit tamen in præfatas pœnas, qui dederit, vel acceperit aliquid quomodolibet etiam antè gratiam, vel iustitiam impetratam ob aliquam aliam causam iustam, & rationabilem præterquàm propter gratiam, vel iustitiam obtinendam, vt si quis dederit xenia dari cōsueta, nisi fuerint notabiliter maiora, vel plura, quàm dari soleant; item si dederit esculenta, vel poculenta, quæ intrà paucos dies consumi solent, nimirùm intrà triduum. Item si dederit ex liberalitate, amicitia, aut ex beneuolentia, aut si dederit stipendium laboris, & operæ, quod est solitum dari; Postremò si dederit ad redimendam iniquā vexationem. *Nauar. in com. dictarum Constit. notab. 12. nu. 26. Azor. d. cap. 23. q. 2.*

6 Minùs prædictis pœnis afficitur is, qui dederit, vel acceperit aliquod post gratiam, vel iustitiam impetratam ex solo animo grato, & beneuolo nullo præcedente pacto, vel promissione. *Azor. dicto cap. 23. q. 4.* cum Nauarro ab ipso allegato. Nec qui dederit parua munuscula, quæ animum eius, cui data fuerint, non mouerint ad impetrandam gratiam, vel iustitiam nullo præcedente pacto, vel promissione. *Azor. d. c. 23. q. 3.*

7 Sedis autem Apostolicæ appellatione in prædictis Constitutionibus intelligi Romanum Pontificem habentem spiritualem, siuè temporalem iurisdictionem ac proindè comprehendi omnes eius ministros habentes etiam iurisdictionem tēporalem in Curia Romana tenet *Azor. citato c. 23. q. 7. vers. alij verò.* contrà *Nau.* Rationem infert ex ipsa Constitutione. Quoniam videtur mens Summi Pontificis esse: vt à Curia Romana procul sit non solùm omnis simonia; sed etiam ambitio & auaritia. Veruntamen non comprehēduntur ministri Romani Pontificis, qui iurisdi-

risdictionem siuè spiritualem, siuè temporalem habent extrà Curiam Romanam, quales sunt Legati, Nuntij, Commissarij, Collectores, Gubernatores, & alij similes. *Azor. d. cap. 23. q. 7 in fin.*

8 Ex præfatis Constitutionibus colliguntur sequentes pœnæ, quas incurrunt contrafacientes. 1. Excommunicatio ipso facto incurrenda. 2. Gratia, vel iustitia impetrata contrà Const. est irrita, & inanis. 3. Quidquid acceptum est contra Constit. est restituendum pauperibus, antequàm, qui turpiter accepit, absoluatur, nec potest restitui illi, qui dedit, si etiam turpiter dedit. 4. Excommunicatio ipso facto incurrenda ab eo, qui vtitur gratia, vel iustitia obtenta contrà Constitut. 5. Dantes auxilium, consilium, vel fauorem ipso facto sunt excommunicati, si impetratio sit subsecuta, secùs si impetratio non sequatur; Qui verò dat, vel accipit aliquid: vt fiat pactio, vel promissio, vel receptio causa obtiuendæ gratiæ, vel iustitiæ incurrit excommunicationem, licet impetratio secuta nõ fuerit. 6. Est priuatio omnis beneficijs Ecclesiastici, & omnis officij, siuè Ecclesiastici, siuè secularis perpetui, & temporalis; sed hæc non incurritur, nisi post sententiam Iudicis. 7. Est infamia, in quam quis non incidit, nisi conuictus, vel confessus in iudicio, vel notorius per euidẽtiam facti. 8. Est inhabilitas ad quæuis beneficia obtinenda, quam quis incurrit non expectata Iudicis sententia; quia est inhabilitas ad acquirendum officium, vel beneficium. Nona & vltima est excommunicatio ipso facto incurrenda ab ijs, qui sciuerint delicta contrà Constitut. commissa, & non renunciauerint intrà triduum, quæ pœna non afficit, nisi in Curia Romana commorantes; vt patet ex dictis.

SVMMARIVM.

1 *Qui teneãtur recitare boras Canonicas.*
2 *Clericus initiatus ordine subdiaconatus quo tempore obligatus sit recitare boras Canonicas.*
3 *Clericus beneficiatus non recitans Diuinum officium post sex menses ab obtento beneficio non facit fructus suos pro rata omissionis.*
4 *Clericus beneficiatus differens vltra sex menses ab obtento beneficio recitare boras canonicas, qua pœna sit puniendus vltrà peccatũ, quod cõmittit.*
5 *Eadem obligatione recitandi Diuinum officium tenentur, qui præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacunquè beneficia etiam nullum seruitium requirentia obtinent, & quì vt clericus pensionem habet, tenetur recitare officium B. Mariæ.*
6 *Quid de clerico dicendum sit, qui adeò tenue beneficium habet; quod sibi ad sustentationem vitæ non sufficiat? num teneatur ad recitandum Diuinum officium?*
7 *Clericus pauper de consilio Episcopi, vel Confessoris potest sibi applicare restitutionem fructuum, quam tenetur facere propter omissionem recitationis horarum Canonicarum.*
8 *Clericus Ecclesiæ adscriptus ab Episcopo admonitus ad psallendum in Ecclesia Matutinis, aut Vespertinis horis negligens conuenire est à Diuinis suspendendus.*
9 *Præscribitur modus recitandi Diuinum Officium.*

§. XXXVII.

1 TRia Ecclesiasticorum hominum genera ad horarum Canonicarum recitationem tenẽtur cõmuni Ecclesiæ siuè præcepto, siuè consuetudine: nempè Clerici sacris, & maioribus ordinibus initiati: Religiosi professi Religionem, quæ habet Chorum, & Clerici beneficium Ecclesiasticum obtinẽtes. *Nauar. in Manual. cap. 14. num. 97. cum seqq & in tract. de orat cap. 7. Paul. Laym. Theol. Mor. lib. 4. tract. 1. cap. 4. in princ.* & communiter Doctores.

2 Clericus autem initiatus ordine subdiaconatus obligatur ad recitandum Diuinum officium eodem die, quo subdiaconatus ordinem suscepit non quidem integrum, sed ad eas horas, quæ respondent tempori, ex quo talem obligationem subijt, vt videlicet incipiat à Sexta, vel Nona, aut à Vespertinis precibus, iuxtà horam, in qua est ordinatus. *Azor. Instit. Moral par. 1. lib. 10. c. 13. quæst. 17. Bella. p. 1. cas. 54. Paul. Laym. lib. 4. Theol. Mor. tract. 1. cap. 6. num. 5. dub. 4.* & alij. De obligatione, qua adstringuntur Religiosi professi Religionem Choro addictã agunt

Doctores præsertim *Nauar. d.c.25. n.97. Valer. Reginal. in prax. for. pœnit. lib.18. cap.11. sect.2. nu.137. & seqq. Suar. de Relig. t.4. lib.4. Laym. Theol. Mor. lib.4. trac. 1. cap.4. nu.2.* & alij apud ipsos. Istis omissis de beneficiatis erit prosequendum.

3 Clericus igitur habens beneficium Ecclesiasticum cum Cura, vel sine Cura tenetur ad recitationem horarum Canonicarum. *cap. fin. 91. dist. cap.1.* vbi *Abb. num.4. & 8. de celebr. Miss. cap. quia per ambitiosam. de rescript. in 6. Nauar. in Man. d. cap.25. nu.97. & de orat. c.7. n.3. Valer. Reginal. in prax. for. pœnit. lib.30. tract.3. cap.4. sect.1. nu.33. & seqq. Paul. Laym. Theol. Mor. lib.4. tract. 2. cap.5. in princ. Vasq. in opusc. de benef. cap.4. §.1. art.1. dub.2. nu.7.* & alij apud ipsos. Ratio est, quia omne beneficium datur sub titulo iuris spiritualis propter officium spirituale. *cap. fin. de rescript. in 6. Abb. cons.47. par.2. Vasq.* & alij vbi supra. Propterea clericus beneficiatus, qui post sex menses ab obtento beneficio horas Canonicas legitimo cessante impedimento non recitauerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis recitationis officij, & temporis suos non facit; sed eos tanquam iniustè perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare tenetur; vt decreuit *Leo X. in Concilio Lateranen. Constitut.7.* quæ incipit. *Superna. § 38.* quam confirmauit, & explanauit Pius V sua Constitutione 135. quæ incipit. *Ex proximo*, quam refert *Quarant. in summ. Bullar. v. Hora Canonica. Nauar. in Man. cap.25. nu.122. & de orat. cap.7. nu.3. cum seqq. & 1. par. cons. lib.3. de celebr. Miss. cons. 18. & 19. Paul. Laym. lib.4. tract.2. c.5. Reginal. in prax. for. pœnit. lib.30. tract.3. c.4. n.33. Less. de iust. & iur. lib.2. cap.34. dub.30.* & alij.

4 Quòd si vltrà dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente ipso beneficio priuandum fore, subiecit idem Leo X. *d. §.38.* vbi declarat, quòd intelligatur officium omittere quo ad hoc: vt priuari possit beneficio, qui per quindecim dies bis saltem non recitauerit. Statuitque Pius V. in prædicta sua Constitutione. *§. nos huic rei.* Vt qui horas Canonicas omnes vna vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus, responderent, si quotidiè, diuiderentur; qui verò Matutinum tantùm dimidiam; qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum singulas sextam partem fructuum eiusdem amittat; tametsi aliquis Choro addictus officium non recitans omnibus horis Canonicis cum alijs præsens adsit, fructusquè & distributiones fortè aliter assignatas sola præsentia iuxtà statuta, consuetudinem, vel aliàs sibi lucrifecisse prætenderet. Item quòd ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi ipsum excusauerit legitimum impedimentum, graue peccatum se admisisse intelligat. *Less. de Iust. & Iur. lib.2. cap.34. dub.31. num.176.*

5 Et cum prædictis pariter conueniunt præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacunquè beneficia etiam nullum omninò seruitium habentia obtinentes. vt decreuit idē Pius V. in prædicta Constitutione 135. *§. at quicunquè.* vbi declarat eum, qui pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt Clericus percipit, modo prædicto ad dicendum Officium paruum B. Mariæ Virginis obligatum, & pensioni, fructuum, rerumquè ipsarum amissioni obnoxium.

6 Dubium est de eo, qui habet beneficium adeò tenue, quod sibi minimè sufficiat ad honestam vitæ sustentationem, an inquam iste clericus teneatur ad recitationem horarum Canonicarum; Communiter affirmant Doctores, vt videre licet apud *Nauar. in Man. cap.25. nu.102. & de orat. d.c.7. num.27. Azor. Instit. Moral. par.1. lib.10. cap.3. q.4. Conar. var. resol. lib.3. cap.13 num.8. Medin C. de orat q.7. Tol. in sum. lib.2 cap.14. causa 5* facit *glos. in c. clericus officium. 91. dist. verb. Vigilijs. Reginal in prax. for. pœnit. lib.30. tract.3. cap.4 sect.1. nu.33. cum seqq. Laym. lib 4. tract.2. cap 5. nu.4. q.5. Vasq. opusc. de beneficijs. cap.4. §.1. dub.5.* & alij. Ratio ipsorum est; quia iura omnibus beneficijs recitandi officij obligationē indistinctè imponunt: At qui beneficium quamuis exigui redditus, & insufficiens ad sustentationem beneficiati verè tamen est beneficiū. Contrariam sententiam amplexiùnt *Sot. de Iust. & Iur. lib.10. q.5. art.3. vers. dubium autem. Arrag. 2.2. q.83. ar.12. dub.3. concl.2. vers. in secundo casu. Roderic. p.1. summ. c.141. nu.3. Less. de iust. & Iur. lib.2. cap.34. dub.31. Ricc. in prax. par.1. resol.326.*

resol. 326. *num.* 3. & alii. Rationem adducunt isti quoniam causa obligandi beneficiatos ad horas Canonicas ex iustitia oritur, eò quòd dantur eis redditus tanquàm stipendium vitæ, si ergò stipendium nimis tenue, atquè insufficiens sit ad sustentationem honestam vitæ beneficiati, non videtur parere obligationem recitandi officium, quæ opinio fortè sustineri posset in beneficio tenui, quod haberet aliud seruitium spirituale annexum præter horas Canonicas; tunc enim præsumi posset tenues illos redditus fundatos esse tanquàm stipendium in compensationem huiusmodi seruitij, nec ad aliud beneficiatum teneri. *sic Vasq. d. dub.* 5. *in fin.* & *Laym. d. q.* 5. *n.* 5. vbi addit, quòd potest esse consuetudo iusta conferendi beneficia valdè tenuia sinè Canonicarum precum obligatione, secùs si nullum aliud seruitium haberet præter horas Canonicas.

7 Beneficiatus autem obnoxius restitutioni fructuum perceptorum ob omissionem recitationis horarum Canonicarum, si sit adeò pauper: vt prædictam restitutionem facere nequeat, tunc saltem de consilio Episcopi, vel Confessoris poterit illos fructus, vel partem eorum sibi applicare tanquàm vni ex pauperibus. *Nauar. in Man. cap.* 25. *nu.* 122. & 123. & *de orat. cap.* 7. *nu.* 15. & *par.* 1. *consil. lib.* 3. *de celebrat. Miss. consil.* 18. *n.* 1. & *consil.* 19. *n.* 1. *vers. quarto.*

8 Clericus verò Ecclesiæ adscriptus, qui ab Episcopo admonitus ad quotidianum psallendi officium Matutinis, aut Vespertinis horis ad Ecclesiam conuenire neglexerit, est à Diuinis suspendendus. *cap. fin.* 92. *distinct.*

9 Porrò modus recitandi Diuinum officium diurnum, & nocturnum præscribitur in *cap. dolentes. de celebr. Miss.* & ibi *gloss. Abb.* & alij, vbi præcipitur *in Virtute sancta obedientia sub pœna suspensionis à Diuinis celebrandum esse studiosè pariter, & deuotè*, non syncopatim, aut collocutiones immiscendo. *Studiosè* prout *gloss.* & *Abb. ibid.* tangit pertinet ad officium oris, quo debent horæ Canonicæ pronunciari voce articulata, *clem.* 1. *de celebrat. Miss.* & *Extrauag.* 1. *de vit. & hon. cler.* idest, vt recitans se ipsum intelligat, & alter, cum quo recitat, intelligatur ab ipso, & vicissim ille ipsum recitantem intelligat. Hinc *Nau. in Enchirid. cap.* 25. *nu* 99. ait, quòd peccant contrà tale præceptum, qui cum balbutientibus, aut versus notabiliter anticipantibus recitant horas Canonicas, nisi habeant animum repetendi, eò quòd non intelligant id, quod ab illis dicitur. *Deuotè* verò pertinet ad officium cordis, seù interioris dispositionis animæ, quæ sit attenta Diuino officio, habeatquè mentem præsentem ad id, quod lingua foris sonat.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti lex potissimum pertinet ad clericos, qui vltrà peccatum mortale, quod committunt violantes interdictum, incurrunt alias pœnas.*
2 *Pœnæ enumerantur, quas incurrunt clerici violantes interdictum.*
3 *Interdictum personale quibus modis violetur à clericis.*
4 *Item & Interdictum locale.*
5 *Qui scienter celebrant, vel celebrare faciunt Diuina in locis interdictis, nisi secundùm permissionem Iuris, vel excommunicatos, aut interdictos ad Diuina officia Sacramenta, vel sepulturam admittunt, qua pœna puniantur.*
6 *Domini temporales, qui cogùt aliquos in loco interdicto Diuina celebrare, vel per Præcones faciunt ad illa audienda populum euocare, vel prohibent, ne publicè excommunicati, vel interdicti per illos, qui Missas celebrant, moniti Ecclesiam exeant, incidunt in excõmunicationẽ Papæ reseruatam.*
7 *Laici violantes interdictum locale sine vi, fraude, & scandalo peccant saltem venialiter; sed laici qui per violentiam officijs Diuinis in loco interdicto se ingerunt vel clericis iubentibus exire obtemperare recusant, & fraudibus, ac mendacijs ingressum impetrant, & alia committunt, peccant mortaliter.*
8 *Peccant quoquè mortaliter laici violantes interdictum personale generale.*

§. XXXVIII.

1 Quoniam lex interdicti potissimum tendit in Clericos; Proptereà Clerici interdictũ personale, vel locale violantes

tes, cum materia grauis fit vltrà peccatum mortale, quod secundùm communem Doctorum sententiam vno excepto *Caietano v. Interdicti Ecclesiastici violatio*; committunt, plures alias pœnas incurrunt.

2 Prima pœna est, quam incurrunt Clerici non seruantes interdictum, quòd priuantur priuilegio, quo alioquin fruuntur, vt in loco sacro interdicti tempore sepeliri possent. *cap. quod in te. de pœnit. & remiss. cap. is qui. de sent. excom. in 6.* Secunda, quòd si Clericus interdictum personale, vel locale violet exercendo actum sacri ordinis, vel celebrando officia Diuina fit ineligibilis tàm actiuè, quàm passiuè, vt colligitur ex *c. 1. de postul. Prælat. & ex d. cap. is qui. §. is verò. de sent. excom. in 6.* docet *Syl. v. Interdictū. 6. q. 2. §. secūdum. Sot. in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. conclus. 5. Coninch. de Sacram. disp. 17. dub. 4. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 46. n. 3.* Tertia, Clericus interdicti violator videtur incurrere suspensionem ab officio, & consequenter à iurisdictione, vt colligitur ex *cap. vlt. de exceß. Prælat.* vbi *gloss. v. Irritas. Sot.* vbi supra. *Sylu q. 3. Couar. in cap. alma mater. p. 2. §. 2. n. 2.* contrà *Coninc. d. dub. 4. n. 71.* Quarta, Religiosi omnes excommunicationem ipso facto incurrunt, qui animaduertentes Ecclesiam Cathedralem, Matricem, vel Parochialem loci interdictum seruare, non obseruant. *Clem. 1. de sent. excomm.* vbi additur id etiam intelligendum de cessatione à Diuinis indicta à Cōcilio Prouinciali. *Abb. in cap. cum inter. nu. 3. de consuetud. Nauar. in Man. c. 27. nu. 146. Henriq. d. cap. 46. nu. 4.* Quinta, Qui excommunicatum, aut interdictum denunciatum in loco sacro, vel alios contrà Iuris dispositionem in loco interdicto sepelire scienter præsumpserit, excommunicationis sententiam ipso iure incurrit. *Clem. 1. de sepult.*

3 Violatur autem à Clericis interdictū personale. Primo, si personaliter, atquè specialiter interdicti actum proprium sui ordinis solemniter exercere præsumant, quo casu irregularitatem contrahunt. Secundo, si personaliter interdicti sacris officijs intersint, vel Sacramenta sibi prohibita accipiant. Tertio, si aliquem personaliter interdictū post interdicti denūciationem Diuinis interesse, vel Diuina celebrare permittant. Quod intelligitur de illis, quibus Ecclesiæ regimen cōmissum est, vt notauit *Auil. disp. 5. dub. 1. conclus. 3. Henriq. in sum. lib. 13. c. 46. num. 3.*

4 Interdictum verò locale violatur à Clericis, & Religiosis. Primo si celebrent Diuina officia non obseruata moderatione. *cap. alma mater. de sent. excom. in 6.* putà cum pulsu campanarum, voce elata; vt foris à laicis exaudiri possit, vel ianuis apertis, aut excommunicatis, & interdictis non exclusis. Secundo si illi, quibus Ecclesię regimen commissum est, alios sine prædicta moderatione Diuina officia in loco interdicto celebrare permittant, vt colligitur ex *c. non est vobis. de sponsal.*

5 Qui igitur scienter celebrant, vel celebrare faciunt Diuina in locis interdictis, nisi secundùm permissionem Iuris, vel excommunicatos, aut interdictos publicè ad Diuina officia Sacramenta, vel sepulturam admittunt, præter alias pœnas à Iure statutas sunt ipso facto interdicti ab ingressu Ecclesiæ, donec de trāsgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, competenter satisfecerint. *cap. Episcoporum. de priuileg. in 6.*

6 Nam & Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto Diuina celebrare, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum auocare, vel prohibent, nè publicè excommunicati, vel interdicti super hoc per illos, qui Missas celebrant, moniti Ecclesiam exeāt, excommunicationis laqueo sunt ipso iure innodati, & à nemine præterquam à Sede Apostolica absolui possunt. *Clemen. grauis. de sent. excom.* Quamuis vt diximus lex interdicti pertineat ad Clericos principaliter, ne laicos ad Diuina officia in loco interdicto admittant. *cap. responso. de sent. excom. d. c. non est vobis. de sponsal. cap. licet. de priuil. in 6.*

7 Veruntamen respicit etiam consequenter laicos etiam non personaliter interdictos, qui si loco interdicto sine vi, fraude, & scandalo se ingerant, non effugient saltem peccatum veniale, licet excusentur à mortali, vt probabiliter docet *Sylu. v. Interdictum. 6. nu. 7. Sot. in 4. d. 2. quæst. 3. art. 1. conclus. 5. num. 3. Laym. lib. 1 tract. 5. par. 4. cap. 3. num. 2. dic. 3.* quia cum lex interdicti ad laicos principaliter non spectet, eius obligatio non videtur adeò grauis, vt laicos transgredientes modo

supradicto afficiat sub mortali, licet *Suar. disp.34. sect.5. num.9.* excipiat sacrificium Missæ, cui laicum assistentem existimat mortaliter peccare, quod alij negant.

8 Peccant tamen mortaliter laici, si officijs Diuinis per violentiam se ingerãt in loco interdicto, vel si Clericis iubentibus eos exire obtẽperare recusent. Idẽquè si fraudibus, & mendacijs ingressum impetrent, vt fingendo se Clericos aut priuilegiatos, atquè si Clericos inducant, vt coram ipsis Diuina officia celebrent, multoquè magis si ipsi laici more Clericorũ officium Canonicum in loco interdicto peragant. Quos casus videre licet apud *Sot. in 4. d.22. q.3. art.1. conclus.6. Nauar. d. num.187. Auil. par.4. disp.5. dub.2. Henriquez lib.13. cap.46. num.3.* qui tamen indulgentiùs loquitur. *Laym. Theol. Mor. lib.1. tract.5. par.4. cap.3. nu.2. dic.1.* Idem dicendum si laicus sine vi, & fraude Sacramentum Eucharistiæ, vel aliud in loco interdicto administrari prohibitum accipiat: quia saltem inducit, & cooperatur Clerico ad id, quod ipsemet Clericus sine mortali agere nequit.

9 Quemadmodũ etiã mortaliter peccant laici, si interdictum personale generale violent. Quæ est communis sententia, eo quod tale interdictum eos directè afficiat. ità docent *Sot. d. cõclus.6. Nauar. d. nu.187. Suar. disp.34. sect.6. & alij apud Laym. lib.1. tract.5. par.4. cap.3. num.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Subditi quæ teneantur præstare ergà suos Superiores.*
2 *Clerici, & Laici non obedientes suo Episcopo, qua pœna puniantur.*
3 *Clerici recusantes obedire Ecclesiæ, & eius Canonibus qua pœna afficiendi.*
4 *Clericus, qui Episcopum calumniosè accusauerit, persecutus fuerit, in illum conspirauerit, vt Dominum suum negauerit, de illo conquestus fuerit, aut iniuriam intulerit, qua pœna mulctandus.*
5 *Item Episcopum percutiens, banniens, capiens, vel mandans, ratificans, socius, fautor, vel consiliarius, aut interfecerit, qua pœna puniendus.*
6 *Grauioribus pœnis puniendus est prædicta committere audens in S. R. E. Cardinales.*
7 *Clericus qui insultauerit Vicarium generalem sui Episcopi ad triremes condemnandus est.*
8 *Obloquens iniuriosè de Summo Pontifice pœna arbitraria punitur.*
9 *Clericus coniurans in Principem, vel Dominum terræ, qua pœna afficiatur.*
10 *Clericus qui tractauerit de electione futuri Pontificis, adhuc viuente Summo Pontifice, & ipso inconsulto, qua pœna puniendus.*
11 *Ecclesiastica persona faciẽs sponsiones, siuè excõmessas super vita, morte, & futura electione Summi Pontificis tàm viuente ipso Summo Pontifice, quàm Sede vacante, & in euentum promotionum Cardinalium, quas pœnas incurrat.*

§. XXXIX.

1 CVm quilibet subditus quatuor præstare teneatur ergà superiorem, amorem scilicet tanquàm filius ergà patrem, obedientiam in rebus honestis præsertim in ijs, quæ spectant ad suum officium, reuerentiam propter dignitatẽ, & defensionem, ac ministerium necessariorum. *Filliuc. tom.2. tract.28. par.2. numer.88. & communiter Doctores.*

2 Proptereà tàm laici quã clerici proprijs Episcopis non obtemperantes non solùm efficiuntur infames, sed etiam sunt extorres à Regno Dei, & excommunicandi. *cap. si autem. & cap. absit. 11. q.3. c. quidam. 18. q.2.*

3 Clerici autem obedire recusantes Ecclesiæ, & eius Canonibus sunt suspendendi à Diuinis. *c. hac consona. 25. quæst.1. cap. nulli fas. in fin. 19. dist. tinct. gloss. in cap. dolentes. verb. Diuinum. de celebrat. Miss.* Mitiùs tamen punitur, qui Canonis inobedientiam incurrit, quàm ille, qui Iudicis inobedientiam facit. *gloss. d. verb. Diuinum.*

4 Si verò clericus Episcopum calumniosè accusauerit, persecutus fuerit, aut in illum conspirauerit, efficitur infamis, in exilium erit mittendus, & à Diuinis suspendendus. *c. clericus.* vbi *Archid. & Præpos. & cap. hi qui Episcopos. 3. q.4. c. conspirationem. cap. si qui clerici. cap. si clerici.*

& cap. si qui clericorum. 11. *q.* 1. *Abb. in cap. at si clerici. nu.* 37. *de iudic. Roman. cõs.* 514. *nu.* 5. *Diaz. in pract. crim. can. cap.* 120. Quinimò qui contrà iuramentum, & debitam reuerentiam negat Prælatum Dominum suum, vel coram Iudice seculari de ipso conqueritur, vel ipsum inuadit, est deponendus, & beneficijs priuandus. *cap. grauem. de excess. Prælat.*

5 Episcopum autem percutiens, capiẽs, banniens, vel hoc mandans, aut ratificãs, socius, consiliarius; fautor excommunicationis sententiam ipso facto incurrit, à qua nisi per Summum Pontificem præterquam in mortis articulo absolui nequit, & beneficijs est ipso iure priuatus, præter alias pœnas. *clem.* 1. *de pœn. Greg. Tholos. de benef. cap.* 2. *n.* 10. facit *cap. si quis deinceps.* 17. *q.* 4. Quæ tantò magis in Episcoporum interfectores sunt seruanda, quantò in eos seuerior, quam in præfatos pœna debet exurgere, & seuerioris indignationis aculeis desæuire. *d. clem.* 1. *§. quæ omnia.* Episcopi etenim dicuntur Sanctissimi, Christi legati, sunt spirituales Patres, fratres Papæ, & Coepiscopi, & columnæ Ecclesiæ. *clem.* 1. *§. ne super.* pluribus alijs titulis appellatur Episcopus apud *Barbos. de offic. & pot. Episc. tit.* 1. *cap.* 2. *nu.* 25.

6 Grauioribusquè pœnis punitur insequens, percutiens, vel càpiẽns S. R. Ecclesiæ Cardinales. *cap. felicis. de pœn. in* 6.

7 Clericus autem, qui Vicario Generali sui Episcopi euaginato gladio insultauerit, eumdemquè vulnerauerit, condemnandus est ad triremes. *Ricc. var. resolut. par.* 2. *resol.* 132.

8 At qui iniuriosè obloquitur de Summo Pontifice, est puniendus pœna extraordinaria. *c.* 1. *de maled. Diaz. in pract. crim. canon. c.* 69. *n.* 2. *l.* 1. *C. si quis Imper. maled.* Cum Principi nemo maledicere debeat. *cap. paratus.* 23. *q.* 1. Secùs verò si quis Principi malediceret ex leuitate, quia tunc cõtemnendum erit, vel si ex insania miserãdum. *d. l.* 1.

9 Coniurans autem contra Principem, vel Dominum Terræ propter tanti sceleris immanitatem est beneficijs spoliãdus, atquè degradatus Curiæ seculari tradendus. *cap. si quis laicus.* 22. *q.* 5. *Abb. in cap. at si clerici. nu.* 45. *in addit. in fin. de iudic. Roman. sing.* 708. *n.* 1. *Diaz. in pract. crim. can. cap.* 121. licet clericus non possit dici teneri crimine læsæ Maiestatis secularis. *Diaz. d. c.* 121. & dictũ fuit in *Prima par. de Fauor. Cleric. Person. §.* 1. *num.* 7. *&* 8.

10 Quòd si clericus tractauerit de electione futuri Pontificis viuente ipso Summo Pontifice, ipsoq. inconsulto, pœnam excommunicationis incurrit, cuius absolutio reseruatur Sedi Apostolicæ, & læsæ Maiestatis in primo capite, priuationis beneficiorum, & pensionum, necnon perpetuæ infamiæ, præter alias pœnas, de quibus Paulus IV. in sua Constit. 16. quæ incipit. *Cum secundum.*

11 Incidit quoquè in excõmunicationẽ Ecclesiastica persona faciens sponsiones, siuè excommessas super vita, morte, atquè futura electione Summi Pontificis tàm viuente Summo Pontifice, quàm Sede vacãte, & in euentum promotionum Cardinalium, & similiter in pœnam priuationis eo ipso beneficiorum, & inhabilitatis ad illa. Greg. XIV. in sua Constit. 4. quæ incipit. *Cogit nos.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus trahens clericum coram Iudice seculari relicto iudicio Ecclesiastico quas pœnas incurrat; quamuis aduersarij voluntas accesserit.*

2 *Iuramentum interpositũ super pactione trahendi clericum coram Iudice seculari non subsistit.*

3 *Laicus trahens clericum coram Iudice seculari causam amittit.*

4 *Clericus criminaliter citatus coram Iudice seculari non declinans forum, qua pœna sit puniendus.*

5 *Clericus trahens proprium Episcopum coram Iudice seculari, qua pœna mulctandus.*

6 *Clericus à proprio Episcopo citatus, aut condemnatus ad Iudicem secularem confugiens, & ab eo probibitionem, & mandatum eidem Episcopo decernẽs, & contra illum exequi procurans quas pœnas sit subiturus.*

§. XL.

1 Clericus trahẽs clericum coram Iudice seculari relicto iudicio Ecclesiastico causam amittere debet, atquè est excommunicandus. *cap. insolita, & cap. placuit.* 11. *quæst.* 1. *cap. si diligenti.* vbi *Abb. num.* 6. *de for. compet. auth.*

statuimus.C.de Episc.& cler. Rom. cons.369. nu 39.Anchar.cons.405. circa fin. Ferret. cons.181. num.4.& 6. Specul. de compet. iud.adit.num.23. atque iudicatum non tenet, & Iudex ex tunc iudicandi potestate est priuandus. *d.auth.statuimus*; atque incidit in sententiam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini. *sub num. 19. Duard. in Bull.Cœn.Dom.lib.2. can 15. quæst. 1. nu.1. vers. quo ad secundum. & quæst. 11. num.16.* qui tamen *eod. can.15. quæst.10. nu.1.* ait illos non incurrere in prædictam excommunicationem, qui non auctoritatiuè, & ex officio; sed amicabiliter, aut alio modo, quàm ex officio personas ecclesiasticas traherent, vel trahi procurarent, vt iudicio laico se submitterent; nam illa verba inquit ipse. *Trahi faciunt, vel procurant*; iungi cum primis verbis, *Ex eorum prætenso officio* Idem confirmat *eod. can.15.q.11.n.16.* Quod an sustineri possit relinquitur prudentis iudicio; Vtroquè enim modo fit iniuria ecclesiasticæ libertati, cui nullus præiudicare potest, & ad cuius immunitatem dirigitur intentio Legislatoris. Et in tantum est verum quòd clericus trahens clericum coram Iudice seculari dictas pœnas incurrat: vt hoc procedat quamuis aduersarij voluntas accesserit. *d.cap.si diligenti.verb. manifestè.* vbi *Abb.num.6. Rolan. cons.23. nu. 14.& 15.* Cum hoc beneficium non sit personale, cui renunciari possit; sed vniuerso Ordini clericali sit indultum, cui priuatorum pactio derogare nequit. *d.c.si diligenti. & Abb.ibid.*

2 Neque subsistit iuramentum super huiusmodi pactione interpositum, cum sit contra bonos mores, & canonica instituta. *d.cap.si diligenti.in fin.Rolan. d. num.15.* iuramentum etenim contra bonos mores, & auctoritatè legum est nullius momenti. *l.si quis inquilinos. §.si quis.ff. de legat.1.* neque iuramentum debet esse vinculum iniquitatis. *cap. inter.22. quæst.4. & cap. quanto de iuretur.*

3 Amittet quoquè causam laicus clericum coram Iudice seculari trahẽs. *d.auth. statuimus.* & ibi Doctores *in l.in criminali* vbi *DD.C.de iurisd. omn. iudic. Innoc. in d.cap. si diligenti.* vbi etiam *Abb. num.6.* dicens de communi Doctorum opinione. *Specul.d.tit.de compet. iud. adit. §.1.n.24. Duard. in Bull. Cœn. Dom. lib.2. can.15. quæst.11. num.16. in fin. Diaz in pract. crim.can. cap.65. num.26.*

4 Clericus verò criminaliter citatus corã Iudice seculari non declinans forum est puniendus pœna extraordinaria tanquàm trãsgressor Canonis; vt dictum fuit. *in p.1.tit.de Fauor.Cler.Person. §.2.n.10.* At *Specul. d.tit. de comp. iud. adit.* & alij, quos refert, & sequitur *Mart. de iurisd. par.4. cas.126. num.1. & 2.* dicunt prædictum clericum esse beneficio priuandum, etiamsi pro eo lata sit sententia, & si beneficio careat, deponendum.

5 Quòd si clericus proprium Episcopum coram Iudice seculari etiã pro causa ciuili traxerit, est beneficijs priuandus. *cap.grauem.de excess.Prælat. Abb.in d.cap. si diligenti. num.6.*

6 Clericus autem à proprio Episcopo citatus, aut condemnatus ad Iudicem secularem confugiens, & ab eo prohibitionem, & mandatum etiam pœnale eidem Episcopo decerni, & contra illum exequi procurans non solùm est excommunicandus. *c.1.& per tot.11.q.5.* sed etiam incidit in sententiam excomm. *Bull. Cœn.Dom. sub n.16.vers.ac etiam eos. Thesau.for.Eccles.par.3.cap.7.nu.91.cum pluribus seqq.* & dictum fuit in *p.1.sub tit.de Fauo. Cler. Person.§.2.num.30.& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in latrocinijs captus, & conuictus qua pœna sit puniendus. Item clericus participans de rapina.*
2 *Religiosus deprehensus in furtis, qua pœna sit mulctandus, & num.seq.*
3 *Religiosus eijci non potest, nisi seruata forma Decreti Sacræ Congregationis.*

§. XLI.

1 IN latrocinijs siuè furtis clericus captus, & de illis coniunctus est à Diuinis suspendendus, & beneficijs priuandus. *cap.presbyter.* vbi *glo.verb. captus.81.dist. cap. cum non ab homine.* vbi *Abb.num.4. de iudic. Diaz.in pract. crim. can cap.93.* & ad agendam pœnitentiam in arctum monasterium detrudẽdus. *cap.sua. de pœn. Abb.in c.fin.de furt. Alciat.cons.16. in fin. vol.2. Hostien. in Sum. tit.de cond. furt. in §.fin. Diaz. dict. cap.93. in princ.* Estquè condemnandus ad restitutionem rei furto ablatæ *cap.1.deposit.* Participans

verò

verò de rapina est pariter à Diuinis perpetuò suspendendus, & beneficio priuandus. *Abb. in cap. super eo. num. 2. de raptor.*

2 Religiosos autem in huiusmodi delictis deprehensos *Ioan. de Trullo* relatus à *Roder. Quæst. Regul. to. 2. quæst. 39. art. 1.* existimat esse à Religione ad instar incorrigibilium expellendos, rationem adducit. Tum quia religiosi fures non solùm rebus temporalibus; sed etiam spiritualibus nocent, Sanctam Congregationem conturbant, & bonum aliorum spirituale impediunt. Tum quia sic expulsi confusione, & tribulatione percussi ad cor redibunt, & eos fortè sceleris sui pœnitebit; aliam rationem adducit *Roderic.* quam apud ipsum videre poteris. Quæ sententia fortè sustineri posset, vt inquit *Roderic.* quando, quod absit, Religiosus esset famosus latro, grassator, aut ità continuaret furari; vt eius incorrigibilitas in hoc esset omnibus nota, vel ex alijs furtis factis, vel ex conditione personæ.

3 Veruntamen nullus religiosus modò eijci potest à Religione; nisi eius incorrigibilitas de iure, aut de facto probetur, seruata forma præscripta in Decreto Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. edito die 21. Septemb. 1624. de apost. & eiectis, vt dictum est superius. *§. 25. nu. 5. & 15.* Religiosi igitur in prædictis facinoribus deprehensi, & conuicti arbitrio Iudicis sunt castigandi pensata qualitate furti, conditione personæ, & alijs circumstantijs, quæ tales esse possunt, vt eos fortè redderent dignos incorrigibilitatis pœna, prout confirmat *Roderic.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici comburentes, effringentes, aut spoliantes templa Dei, vel Sacerdotes occidentes, vel parentes percutientes, aut Patriam prodentes, qua pœna afficiantur.*
2 *Idem intelligitur de incendiario domus, secus de incendiario capanna, seù domuncula.*
3 *Clericus eiusdem loci incendiarius est puniendus pœna arbitraria.*
4 *Incendiarius loci sacri, vel Monasterij, qua pœna puniendus.*

§. XLII.

1 Templa Dei comburêtes, effringentes, spoliâtes, & Sacerdotes occidentes, Parêtes percutientes, vel Patriam prodentes, aut alia magna scelera perpetrantes clerici sunt à Diuinis suspendendi, & in arcta Monasteria ad pœnitentiam peragendam detrudendi. *c. si Episcopus. 50. dist. c. at si clerici.* vbi *Abb. nu. 41. & c. cum non ab homine. de iudic. cap. tua. de pœn.* sed data incorrigibilitate tunc sunt degradandi, & Curiæ seculari tradendi. *Abb. num. 14.* vbi *addit.*

2 Idem quoquè dicitur de incendiario; cum incendium sit magnum, & graue scelus, pro quo laico imponitur pœna mortis. *l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. qui ades. ff. de incend. ruin. nauf.* Quod tamen procedit vbi incenditur domus, secus autem vbi incenderetur Capanna; quia Capanna non est domus. *l. cum qui ades. ff. de vsucap. Bald. in §. si duo fratres. de duob. fratr. Cœpol. de seruit. vrb. c. 11. vers. quid de capanna. Purpurat. cõs. 73. per tot. vol. 1.* qui subdit pœna arbitraria esse puniendum incendiarium capannæ, seù domunculæ.

3 Clericus tamen, qui hoc crimen commiserit, cum certa pœna in Iure non sit expressa: arbitrio Iudicis est puniendus. *Diaz in pract. crim. canon. cap. 108.* pensata doli, loci, & damni quantitate, & qualitate.

4 Incendiarius autem loci Sacri, vel Monasterij est ipso iure excommunicatus. Quòd si locus sacer non sit, erit excommunicandus. *glo. in cap. tua. verb. publicati.* vbi etiam *Abb. & in cap. conquesti. de sent. excom. Nauar.* communem dicens *in Manual. cap. 17. num. 100.*

SVMMARIVM.

1 *Ad falsi crimen quæ requirantur.*
2 *Falsi crimen cõmittit qui aliquam scripturam immutat, supprimit, aut lacerat.*
Qui alienas literas dolosè aperit, ac legit cum alterius iniuria, vel damno iniusto.
Qui falsis ponderibus, vel mensuris vtitur. Qui alienum partum alicui supponit.
Qui falsum profert testimonium, vel

falsum

falsum testem in iudicium producit. Qui signum adulterinum fecerit, vel sculpserit, aut alienum chirographũ imitatus fuerit, vel rationes, tabulas, aut aliquod instrumentum rasura falsarit, aut signum amouerit. Qui proposita edicta dolo malo corruperit.

3 *Criminis falsi pœna statuta laico, & Clerico quænam sit.*

4 *Falsarij literarum Apostolicarum, & qui sub nomine Papæ literis falsis vtuntur, qua pœna puniantur.*

5 *Clericus item falsans sigillum Principis quam pœnam incurrat.*

6 *Item scribens literas sub nomine maioris partis Capituli, cum maior pars conscia non fuerit.*

7 *Canonicus reuelans secreta Capituli præstito iuramento de non reuelando, qua pœna afficiatur.*

8 *Falsi quoque crimen committit, qui monetam publicam adulterat, vel sine legitima auctoritate cudit, & qua pœna mulctandus.*

Et quæ requirantur ad iustitiam cudendi monetam.

9 *Falsificantes monetam parui valoris, siue expendentes paruam quantitatem falsæ pecuniæ aut tundentes monetas, qua pœna puniantur.*

10 *Alchimiam facientes, siuè fieri procurantes, aut illa vtentes, qua pœna afficiantur.*

§. XLIII.

1 AD falsi crimen tria requiruntur, vt post *Hostien.* notauit *Syluest. verb. falsarius. in princ. Gregor. Tholos. lib. 36. Syntag. cap. 1. nu. 6.* Primum veritatis mutatio. Secundum dolus operantis. Tertium, damnum alteri indè proueniens. Erit igitur definitio, quòd crimen falsi sit veritatis peruersio cum dolo, & alterius damno.

2 Falsi crimen varijs modis committi potest, vt videri licet in titulis *ff. & Cod. ad leg. Cornel. de fals.* Primo falsi crimen committit, qui Testamentum, Codicillum, aliudue instrumentum, vel scripturam immutat, supprimit, aut lacerat. *l. 1. cum seqq. ff. eod. l. 3. C. eod. Nauar. in Man. cap. 17. num. 169. Tholos. cap. 5. Mol. de Iust. & Iur. tom. 3. disp. 700.* Secundò falsi crimen committit, qui alienas literas dolosè aperit, ac legit cum alterius iniuria, vel damno iniusto; vt si ostendat aduersario mittentis. *glo. in cap. cum olim. 2. de offic. deleg. Nauar. in cap. pen. d. 6. de pœnit. Sylu. verb. falsarius. quæst. 1. Mol. tom. 4. tract. 4. disp. 36.* Quòd si aperiret, vt ipsemet videret: non autem vt aduersario ostenderet, non incideret in crimen falsi; sed esset puniendus alia pœna extraordinaria. *Bart. in l. qui testamentum. num. 1. ff. ad leg. Cornel. de fals. & in l. Titio. n. 4. ff. ad municip. Abb. in cap. cum olim. 2. nu. 4. & 5.* vbi *etiam Felin. num. 2. de offic. deleg. Ias. in §. pœnales. Inst. de action. Roman. cons. 365. num. 3. & 4. Sylu. verb. falsarius. num. 2. Diaz in pract. crim. can. cap. 106.* Quia id speciale est in aperiente testamentum clausum; vt quis falsi crimine teneatur. *d. l. qui testamentũ. ff. eod.* Minùs incideret in crimen falsi, qui iustam haberet causam aperiendi alienas literas etiam inuito eo, qui eas mittit, & ad quem mittuntur, putà si id fiat iure belli, aut iustæ defensionis causa cõtrà inimicum insidias molientem, vt notauit *Nauar. in Man. cap. 18. num. 53.* Vel si Prælatus, Superior, Paterfamilias suspicarentur aliquid mali patrandi in literis contineri: Vel si Religionis statutum, aut consuetudo licẽtiam aperiendi literas Regularium Prælato tribueret. Tertio incideret tamen in crimen falsi de alienis literis sigillum remouens; *Bart. in l. Paulus. num. 2. ff. eod. Lopez. ad Diaz. in pract. crim. can. in cap. 106. addit. in princ.* vel ex alienis literis nomen alterius abradens, & ponens suum. *Bart. in dict. l. Titio. num. 4. ad municip. Sylu. dict. verb. falsarius. num. 2.* Quarto Falsi crimen committunt venditores, qui falsis ponderibus, vel mensuris vtũtur. *l. penult. ff. ad leg. Cornel. de fals.* vel materiã adulterinam minùs vtilem mercibus admiscẽt. *Abb. in cap. 2. de empt. & vend. Nauar. in Man. cap. 17. num. 169. Mol. tom. 3. tract. 2. disp. 701. nu. 6. cum seqq.* Vel qui alienum partum alicui supponit. *l. 30. ff. eod. Mol. dict. disp. 701. à num. 1. vsque ad 5.* inclusiuè. Sexto, qui falsum profert testimoniũ, vel falsum testem in iudicium producit. *cap. 1. de crim. falsi.* qui Iudicem corrumpit, aduocatus, qui parti aduersæ causam prodit. *l. 1. ff. eod.* Et qui proposita edicta dolo malo, ac ausu temerario lacerauerit. *l. penult. ff. eod.* Alij casus, in quibus committitur falsi crimen, afferuntur à *Mol.*

*dict. disp.*700. quos apud ipsum videre poteris.

3 Pœna pro crimine falsi olim homini libero decreta erat deportatio in perpetuum cum confiscatione omnium bonorum, *leg.* 1. *§. vltimo. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Hodiè vero est arbitraria, teste Claro *lib.* 5 *sent. § falsum. n.* 31. relato à *Laym. p.* 1. *Theol. mor. lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. *in fin.* Deindè resarcienda sunt omnia dãna, quæ occasione commissi falsi alteri acciderunt. Clericus verò falsarius est deponendus, & in perpetuum carcerem ad agendã pœnitentiam detrudendus pane doloris, & aqua angustiæ sustentandus: vt commissa defleat, & flenda vlteriùs non committat. *cap. si Episcopus.* 50. *dist. cap. nouimus in fin. de verb. signif. Abb. in cap.* 1. *n.* 10. *de crim. fals. Bombin. conf.* 24. *num.* 24. *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 119. vbi etiam *Lopez.*

4 Veruntamen litterarum Apostolicarum Clerici falsarij, qui per se vel per alios vitium falsitatis exercent cum fautoribus, & defensoribus suis sunt ipso facto excommunicati, & omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis priuati degradandi, ac potestati seculari tradendi. *cap. ad falsariorum. de crim. falsi. Diaz d. c.* 119. vbi etiã *Lopez.* & incidunt in sententiam. *excom. Bullæ Cœnæ Domin. sub num.* 6. Et qui sub nomine Papæ literis falsis vtuntur officijs, & beneficijs Ecclesiasticis sunt priuandi. *dict. cap. ad falsariorum. §. qui verò.*

5 Falsans verò sigillum Principis debet ab ordinibus deponi, & impresso illi caractere in signum commissi delicti in exilium mitti. *cap. ad audientiam. de crim. fals.*

6 Scribens autem literas sub nomine maioris partis Capituli, cum maior pars conscia non fuerit ab officio, & beneficio est suspendendus. *cap. tam litteris. in fin. de testib. cap. quanto.* vbi *glo. fin. de ijs, qua fiu. à Prælat.*

7 Quòd si Canonicus reuelauerit secreta Capituli præstito iuramento de non reuelando pœnis sacrorum Canonum cõtra Clericos periuros sancitis puniendus est. *Lopez ad Diaz. in cap.* 106. *vers. ex quibus. Menoch. de arbitr. cas.* 537. *num.* 20.

8 Falsi quoque crimen dicitur committere, qui publicã monetam adulterat, vel sine legitima auctoritate cudit. *Petr. Nauar. de restit. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 310. *Nauar. in Manual. cap.* 17. *n.* 168. *Mol. de iust. & iur. tom.* 3. *disp.* 702. *num.* 1. *Laym. lib.* 3. *tract.* 3. *par.* 1. *n.* 5. *c.* 5. Qui verò ex his modis cudunt falsam monetam extrangulati igne comburuntur, & eorum bona Fisco applicantur. *leg.* 1. *&* 2. *C. de fals. monet.* & affirmat communis Doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur *Decian. in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 23. *Couar. de collat. vet. numismat. cap. vlt. num.* 4. *§. qui vero. & §. is verò. Iul. Clar. lib.* 5. *sent. § falsum. num.* 46. Qui refert in Gallia eos in feruenti aqua suffocari. *Mol. d. num.* 2. Pœna etiam mortis mulctandos esse falsam monetam scienter expendentes tenet *Baiard. ad Clar. d. § falsum. num.* 231. *& Caball. resol.* 199. *num.* 10. sed *Mol. dict. disp.* 702. *num.* 9. existimat prædictos incidere in pœnam legis Corneliæ de fals. vt habetur *l.* 1. *§. vlt. ff. eodem.* In eandem pœnam confiscationis bonorum: & vt exurantur, incurrunt socij cudẽtium falsam monetam, auxilium, consilium, aut fauorem scienter eis dantes, aut scienter eis concedentes domum, aut prædium; in quo illam cudant. *Mol.* dicens de comm. *d. disp.* 702. *num.* 2. *in princ.* nixus *text. l.* 1. *&* 2. *de fals. monet.* Domus verò, in qua cuditur falsa moneta, acquiritur Fisco; etiamsi dominus illius ignoret in sua domo falsam cudi monetam; nisi fuerit absens, & id scire minimè potuerit, vel vidua, & id ignorauerit, aut pupillus. *l.* 1. *C. de fals. mon. Couar. dict. cap. vlt. num.* 3. *Mol. dict. disp.* 702. *nu.* 3. Hinc ad iustitiam cudendi monetam tria requirũtur. *glos. in c. quanto. verb. patris. de iuretur. Sylu. verb. falsarius. quæst.* 7. *Pet. Nauar. de restit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 316. Primum legitima auctoritas, quam etiam signum impressum indicat; nam monetam cudere ex Regalibus vnum est. *l.* 2. *C. de fals. mon.* vbi supplicium mortis decernitur ijs, qui monetam priuata fusione formarint, tanquàm læsæ Maiestatis crimine obnoxijs. *Mol. d. disp.* 702. *num.* 1. cum alijs ab ipso allegatis. Ex priuilegio tamen, seu consuetudine legitimè præscripta solet alijs competere præter supremum Principem, vt notauit *Petr. Greg. Tholos. Syntag. lib.* 38. *cap.* 2. *num.* 25. Secundum materiæ bonitas, seu integritas, nõ quòd nũmus suaptè natura certam materiam requirat; sed ex hypotesi quatenùs aureus esset, debet nihil argenti, quatenùs argenteus, nihil æris admixtum

habere.

habere. Tertium iustum pondus materiæ sicut signum nūmi indicat, quod solet apponi; vt mensurari opus non sit.

9 Extraordinaria tamen pœna mulctādos esse expendentes paruam quantitatē falsæ pecuniæ, siuè falsificantes monetas parui valoris docent *Dec. in cap. maioribus. num. 4. de praben. Bal. consf. 155. vol. 3. Alex. consf. 104. vol. 1. & consf. 121. num. 4. vol. 7. Rsec. 1. p. decisf. 104. in princ. Nouar. Quæst forensf. par. 1. q. 37. & q. 147. num. 4.* siuè tondentes eas, & in tondendo parum lucrati fuerint, putà quinquè, vel sex aureos. *Marsil. consf. 81. n. 1. & 2. Boss. de fals. mon. nu. 4. Menoch. de arbitr. cas. 316. n. 33. Nouar. d. q. 37. n. 4. in fin. & nu. 5.* nisi aliter ex edictis localibus decerneretur. Verùm ex nouo Iure Constitutionis Pij V. incip. *Cum nil magis.* tondentes monetas tàm aureas, quàm argenteas damnantur pœna vltimi supplicij. Quam Constitutionem ampliauit, & extendit Vrbanus VIII. ad omnes personas Ecclesiasticas etiam Regulares, atquè ad omnes Prouincias per Italiam existentes quouis modo monetas antedictas adulterantes, vt per eius Constitutionē videri potest, quæ incipit. *In suprema Pastoralis specula.*

10 Alchimiam facientes, vel fieri procurantes, vel illa vtentes vendendo, vel in solutum dando non solùm tantum de verò auro, & argento debent inferre in publicum: vt pauperibus erogetur, quantum de falso & adulterino posuerunt; sed si eorū facultates non sufficiant pœna per Iudicis discretionem cōmutabitur, & infames fiunt. Clerici verò beneficijs habitis priuantur, & ad habenda inhabiles redduntur *Extrau. vnic. de crim. fals. inter com.* nam Alchimistæ peccant, Alchimiaquè est ars prohibit *Cassan. in Cathalogo gloria mūdi. par. 11. co. sfiderat. 40.* licet contrarium scribat *Ozorad. consf. 74.*

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium quid sit, & quotuplex, & contrà quas res committatur.*

2 *Clericus sacrilegium committens est deponendus; cum sacrilegium sit crimen atrox, & inter capitalia numeretur.*

3 *Sacrilegium cum multipliciter cōmittatur, non potest illi certa pœna præscribi.*

4 *Clericus extrahens aliquem ab Ecclesia est excommunicādus Nullus potest extrahi ab Ecclesia nisi in casibus expressis in Bulla Greg. XIV.*

§. XLIV.

1 Sacrilegium est sacræ rei violatio. *S. Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. gloss. in cap. sacrilegium. 17. q. 4. Diaz. in pract. crim. can. cap. 90. in princ. Layman. theol. mor. lib. 4. tract. 10. cap. 7. n. 1.* Porrò S. Doctor *d. q. 99. art. 3.* pro diuersitate rerum sacrarum, seù Deo dicatarum tres species sacrilegij distinguit, secundùm quas violatur sanctitas, seù reuerentia, quæ tribus attribuitur, scilicet, Personis Diuino cultui dedicatis, locis sacris, & quibusdam alijs rebus, vt sunt vasa, vestes, &c. & in his tribus inuenitur diuersa ratio sanctitatis; In personis enim inuenitur sanctitas sicut in subiecto, in locis verò, vt in continentibus personas sacras; Et in alijs rebus inuenitur sanctitas, vt per ipsas homo sanctificatur, vel vt ordinantur ad ea, per quæ homo sanctificatur. Quicunquè autem contrà quodcunq. prædictorum peccat, crimen sacrilegij incurrit, & tantò grauius, quantò res sacra, in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem; idem *Angelicus Doctor. d. ar. 3.*

2 Clericus igitur sacrilegium committens deponendus est. *Host. in sum. de accusat. §. quis sit effectus. num. 14. Diaz. dicto cap. 90. nu. 2.* Est enim hoc crimen graue, & atrox. *l. placet. in fin. C. de pedan. Iud.* & ab eodem *Hostien. n. 4.* numeratur inter crimina capitalia, quæ depositionem inducunt. Quapropter *Elian. lib. 5. var. hist.* narrat antiquos adeò crimen hoc abhorruisse; vt etiam pueros sacrilegos viuos comburi iusserint.

3 Veruntamen sicut multipliciter committi potest sacrilegium, vt dictū est etiam *in 1. par. tit. de Fauo. Cleric. Real. §. 4. n. 9 cum sequentibus.* itá ei non potest certa pœna præscribi; sed diuersa erit delinquentis punitio secundùm qualitatem sacrilegij.

4 Clericus autem extrahens aliquem ab Ecclesia, ad quam confugerat, est excommunicandus. *cap. nullus clericorum. 17. q. 4.* nullus enim saluatus in Ecclesia ab ea extrahi potest, siuè pro causa ciuili, siuè pro criminali, præterquàm in casibus expres-

expressis in Bulla Greg. XIV. quæ incip. *Cum aliàs.cap.inter.alia.de immun. Eccl. & C.de his qui ad Eccles. confug.* captus verò extrà Ecclesiam, vel locum sacrũ, & sic ligatus casu ductus à satellitibus per Ecclesiam ibi non gaudebit immunitate Ecclesiastica: ita vt rectà nequeat ab eisdem satellitibus reduci ad carceres. *Archid.in c.sicut. 17.q.4.Graff.decis. aur. par.1.lib.2.c.48.num.4.* quia non dicitur extrahi violenter ab Ecclesia. Secùs de eo, qui captus à satellitibus se exemit, & liber confugit ad Ecclesiam, etiamsi inuenisset eam clausam,& portam, seù vectes manu apprehendisset, quia indè extrahi non posset absquè violatione immunitatis Ecclesiasticæ. *Graff.d.cap.48.nu.6.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus hæreticus qua pœna puniatur.*
2 *Clericus lapsus in hæresim qui corde non ficto,& sponte à principio reuertitur ad vnitatem Christianæ fidei, retinet beneficia.*
3 *Clerici hæretici beneficiati, sinè non beneficiati bona cui applicentur; Item bona hæretici sæcularis.*
4 *Pœna hæretici extenduntur ad filios, & nepotes ex linea recta descendentes.*
5 *Clericus receptator, defensor, aut fautor hæreticorum, qua pœna sit mulctandus.*
6 *Clericus cum Iudæis manducans, habitans cum eis, vel aliquem eorum in infirmitatibus suis vocans, aut cũ eis in balneo lauans, qua pœna afficiendus.*

§. XLV.

1 Clericus hæreticus non solùm est inhabilis ad obtinenda beneficia Ecclesiastica. *cap. statutum.* vbi Doctores. *de hæret. Ricciul. de iur.person.lib.5.c 19.nu.1.& seqq.Sanch. in præcept. Decalog. to.1.lib.2.cap.26.n.1. in fin.* Sed præter alias pœnas, & censuras, quas incurrit, est ipso iure priuatus beneficijs, quæ haber. *cap.vt commissi. § priuandi.* vbi *Ioan. Andr.& Gemin.de hæret.in 6.Rebuff. in prax. benefic.par.3. tit.de mod.amit.benef. n.4.Diaz.in pract. crim.can.cap.116.nu.2.* vbi etiam *Lopez. Pen.in Director.Inquisit.par.3.com. 162. vers.mihi tamen.& vers.postremò.Gonzal super Regul.8. Cancel.gloss.16.n.65.&67. Azor.Instit.Moral.par.1.lib.8.c.13.q.8.* & ità decreuit Paulus. IV.in sua Const.19. quæ incipit. *Cum ex Apostolatus officio. §.5.vers.& insuper clerici*, quam renouauit, & confirmauit, illamquè obseruari voluit, & mandauit Pius V. in Constitutione 22. quæ incipit. *Inter multiplices.§. & insuper vestigijs. Ricciul. de iur. person.lib.5.c.19.nu.9.Sanch. in præcept. Decal.tom.1.lib.2. cap.26. num. 6.* cum alijs ab ipso allegatis. *Rot. diuers. par. 3. lib.3.decis 707.num.2.& 3. & decis. 728. num.1.& 2.* vbi dicitur huiusmodi hæretici beneficia impetrari, & conferri posse antè sententiam declaratoriam; nam quũ priuatio est inducta ipso iure, valet impetratio antè declaratoriam. *cap.2.de rescript.c.commissa.de elect. Ricciul. de Iur. person.lib.4.cap.8.nu.23.& Rebuff.* ab ipso allegatus, qui testatur de consuetudine Romanæ Curiæ. Neq. restituitur ad eadem beneficia. *gloss.in cap.quo iure.verb. nam iure. 8.dist.Abb.in cap.inter dilectos. nu.11.de excess.Prælat.Diaz.d.c.116.n.2. vers. secundus.*

2 Veruntamen clericus beneficiatus, qui paratus est corrigi, & corde non ficto reuertitur ad vnitatẽ Christianæ fidei, deponi non debet, & consequenter retinebit omnia sua beneficia. *gloss.in cap. nunc autem. verb. Marcellinus. in fin. 21. dist. Archid. in cap.vt commissi.de hæretic. in 6.* Quod procedit quãdo spõtè & à principio reuertitur, & statim reuocat errorẽsuum; quia non dicitur diuertisse, qui statim conuertitur. *Rebuff de modo amitt.benef. nu.12.* contrà *Sanch.in præcept.Decal. to. 1.lib.2. cap.26.num.13.* Secùs post negationem, vel sententiam. *gloss.in d.ver. Marcellinus.Grillan.de hæret.ver.septimo quæro.in fin.Carrer.in sua pract.crim tract.de hær. num.159.Rolan.cons.65.numer. 30. & 31. vol.1.Rebuff.loco.citato.nu.13.*

3 Bona verò clerici hæretici publicantur,applicãturq.Ecclesiæ,in qua erat beneficiatus,seù pro rata diuiduntur, si in pluribus Ecclesijs habebat diuersos redditus *c.excommunicamus 1.§. damnati.* iuncta *gloss. stipendia.* vbi etiam *Butr. & Abb. de hæret. Diaz. d.c.116.nu.4. Azor. Instit. Mor.par.1.lib.8.c.12.q.14.Sanch.in præcep. Decal.tom.1. lib.2.cap.20.n.24.* vbi distin-

guit inter bona, de quibus clericus testari potest, & inter bona, de quibus testari prohibetur, quòd priora bona clerici sunt Fisco applicanda; posteriora verò applicāda Ecclesijs iuxtà *text. & gloss. in d. §. dānati*. Si autem clericus hæreticus nullum habuerit beneficium, tunc eius bona applicantur Episcopo loci in pios vsus distribuenda. *Abb. in d. c. excommunicamus. in princ.* vbi etiam *Anan. Diaz. dicto num. 4.* vbi etiam *Lopez. vers. applicantur.* Bona verò hæretici secularis deferuntur ad Principem secularem, seu ad eius Fiscum. *Azor. d. q. 14. & Sanchez. d. lib. 2. cap. 14. in princ.*

4 Porrò cum filij præsumantur eorumdem studiorum, quorum sunt parentes. *l. quod si nolit. §. mancipia ff. de adilit. edic. cap. si gens Anglorum. 56. dist.* Propterea pœnæ inflictæ contrà hæreticos extenduntur non solùm ad filios; sed etiam ad nepotes ex linea rectâ descendentes. *c. quicunquè. §. hæretici. c. vt commissi. §. priuandi. & cap. statutum. 2. de hæret. in 6.* Huiusmodi autem filij, & nepotes inhabilitantur ad obtinēda beneficia Ecclesiastica *d. c. statutū. & d. §. hæretici. Riccīull. de iur. person lib. 5. c. 29. n. 2.* & dictum fuit *in 1. par. tit. De Discipl. Cleric. §. 10. n. 28. & 29.* Et idem dicendum est de filijs illegitimis. *gloss. in d. cap. statutum. 2. verb. Volumus. Riccīul. d. lib. 5. cap. 30. nu. 1. cum seqq.*

5 Quòd si clericus fuerit hæreticorum receptator, defensor, aut fautor, licet videatur, quòd non fit ipso iure priuatus beneficijs; sed per sententiam veniat priuādus. *d. cap. excommunicamus. §. credentes. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 8. num. 4. Pen. in Direct. Inquisit. par. 3. comm. 162. vers. sicque collatio*; Nihilominùs tàm ipsi, quā alij quomodolibet offendentes statum, res, & personas Officij Sanctissimæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis sunt hodiè ipso iure priuati omnibus beneficijs, & officijs Ecclesiasticis, & excommunicati, alijsquè pœnis innodati per Constitut. Pij V. quæ incipit. *Si de protegendis §. nemo autem.* Prædictas, aliasquè pœnas incurrere schismaticos clericos, eorumquè receptatores, defensores, & fautores sanciuit Paulus IV. in sua Constit. 19. citata, incip. *Cum ex Apostolatus. §. 5 vers. & insuper clerici*, quam renouauit, & confirmauit, ac iamq. obseruari mandauit idem Pius V. in sua Constitutione 22. quæ incipit. *Inter multiplices. §. & insuper vestigijs.*

6 Clericus autem cum Iudæis manducans, aut habitans, vel aliquem eorum in suis infirmitatibus vocans, aut medicinam ob eis percipiens, siuè cum eis in balneo lauans est deponendus, laicus verò est excommunicandus. *cap. nullus. 28. quæst. 1 Sanchez.* cum alijs ab ipso allegatis. *in præcept. decal. tom. 1. lib. 2. cap. 31. num. 5. & seqq.* vbi enumerat decem casus, in quibus est interdicta communicatio cum Iudæis. Atquè ei qui Iudæos, vel alios Infideles ad curam suæ infirmitatis vocauerit, seu admiserit, aut vocari, admittiuè fecerit, concesserit, vel permiserit, sacramenta Ecclesiastica administrari, & Ecclesiasticā sepulturam dari prohibuit Gregorius XIII. in sua Constitutione, quæ incip. *Alias pia memoria.*

SVMMARIVM.

1 *Insordescens per annum, & vltrà in excommunicatione lata pro crimine est suspectus de hæresi, & habetur pro confesso de crimine, de quo fuerat imputatus, ac est ipso iure priuatus beneficijs, & factus inhabilis ad illa, & ad alia obtinenda.*

2 *Aliqui tenent clericum insordescentem per annum non esse priuatum, sed priuandum beneficijs per sententiam. Conciliantur hæ duæ opiniones.*

3 *Clericus insordescens per annum in excommunicatione elapso anno citandus est coram Iudice ad allegandum, quare non debeat, vt hæreticus declarari.*

4 *Clericus insordescens per annum, & vltrà in excommunicatione laica ob causam ciuilem non habetur pro confesso, nec perdit ipso iure beneficia, nec priuari potest, nisi per triennium insordesceret.*

5 *Insordescentia non dicitur, nisi per perseuerantiam in excommunicatione cum animi pertinacia, quæ includat cōtemptum clauium & ad excludendum contemptū sufficit intrà annum petere absolutionem.*

6 *Excommunicatus pro crimine per annum in excommunicatione insordescens potest antè annum per Iudicem Ecclesiasticum temporali pœna puniri.*

7 *Promulgans sententiam excommunicationis non præmissa debita monitione, vel absquè causa est interdictus ab ingressu Ecclesiæ per mensem, & alia pœna arbitraria puniendus.*

§. XLVI.

1 Clericus autem in excommunicatione pro crimine lata insordescens per annum, & ampliùs non solùm est suspectus de hæresi, & pro confesso habetur de crimine, de quo fuerat imputatus. *c. excommunicamus. 1. §. qui autem. de hæret. & c. cum contumacia. eod. in 6. Abb. in cap. contingit. nu. 7. de dol. & contum. & in c. 1. num. 25.* vbi etiam *Rip. num. 77. de indic. & in c. grauem. nu. 7. de pœn. & in cap. postulasti. nu. 4.* vbi etiam *Felin. vers. dicitur autē. de homicid. Isern. in cap. 1. vers. post annum. de statu. & consuetud. cōtrà libert. Eccles. Addit. ad Rom. sing. 307. Vestr. in prax. lib. 8. cap. fin. n. 21. & 22.* vbi *Grauat. nu. 42. Ferret. cons. 342. num. 1. Menoch. de arbitr. cas. 416. num. 11. & 53. Seraph. decis. 1285. n. 2. Eymer. 1. par. Direct. Inquisit. q. 47. Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. in fin. de reformat.* Verùm etiam est ipso iure priuatus beneficijs, & factus inhabilis ad illa, & alia obtinenda. *c. cum bona. de ætat. & qualit. Felin. in cap. 2. n. 3. vers. pro quibus facit. de rescript. Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 32.*

2 Quamuis aliqui sustinere conentur illum non esse ipso iure priuatum; sed priuādum fore beneficijs. *c. rursus. & c. quicunq. 2. 11. q. 3. Abb. in d. cap. 1. nu. 24.* vbi etiam *Rip. n. 78. de iud. idem Abb. in c. ex tua. n. 7 de cler. non resid. & in d. cap. contingit. de dol. & contum. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 118. num. 13. Grauat. loco citato n. 43.* Conciliari tamen possunt hæ opiniones: vt prima procedat vbicunquè quis fuerit excommunicatus pro crimine, quo statuta sit pœna priuationis ipso iure; Secunda verò opinio procedat, vbi crimen non inducat priuationem ipso iure: sed veniat per sententiam priuandus. *Seraph. dicta decis. 1285. nu. 1. & 3. Gonzal. super Regul. 8. Cancel. gloss. 15. nu. 104. & seqq. Ricciul. de iure person. lib. 4. cap. 7. num. 3. 4. & 9. Prax. Archiep. Neapol. d. cap. 32.*

3 Elapso autem anno ad effectum priuationis debet ferri sententia declaratoria insordescentiæ. *Ricciul. d. lib. 4. c. 8. n. 11.* Deindè citabitur clericus insordescēs coram Iudice ad allegandum, quas defensiones habere velit, vt hæreticus declarari non debeat. *Seraphin. d. decis. 1285. num. 3. Gonzal. d. gloss. 15. num. 101. Ricciul. dicto cap. 8. num. 12.*

4 Vbi verò quis fuerit excommunicatus ob causam merè ciuilem, nempè ob non solutam pensionem, vel ex alia simili causa, & insorduerit in excommunicatione per annum, & vltrà, non proptereà habebitur pro confesso, seù conuicto, nequè perdit ipso iure beneficia, nec illis priuari potest. *gloss. in d. c. contingit. verb. non potest. & ibi Butr. nu. 10. & Abb. n. 7.* idem *Abb. in d. c. 1. nu. 27.* vbi etiam *Rip. nu. 77. & Barbat. nu. 134. de iudic. Roman singul. 307. Seraph. d. decis. 1285. num. 1. Grauat. ad Vestr. in d. cap. fin. nu. 43. Diaz. in dict. cap. 118. num. 13. vers. qua quidem assertio. Gonzal. d. gloss. 15. num. 107. & seq.* quidquid dicat *Menoch. de arbitr. cas. 416.* qui reprobatur à Rota, vt refert *Seraph. dicta decis. 1285. n. 1. circà fin. Gonzal. d. gloss. 15 num. 108. Ricciul. d. lib. 4. cap. 7. nu. 14.* vbi testatur de communi obseruata opinione. Excommunicatus tamen pro causa ciuili, quando insordesceret in excommunicatione per triennium, tunc priuari posset beneficijs. *Butr. in d. cap. cum bona. num. 10.* vbi etiam *Abb. nu. 7.* & alij, quos allegat, & sequitur *Ricciul. d. cap. 7. num. 15. vers. tertia opinio. & seqq.*

5 Insordescentia autem non inducitur, nisi per perseuerantiam in excommunicatione cum animi pertinacia, quæ includat contemptum clauium, adeò quòd quælibet causa etiam iniusta, per quam excludatur contemptus, excusat ab huiusmodi insordescentiæ crimine. *d. c. cum bona. de ætat. & qualit. Seraph. decis. 1483. nu. 3. & seqq. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 7. nu. 6. de sent. excom. in 6. Ricciul. de iur. person. lib. 4. c. 8. nu. 3.* vbi dicit ità fuisse decisum *per Rot. in vna Oscen. Archidiaconatus. 4. Maij. 1607. coram Pamphilio.* Quare ad effectum docendi de insordescētia probādum est excommunicatum habuisse notitiam excommunicationis, aliàs sine notitia non potest dari contumacia, neq. contemptus, vt post *Rot.* dicit *Ricciul. dicto cap. 8. nu. 4.* Sufficit igitur intrà annum petere absolutionem ad hoc, ne quis dicatur contemnere excommunicationem. *Hostien. in d. cap. grauem.* vbi etiam *Butr. n. 5.*

nu.5.Abb.n.4.& Anchar.de pœn.Ricciull. d.cap.8.nu.5. & 6. vel fecisse diligentiam pro obtinenda absolutione. *Ricciul. dicto cap.8.nu.9.*

6 Excommunicatus autem pro crimine per annum eo modo in excommunicatione insordescens potest etiam antè annum têporali pœna per Iudicem Ecclesiasticum puniri, & superindè contrà illum seculare brachium inuocari, si ille excommunicatus contemnat excommunicationē. *Host. in d.c.grauem.nu.8.* vbi etiam *Abb.num 5. de pœn.Felin. in d.c. postulasti circà princ. de homicid. Couar. in d. cap.alma mater, par.1. §.7.n.10.& antè fin.* vt dictum fuit *in 1.par.de Fauor. Cleric. Real. §.5.cas.18.*

7 Excommunicationis verò sententiam promulganti non præmissa debita monitione, aut absquè causa ingressus Ecclesiæ per mensem est interdictus; alia nihilominùs pœna arbitraria mulctandus. *cap. de illicita. 24. quæst.3. cap. sacro. de sent. excomm.cap.1.eod.in 6.* Et si ille sic interdictus Diuina celebrare præsumpserit, irregularitatis laqueum non effugit. *dicto cap.1.§.fin.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus vsurarius etiam iure Canonico est infamis.*

2 *Clericus vsurarius deponendus est ab officio, & beneficio, & repellendus ab obtinendo.*

3 *Episcopus an dispensare possit cum clerico vsurario post peractam pœnitentiam, & satisfactionem; vt habilis reddatur ad beneficia obtinenda.*

4 *Clericus noua pacta, vel contractus vsurarios inueniens est suspendendus ab ordine, & beneficio.*

5 *Clericus locans, vel aliquo titulo concedens domos vsuras exercentibus qua pœna afficiendus.*

6 *Clericus proxeneta, siuè mediator contractus illiciti, quam pœnam incurrat.*

§. XLVII.

1 CVm vsuras exercere clericis sit prohibitum. *cap. non licet. & c.seq.46.dist.c.maritū.33.dist. cap.inter dilectos.de excess.Prælat.* Et clerici vsurarij etiam Iure Canonico sint infames. *dict.cap.inter dilectos.*

2 Proptereà clericus vsuras faciens est suspendendus ab officio, & beneficio. *cap. prætereà. de vsur.* Immò deponendus ab officio, & beneficio iam adepto. *cap.1. de vsur.* vbi *Abb.num.4. cap.1. cap.quoniam. cap. de Petro. & cap. si quis clericorum. 47.dist. c.si quis oblitus, & c.quoniam.14. quæst.4. Diaz in pract.crim. canon.cap.91. num.2. Mol. tom.2.disp.334.num.5.* Quin & repellendus ab obtinendo. *dict.cap.inter dilectos. & cap. de Petro.47.* facit *cap. in famibus. de reg.iur.in.6.Couar.lib.3. var. resol. cap.3. num.3. & Host.* ab ipso allegatus, qui dicit clericum vsurarium primò suspendendum esse, deindè si contumax sit, & perseueret, deponendum esse. *Abb.* verò *in dict. cap.prætereà* innuere videtur, posse vtramquè pœnam indifferenter imponi, cum vtraquè in Iure statuta inueniatur, ac sanè iura non sonant: vt priùs suspensio imponatur, & posteà depositio; tametsi æquum videatur, vt ordo ille seruetur, quandoquidem vtraquè pœna imponi potest. *iuribus allegatis.*

3 Episcopus tamen dispensare poterit cum clerico vsurario post pœnitentiam, & satisfactionem, vt habilis ad ecclesiastica beneficia habeatur. *glos. in dict.cap.prætereà. verb. Suspendas. Gemin. consil. 77. num.6.Couar. loco citato.* vbi affirmat esse opinionem communiter receptam. Sed posteà innixus *glos. in dict.cap. inter dilectos. verb. aleatorem. de excess. Prælat.* restringit, vt intelligatur ad beneficia obtenta, non autem ad obtinenda. *Molina* tamen *dict. disp.334.nu.6.* putat *glos. in dict.cap. inter dilectos* non negare absolutè posse Episcopum post pœnitentiam, & satisfactionem reddere habilem clericum vsurarium ad obtinenda beneficia, quæ de nouo vacent, & ad quæ de nouo post talem pœnitentiam acquirat ius, quo pacto intelligenda est *glos.in dict.c.prætereà.de vsur.* Sed solùm asserere ad ea beneficia obtinenda, ad quæ antè pœnitentiam, & satisfactionem erat electus, & habebat ius non posse reddi habilem per Episcopum; sed esse omninò ab eis repellendum, conferēdaquè esse; alteri posse tamen dispēsari, vt maneat in iam obtentis; quia licet possit eum deponere ab illis, potest etiā eum non deponere; sed suspendere illum ad tempus, *vt dict.cap. prætereà* habetur, & post pœnitentiam, & satisfactionem potest

relinquere eum in proprio beneficio iam obtento.

4 Ab ordine,& beneficio est pariter suspendendus clericus noua pacta, vel contractus vsurarios reperiens. *Bero.consf.84. num.13. vol.3.*

5 Locans verò clericus, aut alio quocunque titulo concedēs domos suas exercentibus vsuras est ipso iure excommunicatus. *c.1. de vsur. in 6.* vbi licet *textus* videatur loqui de locantibus,& concedentibus suas domos alienigenis exercentibus vsuras. *gloss.* tamen ibidem *verb. alienigenas.* dicit illam constitutionem extendi etiam ad indigenas secūdùm *Guil.Franc. & Io. Mona. ibid.*allegatos.

6 Clericus autem mediator, siuè proxeneta illiciti cōtractus est suspēdendus à diuinis. *cap.si quis episcopus. 1. quæst. 1. c.1.de testib.in 6.Roman.singul.722.*incip. *proxeneta:* cum mediator criminis ipsum crimen committere dicatur. *dict.cap.1. de test. in 6.* siuè arbitraria pœna plectendus attenta contractus initi grauitate, & participatione lucri per clericum facta, & scandalo suborto. *Diaz in pract.crim.canon. cap.59.* vbi etiam *Lopez.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici duellantes sunt deponendi; requiritur tamen Iudicis sententia, & ideò hac pœna non incurritur ipso facto.*

2 *Clerici duellantes, vel locum ad duellum concedentes, consulentes, interessentes, comitantes, adhærentes, chartas certaminis scribentes, affigentes, publicantes, & c. quas pœnas incurrant.*

3 *An clerici pugnantes in duello fiant irregulares, & in quibus casibus.*

4 *An pœna priuationis, & inhabilitatis, quæ ponuntur ipso facto, ligent delinquentes antè sententiam declaratoriam.*

5 *Traduntur aliqua regulæ ad dignoscendum, quando pœna, quæ imponuntur à lege ipso facto, ligent delinquentem antè Iudicis sententiam.*

6 *An ignorantia excuset à pœnis inflictis contrà pugnantes in duello; Item calor iracundia.*

7 *Qui in mutuā cædem proruperint, pœna arbitraria plectendi sunt.*

8 *Clericus sanguinis iudicium exercens, aut in iudicio sanguinis præbens consilium, aut sententiam sanguinis dictans, vel causam, seù operam bello præstans est deponendus.*

§. XLVIII.

1 Clericus committens, vel suscipiens, aut offerens duellum, siuè victor fuerit, siuè victus, est suspendendus. *per tex.in c.1.de cleric. pugn.in Duel. Diaz. in pract.crim.canon. cap.103.* vbi etiam *Lopez. addit.in princ.* Quæ pœna non imponitur ipso facto,vt volebat *Sylu.v.Supensio.n.6.q.6. vers.vndecimo. & Tab. ibid.* sed requiritur Iudicis condemnatio; quia *text.in d.cap.1.* solùm dicit deponendum fore. *Nauar.in Man. cap.25.nu.158.vers. Quarta est. Lopez* vbi suprà.

2 Quinimò non solùm duellantes; sed etiam locum ad duellum concedentes, consulentes, interessentes, comitantes, adhærentes, nec non certaminis chartas scribentes, affigentes,suadentes, aut quomodolibet auxilium, fauorem, & opem præstātes sunt ipso facto excommunicati, quorum absolutio Sedi Apostolicæ reseruatur, ac eo ipso priuati omnibus, & singulis Ecclesijs, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis per ipsos obtentis, seù in quibus, & ad quæ ius eis competit, & illa tanquā per priuationē vacātia ab alijs impetrari posfunt; & si in ipso cōflictu obierint, Ecclesiastica sepultura perpetuò carent, ac sunt infames,& inhabiles,& alias pœnas incurrunt, prout statuit *Cōc.Trid.* & nouissimè Clem. VIII. in sua Constitutione.11.incip. *Illius vices.* In qua non solùm approbat, sed confirmat, & innouat omnes, & singulas Constitutiones Apostolicas,& Concilium Tridentinum circà duellorum prohibitionem cum omnibus, & singulis in eis contentis censuris,& pœnis, Decretis, & extensionibus. Nec rehabilitari possunt ad beneficia nisi à Summo Pontifice.

3 Irregularitatem etiam incurrunt pugnantes in duello, vel aliquo modo concurrentes vt suprà; quamuis mors, vel mutilatio non fuerit secuta; quia cùm ipso facto notetur infamia,vt dictum fuit, & patet ex *Concil.Trid.sess.25.c.19.§.qui verò. de reformat.* & ex Bulla Pij Quarti

incip. *Ea qua.verf.Nos quoquè.*& infamibus portæ dignitatum minimè pateant. *cap. infamibus. de reg.iur.in 6.c.infames.* 6.q.1.& ordo Ecclesiasticus sit honor, & dignitas .*c.1.de oblig.ad ratiocin.& c. admittantur.*54. *dist. l. officiales. C.de Episc. & cler.*sequitur, quòd ad ordines Ecclesiasticos promoueri non possint, & promoti nequeāt illos exercere tanquàm infames, & irregulares. vt docet *Sylu.v.Infamia. q.10.nu.15.* quousquè per Summum Pontificem cum illis dispensetur. *Maiol. de irregularit.lib.5.cap.51.nu.3. §.quinimò. verf. tamen certa quadam.& Tab. v. Infamia. nu.7.* & cum casus duelli sit Summo Pontifici seruatus, etiam dispensatio ipsi pariter reseruata debet esse. *arg. text.in cap. cum illorum.de sent.excomm.* Quod etiam militat peracta pœnitentia de illo crimine, pro quo infames facti sūt, donec in integrum restituantur. *Sayr. de censur.lib.7. cap.11.nu.6.Abulen.in lib.1. Reg.tom.2.cap.17.q 45.in princ.Maiol.dicto lib.5.cap.18.& Sayr.d.lib.7.c.12.n.11.* Ad incurrendam tamē irregularitatis notam requiritur: vt clerici duellantes, vel crimen, in quod inciderunt confessi fuerint in iudicio, vel conuicti, vel crimen ipsum fuerit notorium in Ciuitate, Collegio, vicinia, vel loco, vbi esset commissum. vt docet *Sayr. de censur. dict. lib.7. cap.12.num. 11.*

4 Pœna autem priuationis licet afficiat clericos, ipso facto, & commisso delicto, beneficium possit ab alio impetrari, in foro tamen conscientiæ non ligat delinquentem antè sententiam declaratoriam; Poterit igitur clericus illud licitè retinere, nec tenebitur illud spontè renunciare. *Sot.de iust.& iur.lib.1.q.6.art. 6. Couar. epit. de sponsal.2.par.cap.6.§.8.nu.8. verf. his accedit.Nauar.de dat.& promis.corol.31.nu.41.* & alij. Idem dicendum est de pœna inhabilitatis ad illa, & ad alia in posterum obtinenda, quæ in foro conscientiæ vim non habet antè sententiam, & ratio est, quia istæ pœnæ exigunt actum Iudicis, & nimis durum esset obligare pœnitentes ad illas à se ipsis exequendas. Nec obstat *Extrauag. Ambitiosæ. Pauli II.* qua alienans bona suæ Ecclesiæ priuatur ipso facto absquè alia declaratione beneficio Ecclesiastico; Quia illa pœna statuta fuit in fauorem Ecclesiæ; vt Ecclesiastici omninò abstineant à rebus Ecclesiæ alienandis. Deindè cum clausula absquè declaratione, non fit in casu nostro, sequitur mentem Summorum Pontificum non fuisse priuare clericum beneficio absquè alia sententia declaratoria delicti, vel incursionis pœnæ.

5 Hinc ad dignoscendum quando pœnæ quæ imponūtur ipso facto, obligent delinquentem, & contrauenientem, inferuntur sequentes regulæ. Prima, quòd quando pœna est imposita bonorum temporalium, quæ sunt propria ipsius delinquentis, licet illa pœna irrogetur ipso iure, vel ipso facto, non debet tamen in foro conscientiæ antè declarationem commissi delicti, & executionem Iudicis, quāuis lex dicat absquè alia declaratione, & quamuis crimen commissum foret notorium, quod nullam admittat excusationē. ità *Sot.de iust.& iur.lib.1. quæst.6. art.6. concl.1.Sayr.de censur.lib.5. cap.8. nu.22. Graff.decis.aur. tom.1.lib.2.cap.11. à nu.2. cum seqq.* Quæ regula militat etiam in pœna cōuentionali, quæ non debetur quousquè à creditore petatur. *Graff.d.cap.11. num.43. Nauar.in Man.cap.23. nu.67.* & ratio est quia dum à creditore non petitur, iusta conscięntia præsumi potest creditorem nolle pœnam exigere. Secunda regula est de pœnis spiritualibus, cuiusmodi sunt pœnæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quæ si imponantur ipso iure, vel ipso facto, aut alijs æquipollentibus verbis, commisso crimine, pro quo imponuntur, statim afficiunt delinquentes absquè alia declaratione, & ministerio Iudicis. ità *Couar.in epit. de spōsal.2.p.c.6.§.8.nu.16. in fin. Nauar. in Manual.cap.23.nu.67.Caiet.in 2.2.S.Tho. q.62.ar.3.Sot.de iust.& iur.lib.1.q.6.ar.6. & communiter Doctores.* Tertia regula est de officijs, & beneficijs, quòd quando lex dicit aliquem esse priuatū officijs, vel beneficijs *ipso iure, aut ipso facto*, requiritur Iudicis sententia ad hoc vt delinquēs teneatur dimittere officium, vel beneficiū *Sot.d.ar.6. Nauar.de dat.& promis.corol.31.nu.41.& Couar.d.§.8.n.5.verf.his accedit.* Si verò lex dicat *non solùm ipso iure, vel ipso facto*, sed etiam *absquè alia declaratione, vel Iudicis sententia*, tunc obligat in conscientia ad relinquendum officium, vel beneficium, quoniam illa verba, *absquè Iudicis sententia, vel declaratione* clarè denotant mentem legislatoris

ris esse, vt priuatus sit officio, vel beneficio nulla alia expectata Iudicis sententia declaratoria; prout fecit Paulus II. in *Extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alienan. Sot. d. ar. 6. in fin.* Quæ regula intelligenda est de officijs, & beneficijs collatis, & obtentis post promulgationem legis; quia videntur esse collata sub tacita conditione: vt seruetur lex, qua non seruata tenetur in foro conscientiæ dimittere officium, vel beneficium sub tali conditione obtentum. ità *Sot. d. ar. 6. in fin. & vers. atquè huic præterea. in resp. ad* 4. In officijs verò, & beneficijs obtentis ante promulgationē legis, quia prædicta clausula *ipso iure, vel ipso facto absquè alia declaratione, vel Iudicis sententia* videtur habere rationem pœnæ, & non conditionis, arbitror saluo meliori iudicio moderari posse, vt minimè obliget delinquentem ad dimittendum, nisi secuta Iudicis sententia declaratoria. Quarta regula est de pœnis, quæ nullum Iudicis actum postulāt ad illas exequendas, (vt sunt pœnæ infamiæ, priuationis Ecclesiasticæ sepulturæ, inhabilitatis, priuationis vocis; inhabilitatis ad testandum, depositionis & his similes) de quibus certa regula dari non potest; sed consideranda sunt circunstantiæ illis adhærentes.

6 Sed an ignorantia Constitutionum Apostolicarū, & Decreti Concilij Tridentini contrà Duellum excuset à pœnis statutis contrà pugnantes in Duello, extat duplex opinio. Prima negat excusare; quia cum Concilium Tridentinum, & Cōstitutiones Pontificiæ, quæ tractant de Duello sint sufficienter Romæ publicatæ, videntur omnes obligare, etiam ignorantes, ex stylo, & consuetudine Romanæ Curiæ. de quo testatur *Nauar. tom. 1. consil. lib. 1. de constit. cons. 1. num. 11. Azor. Inst. Moral. tom. 1. lib. 5. cap. 3. q. 3. vers. in hac quæstione. in fin. Graff. decis. aur. to. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 26. Sylu. verb. Lex. q. 6. & verb. Ignorantia. q. 8. Ioan. Monach. in cap. in generali. de regul. iur. in 6. & alij.* Altera verò affirmat excusare à pœnis, nisi prædictæ Constitutiones essent publicatæ in singulis Prouincijs, & non sufficit publicatio facta in Curia ad obligandum. *Vide Azor. in d. q. 3. per totam.* Veruntamen excusabit à censuris, & à pœnis duelli calor iracundiæ, quamuis duellantes accessissent ad locum, & dimicassent. *Lodouic. decis. Lucens. 11. nu. 10. & seq. Cened. in collect. 127. num. 4. par. 2. Ricc. par. 1. resol. 573. num. 5. & 7.* nec dicetur duellum, sed pura rixa, neque fuit pugna omninò deliberata, cum fuerit pronocatio facta calore iracundiæ, quæ minuit pœnam. *l. 1. C. si quis Imper. maled. cap. si quis irascitur. 13. q. 2.*

7 Qui verò in mutuam cædem proruperint, pœna arbitraria plectendi sunt, habita ratione delinquentium. *cap. nullus. 17. q. 4.* quia secundùm qualitatem quis punitur. *cap. cum beatus. 45. dist.*

8 Sanguinis autem iudicium Clericus exercens, aut in iudicio sanguinis consilium præbens, aut sentētiam sanguinis dictans est ab officio, & beneficio deponendus. *cap. clericis. vbi Abb. num. 1. & 6. & c. sententiam. ne cler. vel mon.* atquè etiam excommunicandus. *cap. sæpè Principes. 23. q. 8. d. cap. sententiam;* Cùm ista sint clericis prohibita, vt dictum fuit *in 1. par. tit. de Discipl. Cleric. §. 26. à n. 2.* Deponēdus pariter est clericus causam, seù operam bello præstans. *cap. quod in dubijs. de pœnis. Molin. de iust. & iur. to. 1. disp. 108. vers. secundum est.* vbi etiam refert quatuor casus, in quibus licitum est clericis pugnare in bello.

SVMMARIVM.

1 *Clericus deferens arma est excommunicandus, non tamen est excommunicatus. amittit arma. & insuper pœna arbitraria puniri poterit.*

2 *Clericus deferens arma non potest puniri pœnis pecuniarijs enunciatis in Edictis secularibus publicatis contrà deferentes arma prohibita.*

3 *Clerici in aliquibus casibus possunt arma deferre.*

4 *Monachi tenentes arma intrà septa Monasterij sunt ipso iure excommunicati.*

§. XLIX.

1 CVm Clericis arma deferre sit prohibitum, vt dictum fuit *in 1. par. t. de Discipl. Cleric. §. 18. num. 7. cum seqq.* Propterea clericus arma deferens excommunicandus est. *cap. 2. &* ibi *Abb. num. 9. & Bald. num. 4. de vit. & hon. clericor. Card. in clem. 2. §. præfata. de stat. Mon. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. c. 7. nu. 6.*

*num.*6. Et arma amittere debet, *Bar. in l.*1. vbi etiã *Alex. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Iaſ. in §. ex maleficijs Inſt. de actiou. Lodou. deciſ. Peruſ.* 35. *V tu. deciſ.* 287. Immò apud Hiſpanos vſus obtinuit: vt clericus cum armis deprehenſus à miniſtris ſecularis iuriſdictionis armis ipſis ſpolietur: vt teſtatur *Ignat. Lopez ad cap.* 58. *pract. Diaz. verſ. ſic apud Hiſpanos.* vbi refert *Couar. lib.* 2. *variar. reſolut. cap fin. ad fin.* qui etiam citatur ab Auctore *Prax. Archiep. Neapol. c.* 91. *n.*6. *cum Claro*, qui pariter tenent Poteſtatem ſecularem poſſe clericum inuentum de nocte cum armis à lege Principis prohibitis ſpoliare, & armis priuare; ſed meritò confutantur ab *eod. Auctore ibid.* Poteſt etiam procedi contrà clericum arma deferentem pœna arbitraria, vt fieri teſtatur *Ricc. in prax. reſolut. p.*1 *reſol.* 314. *n.*1. in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, poteſtquè puniri tanquàm contemptor ſacrorum Canonum, & Eccleſiaſticæ ſanctitatis profanator, & proprij gradus violator. *c. quicunquè.* 23. *q.* 8. *cap. in audientia. de ſent. excom. Concil. Trident ſeſſ.* 22. *cap.* 1. *de reform.*

2 Pœnis tamen pecuniarijs Edicti ſecularis contrà deferentes arma prohibita puniri non poſſunt clerici deprehenſi cum armis, aut armis ſpoliari, ſed apud Iudicem Eccleſiaſticum arma, vel aliam pœnã eſſe petendam. *Io. de Platea in §. Item lege Iulia. col.* 4. *Inſt. de publ. iud. Couar. pract. quaeſt. cap.* 33. *num.* 7. *Lopez ad Diaz. in pract. crim. canon. ad cap.* 58. *verſ. pro quo etiam mirè. & verſ. itaque veriſſima. Azor. Inſtit. Moral p.*1. *lib.*5. *cap.*26. *q.*1. *verſ. altera opinio cõtra Iul. Clar. in pract. crim. lib.* 5. *§. fin. quaeſt.* 36. *verſ. vlterius.* vbi habet, quòd Iudex Eccleſiaſticus tenetur eandem pœnam pecuniariam clerico imponere, quæ ſeculari lege ſtatuta eſt, quam ſeruatam fuiſſe Mediolani teſtatur *Caſſan. conſuetud. Burgun. fol.* 52. *num.* 79. contrà quẽdam clericum de nocte captum cum armis, qui fuit punitus, pœna pecuniaria, & corporalem euaſit. Sed malè iudicatum; quoniã clerici nullo modo legibus ſecularibus tenentur, niſi in quantum ſunt conſonæ Iuri communi, & naturali rationi iuxtà *tex. in cap. paſtoralis. de fid. Inſtrument.* Et tunc clericus tranſgrediens tales leges non poteſt puniri per Poteſtatem ſecularem, ſed per ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, nequè pœna lege ſeculari ſtatuta, ſed pœna, quam Iudex Eccleſiaſticus arbitrabitur; Non eſt tamen negandum, quin Iudex Eccleſiaſticus aliquo modo poſſit pœnam Poteſtate ſeculari ſtatutam imitari in puniendis clericis, vt dicemus inferiùs. *in §. vlt. num.*4.

3 Veruntamen ſunt aliqui caſus, in quibus permiſſum eſt clericis arma deferre, de quibus dixi *in* 1. *par. tit. de Diſcipl. Clerie. §.* 18. *nu.* 14. *cum ſeqq. Graff. deciſ. aur. par.* 2. *lib.* 3. *cap* 7. *num.* 3.

4 Monachi verò tenentes arma intrà ſepta Monaſterij ſunt ipſo facto excommunicati. *clem. ne in agro. §. quia verò. verſ praefata. de ſtat. Monach.* quia locus religioſus aggrauat delictũ. *c. ſicut dignũ. de homicid.* Non tamen excommunicatione ligatur Monachus veniens de foris ad Monaſteriũ cum armis non animo illa tenendi in Monaſterio, nec tenet. *gloſſ. in dict verſ. praefata. verb. Tenentes. Graff. d. cap.* 7. *num.* 6. & 7. vbi *num.* 8. enumerat tres caſus, in quibus Monachus arma tenens intrà Monaſterium non incurrit excommunicationem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quando dicatur negotiari negotiationes illicitas.*

2 *Clericus exercens negotiationes illicitas, quas pœnas incurrat.*

3 *Clericus exercens negotiationes illicitas an amittat priuilegium, & quæ requirantur: vt illud amittat, & quale.*

4 *Clerici negotiationes illicitas exercentes non ſunt exempti à Tributis, & Gabellis.*

5 *Acquiſita per clericos illicita negotiatione efficiuntur ſpolia debita ipſo iure Cameræ Apoſtolicæ.*

6 *Negotiationes aliquando ſunt permiſſa clericis in aliquibus caſibus abſquè ſolutione tributi.*

7 *Clericus in negotiatione illicita delinquens eſt puniendus à Iudice eccleſiaſtico, etiamſi deliquerit contrà edicta, & ſtatuta ſecularia.*

8 *Clericus ſuſcipiens officium Viceregis, ſeù Vicecomitis, &c. & monitus emendari renuens eſt excommunicandus.*

9 *Clericus generalis procurator laicorũ eſt à Diuinis ſuſpendendus.*

10 *Cle-*

10 *Clericus an possit fideiubere pro laico sine licentia sui Prælati.*

11 *Clericus an possit fungi munere Aduocati, vel Procuratoris.*

12 *Clericus suscipiens iudicium sanguinis, qua pœna mulctetur.*

13 *Clericus aduocans, vel procurans contrà Ecclesiam, in qua beneficium habet, quomodo puniatur.*

14 *Clericus testimonium perbibens coram Iudice laico punitur pœna extraordinaria.*

15 *Clerici exercẽtes officium Tabellionatus possunt prohiberi per priuationem beneficiorum, & alijs arbitrarijs pœnis.*

§. L.

1 CLericus tunc propriè negociari dicitur, quando rem emit in sua integra forma reuenditurus lucrifaciendi causa, vel quando rem emit, non vt ipse ex ea operetur, aut sit ei materia per propriam suam personam aliquid operandi, atquè ità ex opera, & industria personæ suæ rem mutatam vendat aliquid lucraturus vel non, vt si lanam emat, aut sericum, vt aliquid vestiendi, calciandiuè causa vtile proprijs manibus conficiat, vt indè labore manuum suarum licitum lucrum efficiat exemplo *S. Pauli Apostoli. 1. ad Corinth. 4.* dicẽtis: *Ad ea quæ mihi opus erant ministrauerũt manus istæ*; Sed rem emat; vt impensa sua ex mercenariorum, & opificum industria, & labore aliquid efficiat posteà reuenditurus: vt indè aliquid lucrari possit, veluti si lanam emat, & opera mercenariorum ad id sua impensa conductorum pannos efficiat, & vendat, vel vuas comparet, & per famulos vinum eliciat, & in cella vinaria recondat posteà venditurus lucrandi causa. Vndè qui rẽ emit: vt ex ea per semetipsum opus faciat, & vendat non dicitur negociari negociatione illicita; sed benè dicitur negociari negociatione illicita, & prohibita clericus, qui vel rem emptam in eadem integra forma reuẽdit, vel ex ea per mercenarios suis impensis conductos conficit aliquid vendendum, vt aliquid lucrifaciat. Priori modo dicitur artificium facere, quod est clericis permissum; Posteriori verò dicitur negociationem illicitam clericis exercere. *Roderic. Quæst. Regul. tom. 3. q. 74. art. 8. concl. 1. & 2. Molin. de Iust. & Iur. tom. 2. tract. 2. disp. 342. nu. 1. & 6. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 8. cap. 2. quæst. 5. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. nu. 8. Prax. Archiep. Neapol. cap. 77.* & alij.

2 Clericus igitur in sacris constitutus, vel beneficiatus, & Monachus, aut Ecclesiasticus prædictam negociationem exercens est à Diuinis suspendendus, & excommunicandus, & si tertiò monitus non desistat, alijs pœnis arbitrarijs plectendus. *cap. sed nec. & cap. secundùm. ne Cler. vel Mon. cap. ex literis.* vbi *Abb. nu. 7. & 9. de vit. & hon. cler. cap. consequens. 88. dist. & c. penult. 91. dist. clem. 1. §. aduersus. de vit. & hon. cler. Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. §. cum igitur. Alex. de Neuo. cons. 60. nu. 1. Diaz. in pract. crim. can. cap. 58. num. 1.* vbi *Lopez. vers. ex pœna suspensionis. & c. 72. num. 5.* vbi pariter *Lopez. vers. sed his refragari. Molin. de Iust. & Iure. tom. 2. tract. 2. disp. 342. nu. 2.* Et Religiosos grauiùs puniendos esse dicit *text. in dict. cap. sed nec. in fin. ne Cler. vel Mon.* Cum autem prædictæ pœnæ non imponantur, nisi pro culpa lethali, conueniunt Doctores Clericum in sacris constitutũ, vel Monachũ per se ipsum talem negociationem exercentem peccare mortaliter. vt videre licet apud *Molin. dict. nu. 2. in fin.* De clericis verò beneficiatis non constitutis in sacris est opinio probabilis, quòd peccent mortaliter negociationem illicitam exercentes. *Silu. verb. Clericus. 3. quæst. 3.* & alij.

3 Clerico item negociatori est imposita pœna: vt si ter admonitus ab Ordinario non abstinuerit ab illicita negociatione, priuetur priuilegio clericali non quidẽ Canonis, quasi qui eum percusserit, excommunicationem non incurrat, nequè fori, quasi puniri, vel conueniri possit coram Iudice seculari, sed priuilegio exemptionis, quo tàm ipse, quàm ipsius bona oneribus, & tributis subiaceant: vt constat *ex cap. vlt. de vit. & hon. cler. Sylu. verb. Clericus. 3. quæst. 3. Molin. dict. disp. 342. num. 2. in fin. & num. 4.* & alij, si tamen posteà resipiscat, & emendetur, iterùm recuperat idem priuilegium. *dict. cap. vlt.*

4 Vt autem ex re, quam negociando vendit, ac permutat, tributum debeat, trinam monitionem minimè necessariam esse subdit *Molin. sub num. 4.* cum alijs.

Cum nequè Ecclesia, nequè Principes seculares eximere à tributo intendant clericos, qui negociationem Iure Canonico ipsis prohibitam exercent, nequè Ecclesia hac in parte eos protegit, quod manifestũ est, tum ex ipsamet natura rei, tùm etiam *ex clem. præsenti. de censib.* vbi cum compesci excommunicationibus iubeantur, qui tributa ab Ecclesiasticis exigunt, limitatur ad res, quas non negociandi causa deferunt, aut deferri faciunt. Vbi à contrario sensu infert *gloss. ver. non negociandi.* posse ex rebus, quas negociandi causa deferunt tributum ab eis exigi absquè alia monitione, tum deniquè quia *in cap. vlt. de vit. & hon. cleric.* non solùm Ecclesiastici non defenduntur à solutione tributi rerum, quas negociando alienant, sed insuper in pœnam eis iniungitur vt si ter ab Ordinario admoniti negociari non desistant, vniuersim amittant priuilegium clericale, quo ad tributa, & onera cæterorum suorum bonorum, & personarum. *Mol. in dict. disp. 342. num. 5.*

5 Porrò acquisita per clericos, & ecclesiasticos illicita negociatione, vel aliàs cõtrà sacros Canones cuiuscunq. qualitatis, & quantitatis existentia, ac in quibuscunq. rebus, Regnis, & Dominijs cõsistentia tanquàm spolia deuoluuntur ipso facto ad Cãmeram Apostolicam, quæ sibi ea reseruat non solùm in pœnam delicti, sed etiam vt ea malè acquisita Fiscus Apostolicus eodẽ iure habet, quo reliqua clericorum spolia. Pius IV. in sua Constit. incip. *Decens.* relata *ab Azorio Instit. Moral. par. 2. lib. 8. cap. 2. in princ.* vbi *quæst. 5.* addit spolia censeri non solùm quæ pluribus negociationibus acquisita fuerint per clericos; sed etiam quæ vna, aut altera negociatione clerici comparauerint, licet *Ignat. Lopez. ad Diaz. in cap. 58. vers. & vt huius,* & alij contrarium sentiant; quòd scilicet clericus non possit dici negociator per vnius, aut alterius rei emptionẽ, vel venditionẽ.

6 Aduertendum tamen est negociationem lucratiuam non ità esse clericis prohibitam, & illicitam; quin aliquando propter aliquam circunstantiam possit esse licita; si enim sit aliquis clericus tam pauper, vt aliter commodè non possit sustentari, quàm conducendo alienum agrum, de cuius fructibus partim vescendo, & partim vendendo sustentetur, huiusmodi conductio non computatur inter negociationes ecclesiasticis illicitas; quoniam ex circunstantia illa, quòd ille clericus aliter nequeat sustentari, id ei non est illicitum. *text.* iuncta *glos. verb. conduxistis. in cap. dilecti filij. de decim. & gloss. in cap. fin. ver. conductiones. 85. dist. Molin. de Iust. & Iur. dict. disp. 342. nu. 8. Prax. Archiep. Neap. d. cap. 77. & annot. ibid. vers. item clericus. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 2. num. 25. & seq.* Atquè in eo euentu dicit *Molin. d. num. 8.* tributum minimè deberi ex fructibus venditis; quoniam eo ipso quòd negociatio aliqua sacris Canonibus prohibita non est Ecclesiastico, ex illa non debetur tributum. Alij casus referuntur à Doctoribus, in quibus negociatio alioquin illicita potest fieri licita ex circunstantijs. Vide *Mol. & Graff.* locis citatis, vbi enumerantur alia negotia illicita, & prohibita Ecclesiasticis.

7 Clericus autẽ falsa mensura triticum, bladum, aut vinum, vel merces cum alia specie emptore ignorante vendens, siuè in prohibita negociatione delinquens non subiacet pœnis secularibus, nequè iudicari potest à Iudice seculari, sed à proprio suo Iudice Ecclesiastico. *Ignat. Lopez. ad Diaz. in pract. crimin. can. cap. 58. vers. si tamen clericus. vers. pro quo etiam. & vers. notabis etiam. in fin. & cap. 72. vers. poterit etiam.* Idem dicitur si negociationis causa triticum, hordeum, vel aliud grani genus emeret, illudquè reuenderet contrà Edictum seculare. Idem *Lopez. super eod. cap. 58. vers. primo clericos. vers. secundo clericos. & vers. tertio minimè.*

8 Et quemadmodũ clerici non debent se immiscere negocijs secularibus, ità etiam ab officijs secularibus se debent abstinere; Vndè Clericus, qui officium Viceregis, Vicecomitis, vel Præfecti, aut Iustitiarij susceperit, & monitus se emendare noluerit, est excõmunicandus. *d. c. sed nec.* vbi *Abb. & cap. clericis. in fin. ne Cler. vel Mon. Diaz. in pract. crim. can. cap. 64.*

9 Erit etiam à diuinis suspendendus clericus laicorum generalis Procurator, siuè Factor. *d. cap. sed nec.* vbi *Innoc. & Abb. ne Cler. vel Mon.* Non prohibetur tamen quin clericus de cõmissione Episcopi suscipere possit gubernacula rerum Ecclesiarum, vel orphanorum, aut viduarum, aut earum personarum, quæ Ecclesiastico indigent auxilio. *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 63. & alij.*

10 Clericus autem an possit fideiubere pro alijs, Doctores communiter dicunt, quòd pro laico non possit clericus fideiubere, probantes suam sententiam *ex cap.* 1. *de fideiuss.* quod tamen nonnulli limitat in frequentia fideiussionis propter verbum *Inseruiens* in dict. cap. positum, quod frequentiam importat. *Mol. de Iust. & Iur. to.* 2. *disp.* 540. *nu.* 17. *Sylu.* autem v. *Fideiussor. quæst.* 3. dicit nullo modo posse clericum pro laico fideiubere, nisi in casu necessitatis, vel pietatis, aliaquè rationabili de causa, in quibus casibus id effici meritoriè inquit *Molin. cum Panormit. dict. num.* 17. semper tamen valet fideiussio siuè pro laico, siuè pro clerico fiat. ità *Molin. & Sylu.* locis citatis, & colligitur *ex cap.* 2. *& seqq. de fideiuss.* Potestquè obligare tum bona sua patrimonialia, tum redditus beneficij, quos suos facit, non autem in præiudicium Ecclesiæ, nec potest carcerari pro fideiussione, aut conueniri vltrà id, quod facere potest, sed debet ei relinqui, ne egeat. *Molin. loc. cit.* & alij.

11 Clericus etiam Aduocati, vel Procuratoris munere fungens in iudicio seculari ab Ordinario pro facti qualitate plectendus est. *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 101. *num.* 20. *vers. non est tamen.* Cum hæc munera sint clericis interdicta. *Azor. Instit. Moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *vers. Item beneficiario.* Vbi excipit quatuor casus, in quibus clerico licet Aduocati munere, & officio fungi apud ciuiles, & profanos Iudices in causis profanis, & secularibus. & dictū fuit *in* 1. *par. tit. de Discipl. Cleric. §.* 27. *&* 28. Et multò magis in causis criminalibus, & capitalibus. *cap. sententiam. ne Cler. vel Mon. cap. ex literis. de excess. Prælat. cap. aliquantos.* 51. *dist.* & dictum fuit *in par.* 1. *dict. §.* 27. *num.* 14.

12 Iudicium autem sanguinis clericus faciens ab ordine, & beneficio est suspendendus. *cap. Clericis.* vbi *Io. Andr. & Abb. & dict. cap. sententiam. ne Cler. vel Mon. cap. his à quibus.* 23. *quæst.* 8. *Diaz. in pract. crim. can. cap.* 101. vbi etiam *Lopez.*

13 Aduocans verò clericus, vel procurans contrà Ecclesiam, in qua beneficium habet, vt ingratus ipso beneficio priuandus est. *cap. fin.* & ibi *gloss. verb. contrà Ecclesiam. de postul. gloss. fin. in c. nulli.* 5. *quæst.* 1. *Barbat. consil.* 11. *n.* 4. *vol.* 1. *Diaz. in pract. crim can. cap.* 66. vbi etiam *Lopez.* & dictum fuit *in par.* 1. *dict. §.* 27. *num.* 16. *cum seqq.* Idem dicendum erit, si clericus habens duo beneficia in diuersis Ecclesijs patrocinetur contrà alteram, nam patrocinari nequit pro vna Ecclesia contrà alteram. *gloss. fin. in c.* 1. 1. *quæst.* 7. *Diaz. dict. c.* 66. & ego dixi *in* 1. *par. d. §.* 27. *nu.* 23. aliquæ limitationes circà hanc doctrinam poterunt videri apud *Diaz. dict. cap.* 66. vbi etiam *Lopez.* Quemadmodum qui habet officium in Ciuitate, si assumat patrocinium contrà ipsam Ciuitatem, amittit salarium. *l. qui necessariò.* vbi *Bald. C. de aduocat. diuers. Iud.*

14 Pœna quoquè arbitraria puniendus est clericus testimonium perhibens coram Iudice seculari siuè in causa ciuili, siuè in criminali absquè sui Prælati licētia. *Diaz. in pract. crim. canon. d. c.* 101. *n.* 21. 22. *&* 23. *vers. si autem ex tali.* Prohibitum est enim clericis coram Iudice seculari testimoniū perhibere sinè licentia sui Prælati, vt dictum fuit *par.* 1. *tit. de Cler. testit. §.* 1.

15 Tabellionatus officium pariter est clericis interdictum, quòd si illud exercere præsumant, possunt prohiberi per priuationem beneficiorū, alijsq. pœnis arbitrarijs puniri. *cap. sicut.* vbi *Abb. num.* 1. *ne Cler. vel Mon. Prax. Archiep. Neapol. cap.* 77. *in annot. vers. vlterius non potest. & Graff. decis. aur. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 21. *&* 22. qui dicunt Tabellionem constitutum à Papa posse vbiquè conficere instrumenta, & plures fuisse decisum *à Rota* testatur eadem *Prax. d. annot. vers. item possunt. in fine.* Et constitutum ab Episcopo posse conficere instrumenta per totam Diœcesim affirmat *Graff. num.* 23. Non tamen debet tabellio Ecclesiasticus instrumentū conficere in secularibus, nec è contrà, quia communicatio, & conuersatio debet esse discreta. *Graff. dict. cap.* 2. *n.* 24. Alia officia illicita, & prohibita clericis enumerantur à Doctoribus, quæ libens omitto, ne longior protrahatur sermo de hac materia, & poterunt videri apud *Molin. Graff. Prax. Archiep. Neapol.* *Azor.* & alios locis citatis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici resistentes, siuè se opponentes, aut offendentes ministros Iustitiæ, aut auxilium præstantes resistenti, quā pœna puniantur.*

2 *In Statu Ecclesiastico prædicta com-*

mittentes quas pœnas incurrant.
3 *Clerici, vel Monachi extrahentes delinquentes à manibus Iustitiæ, qua pœna sint puniendi, & an possint puniri per Iudicem laicum.*
4 *Clericus fracto carcere fugiens pœna arbitraria est puniendus, quod procedit etiamsi iniustè, & indebitè foret carceratus.*
5 *Clericus retentus in Palatio, vel domi loco carceris, sub fideiussione de non discedendo, si discesserit, & postea eadem, vel sequenti die redierit, non censetur fugisse carceres.*
6. *Clericus seditiosus, siue rixas, aut contentiones amans, vel disseminans arbitrio Iudicis est puniendus.*

§. LI.

1 Ministris iustitiæ sese opponentes clerici, siuè eos quoquo modo offendentes Iudicis arbitrio puniendi sunt. *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 105. & ibi *Ignat. Lopez. vers. in laicis. cum seqq.* Nam & laicus pro huiusmodi crimine grauissimis pœnis plectitur, *Guid. Pap. decis.* 557. *Lopez* vbi supra. Resistens iisdem ministris, qui ipsum capere volebant, Iudicis arbitrio pariter est puniendus. *Boer. decis.* 170. *Clar. in §. fin. quæst.* 29. *n.* 5. *Farin. de carcer. & carcerat. q.* 32. *nu.* 24. 27. & 87. Idem dicendum est de iis, qui huiusmodi resistenti auxilium, consilium, vel fauorem præstiterint. *Alberic. de Rosat. de statut. lib.* 4. *q.* 34. *num.* 1. *Caball. resolut. criminal. cas.* 8. *num.* 39.

2 In Dominio autê Status Ecclesiastici Executoribus iustitiæ resistentes, vel sese opponentes, siuè aliquod impedimentum afferentes, eosquè ad aliquam executionem faciendam auxilio egere quoquo modo cognoscentes non adiuuerint, iisdemquè Ministris, & Executoribus opem, & fauorem conferre, subuenire, ac præstò esse, & deniquè obedire recusantes, si Ecclesiasticæ personæ extiterint, Dignitatibus ecclesiasticis, honoribus, iuribus, officijs, pensionibus, beneficijs, & fructibus ecclesiasticis eo ipso sunt priuati, alijsquè pœnis irrogati, de quibus Sixtus Quintus in sua Constitutione 6. incip. *Hoc nostri Pontificatus. §. præterea*; Et *§. Duces quoquè.* Huiusmodi tamen Constitutio Sixti V. non comprehendit fœminas, quæ nihilominùs Iudicis arbitrio istis casibus puniri deberent. *Caroc. decis.* 6. *num.* 13. & *seqq.*

3 Quòd si pro immanitate criminis supplicio addictos Clerici, vel Monachi eripuerint de manibus Iustitiæ secularis, pro excessus qualitate venient puniendi per Iudicem ecclesiasticum, non autem per secularem, vt volebant *Imperatores Arcadius, & Honorius in l. addictos* iuncta *gloss. ibid. verb. vindicetur. Cod. de Episcop. audien.* quam postea secutus est *Garcia de nobil. gloss.* 9. *num.* 10. hanc enim legem esse abrogatam testantur *Albericus, Salicet.* & *Fulgos. in dict. l. addictos. num.* 5. Et probatur; quia leges seculares Ecclesiasticis contrarias etiam in causis publicis, & communibus in re merè temporali, & pecuniaria abrogatas esse post alios tradunt auctores apud *Roderic. quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 33. *art.* 3. Ergò à fortiori multò magis erit abrogata *dict. l. addictos* ab Imperatoribus secularibus lata, quæ agit de crimine per Monachos, & Clericos cômisso, in quos Laici nullam habent iurisdictionem, cum ad solos Iudices ecclesiasticos spectet in eos animaduersio. *Lopez. ad Diaz. in dict. vers. in laicis. Roder. dict. art.* 3. & communiter Doctores.

4 Clericus verò fugiens fracto carcere pœna grauissima arbitraria puniendus est. *Abb. in cap. à nobis. in fin. de apostat. Ignat. Lopez. ad Diaz. in practic. crimin. canon. ad cap.* 127. *vers. non tamen omittam*; Nam & laicus propter hoc mortis pœnam incurrit, & habetur pro confesso de delictis sibi adscriptis, & si capiatur puniri debet. *gloss. in l. in eos. vbi Alberic. ff. de cust. reor. Ferret. cons.* 366. *num.* 36. & *seqq.* Et quamuis iniustè, & indebitè carceratus possit de Iure impunè carceres frangere, & ex eis aufugere. *Bart. in l. ius eius. C. de probat. Boss. de carcerat. fideiuss. relaxan. n.* 48. & *tit. de effractor. carcer. num.* 2. *Clar. in §. fin. quæst.* 21. *num.* 26. & 27. *Farinac. de carcer. & carcerat. quæst.* 30. *num.* 120. Nihilominùs est puniendus, quia non attenditur causa fugæ, sed Superioris contemptus, & violatio loci publici, & carceris, qui dicitur sacer. *Farinac. dict. quæst.* 30. *nu.* 81. 130. & 131. *Caball. resol. criminal. cas.* 8. *nu.* 35. & *cas.* 42. *num.* 2. & 3. & hoc procedit, quamuis carceratus post fugam arreptam accesserit ad Superiorem. *l. non omnes.* & ibi *gloss. verb. fortis. ff. de re milit. Cabal. dict. cas.* 42. *nu.* 4. & 5. qui dicit ità

fuisse

fuisse iudicatum. Punitur tamen mitiori pœna arbitrio Iudicis. *vt Cabal. ibid.* Arbitraria etiam pœna puniuntur tentantes frangere carceres non secuta fuga. *Boer. decis. 215. Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 30. num. 8. 9. & 25. Prax. Archiep. Neapol. cap. 50.*

5 Retentus tamen in Palatio, siuè domi loco carceris sub fideiussione de non discedendo ab ea, si discesserit, & posteà eadem, vel sequenti die reuersus fuerit, non censetur fugisse carceres; & propterea non poterit exigi pœna contra fideiussorem. *Carer. in pract. crim. §. 3. num. 20. Roman. consf. 193. Ossaseb. decis. 50. num. 1. Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 30. num. 77. Ricc. in prax. resol. 1. par. resol. 320.* Quia non dicitur recessisse animo fugiendi; sed reuertendi, si citò reuersus est. *Alex. ad Bart. in l. 1. §. qui expilatores. ff. de effract. Boer. decis. 215. nu. 17. & 18. Farinac. dict. quæst. 30. num. 139.*

6 Clericus autem seditiosus, siuè rixas, aut contentiones amans, aut disseminans est puniendus Iudicis arbitrio. *cap. alienus. & cap. si quis Monachus. 90. dist. Menoch. de arbitr. cas. 266. nu. 4. Roderic. Quæst. regul. tom. 2. quæst. 31. art. 4.* Publicæquè pacis violator siuè receptans violatores pacis est excommunicandus. *cap qui contra. 24. quæst. 1. cap. illi qui. ead. quæst. 3. cap. 1. §. si quis autem. de treug. & pac.*

SVMMARIVM.

1 *Libertati Ecclesiasticæ illicita, impossibilia, & damnosa præstantes, & Concilij Tridentini Decretis se opponentes Prælati, Canonici, cæteriquè Ecclesiarum Capitula, & Conuentus, quas pœnas incurrant.*
2 *Communitates non admittentes Rectores, & Officiales, nisi priùs iurent se seruaturos statuta ipsarum, quibus pœnis afficiantur.*
3 *Ecclesiarum iura clerici supprimentes, vel aduersarijs ostendentes, quas pœnas subeant.*
4 *Clericorum circa mores, quæ sacris Canonibus statuta sunt, eadem obseruari decreuit Concilium Tridentinum.*
5 *Clericos corrigendi facultas Prælatis tribuitur ab ipso Cōcilio Tridentino.*
6 *Parochi scandalosè viuentes arbitrio Ordinarij coercendi sunt, & si incorrigibiles, beneficijs priuandi.*
7 *Appellatio non datur contra disciplinam Ecclesiasticam, nisi probetur grauamen iniustum.*
8 *Memorialibus sine auctoris nomine non est adhibenda fides; poterit tamen Iudex illis vti ad indagandam veritatem.*

§. LII.

1 PRælati, Canonici, Ecclesiarum Capitula, & Monasteria, cæteriquè Conuentus illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticæ, aut Decretis Concilij Tridentini obuiantia siuè antè, siuè post electiones, confirmationes, prouisiones receptiones, admissiones, aut alios actus vbicunquè, & quocunquè tempore etiam prætextu cuiussis consuetudinis quantocunquè tempore obseruatæ, quæ potiùs corruptela est censenda siuè in genere, siuè in specie præstantes, reddētes, vel exigentes, vel super præstitis, redditis, vel exactis quemquam in iudicio, vel extrà quoquo modo inquietare, vel turbare audentes si fuerint Episcopi, vel alij quacunquè Pontificali dignitate præditi sunt eo ipso suspensi à Diuinis; Capitula verò, & Conuentus, corumquè Ecclesiæ, & loca ipso facto supponuntur interdicto, ac singulares personæ excōmunicationis sententia sunt innodatæ, ac eo ipso inhabiles factæ ad obtenta, & alia obtinenda beneficia; Atquè relaxatio suspēsionis, & interdicti, necnon absolutio ab huiusmodi excōmunicatione perpetuò Summo Pontifici est reseruata, taliaquè iuramenta præstantes sunt etiam vsu, & commodo rei, & gratiæ, cuius causa iurauerint, eo ipso priuati, prout statuit Gregor. XIII. in sua Constitutione 39. quæ incipit. *Inter Apostolicas.* Vbi non solùm innouat Constitutionem Nicolai III. quæ est relata *in cap. 1. de iuram. in 6.* Verùm etiam alias Canonicas sanctiones de abusu, & reprobatione huiusmodi iuramentorum promulgatas.

2 Idemquè Greg. eandem suam Constitutionem extendit etiam ad Castrorum, & Terrarum Communitates, & personas quacunquè dignitate præditas non admittentes Potestates, Rectores, vel Officiales, nequè illos recipientes, nisi priùs statuta

ipsorum locorum clausa, & consuetudines huiusmodi iuramentum præstiterint se seruaturos.

3 Ecclesiæ autem iura, seu documenta clerici supprimentes, aut aduersarijs tradentes sunt excommunicandi, teneanturquè ad satisfactionem damni, quod Ecclesia passa fuerit. *cap. si quis de clericis.* 2. 12. *quæst.* 2.

4 Et quæ aliàs à Summis Pontificibus, & à sacris Concilijs de Clericorum vita, honestate, cultu, moribus, & doctrina retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, & quibuscunquè criminibus, necnon sceleribus, & negotijs fugiendis copiosè, ac salubriter sancita sunt, eadem ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponẽdis obseruari decreuit *Concilium Tridentinum sess.* 22. *cap.* 1. *de reformat.*

5 Cum & Clericos iuxtà Canonicas sanctiones corrigendi, & castigandi facultas Ecclesiarum Prælatis amplè tribuatur ab ipsomet *Concilio Tridentino sess.* 14. *cap.* 4. *de reformat.*

6 Multò magis Parochi turpiter, & scandalosè viuentes, postquàm præmoniti fuerint, arbitrio Ordinarij sunt coercendi, & castigandi; Et si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerauerint, beneficijs priuandi. Idem *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 6. *§. eos verò. de reform.*

7 Neque contrà disciplinam Ecclesiasticam clerici appellare possunt; nisi iniustè grauentur. Idem *Concilium Tridentinum dict. cap.* 6. *in fin. cap. reprehensibilis.* vbi *glo. verb. subiecti. de appellat.*

8 Aduertendum tamen est Iudicem procedere non posse vigore Memorialium sine nomine auctoris; Nam huiusmodi Memorialibus non adhibetur fides, quamuis in illis testes nominentur. *Clar. lib.* 5. *in §. fin. q.* 5. *vers. scias enim. Ignat. Lopez. addit. ad pract. crim. Diaz. addit. ad cap.* 4. *vers. octauo*; Quamuis maturo consilio, & prudentia illus vti possit ad indagandam veritatem, vel saltem ad legitimam causam inueniendam: vt seruato iuris ordine ad inquisitionem criminis deueniat; non verò super dictis Memorialibus aliquo modo procedere debet, tùm quia auctor est incertus, tum etiam quia extraiudicialiter sunt producta. *Clar. & Lopez.* vbi supra.

SUMMARIUM.

1 *Pœna definitio, siuè descriptio.*
Pœna ad exactam rationem requisita. ibid.
2 *Iudices in præfigendis pœnis tenentur seruare Canonicas sanctiones.*
Iudicibus incumbit exemplum obedientiæ præbere in seruandis legibus, & Superiorum Constitutionibus. ibid.
3 *Pœna vbi plures in Iure reperiuntur diuersæ, & quæ non facilè inter se sobarent, tunc Iudicis est electio.*
4 *Pœna quando in Iure nulla reperitur crimini constituta, quid Iudex præstare teneatur.*
Immunitas clericis concessa non tribuit delictorum impunitatem, cum in illis supponat maiorem vitæ puritatẽ, & innocentiam. ibid.
5 *Clerici grauius peccant, quàm laici in eodem genere peccati, & proindè grauiori pœna erunt digni.*
6 *Carolus Serenissimus Dux Sabaudiæ laudatur.*
7 *Delicta similia simili pœna sunt coercenda.*
8 *In pœnis constituendis, quæ Iudici sint expendenda.*
In quo consistat paruitas, vel magnitudo delicti.
9 *Pœna arbitraria, quæ dicatur.*
10 *Pœna quando cõmittitur arbitrio Iudicis, an possit Iudex reo pœnam mortis infligere.*
11 *Iudex ex legitimis causis potest pœnam Iure statutam temperare, minuere, vel augere; debet tamen easdem causas in sententia insinuare.*
12 *Conatus ad proximum delicti actum deueniens, sed aliquo exteriori casu impeditus an sit puniendus eadem pœna, qua punitur consummatum delictum.*

§. LIII.

1 PRo complemento huius tituli dicimus pœnam esse læsionem, quæ punit, & vindicat, quod quisquè commisit. *c. pœnitentia* 2. *de pœnit. dist.* 3 Quæ fusius describi potest; quòd sit detrimentum, quo quis ob crimen commissum corripitur ad sui emendationem, ad exẽ-

plum

plum aliorum, ne & ipsi delinquant, & pro iniuria ei, qui illam passus est, satisfactio. Ad exactam enim rationem pœnæ tria consideranda sunt, nempè rei emendatio, & correctio, aliorum exemplum, & damnum passi satisfactio. *Simanc. in catbol.tit. de pœn.tit.46.in princ.*

2 Iudices autem cum sint legum custodes, omni Iure adstricti sunt ad seruandas Canonicas sactiones à Superioribus euulgatas in præfigendis pœnis. *cap.1.de const. & ibi DD.cap 2.de maiorit.& obed.l.veluti. de Iust.& Iur. l.1.§.fin auth.adTurp. D.Tho.2.2.q.67.ar.4.D.Antonin.3.parte.tit.6.c.2.§.5. Castr.de leg. pœn.lib.2.c.13. conclus.1.Sylu.v.Iudex.1.q.11.nu.16.Sot. de iust.& iur.lib.5.q.4.ar.4.Nauar. in rubr.de iudic.nu.99.Farinac.in prax.to.1. q.17.n.4.* Nam cũ omnes oporteat Superiorum Constitutiones,& leges custodire, id magis incumbit Iudicibus,qui & inobedientes compescere debent, & exemplum cæteris obedientiæ præbere, atquè timoris,vt ipsi, quæ in alijs castigant, maximè deuitent. Hæc verò locum habent, vbi determinata pęna à legibus fuerit statuta.

3 Vbi verò recentiores Canones nouam pœnam delicto præscriberent diuersam ab illa, quę Iure antiquo fuerat constituta, cum posterior deroget priori, illa exigetur à reo. *Clar.in §.fin.q. 85. vers. debet etiam*, qui addit, quòd vbi plures pœnæ constitutæ in Iure reperiũtur diuersæ,& quæ non facilè inter se cohærent, cũc Iudicis est electio; vt quas delicto magis adæquatas fuerit arbitratus, illas dare compellat delinquentem.

4 Quòd si in Iure nulla illi crimini reperiatur certa statuta pœna ad consuetudinem, & Decreta synodalia recurrendũ videtur; si autem & hæc deficiant, & in ea Prouincia Iure ciuili certa pœna animaduertatur in laicos, eaquè clericis accõmodari posit, ea mulctentur; non quia lex ciuilis clericos teneat,sed ex illis Superior rectè dirigitur; vt adæquatas pœnas clericorum delictis imponat secundũ patriæ mores, & consuetudinem; quia immunitas clericis concessa non tribuit delictorum impunitatem, quæ supponit in illis maiorem vitæ puritatem, & disciplinã ad minuta etiam errata cauenda. Quarę multò seuerior, & exactior esse debet in grauioribus fugiendis, & vbi fuerint, puniendis. Quòd si laicus secundùm ciuilem doctrinam, quæ solùm bonum commune respicit, itá delictum punit, grauiorem pœnã clericus persoluere debet, cuius tãrò maius dignoscitur peccatum, quantò maior, qui peccat habetur, vt ex *Isid.* refert *D.Tho.1.2.q.73.ar.10.* Vndè *Iuuen. Satyr. lib.3.Satyr.8.*

Crimen habet,quãtò maior, qui peccat habetur.

5 Clerici igitur dicuntur magis peccare, quàm laici in eodem genere peccati, vt etiam dictum fuit *in 1.par. de Discipl. Cler.§.15.num.74.c.cum quidam.de iureiur.l. presbyter.C. de Episc.& Cler. Dec. in cap.at si clerici. nu. 235.in fin. de iudic. Io.Andr.in c.ex literis. de dol. & contum. Bero.in cap.quia in omnibus. n.49.de vsu. Turrecrem.in cap.homò Christianus. n.4. & 5.dist.* 40.vbi dicit, quòd clericatus est qualitas aggrauans peccatum. *Bertach. in repet.verb. clericus periurus. tex.& gloss. in d.cap.homo Christianus.verb. cadit.* vbi habetur, quòd fortiter caditur in peccatum propter duas causas,aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem peccantis. Quod deducitur etiam *ex sacros.Concil.Trid.sess.22. cap.1. de reformat.*ibi *leuia delicta, quæ in ipsis maxima essent; & ex cap.multi 40.dist.*qui enim maiori præfulget dignitate, grauiùs etiã peccare dicitur. *Turrecrem.à nu.4. & 5. Zabarel.in clem. 2.§.dignitatem. de vit. & hon.cleric. Menoch.de arbitr.cas.392.n.16.* & prædictorũ est ratio;quoniam peccatum grauius,& turpius iudicatur ex qualitate, & dignitate delinquẽtis.*l.quadã ff. de pœn. Sebast. Medic.in sum.de concor.can.Decreti.dist.40.ar.1.* vbi dicit, quòd grauiùs est puniẽdus, quantò in maiori honore reperitur is, qui peccat. Vndè nobilis,& prudens eiusdem criminis reus cõuictus, ac plebeius, & imprudens, grauiùs erit puniendus

6 Hinc non prætereundum, quod aliquando Taurini contigit apud Serenissimum Ducem nostrum Carolum Emanuelem. Vir nobilis ob quædam facinora morti traditur eò grauiori supplicij genere plectendus, quò immaniora fuerant ab eodem patrata scelera nimirùm malæ Crucis morte publicè necandus. Ægrè ferunt eius consanguinei; Quippè ex altera parte eorum ingenitæ Nobilitati nimis graue dedecus inferri ex hoc mortis genere conquerebantur; ex altera verò iustè

latam

latam esse sententiam animaduertebant. Quid agerent? Ad Serenissimum Ducem, quem mitissimum nouerant, confugiunt, supplici deprecatione exposcunt: vt Auitæ Nobilitatis ratione habere nō dedignetur, & superstiti Familiæ benignus indulgere: vt vel reus priuatim laqueo suspendatur, vel saltem Nobilium more datis ceruicibus publicè e viuis eripiatur. Verùm tota res ad Consilium delata. Hinc varij varia, Plures sententiam non immutandam arbitrabantur; alij Nobilibus Atauis, & Stirpis generi tribuendum aliquid existimabant. Quid tunc Serenissimus Princeps, Quid ageret mitissimus simul, ac iustissimus Dux? Quid? Ea iudicij alacritate, ac singulari prudentia, qua semper enituit, nec parem habuit. Eia inquit, vtrinque ratio habeatur Iustitiæ, & Nobilitatis. Iustitiæ, atquè ità publicè laqueo suspendatur. Nobilitatis, & ità non plebeio more humilis, sed Eminetiori Cruce laqueo necetur, sic enim cum Nobilibus agendum est; vt quò nobiliores sunt, imò quò ab auita nobilitate magis degeneres; eò famosiori modo, ac vituperabiliori mortis genere perimantur. Iussit, & ità omnibus plaudentibus factum est; Iure certè plaudentibus, & acre tanti Principis iudicium, & miram prudentiā admirantibus; sic enim decet seueriori castigatione, aut atrociori flagello eorum punire scelera, qui ob nobilitatem, aut dignitatem magis ab operibus iniquis deberent abhorrere, & maiorum virtutes, quò sunt illustriores, constantiori animo sectari. Huic doctrinæ sacra quoquè Scriptura suis exēplis diuinitùs præluxit; cum enim innumera pœnè Israelitici populi multitudo mulierum Madianitarum procacitate victa in suæ se libidinis cœnū præcipitem vel publicè mitteret, vt legitur *num.25.* in vnum tamen Israelitam, in vnamquè Madianitam à Phinees acriter inuectū, illiusq. criminis pœnas generosè sūptas fuisse cōstat, cuius discriminis non alia affertur causa, nisi quòd alter Ducis de tribu Symeonis filius, altera esset filia Principis nobilissimi Madianitarum, vt eodem loco animaduertitur. Nequè solùm id Phinees, verùm totius Iustitiæ parens, & auctor Deus idem sibi retinendum in iudicando existimauit: cum enim *vt eodem Capite 25.* narratur, in vnum, idemq. scelus cū plede Nobilitas misceret, in hanc tamen seueriùs animaduertendum pronunciauit. Quamobrem ad Moysen dixit: *Tolle cunctos Principes populi, & suspendes eos contra Solem in patibulis;* Ex quo illud planè sequitur, quod erat instituti nostri demonstrare, criminū magnitudini, quæ personarū peccantiū dignitatē æquat, pœnarum etiam acerbitatem, ac infamiam respondere debere.

7 Ad rē nostrā quādo autē hæc omnia deficiunt, si in delicto simili certa pœna à Iure sit statuta, illā à reo poterit Superior exigere, non quia constitutio illū casū cōplectatur per extensionem; cum odia sint restringenda. *cap odia. de reg. iur. in 6.* Sed vi rationis, vel similitudinis ad similem speciem, ità vt si pœna ipso facto reum afficiat, per extensionem in simili casu comitatur, hoc enim non asserimus, nec recipimus, arbitramur tamen rectè Iudicem facturum, vt quæ crimina similia sūt simili pœna coerceat non ex vi, & potestate legis inferentis, sed ex arbitrio iudicantis, & intelligi potest. *cap. qualiter, & quando. 2.* iuncta *gloss.* citatum *à Diaz. in pract. crim. can. cap. 149.*

8 At si Iudex nec hanc vltimam directionem mutuare poterit, tunc pœna ex eius arbitrio erit constituenda. *l. hodiè. de pœn. Diaz. d. c. 149.* non tamen ab eius libera volūtate, sed à iusta proficisci debet secundùm Iustitiæ æquilibrium; non enim accipit Iudex plenam, & liberam pœnæ cōstituendæ potestatem, sed rationi, & legi alligatam, quæ ait pro mensura peccati erit plagarum modus. Præterea in *l. respiciendum. de pœn.* habetur respiciendum est iudicanti, ne quid aut duriùs, aut remissiùs constituat, quàm causa deposcat, non enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed proprio iudicio vti, prout quæquè res expostulat, statuēdum est. *& S. Hieron. in cap. 9. Ezechiel. vers. iniquitas domus Israel.* dicit pro magnitudine iniquitatis magnitudo supplicij fit, ex quo asserimus, non vt somniarunt Stoici putantes paria esse peccata, sed vel magna, vel parua, & pro qualitate, mensuraquè peccatorum diuersitatem esse iudicij punientis. *S. Tho. 1. 2. q. 73. ar. 2.*

9 Vndè sequitur Iudicem in pœnis constituendis debere criminis magnitudinem vel paruitatem expendere; Hæc autem consideratur tum ex ipsius peccantis persona, & qualitate, tùm ex illiùs personæ digni-

dignitate, inquam peccatur, tùm ex peccati causa, si dolus, malitiaué, aut e cõtrario ignorantia, vel praua affectio causam dederint, tum deniquè ex damno, quod alijs fuerit illatum in honore, bonis, & in corpore, vel etiam scandalum propter loci, & temporis circunstantias. *cap. sicut dignum. de homicid. volunt. S. Thom. 1. 2. quæst. 73. ar. 8. 9. & 10. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 9. num. 8. Diaz. in pract. crim. can. cap. 149. num. 2. Nauar. in Rubr. de iudic. nu. 99. Roderic. Quæst. Regul. tom. 2. quæst. 22. ar. 4. & Claud. Saturnin. in l. aut facta. ff. de pœn.* monet in criminibus puniendis septem esse consideranda, quæ sũt causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus. *& in fine* ait. Euenit quoquè: vt eadem scelera in quibusdã Prouincijs grauiùs plectantur, vt in Africa messium incensores, in Misia vitium; Vbi metalla sunt, adulteratores monetæ. Accidit quoquè: vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirùm multis personis grassantibus exemplo opus est. refert *Paul. Laym. Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 1. in fin.*

10 Verum autem quando pœna cõmittitur arbitrio Iudicis, posit Iudex reo pœnam mortis infligere. *Diaz. d. cap. 149. num. 4.* affirmat cum *gloss. in §. in summa. Instit. de iniur.* & alijs ab eo allegatis. *Lopez* verò ibid. *verb. Infligere* existimat, opinionem cõtrariam esse magis communem, *glossámq.* explicari posse, quòd habeat locum, quando qualitas delicti, & circunstantiarum esset talis, vt de Iure communi, vel consuetudine foret pro eo delicto pœna mortis imponenda, aliàs secùs. *Roderic. Quæst. Reg tom. 2. quæst. 23. art. 1.*

11 Ex prædictis etiam colligitur, quòd cum lex non possit omnes casus amplecti, & in vniuersum locuta, si ità à Iudice accipiatur, fieret aliquando iniusta, quæ eandem pœnam sine discrimine infligat & ei, qui delictum ex dolo commisit, & ei, qui ex ignorãtia peccaret. Propterea recepta sententia est Iudicem pœnam Iure constitutam vel temperare, vel minuere, vel augere, & maiorem infligere, vt iuxtà criminum mensuram sit plagarum modus, quod & innuitur *in cap. vlt. de transact. & in d. cap. sicut dignum. de homicid. volunt. Innoc. in cap. qualiter. 2. col fin. de accusat. Archid. in cap. qui bona. col. 6. 17. quæst. 1. Tiraquel. de pœn. in præfat. num. 16. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 85. vers. vlteriùs quæro. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 147. nu. 1. & ibi Lopez. Sayr. in clau. reg. lib. 3. cap. 8. num. 5. Roderic. Quæst. Regul. tom. 2. q. 22. art. 1.* & alij. Quam pœnæ moderationem ad superiores Iudices aliqui tantùmodò limitant, non autem ad inferiores extendunt, quasi hi Superiorum recta iudicia imitari non valeant. Verùm cum huiusmodi moderationis æquitas legibus, aut sacris Canonibus videatur minimè repugnare, sed potiùs esse conformis, nulla ratio excogitari potest, cur inferioribus Iudicibus sit deneganda. *Lopez ad Diaz. addit. ad cap. 147. vers. quam sanè. Roder. Quæst. Regul. tom. 2. quæst. 43. art. 5.* & alij. Est tamen aduertendum Iudicem siuè Superiorem, siuè inferiorem non posse sine iusta, & rationabili causa pœnam delinquenti appositam remittere, aut in aliam dispensare, aliter id præstans sine iusta causa, quamuis Princeps esset, reus erit omnium delictorum, quæ ipse delinquens posteà ratione talis remissionis commiserit. ità *Caiet. in summ. verb. Iudicis peccata. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 14. Arag. 2. 2. q. 60. art. 5. c. 103.* quos sequitur *Roderic. dict. art. 5.* Iusta autem causa diminuendi pœnam legis erit, quando probatur delinquentem ignorantem deliquisse, aut quando probatur ipsum, vel eius progenitores esse benemeritos de Religione, aut de Republica. *Nauar. in rubr. de iudic. num. 99. Roderic. d. art. 5.* Et tunc quando Iudex pœnam moderatur, Causa in sententia, vel nominatim exprimenda est, vel saltem generaliter insinuãda his, vel similibus verbis. Ex certis causis legitima ratione innixis animum nostrum mouentibus duximus temperãdam. *Farinac. in prax. tom. 1. q. 17. à num. 62. Diaz. in pract. crim. can. cap. 147. & ibid. Lopez. vers. causam exprimere.* Quod intelligendum est procedere ad ipsius Iudicis excusationem, non autem ad sententiæ firmitatem; nam si id faciat Iudex sine expressione causæ, non inualidatur sententia, sed lex supplet id, quod deest. *l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudic. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam.* Et quòd causa non sit necessariò exprimenda ad validitatem sentẽtiæ dicit *Bart. in l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdict. & releg. & in d. §. pœna*

gra-

grauior. Felinus in cap. sicut. col. 9. de iudic. Lopez addit. ad cap. 147 pract. Diaz. vers. causam exprimere.

12 Tandem deducitur, quòd si quis crimen committere conatus fuerit, ità vt ad proximum consumati sceleris actum deuenerit, aliquo tamen exteriori casu fuerit impeditus, talem fore quidem puniēdum non pœna illa, quæ delicto à Iure imponitur, sed proxima ea seruata proportione; vt quò magis conatus ad actus perfectionem propinquauerit, eò pœnæ ordinariæ propinquiori, vel remotiore corripiatur; licet enim nonnulli existimauerint, & non sine iusta causa eadem prorsus pœna in grauioribus delictis, ac ipsa delicta fore puniendos, *iuxtà tex. in cap. si cui. de pœnit. dist. 1. Fel. in cap. 1. num. 9. de offic. deleg.* & alij. Contraria tamen sententia quæ consuetudine videtur approbata, est sequenda. *Couar. in clem. si furiosus. 2. p. relect. nu. 6. Clar. in §. fin. q. 92. & DD. in d. cap. sicut dignum. de homicid.* qui textus communi opinioni fauet. *Roderic. Quæst. Regul. to. 1. q. 30. ar. 19. & tom. 2. quæst. 34. art. 4. Prosp. Aug.* cum alijs ab ipso relatis *in addit. ad sum. Bull. Quaran. v. Sodomia.* Fallit in crimine læsæ Maiestatis, quod præ alijs singulare habet: vt puniatur solus affectus, vel conatus, licet effectus, non fuerit subsecutus. *Boer.* communem dicens *de seditiosis. præsup. 7. numer. 42. Clar. lib. 5. §. Læsæ Maiestatis. vers. sciat autem.* Et communiter DD.

INDEX RERVM,

Quæ in vtraquè parte continentur, ſerie Alphabetica diſpoſitus.

Primus Numerus Columnam, Secundus Summarij numerum, & Tertius Paginam indicat.

A

stico

B

Bene-

sponere

Chari-

fuerit

De-

Di-

INDEX.

Epi-

Epi-

quando

presby-

F

Fa-

G

muta-

Ha-

est

Im-

fit

frau-

Li-

Lu-

INDEX.

Mi-

INDEX.

peiuò

N

quas

O

Pa-

Pau

Præ-

Puel-

Re-

S

aua-

Soli-

Sta-

Sta-

FINIS.

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sff Ttt Vuu Vxx Yyy Zzz

Aaaa Bbbb Cccc Dddd

a b c d e f g h i k l m n.

Omnes sunt duerniones, præter Dddd, & *n*, quæ sunt terniones.

Errata post Operis editionem deprehensa.

Pag. 14. nu. 28. col. 2. lin. 10. comprehenduntur, lege comprehenditur, pag. 33. col. 2. num. 64. lin. 2. multi, pro mali, pag. 50. col. 2. lin. 1. *thesau.* adde *Sayr. thesau.* pag. 60. col. 1. n. 153. lin. 8. & de pœnam, corrige, & pœnam, pag. 61. col. 2. n. 167. lin. 8. *n.* 2. 168. pag. 63. col. 1. n. 3. lin. 1. continens lege incontinens Ibid. col. 2. lin. 26. mors pro mos, pag. 68. col. 2. n. 5. lin. 2. quidquid est pro quod quid est, pag. 69. col. 1. nu. 13. lin. 7. Dominus. Eunuchis. Dominus Eunuchis, pag. 84. col. 1. n. 2. lin. 1. simplicirer pro similiter, pag. 95. col. 1. n. 96. lin. 1. clericis pro clericus, pag. 97. c. 1. n. 7. l. 2. esse pro est. Ibid. col. 2. n. 12. l. 27. præcisis pro preciosis, . 105. c. 2. n. 17. l. 2. tumulentiam pro temulentiam, pag. 169. c. 1. n. 10. l. 14. sede pro sedes, p. 174. c. 2. n. 35. l. 1. *magistratus* adde *ad magistratus*, pag. 175. c. 1. n. 1. lin. 25. *Ricciul.* pro *Ricc.* p. 179. c. 1. n. 29. l. 6. Papam pro Papa. Ibid. c. 2. l. 18. acutrix pro auctrix, pag. 195. c. 2. n. 2. l. 1. corrigibilis, pro incorrigibilis, p. 238. c. 2. n. 15. l. 31. *Cun.* pro *Cur.* p. 270. c. 2. n. 18 l. 3. allquopro aliquod, p. 272. c. 1. n. 27. l. 12. tam pro tamen, Ibid. n. 29. l. 2. viderunt pro videntur, pag. 282. c. 2. n. 107. l. 23. festū pro festorum, p. 287. c. 2. n. 2. l. 24. *Banner.* pro *Bannes.* Ibid. lin. 26. *o* pro *to.* Ibid. lin. 27. post *num* 2. adde *Azor.* Ibid. nu. 3. lin. 2. *lib.* pro *leg.* pag. 315. c. 2. n. 8. l. 27. *regnum* pro *regum*, p. 325. c. 1. n. 2. l. 1. laicos pro clericos, p. 326. c. 2. n. 38. l. 2. *insinuata* pro *non insinuata*, Ibid. n. 39. l. 2. *insinuata* pro *non insinuata.* pag. 328. c. 1. 5. pro 4. pag. 330. c. 1. n. 17. l. 13. ingredentium pro ingredientium, pag. 393. c. 2. n. 7. l. 4. processu pro processus, p. 422. c. 1. n. 9. l. 4. hæredis pro hæredi, p. 461. c. 1. n. 6. lin. 14. inexplicitā pro explicitā, Ibid. c. 2. n. 9. l. 3. pœnas pro pœnis, p. 470. c. 2. n. 3. l. 2. *pœnas* pro *pœna*, pag. 485. c. 2. nu. 17. in fin. expiari pro expiare, p. 487. c. 2. n. 1. l. 1. Quonia pro Quoniam, p. 491. c. 1. n. 6. l. 9. *ladans* pro *laudas*, Ibid. *ludant* pro *laudant*, p. 488. c. 2. in fin. quo pro quamuis, p. 500. c. 1. n. 14. l. 11. alset pro falset, Ibid. n. 15. lin. 3. sfaltem pro saltem, p. 513. c. 2. l. 1. monere pro manere, p. 525. c. 2. n. 15. l. 8. ecit pro fecit, p. 556. c. 1. l. 15. *applaentur* pro *applicentur*, p. 559. c. 1. n. 4. *l.* 9. statuiequè pro statuitquè, pag. 573. c. 2. nu. 1. l. 4. suspendendus pro deponendus.

Cætera humanissimus Lector per se ipsum de facili poterit emendare.